Leith

Intro

poem

# LIMA,
## SEV DICTIONARIVM POETICVM.

*Vbi de accentuum causis, diuisionibus, ac definitionibus: de quantitate, syllabarumque qualitate: de nominum, verborumque incrementis, multisq; regulis adiectis Ciceronis, Quintiliani, ac Seruij ex Aeneidos libris collectis, atque Poetarum fabulis breuiter expositis, quæ maximè fauent emendatè loqui cupientibus in omnibus, quæ linguæ Latinæ curam exigerent.*

IOANNE A' PLANIS, SICLENSI, SICVLO, AVTORE.







CAESAR

FELICI TANTVM IVRAVIT IN VRBE.







Cum priuilegio Philippi Hispaniarum Regis, & Senatus Veneti.
*Venetijs, ex Officina Dominici Guerræi, & Io. Baptistæ, fratrum.* 1574.







# SPECTABILI DOMINO
## ALFONSO RVYS,
### SANCTI STEPHANI
Domino Mecœnati fortunato

## Ioannes à Planis, Siclensis S.









ONTEMPLANS magnitudinem animi, ac præclaram nominis tui autoritatem, amplissime ALFONSE, vehementer excitarer, quòd sub fide præsentis inscriptionis operi faciundo ingenium adhiberem. ductus tandem memoria voluntatis tuę erga me beneficæ, atque meritorum (quibus soles accumulare) institui opus hoc insignitum nomine tuo edere. Quod si dono minus foret tanto viro consen-

taneum; tamen ingenuus animus, atque gratus humanitate adductus splendore suo non respuet illustrare; ne labori laus, & labor studio nequicquam redderentur. Iure igitur libentissimè accipias editionem hanc, Dictionarium Poeticum, sic inscriptam (quod nulli, nisi tibi hilaritus dicandum volui) summopere cunctis pro futuram, precertim Poetis euadentibus; quæ etiam Latinum sermonem profitentes adiuuabit aliquantùm. Quare decore tuo eximiam dones, velut editam è propria industria. Vale, diutissimè viuas, & feliciter.




# AVTOR

## ad patriam.





*SICVLO Siclis mea patria rege superbit*
*Condita; dat turris prisca triquetra memor.*
*Sicelis hanc studio celebri tam Pallas honestat,*
*Quàm decus, ars, virtus, ius, medicamen eam.*

## Ad Autorem.



*X vatum numero compostum, docte magister,*
*Hoc opus ingenijs surgere musa dedit:*
*Quod rude iam ferrum Vulcanus folle reliquit,*
*Lima polit, planum sic tua Lima facit.*
*Lima poetarum nomen sortitur ab arte,*

Carmina

*Carmina quæ iuuenes ludere sæpe valent.*
*Cui natura negat, poterit componere versus.*
*Nam breue, quod longum sit, dare Lima potest.*
*Amplius haud numeros crudos hinc scrinia seruent,*
*Carmina nec ludet rustica musa suis.*
*Quàm tibi, qui lustrant, debent, vestigia vatum*
*Ludentes metro mitè leuamen habent.*
*Ebrius est animus, nimium qui luserit arte,*
*Quod limare nequit, mox tua Lima polit.*


# Ad Lectorem.

*HÆC Lector teneas, quæ scripta prosodia seruat.*
*Eius quas partes syllaba quæque colit.*
*Quas voci natura dedit, quîs indiget vsus*
*Doctorum linguæ, quam tibi sermo petit.*





# IOANNES A PLANIS, SICLENSIS AD LECTOREM.






Voties, Lector, ipse huius artis vestibulum ingressus iuuenis, hoc leuamen tibi quod affero, magnopere desiderasse memini. Et complures licèt poetarum versus memoria tenuissem, eorum tamen nihil ad syllabas, quod faciebat, molestum mihi subierat opus. Et susceptis iã musarum votis: quoties inconditum carmen fastidierim? Cum produxerim, quod breue, & quod producendum breuiauerim. Vnde tandem desperatione motus tyrunculis, vt euenit, ab operatione penè destitisse recordor. Hoc ipsum exinde iuuenibus erudiendis adeò sum expertus, vt eorum causa ad Poetarum studium impensè me contuli. Vnde quot dictiones apud eos artis indigere videbam, vna cum versibus easdem in Lima Poetica conscripsi, syllabis dictionum exceptis, quæ positione, quæ diphthongo cognosci valerent. Idque deinde in carminibus ludendis faciliori adiumento discentibus fuisse maximè fateor. Hanc quidem editionem, vt necessaria omnibus, ita in lucem edendam maximè putaui. Eam tandem sub autoris studio morandam decreui, quo ad intuerer viros in summos antè ac bonis ingenijs præditos, si eruditorum quispiam instar aliquod exemplaris huiusmodi in lucem emisisset. Qua diu suo sub censore sic morata, cùm ex ingenti præceptorum copia, ex præstantissimis hominum ingenijs nondũ huiusmodi extitisset opus, id studij iterũ suscepi, vt ex laboribus, quos tot per annos iuuenibus instituendis impenderam, otij nostri fructus relinquerem. Itaq; magnam Poetarum copiam aggredi rursus non sum reluctatus: vt quæ inter scholasticos inchoata, ac rudia versabantur, maiori vocabulorum numero referta essent, ac in ordinem literarum serie reducta.

Et

Et si vtilia ad bonorum studia iuuenum videbantur, non gloria tamen tantùm me excitaret, quantùm quòd necessaria fore ad musarũ limina ascendere conantibus existimarem. Iucũdissimum item prouectioribus leuamen, Duxq; fidelis, & legere, & emendatè loqui maximè cupientibus in omnibus, quæ linguę latinę curam exigerẽt. In qua editione, Lector, cuiusq; interterit, atq; inuenire conducet spatia, syllabarumq; tempora, quæ longę, quæ breues, & quæ ancipites sunt offendat, qui sine musarum fonte, qui sine Pegasæis vndis rem discat adeo necessariam, vt si desit, numeros orationi nõ inserere, non pedes cognoscere, nec versus moliri, aut accẽtibus verba nec variare, nec proferre posset. Professionis igitur istam propter accessionẽ, hoc opus, amice, persuadeo, in quo primas, medias, atq; finales syllabas quantas inuenies, & ex earum quantitate, Poetarum habitis exemplis, verborum etiam, atq; nominum incrementa facilè cognosci possent. Hæc omnia, scias, non sine laborum onere, atque ingeniosè ex tanto Poetarum numero, in eorum obseruationem magno cum ordine sunt collecta: videlicet, Vergilij, Ouidij, Lucani, Lucretij, Statij, Silij, Baptistæ Mantuani, Claudiani, Flacci, Catulli, Tibulli, Propertij, Sannazarij, Ausonij, Martialis, Iuuenalis, Horatij, Persij: quos omnes nostro in promptuario inuenias & tibi, vbi esset opus. Item scires accentus definitiones, ac diuisiones, quas etiam Grammatici artis huius professores admittunt, omnesq; Marci Fabij Quint. atque Ciceronis accentuum rationes. Insuper adiectis quamplurimis regulis ad rem maximè facientibus, quas omnes Lima nostra oportunè tibi seruat. Nec non orationis partium differentias, atq; historias aliquas, fabulasque, vbi conduxerit, ad rem breui facientes: quas Seruius per singula Vergilij volumina dispersè, atque diffusè dictas habet: studentibus adeò necessarias, vt hoc in opere scribere non grauatus, vbi ars earum indiget. Quamobrem, Lector, rei huius studiosissime, absque ductore præeunte, tu ipse solus, vt musarum alumnus, Lima cum nostra, comite fideli, ad earum limina scãdere, atque numina experiri valebis, si carmina componere summè delectaris. Et quoniam, Fabio testante; Inst. primo, autoritas in oratione sumenda est ab oratoribus: singulis accommodantur verbis autoritates, ac Ciceronis constructiones, vt & Latini quoque liberius Poetarum verbis vti possent. Vale.



# DE CAVSIS ACCENTVVM.






L O Q V I oratori præcipuum a ludis literarum non alienum esse censent: elocutionem partium potissimam accentuum scientia defecisse indecorum putant; sine qua loquendi forma palmam in dicendo non lucratur. Hoc ipsum in iuuenum declamationibus non semel sum expertus: & eorum ingenia accentuum causæ quantum adiuuant: quibus non modo studia eorum perfici, sed exerceri altissimam quoque eruditionem, ac scientiam posse, eiusque rei interiora adeuntibus multa rerum subtilias appareat, necesse est.

Proinde de accentibus loqui arduum cum putarem, Quintilianum consului, qui Inst. 1. cap. 10. admonet, si quis erit plane impolitus, & uestibulum modo artis huius ingressus, intra hæc, quæ profitentium commentariolis uulgata sunt, consistet. doctiores multa adijcient.

A Cicerone huius lumine elocutionis nobis fit aditus, qui in oratore ad Brutum inquit, Mira est enim quædam natura uocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, & graui tanta sit, & tam suauis uarietas in cantibus?

In quo illud etiam notandum mihi uidetur ad studium persequendæ suauitatis in uocibus, quòd ipsa natura quasi modularetur hominũ orationem, in omni uoce posuit acutam, nec plus una, nec a postrema syllaba citra tertiam, in quo magis naturam ducem ad aurium uoluptatem sequatur industria, ac uocibus quidem bonitas optanda est.

Vnde tota res Accentus in uocibus consistere uidetur, originem ducens a uocalibus, sine quibus nullam fieri locutionem, ait Aristo. animalium 4. locutio non nisi uocis per linguam explanatio est. Vocales igitur literæ a uoce, & gutture consonantes a lingua, & labris proferuntur: quibus literis omnem locutionem confici, nulli dubium est. Eadem admonet Scaliger de causis linguæ Latinæ, cap. 53. Accentus origo.

Hinc est, quòd ex Cadmæis sexdecim literis sapientes quatuor selegerunt uocales a, e, i, o. in quibus formatis oris partibus humanas uoces secundum proferentis uoluntatem cognouere. Ait Auer. de Anima

2.Vox est sonus,qui fit cum imaginatione,& uoluntate:sine quibus nullas fore uoces conceperunt: ac perinde uocales dixerunt:quibus tandem Latini ex Græcæ diphthongi uoce u,addiderunt: quam Græci non habent in uocalium numero : cuius Latini & uocem , & figuram seruant, quibus etiam consona sit propria.Hæc Quint.Inst.1. cap. de Literis.desint ne aliquæ nobis necessariæ literæ, non cùm Græca scribimus ; tunc enim ab eisdem duas mutuamur,sed propriè Latinis,scilicet consonantes,cùm fiunt i,& u,quibus Græci carent.

Euangelium.

Vndę Latini Euangelium proferunt per u, consonantem. Hæc Antonius Nebriss.de Vi,& potestate literarum.ibi, ut suprà diximus, u consonantem Hebræorum,atque Latinorum esse tantum ; quam nos, nisi Græcè proferre malumus, in u consonantem uertimus . Itaque pro eo quod Græci dicunt Euangelium per u uocalem , nos dicimus Euangelium per u consonantem.

Vox unde dicitur.

Insuper uox fit articulata non a uocando,ut dicunt, sed a proferentis uoluntate.Est enim uox sonus,qui fit cum imaginatione,& uoluntate,ait Auer.& Perhyem.1.nota earum notionum est,quę in anima sunt; quæ ut fit ex proferentis uoluntate, est significatiua:& ut auribus est accidens,sonus uocitatur,cuius soni uox est species:ut qui de sono, & uoce. Per aerem enim fit sonus copulatus cum sensu, per quem litera uenit ad sensum.

Vox articulata.

Vndę constat literarum figuras è cælo missas non esse, sed inuentas post quàm homines fingere cæperunt.Hæc Fabius cap.10. Inst. 1.Quarum uoces,aut sonos,lingua circum appulsa oris partibus, alijsque adminiculis per aures mens humana articulatas discernit .

Prolationis sedes

Soni quidem mutarum sunt,& semiuocalium:Voces uerò uocalium duntaxat,quæ a uoce,& gutture; mutæ, & semiuocales lingua ; & labris proferuntur sonorum sedibus . Consonantes tandem & sonos,& uoces habent uocalium cum quibus ueniunt in syllabas, extra quas & mutæ, & semiuocales sunt consonantium species:quibus cum e uocali prolatis est quædam remedij accommodatio,ut proferri possent ; quas falluntur plærique per e prolatas credentes appellari consonantes:tunc enim syllabas non ingrediuntur,extra quas mutæ in e desinunt,a qua semiuocales incipiunt proprijs cum nominibus:& aliæ,quæ habent nomina communia,ut consona,muta,semiuocalis; uocalis quoque pluribus cōuenit uocalibus:quarum quæque nomen suum habet proprium,ut a,e,i,o, u . Ita mutarum,& semiuocalium,quæque propriū habet,quo uni soli conuenit,ut b,c,f,m,r,similiaque,& quęque suum,quod proprium est,seruat inter mutas,& semiuocales,etiam inter consonantes, sed differenter:ut quæ est muta desinens in e proprium emittit nomen,ut b,c,d,h,f,g, p,q, t, ut semiuocalis ab e incipiens suum proprium auribus relinquit proferendo . l, m, n, r, s, quæ mutæ quidem , quæ semiuocales consonantes fiunt in syllabis,& cum uocalibus sonant sequentibus, & ab eisdem iuuātur, ait Scaliger lib.1.cap. 11.eadem Anton.Nebriss.admonet, de ui,& prāte literarum;ibi,consonantes uim suā æqualiter ad uocales, quas frāgunt,perferre:ut baculus,bene,bibō,bonus,bubo, labor,lego,liber,locus, ludo,auribus deponentes nomen proprium,amittentes commune. Desinunt quidem esse in syllabis & mutæ, & semiuocales , quarum quæque frangitur ab altera præcedenti consonante, hoc est, prima nomen effert

proprium,

proprium, altera uerò sequens deprimitur cum uoce uocalis sequentis, aut effertur mista cum uocalis uoce sequentis, ut auribus constat eruditis. Et hoc Fabius frangi appellat Inst. 1. cap. de Literis: ibi, Quare discat puer quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio. Item quo modo demum duabus uocalibus in se ipsas coeundi natura sit, cùm consonantium coeat nulla, nisi alteram frangat. Item cap. 2. sed quod in literis obest, in syllabis non nocebit. Nam cum scribimus, non loquimur, ubi tantum indigemus figuris, seu literarum formis: cùm legimus, aut loquimur, nominibus proprijs utimur earundem: ut, fallo, pello, quippe, reddo, efficio, similesque: quas tandem omnes mens humana prolatas discernit articulatas.

Instat quarum formas è mente conceptas lineis fingendas sapientes satis opportunas senserunt, quæ uelut depositas uoces redderent legentibus: atque exprimere debent quæ nos dicturi sumus. Hæc Fabius cap. de Ortographia.

Vnde literam a lineis nomen esse sortitam, non a lituris, ut ueteres dixerunt, Hæc Scaliger. Et a lituris, ut dicatur litera, Grammatici omnes asserunt, ac docent. Et non mirandum: nam omnes dicunt hominem dici ab humo, quod Quint. abnuit Inst. 1. cap. 10. Vide Homo. Litera un de dicitur.

Sanè hunc ueterum usum meminit Vergil. Aenei. 6. membranis tunc carentibus, ibi. Folijs tantùm ne carmina manda: Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. Cuius finem admonet Fabius Inst. 10. cap. 3. ibi, illa quoque minora non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est ratio delendi, quod ex Prisciano deduxerunt posteri; literam a lituris deductam. Antiqui enim in tabulis ceratis scribebant. Vnde literarum characteribus, uestigijsque nullis remanentibus, earundē figuras mente conceptas semper uigere, quæ suo ex officio quæ inuentę fuere, redderent uoces legentibus, ait Fabius.

Inuenies, lector, quosdam sumentes consonantes pro mutis, & semiuocalibus, ut Aristoteles ubi suprà, consonantes lingua & labris proferri, sicut Priscianus literas sumit pro elementis. Literæ quidem dicuntur elementa, ut aiunt, quæ instar elementorum indiuiduæ compositionem ingrediuntur, in quas tandem totum resoluitur. Vel litera dicitur elementum, quasi alimentum, quia per aerem elementum fit sonus copulatus cum sensu, per quam litera uenit ad sensum, ut Auerroes ubi supra.

Vocis tandem literatæ differentias acutum, & graue non comprehendi, nisi essentia soni in actu. hæc Auer. de Anima secundo. Vnde instar mobilium aere percusso ex proferentis uoluntate uocem generari, non sine longitudine, ergo cum tempore: non sine latitudine, ergo cum spiritu: non sine altitudine, ergo cum tenore.

Voci igitur quasi corpori tres accidunt dimensiones, & syllabę quoque, ut in subiecta materia tempus, spiritus, & tenor: sub primo quantitas, sub altero crassum, & tenue; sub tenore eleuatio, & depressio elementorum instar, & eisdem primarium fit. Hæc autor enodat de sono, & uoce, Auer. commen. 2. de Anima. Quare syllabam quantitate metiamur, sicut & uocem, cuius qualitas & longo & breui regitur tractu. Hæc Scaliger.

Cuius quidem uocis tenores tres innuunt rei professores, acutum,

b 2 grauem,

grauem, & flexum: quorum moderamine regulæ tres sunt profectæ: quod unius, aut duorum, uel plurium nuncupantur; penultima acuta, seu flexa, aut tertia a fine; in bisyllabis prior, & grauis deprimitur altera, et in circunflexo utriusque uox gemina uix audiatur. Hæc Antonius Nebriss. in secunda repetitione. ibi, tres apud antiquiores fuerunt accentus. Sed quis hodie, inquit, profert, aut prolatum percipiat tenorem illum in circunflexo? At maiores nostri, quorum aures in sermone Latino erant delicatæ magis, proferebant absolutissimè, & prolata sentiebant accerrimè; & hoc ex incuria asserit capit. de Accentibus; uel ignoratione potius nostri sæculi cæpit in desuetudinem abire; & tantum circunflexi regulam habere: quæ est, penultima natura longam circunflecti, ubi breuis est ultima. Ideo dixi, & in circunflexo uix audiatur, sed cum acuto confundi: nam flexa ex acuta est, ait Fabius.

Tenor uocis naturalis. Eorum quidem tenorem Sergius naturalem uocat, qui in prima Donati differit, grauis, acutus, & circunflexus sunt; qui naturalem uniuscuiusque sermonis in uoce nostræ elocutionis seruant tenorem. De quibus Quint. Insti. primo, capit. 10. loquitur: ibi, Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidem ab antiquis dictos tenores comperi, uidelicet, declinato a Græcis uerbo, qui tonos dicunt, quas Græci prosodias uocant. De quo Antonius Nebriss. libro tertio, capit. de prosodia; ibi, spiritus pertinet ad qualitatem, tenor, seu duratio ad quantitatem continuam, numerus ad quantitatem discretam; Declarat ipse cap. de Accentibus, tenor pertinet ad syllabæ profunditatem, tempus ad syllabæ durationem pronunciandæ.

Ideoque a Latinis accentus etiam dicitur tonus, & tenor, qui sunt in cantu, hoc est in uocis flexione, qui secundum uarias qualitates, uariè appellantur, ut sit Accentus quasi ad cantus; & tonus quia sonat; tenor, quia tenet, seu dirigit uocem: ut esset tenor quasi tonor. De quo Boetius ait, tonum coniunctionibus, & quantitate duorum ptogorum, idest duorum sonorum semper consistere, ut Guido asserit, tonum dici a tonando, idest sonando.

Cuius rei nos admonet Boetius in arte musica, Poetarum carmen inter sermonem, & cantilenam consistere: ac si diceret, ait Antonius Nebriss. quòd homo loquitur, & poeta in carmine quosdam flexus facit, & musicus cum cantus modulatur, omnes suo modo canunt. Igitur qui loquitur, in dictionibus quasdam attollit uoces, quasdam deprimit, quasdam circunflectit; quodam modo uidetur canere, & huiusmodi modulatio est accentus, ut Cicero in Orat. ut supra, quem Encidius Vbaldus declarat, tonum esse spatium a sono in sonum, qui ascendendo, atque descendendo fit in musica.

Vnde Grammatici accentum mutuantur duntaxat ex arsi in thesin descendendo. Hæc Quint. Inst. 1. capitu. 10. Nanque in omni uoce utique acuta intra numerum trium syllabarum continetur descendendo, quod Sergius in Donati admonet: nam ipsi arsin, thesinque moderantur. Hinc est, quod Fabius capit. de Gramma. asserit, nec citra Musicen Grammatice potest esse perfecta, cum ei de metris, rhithmis-

rhithmisque dicendum sit quod Palemon prædixit, accentum esse animam uocis,& seminarium musices, quem Plinius secutus est, accentus est initium hermoniæ graui tento, uel inclinato, seu flexo sono regens uerba. Recentiores quoque accentus definitionem uariè dederunt, legē esse, qua tendit syllaba sursum, uel qua deprimitur, uel qua signatur utrumq;. Apud Græcos, accentum esse extensionem uocis literatæ. Item accentum esse animam uerborum, uocisque. Alius quidem accentum, seu tenorem rei progressum uocat.

Regulas tandem naturales, seu regulares orationis declinabilium accentus Latini illas addidit. Quint.cap.decimo, Barbarismi non subditas uitio, ibi. Nanque in omni uoce, utique acuta, intra numerum triū syllabarum continetur, siue eæ tres syllabæ sint in uerbo solæ, ut pagina, siue ultimæ, ut magnanimitas. Et in his, aut proxima extremæ, ut Romanus, contingit, aut ab ea tertia, ut dominus, circunfero. trium porrò de quibus loquor, media longa, aut acuta erit, aut flexa. eodem loco breuis, utique grauem habebit sonum. Itaque posita ante se, idest, ab ultima tertiam acuet, ut populus. est autem in omni uoce utique acuta, sed nunquam plus una, nec vltima unquàm ideoque in bissyllabis prior. Præterea nunquàm eadem vox erit flexa,& acuta, quia eadem flexa ex acuta est: utique neutra claudet uocem Latinam. Ea uerò quæ sunt syllabæ unius, erunt aut acuta, aut flexa, ne sit aliqua uox sine acuta. Accẽt regulæ.

Hæ sunt regulæ naturales accentus Latini ad uerbum ex natura uocis, seu regulares, quasi regulis constantes, & declinabilium, ut dicetur. Ex duobus omnino sonis, acuto, & graui, media attollitur circunflexa eisdem composita, ut admonet Fabius Inst.9.cap.3.

Sanè aduertendum est, supra trium syllabarum numerum per arsin ascendendo non esse sermonis, sed clamoris, ut Vergil. in Buc. Et cum clamorem, quò nunc se proripit ille? Hæc Quint. Inst. duodecimo, cap. decimo. ibi, sed accentus quoque cum rigore quodam, tum similitudine ipsa minus suaues habemus: est enim uitium quod fit animi natura, cum aliquid uiolenter sit dictum, ait Fabius Insti. primo capit. decimo. Nec descendendo per thesin ultra tertium numerũ sermo fiat. Est enim uitium, quod ciloitomiam Fabius uocat ibidem, cum in recessu oris uox uix audiatur.

Est igitur necesse secundum accentum naturalem loqui, ut Macrobius primo de somnio Scipionis docet, ibi. Spiritus quantum ab origine sua deorsum recedit, tanto circa impulsum fieri leniorem. Idē secundo, spiritus ubi incipit, fortior est; defectior ubi desinit. Idem. Vox ultimi,& pro spatij breuitate,& pro longinquitate iam frangitur. Itaque spiritum deorsum declinando remitti necesse est. Ideoque Cicero, atque Quintilianus præcipiunt, ut neutra claudat vocem Latinam ex uocis natura, seu naturaliter: hoc enim Barbarorum esse ait Antonius Nebriss. Vocem profectò nullam claudi per arsin Latinè partium declinabilium regulariter.

In summa tandem illas esse Accentus Latini regulas ex uocis natura ab arsis ratione in thesin, quæ sunt. Penultima longa positione, aut utraque longa natura, seu positione, eadem acuta uox est: quæ si breuis, antepenultim. acuit. In bissyllabis, aut polisyllabis penultimam natura longam flectunt, vbi vltima breuis est. hoc opus, hic

hic labor est cognoscendi circunflexi sedem: sedem dico, non uocem: flexa enim cum acuta confundi ait Antonius Nebriss. quam ex acuta esse, ait Fabius.

Vnde Grammatici anxij, idque scire cupientes, quærunt. Quare circunflexus in secunda tantum sedeat, cur non in tertia à fine, ut acutus? Et si dumtaxat in penultima locum habet, cur debet esse longa natura? & cur ultima breuis? Et an ponitur etiam in penultima longa positione, ubi ultima est breuis? Et si ultima est longa natura, an penultima lõga natura flexa fit? Et si utraque est longa positione, an penultima est flexa?

Priusquàm oracula adeamus Apollinis, unde responsa sunt certiora, necesse est, intelligamus, quæ nam syllaba longa est natura. Ante tamen patefacto, quod Antonius Nebriss. libro quinto asserit: cum nondum scimus distinguere syllabam natura longam, a syllaba breui natura. Propterea ab eodem nobis erit responsum quasi remedium quoddam, qui libro tertio, inquit, Cùm nullum nomen sit non modo apud Latinos, uerum & apud Græcos, quod non aliunde ducatur: cum ignoramus, nomen cuius sit speciei? dicimus esse primitiuum, cum eius deriuatio non est in promptu. Ita pari ratione dicendum uidetur de syllaba longa natura, ubi causa in promptu non extat. Itaque syllabam uocamus longam aut positione, aut diphthongo: & quæ neutrius est: longa natura censeatur.

Dicamus igitur magis ad rem faciens, dignum tandem auribus studiosis, atque iuuenibus necessarium. Accentus acutus, & grauis a professoribus rei huius tenores simplices uocantur: circunflexus uerò utriusque compendium, atque diuisibilis in eos, qui diuidi non possunt.

Quatuor item uocalibus duas additas fuisse η, ω perpetuo longas, teste Plinio libro septimo, quæ eadem cum quantitate in nostra ueniũt natura longas, duo habentes tempora, quibus circunflexus in eadem syllaba fruitur; vt duorum est compedium, alteri uox effertur acuta: alteri uerò grauis. Vnde vox gemina flexi uidetur: quare gaudet penultima longa natura; vbi breuis ultima fiat, ut in tertia a fine sedeat acutus.

Hinc est, ꝙ cũ circunflexus duorum sit compendium, nolunt professores esse accentum: cum unum nõ sit. hæc Antonius Nebriss. libro quinto capit. de Accentibus: ibi, omnis enim res, ut philosophi dicunt, a forma habet, quod sit una: cum circunflexus acuto, & graui sit compositus. non igitur unum est: sua enim forma compendium indicat duorum: nõ ergo est accentus unus, sed duorum.

Vrbanus de generibus admonet. Non omnis syllaba longa potest esse flexa: sed quæ longa est habens duo tempora. Idem Antonius Nebris. ibi, Vnde syllaba positione longa non est flectenda: est enim breuis natura dumtaxat unum habens tempus in qualitate: in dimensione tamen pedum fit longa, ait Fabius libro 9. capit. quarto, & primo. capit. decimo. ibi, nam uolucres media acuta legam: quia & si natura breuis, tamen positione longa est. Syllaba uerò longa habens duo tempora, aut fit per complexionem duarum uocalium, vt Græcè loquar, tunc ait Lascaris, diphthongus flexa est. ergo duo habens tempora, vt cædo, aut ui, & potestate, vt occido: aut per synæresin, ut uirum: uel quando ω magnum, aut

aut η, vocales Græcè ueniunt in o longam Latinè: vt, Polidorus, parecletus: vt cædo, occido. claud. excludo: ab andio, obœdio antiquè: quæro, inquiro: æquus, iniquus: lædo, illido. ſic ita η & ω magnum eadem cum quantitate ueniunt in i & o Latinè, de quibus loquitur Ponticus Virunius in Erotemata Guarini ibi, Meritò igitur η & ω ſunt longæ, ꝙ η ex ij duabus, & ω ex o o geminatis paruis, & breuibus cõficiuntur. Vñ literarum apparẽt cõpendia. Iulius ſcaliget ait, ω duplex eſt ad o. Anto Nebriſſ. libro quinto, inquit, paſſim legitur o magnum in Latinum eadem cum quantitate, vt cote ſiue cotes producit primam, quia per o longum à Græcis ſcribitur, η quoque uenit in a longam, ut mater, in e, ut paracletus, Athenæ, Erotema, eremus Grammaticè, ω uenit in o Latinum, ut Theodorus, idolum, Aeſopus, heroes, Antonius, & Græca diphthongus ei uenit in e longam, ut Andreas, Cytherea, Medea; uenit in i longam, ut elegia, Laodomia, Argia, Latria, & omnia quæ Antonius Nebriſſ. libro quinto, atque in Opuſculis commendat, & unum uerbum fio ait Priſcianus capit. de accent. & milies, mille eadem acer præceptor in exponendis autoribus excogitare poterit, ſeu Græcis in Latina uertendis. Et datiui quoque omnes ſingularis numeri ſecundæ declinationis noſtra, in quam ueniunt Græca nomina quartę flexionis apud illos, ait Antonius Nebriſſ. in Opuſc. Vbi datiui diphthongo impropria ſubſcribũtur, ut logo, domino. Et ablatiuus datiuo ſimillimus. ſingularis apud Poetas natura o longa legitur ultima, & adiectiua omnia ſecundæ declinationis natura produci, & cætera id genus, quæ ſermo Latinus eadem a Poetis didicerit, longa natura ſeruentur.

Contracta nihilominus, quia duo habent tempora ex craſi, ſunt flexa: non quidem longa natura, vt Demophon pro Demophoon: Laocon pro Laocoon: poſidon pro poſidoõ; Zenophon pro Zenophoon: Aglaophon pro Aglaophoon: Typhon pro Typhoon: quibus ait Cõſtantinus Laſcaris, Poetæ propter metrum opponunt o ſæpe. Ouid. Phyl. Hoſpita Demophoon tua te Rhodopeia Phyllis. Idem. Phylli fac expectes Demophoonta tuum. Idem. Quæ tibi Demophoon longis erroribus acto. Idem. Phyllida Demophoon letho dedit hoſpes amantem. Hæc Quint. Inſt. 1. cap. 10. Nam ſi Medea mutatur, aut flexa ęgra aut apice circunflecta ſequente, quam ex duabus ſyllabis in unam cogentes, & deinde flectentes dupliciter peccant, ut uirorum, uirum; Atreus, Atrus: Demophoon, Demophon.

Ad quæſita de circunflexi ſede ſint illa Apollinis reſponſa. Circunflexus ex regula ſedem habet in penult. tantum longa natura, ubi ultima eſt breuis: flexus enim cum ſit compoſitus acuto, & graui, ut dicunt, ſyllaba flexa in eos diuiſa, dictio biſyllaba tunc fiat triſyllaba neceſſe eſt, in tertia igitur a fine uox erit acuta, quia penul. breuis reſtat. Hæc diuiſio quidem duorum eſt temporum ſyllabæ natura longę, ait Antonius Nebriſſ. non ſyllabę, quia tunc ex intentione, ac mente eſſet, & inter frigidiora eſſet, ait Fabius capit. decimo. Licet actu a Gręcis ſit, ut aiunt. Ait Fabius cap. 10. Duabus breuibus ſequentibus ſermo noſter non patitur ſecundam acui, aut flecti. nec flexus in penult. eſſe poteſt, ubi utraque longa eſt natura. ſed acuitur longa ante longam, admonet Vrbanus. Acutus enim ſemplex eſt tenor, qui diuidi non poteſt. Et cur flexus eſſe non poteſt? ratio hęc ſubeſt; utraque enim longa eſt natura, &

Ad primum.

Ad ſecundum.

quæque

quæque earum duo est habens tempora, quibus tandem diuisis, acutus in quarta erit a fine quod contra est rationem sermonis. Hæc Vrbanus. & contra regulam accentus Latini fit, ait Fabius Inst. primo capito. 10. qui intra numerum trium syllabarum cōcinetur. Si quispiam obijciet, utraque syllaba longa natura est, & quæque in duas breues diuiditur: tunc in tertia a fine ponitur acutus: quia penultima breuis: non in quarta igitur a fine, ut dictum est, quatuor quidem habent tempora, & tantum temporis consumitur in una longa proferenda, quantum duabus breuibus enunciandis, ut in arte cautum est. Ad hæc respondent, longa ante longam acuitur, quia simplex tenor non diuiditur.

Obiectio

Ad tertium.

Si penultima longa est natura, & ultima longa est positione, prior flexa est: quia syllaba longa positione breuis est natura, habens unum tempus. hæc Antonius Nebriss. libro quinto. in commento ex Aristotel. Ethico. quinto. ibi. Natura est, quod semper eandem uim habet, ut ignis, qui hic, & in Persis urit, natura calidus. Ergo contra naturam suam syllaba breuis producitur. & Fabius capit. decimo quod uitium so.a carmine licentia excusari potest. Vrbanus capit. de Accentibus ibi, syllaba natura breuis propter metrum fit longa positione, non gratia accentus. Idem Quint. lib. 9. cap. quarto inquit, Certe in dimensione pedum syllaba, quæ est breuis, insequente alia uel breui: quæ duas primas consonantes habeat fit lōga: ut, Agrestem tenui musam meditaris auena. Nam licet gre breuis, facit tamen longam priorem.

Ad quartum.

Vbi penultima longa est positione, & ultima breuis: penult. acuta est. Est enim breuis natura, unum habens tempus.

Ad quintum.

Nec circunflexus in tertia a fine sedere pōt, ut acutus: flexus enim cū sit diuisibilis in acutum & grauem, tunc acutus sederet in quarta a fine, quod sermo noster non patitur, ut dictum est. Ita dicendum est de monosylla ba natura longa, aut breui o de circunflexo ueræ sunt regulæ in contrariū, & Græcè, & Latinè in reliquis figmentum est Latinis: in quibus respondet Fabius, flexa ex acuta est. De accentu naturali, seu regulari, quæ dumtaxat partium est orationis declinabilium, hactenus.

Hinc de accentu dicatur accidentali, qui præter naturam uocis accidit in sermone: & uitium cum ratione fit excusatum.

Virtutes orationis tres esse, totidemque uitia supra dictis contraria, admonet Fabius cap. 10.

Partium orationis quasdam declinabiles, quasdam uerò indeclinabiles rei huius professores perdocent.

Regulas accentus Latini declinabilium edidit Fabius capit. 10. Quę adeo uirtutibus constant, ut uitijs nunquàm subdantur Autores: nihilo minus, ut uirtutum seruarent synceritatem orationis: maluerunt potius admittere barbarismi uitia ac soloecismi in oratione, ut Cicero in Oratore ad Brutum admonet: ibi, Impetratum est a consuetudine, ut peccare suauitatis causa, liceret. Vt illa sunt Vallæ libro secundo, capit. primo. Scio tuas diuitias, qui te pauperē quereris. Aspice liberos meos, qui dicor orbus. Cernant sua prędia, qui mihi unum fundum inuident. Vbi non modo genus dissimile est antecedenti, & relatiuo: sed etiam numeros.

Apocope

Apocope etiam, ac syncope uitia utique in oratione admittunt, ut dil lucida, atque emendata oratio fiat, propter uocum discrimina auditorũ auribus, vt in nominibus secundæ declinationis, quorum uocatiuos singulares in e, ueteres admisere: e quibus discrimen abstulit e extremum, quam apocopen dicunt: ne audiantur uoces fœmineæ primæ declinationis: ut Vergiliæ, Terẽtiæ, Valeriæ, Iuliæ. Vnde apocope seruat uoces corruptas cum penultima acuta, ut ò Vergili, Terenti, Valeri. Nam suo ex officio Apocope pro ultima proximam ponit breuem. ut in tertia à fine integræ uocis censeatur acuta. Quam ob rem, apocopatis uocibus non adest ultima. Ideoque falsò inquirunt in Valeri uocatiuo uocis corruptæ penultimam breuem, ut Va acueretur: Vbi quis non uidet nisi cæcus? In Valeri, ri penultimam esse & breuem. le igitur acui necesse est: Si non? quo nam igitur uitium appareat? ut uirtus orationis percipiatur, & auditorum aures uim apocopes sentiant? Sed ne sine professorum rei huius exemplis loquamur, nostris in primis fauet Priscianus, qui libro septimo asserit: ibi, Ex iunioribus, qui penultimam acuunt in abscissionibus ubi uocalis, in qua est accentus, manens integra, seruat etiam accentum integrum: ut ò Ouidie, Ouidi: ò Terentie, Terenti: ò Valerie, Valeri. Idem in duodecimo carminibus ibi, Turnus ut in fractos. ideoque accentus manet in penultima, quanuis breuis sit syllaba.

Seruius idem asserit Aeneid. primo, ibi, Leniit, hic primum Aeneas sperare salutem. Sanè plerunque accentum suum retinet etiam sermo corruptus, ut Mercuri, Domiti, Ouidi. Vbi tertia a fine habere debuit accentum, quia penultima breuis est: sed constat, hęc nomina apocopen pertulisse. Nam apud maiores erat idem nominatiuus, qui & uocatiuus, ut hic Mercurius, O Mercurius: unde cu, licet breuis sit, etiam post apocopen suum seruat accentum.

Aldus Manut. cũ dictiones per apocopẽ proferũtur: tunc enim accentum retinet integræ dictionis. Aulus Gellius lib 13. capit. 24. inquit, si quis nunc Valerium appellans in casu uocandi secundum id præceptum Nigidii, acuerit primam: non aberit, quin rideatur.

Antonius Nebriss. cap. de Accentibus, ueterum consensum seruans præcipit ibi, Dictio præterea si sit concisa, manebit Integer accentus in eadem sede, locoque. & plura in comm. Ioãnes Despauterius inquit, Vocatiui in i secundæ declinationis facti per obscissionem us syllabæ penult. acuunt. ut Vergili, Mercuri. Nec illud Horatij Serm. 1. simile est, ibi, Contra Leuinum Valeri genus unde superbum. hic Valeri pro Valerij genitiuus est, ut tuguri, pro tugurij, quod prosa non recipit: vbi Poeta coactus periphrasin necessariò facit, ait ibi Ioannes Britannicus. Et hanc esse omnium eruditorum doctrinam: quæ, contra quosdam, nescio quem Nigidium secutos, sit obuiam, qui Nigidius si esset, non diceret Valeri uocatiui casus primam acutam, ut utar uerbis Quintiliani contra C. Cæsarem. ibi Inst. primo capit. decimo, quanquàm secutus antiquos C. Cesar utitur hac ratione declinandi, ut Calipsonem dicat, sicut Iunonem: autoritatem nihilominus C. Cæsaris consuetudo superauit: ita de Nigidio dicendum. Nescio admiratus Antonium Nebriss. qui cap. de Accentu, ait, Ego tantum Nigidio tribuo, ut libentius uelim cum eo errare, quàm cum omnibus Grãmaticis uerum dicere. Vbi

Antonius Nebriss. præcipit proferendum Valeri uocatiuus prima acuta contra consuetudinem, & preceptum Quint. cap. 10. si consuetudo uicerit, uetus lex sermonis abolebitur. De quo etiam Ioann. Despauterius.

Syncope de medio auferens pro media longa natura ponit extremam, ut audit pro audiuit: nostras pro nostratis: uirum pro uirorum, penultimam non habens, pro eadem flectit extremam. Fabius capit. decimo. centum millia numum; & fidem Deum: duplices quoque soloecismos esse: quando & casum mutant, & numerum. Vergil. Aeneid. secundo. Huc delecta uirum sortiti corpora furtim. Ait Seruius, uirum pro uirorum: qua figura & in prosa utimur. Vnde admonet Plinius, hoc in neutro non esse faciendum propter similitudinē: nisi forte nimia metri necessitas cogat. hoc tandem eruditorum usu hodie, eadem non aliter scribenda sunt, nec aliter esse proferenda, ut uulgo clarum restat argumentum impressionibus Latine emendatis: in quibus bonorum apparet consuetudo: Fabius, si consuetudo uicerit, lex uetus sermonis abolebitur. Et si quispiam aliter dixerit, aut scripserit: ei Fabius respondeat: autoritatem consuetudo superauit.

Partes orationis indeclinabiles dicuntur, quia cum declinabilibus ingrediuntur orationem, sine quibus non conducunt orationem: ut præpositio per regimen casus: cū quo in unum coalescit regulari sub accentu, ubi per omnes grauatur syllabas: hæc Quint. capit. decimo. quæ rarò postposita apud prosam scribentes, legitur, ait Prescianus: idem Antonius Nebriss. coniunctio cum eo quod superioribus coniugit, quasi in unum corpus efficitur: sicut & præpositio, ut cap. de Accentibus in com. Et Priscianus. libro 16. Coniunctio indeclinabilis est aliarum partium orationis, quibus consignificatur.

Aduerbiorum accētus. Vocis discrimine procul dubio extremam acuit consuetudo, in aduerbiis ferè solis, ac pronominibus: in cæteris ueterem legem sequitur. Hæc Fabius Inst. primo, capit. decimo. Vbi contra quosdam eruditos loquitur, ac Grammaticos acuentes extremam præpositionis per regimen casus. Mosellanus ibidem ait, quod. s. discrimen in aduerbijs ferè solis: ut in pene, fermè, ferè, ne, si ultimæ graui enuncientur tono, putentur esse genitiui a fera, feræ, & pœna pœnæ. Item uocis discrimen Antonij Nebriss. præcepto tutius defenditur: qui capit. de Accentibus in comm. præcipit: atque ut semel dicam, quod de hac re sentiam, semper in accentu Latina regula est obseruanda, præter quam ubi optimi Autores aliter esse faciendum censuere, sub quo etiam recubet necessō est aduerbiorum accentus sub uitio quidem excusato. De quo optimi autores præcipiunt, qui sunt Aulus Gellius libro 17. capit. tertio. nisi quia uoces huiusmodi, cum ex communi significatione in rei certæ proprietatem concedunt: diuersitate accentuum separantur. Aldus Manutius, nō seruatur accentus septem, differentia, ambiguitate, nessitate, transpositione, contextu, idiomate, apocope. Antonius Nebriss. capit. de Accentibus in comm. fallunt tamen regulæ superiores, distinctione, abscissione, transpositione, attractione, idiomate, & interrogatione. Diomedes libro secundo. neque acutus in ultima syllaba potest poni, nisi discretionis causa, ut in aduerbio pone: ideo ne putetur uerbum.

Donatus in Arte prima. Accentum legem, uel distinguendi, uel pronunciandi

nunciandi gratia,uel discernendæ ambiguitatis sæpe necessitas conturbat:neque accentus in ultima poni potest, nisi discretionis causa. Sergius in Donati primam,sæpe accentuū dissipat legem uel distinctio, uel pronunciandi, uel separandi necessitas uerba similia, ut dicere debeamus.pone priore acuta,necessitate ducti, ne putetur modus imperatiui acuitur in fine quia nullum uerbum Latinū est in quo ultima syllaba habeat accentum scilicet declinabilium.Ioannes Tortelius de Orrographia, Verum & quibusdam aduerbijs consueuimus omnino differentiæ causa acutum in ultima ponere. Lancilottus libro decimo. Tria habemus, quibus regulæ accentus conturbantur, distinguendi ratio, pronuntiandi ambiguitas,atque necessitas:sed qualiter hæc fiant,attendenda est imitatio.Seruius in Vergil.Aeneid.secundo.ponè aduerbium est,atque ideo ultima syllaba habet accentum. Priscianus libro 17.quo modo & supradicta nomina,de quibus in libro, qui est de accentibus,latius tractauimus,contra Antonium Nebriss. negantem esse Prisciani in Opusculo de noua relectione accentus Latini.inquit Priscianus capit. de Accentibus,tres siquidem res accentuum regulas conturbant, distinguendi ratio,pronunciandi ambiguitas, atque necessitas: sed qualiter hæc fiant, imitandum est. Ioannes Despauterius doctores artis huiusmodi penè secutus capit.de Accentibus, Distinctionis gratia mutatur accentus,ubi connumeratis omnibus ferè aduerbiis,admonet: quæ omnia ultimam acuunt, dum aduerbia sunt,ne putentur esse nomina, uel uerba,seu pronomina,aut participia. Antonius Nebriss.capit.de Punctis,si uerò pone apicem habeat in fine appositum,signum est,esse aduerbium: alias uerò manifestum est esse uerbum. Laurentius Valla lib.5. cap.82 Impendere ab impendere apice distinguendum est.An præterea Fabius fortasse non meminerit? similitudinem uerborum accentu in fine distingui:qui Inst.12.cap. 10. inquit,sed accentus quoque cum rigore quodam,tum similitudine ipsa minus suaues habemus,ut potè pone uerbo atque aduerbio una, ac similis est uox,quæ accentu aspero,atque rigido distinguitur:uox enim exasperat aures,cum in fine uox acuitur, ergo minus suauis: quod Cicero in Ora.ad Brutum ut supra dixit.Heren.ca.Festiuitas.cū idē uerbū modò hac in re mō, in altera facilius auribus diiudicari pōt. Vnde uitiosus est sermo, ubi finalis acuit:rōne tñ excusatur. seruatur.n.orationis uirtus,quam dilucidam uocant, ne sermo fiat ambiguus,& oratio sit obscura auribus auditorum:Hęc Quin.lib.8. capit.secundo. nisi iam clara fuerint, quæ dicemus,ut in animum eius oratio,ut sol in oculos incurrat. Vnde facilè cōstat discriminis ratione uirtutem orationis seruari in aduerbijs præsertim, alijsque, in quibus eadem uox est diuersè duobus. Hæc Fabius lib.7.cap. 10. Amphibologia res enim duas significari manifestum est, quod ad scriptum uocemque pertinet, in utranque par est partem. Idem, productio quoque in scripto,& correptio in dubio relicta est ambiguitatis,ut Cato nominatiui,an ablatiui sit? Idem Inst. 1. cap. de ortographia, cum sumus in dubijs, aliqua nota monendi sumus: & in dicendo aliquo tenore præcipuè oratores,ut Valla ubi suprà.hæc Quint.lib.4.cap. 2. nam & per totam actionem, idest narrationem uitanda est obscuritas. Euidentia in oratione,quantum ego intelligo,ait, est magna uirtus, quæ sibi uendicat discriminis rationem, ne sermo sit ambiguus,tum legendo, tum di-

 cendo:

cendo: ubi oratores in dicendo necesse est: aduerbiorum fines discrimen habentes: in cæteris ueterem legem sequantur. hæc Quint. cap. 10. Verg. Aen. 4. Stant aræ circum & crines effusa sacerdos.

Est item & aliud uitium, quod consequens uocant, quod non in aduerbijs solùm, ac pronominibus uendicat, uerùm & alijs partibus orationis, quarum clausula finales acuit. In quibus consequens grauem pro acuto ponit; quod non foret, nisi prius acuta fuisset. Hæc Quintilianus Inst. 9. cap. 4. ibi, eoque facto, uitium, quod erat in fine, continuatio emendat. Idem. neque enim ego ignoro in fine pro longa accipi breuem; quod uidetur aliquid uacantis temporis, ex eo, quod insequitur, accedere. Cicero in Oratore ad Brutum, ubi dilucidius Iacobus Lodoicus in commento.

Antonius Nebriss. ubi de relectione noua accetus Latini, nisi falsò deprehendatur. quam synepiam uocat Vrbanus capit. de Accentibus, ac Scaliger de causis linguæ. Quæ omnia prædicta uitia contra accentus Latini regulas ab Autoribus ut emendata sunt usurpata. hæc Quint. Insti. 9. cap. 3. Verùm autoritate, uetustate, consuetudine plærunque defenditur, sæpe etiam ratione quadam. Ideoque uitium cùm sit a simplici, rectoque loquendi genere deflexum, uirtus est, si habet probabile aliquid, quod sequatur.

Ad hæc extat Fabij præceptum Inst. 9. cap. 4. ibi. Atqui eadem m quoties ultima est, & uocalem uerbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit; etiam si scribitur, tamen parum exprimitur. Idem Inst. 8. capit. 3. ibi. Siue iunctura deformiter sonat: ut si cum hominibus notis loqui nos dicimus; nisi hoc ipsum hominibus medium sit; in præfata uidemur incidere; quia ultima prioris syllabæ literæ, quæ exprimi nisi labris coeuntibus non potest; aut intersistere nos indecentissimè cogit, aut continuata cum sequente in naturam eius corrumpitur. quia Fabij præceptum obscurum est, clarius enucleandum sit hoc modo; si cum hominibus notis loqui non dicimus. in hac oratione iunctura indecenter dicitur. Nam præpositio per regimen casus dissimulata distinctione sub uno accentu cum suo casuali est proferenda: ut pote, cum hominibus unum uerbum est, & m indecenter ferit uocalem sequentem, cum sit uocalis præcedentis; consonans etenim eius est uocalis, cuius fuerat ante compositionem, sim quidem ferit o sequentem, ut, mho, tunc continuata cum sequenti in naturam eius corrumpitur. Si cum præpositio intersistitur a suo casuali proferenda, sic, cum hominibus, tunc corrumpitur præpositionis natura per regimen casus: quæ cum suo casuali sub uno accentu dissimulata distinctione, & uno spiritu indistanter est proferenda, ait Fabius Inst. 1. cap. 10, ut, circum littora. Respondet Fabius, scribitur m, ut appareat compositio, non profertur, seu obscuratur pronuntianda, sic cuhominibus, ne intersistatur; ut optime Antonius Nebriss. in opusculo De ortographia asserit, ibi. circum, præpositio si componatur cum dictione incipiente a uocali, scribitur m, sed non profertur: ut, circumago, circumeo. idem Priscianus libro primo, atque Gasparinus libro de ortographia. In quem errorem miserè labũtur omnes proferendo hanc compositionem, quemadmodum ac si scriberetur quemmamodum. insulsa quidem prolatio. At uera auribus eruditis, queadmodũ: quoniam scribitur m ut appareat compositio, non profer

tur

tur ratione, qua dictum est.

C.Lancilottus admonet, C litera super molaribus linguæ extrema appulsa exprimitur, cui assentiuntur omnes, qui rei huiusmodi sunt professores: sed extorta quidem est pronunciatio, de qua optimè Iulius Scaliger ait: litera c pronunciatur latiore parte linguæ interioris adducta ad palatum, atque astricta, potestate multò commodiore proferentis cuius doctrina est genuina satis, ut auribus eruditis proferenda constat. Aliqui proferunt cuspide linguæ dentibus illisa: hæc potestas in sigma turpissimè uenit, ut aures propè sentiunt.

Amabo, interiectio, si penult. flectit. sermo restat ambiguus, ut uerbum futuri censeatur: sin primam acuat, non uerbum putari: ut de aliquando dictum est. De quo uiros eruditos audiamus. Ascensius in Cic. epistola ad Curionem: sed amabo te: blandientis, quod tum casum tegat, licet blandè ponatur, uerbum manet, & accentum suum retinet.

Calepinus, amabo, penult. produ. interiectio amantis, sicut sonat uerbum, comicis ualde familiaris.

Despauterius: nonnulli scioli uoluere corripi, quando est blandiendi interiectio: sed nugantur, quia siue sit uerbum, siue interiectio penult. produci.

Scoppa, amabo interiectio penultima produci. licet alij corripiant.

Pharaonius, amabo in prosa breuiatur, in metro producitur.

Philet. in Cic. Epistola 2. ad Curionem. Amabo, aduerbium blandientis est, & in antepenult. habet accentum: & hæc alijs uerior. Nam amabo licet quantitate media sit longa, qualitate tamen breuis est: quoniã apud Ciceronem in Orat. ab Brutum, & apud Quint. corripi est grauari, produci uerò acui: utrunque enim in syllaba longa, & breui esse ponendum. hæc Admonet Despauterius cap. de Accentibus.

Quando igitur dicunt, amabo primam acui, non intelligi produci: nec penult. grauari, accipi breuiari.

Priscianus in aliquando præcipit penult. grauari: non ideo breuiari. iam longam esse sciebat Priscianus, cui non obstat illud Quintiliani, qui Inst. 1. cap. 10. admonet, duabus longis sequentibus primam breuem acui noster sermo non patitur. Vbi locutus est de declinabilibus duntaxat. Et Cicero in Oratore ad Brut. ubi inquit, Insanus primam breuiat; & tamen longa est, accipit pro grauari: uox quidem acuta, non longa, nec breuis censenda est, sed sub qualitate prolata in longa, & in breui syllaba. Amabo igitur ne uerbum appareat, primum acuit: uerbum pen. flectit.

Hyphen fit, ubi dictiones integrę sub uno accentu proferuntur. Ver. Aeneid. 1. Neque ignari sumus ante malorum, ubi ait Seruius, ante malorum hyphen est. Idem, Et cœli subter labentia signat. Idem Geo. 3. Ante expectatum. Terentius in Andr. Et heri semper leuitas. Priscianus ante tulit, ante uolans, interea loci, quem ad modum, admodum, mirum in modum, circum ago, animum aduerto, multò magis, multo minus, eo magis, quò magis, quò minus, eo minus aduerbialiter. Verbo tenus, & cætera id genus. Sed uide a præpositionem, ubi amplius senties suis cum rationibus.

## De Autoris patria.

*A Siculo Siclis fertur mea patria rege;*
*Siciliæ formam triquetra turris habet*





PRAEPOSITIO prod. Verg. Aen. 2. Has euertit opes, sternitque à culmine Troiam. Idē: Pergama, vos celsis nūc primū à nauibus itis. Iuue. Sat. 1. Expectes eadem à summo, minimoq; poeta. Idē. Carus & à tre pido Thymele summissa Latino. A, apice fruitur, ne composita sit. Praepositio orationis partibus composita seruat accentum dictionis, cui inhaeret acutum, ut Perago. Ouid. de Tristi. 1. Et peragor populi publicus ore reus. Grauem, ut peragi, Vergi. Aeneid. 6. Omnia percepi, atq; animo mecum antè peregi. Flexum, vt Dedo. Idē 4. Dede neci, melior vacua sine regnet in aula. Praepositio transitiua, idest per regimen casus, vtraq; syllaba grauatur, ait Priscianus: & dissimulata distinctione tāquàm unum enuntio, ait Fabius Insti. 1. ca. 10. Per se verò regularem seruat accentum migrans in nomen: vt cùm quaeritur, Sine quae pars est? Ante cui casui seruit? Haec Anton. Nebriss. cap. de accētibus in com. ita aduerbia, & cōiunctiones sunt. Praepositio praeponendi naturam habens, si postponatur, mutat accentum: vt, Maria omnia circū. Ait Seruius Aen. 1. In fine accentum ponimus contra morem Latinum: sed corruptio hoc facit. Nam praepositio postposita corrupta est sine dubio: quod Fabius abnuit Insti. 1. cap. 10. cōtra quosdā sui tpis eruditos quippe sic locutos. Itē Priscianus admonet, Sine praepositio quādo praeponitur, vtraq; grauatur syllaba, vt, sine timore: quando verò postponitur, primā acuit; & sine metris scribentes rarissimè hoc inuenies facere. Idem Sergius in Donati secunda. Praepositio est pars orationis dicta, quod loquendo praeponitur: & haec est eius natura, vt, ante templum, nemo enim dicit, templum ante. Eadem Antonius Nebriss. lib. 3. in Comm. Idem Despauterius asserit. Est enim vitium transmutatione, qua ordo turbatur, ait Fabius Inst. 1. ca. 10. Verg. Aen. 12. Te sine frater erit. Idem Geo. 1. Te sine nil altū. Idem 12. Te penes in te omnis Idē 4. Te propter Libycae gentes. Qua Aualtro strophe rare vtimur in prosa. Cicero cōtra Rull. cū Rullus Capuā, & urbes circa Capuā occuparit. Idē de Nat. Impia cōsuetudo ē cōtra Deos. Idē de Leg. Extra portā collinā aedes honoris est. Idem pro Corn. Sepultus est iuxta viā Appiā. Idē de Clar. Homerus nō infra superiorē Lycurgum fuit. Idem de Vn. Et quos, aut ante labuntur. Idem Tusc. Sed bacillum, quo abigam, prope me ponitote. Idem Atti. Vltra Siciliam villa est. Teren. Nec clam te est. Liuius ab Vrb. Rem creditori palam populo consuluit. Multis exemplis constat. Praepositiones praeponendi naturam habentes apud autores vix legi' in oratione soluta postpositas. Quae regula fallit in Tenus, ac Versus: in quibus autorum vsu sic volente, cogimur dicere Hactenus, Pubetenus, Domum versus, & earum hanc naturam esse neque aliter fieri posse, vt Antonius Nebriss. cap. Praep. lib. 3. Cicero pro Deio. Antiochus à Scipione deuictus, taurotenus negare iussus est. Idē de Leg. Nā veteres verbotenus tractarunt acutè illi. Idem ad Att. Aegro quoque hactenus redeo ad vrbana. Idē Or. Quatenus sine ridicula tractanda oratori. Oui. Met. 4. Sustulit omniferos collotenus arida vultus. Sta. Theb. 2. Spicula & inclusum capulotenus admouet ensem. Ver. Aen. 3. Pubetenus postrema immani corpore pistrix. Idem. Aetna. His natura suos aluotenus ima per orbes. Vnde exemplis patet, Tenus praepositionem corruptam non esse: quia postponitur, sed postponi. quia sic est oratorum vsus, non enim praeponi, aut postponi est essentia praepositionis, ait Iulius Scaliger. Sed vsus. Ne ordo quidem accidit praepositioni: vt è coelo fuerit hoc missum: Sed inuentum, postquàm homines fingere coeperunt: & in sermone notatum: Ait Fabius cap. 10. Et si vnquàm aliqua praepositio postponeretur: non igitur ea desineret esse praepositio, si vsus eam fecerit praepositiuam, vel postpositiuam. Haec Sergius, ac Seruius in Donati secunda ibi. Praepositiones & quando praeponuntur, & quando postponuntur, si casum suum seruent: adhuc praepositiones sunt.

Stat ergo præceptoris acri iudicio ob puerorum disciplinam id cõtextus tàm metricum, quàm solutum reducere, ac so lucere in sermonem. vt te sine. i. sine te. Cumarũtenus. i. vsq; ad Cumas. alnotenus, i. vsq; ad aluũ. Hæc Fabius Inst. 1. c. de lectione pueri. Itẽ tenus, cõstàs est pręposirio, ac inseparabilis à casualibus magis, q̃ quæ præponuntur: Hæ sine casibus aduerbia fiunt & componuntur: Cicero in Acad. Quod coram etiam ex ipso audiamus. Idem ad Att. De quibus ante ad te falsum scripserã. Idẽ pro Milo. Partim cædere icipiũt eius seruos, qui pòst erãt. Tenus pręposirio sine ablatiuo non legitur, & rransitiuè semper, inquit Prisc. ibi. tenus achri significat, quod sine dubio aduerbium est, sed quia semper casualibus iungitur: inter præpositiones enumerant. Et quamuis tenus significet vsque ad, attamen ab vsque distat: tenus quidem absque casu nec præpositio, nec aduerbium legitur: usque verò sine casu & p se aduerbiũ fit. Terẽtius in Adelph. Ctesipho me pugnis miserum vsque occidit. i. propè occidit. Hæc Iulius Scaliger. Itẽ Calepinus in illo Horatij versu Epist. 1. tenus aduerbium interpretatur. ibi. Est quiddam prodire tenus, si non da tur vltra: inquiens, sine casu posuit Horatius tenus tanquam aduerbium: vbi Ioannes Britannicus legit: Est quòdam prodire tenus, si non datur vltra: inquiens. quodãtenus dictũ sit, vt pubetenus. Seruius admonet Geo. 3. ibi, Et Crurumtenus. Tenus aduerbium est hic: nã si esset pręposirio, ablatiuo cohæreret: De qua Valla contrà docet libro 2. Sed quantum, ait, ego sentio, tenus iũgi cum genitiuo præsertim more Græcorum: cũ res est vel gemina, vel numero singulari carens: neque hoc apud poetas modò, sed apud oratores. Quint. lib. 12. Auriũ tenus in vsum linguæ perceperit. Cœl. Epist. 8. Cicer. Iam illi rumores de comitiis Cumarumrenus cẽsuerunr. Plin. lib. 34. cap. 8. Ipse tamen corporumrenus. curiosus animi sensus non expressit. Item Scaliger admonet, quippe omnis substantia constat motu, & quiete, præpositio harum rerum nota est: vt eo in forum, sum in foro, vado ad Petrum, sto ad ignem. Hæc Prisc. ibi. clam enim magis aduerbium est, nec localem habet aliquam significationem, quod suum est præpositionis: & qualitatem demõstrat, quod in aduerbiis inueniri solet. Tenus quidem vtriusque munus semper obiuit, id est vsque ad. Est enim vsque præpositio, inquit Calepinus, significans cõtinuationem, & finem actus, puta loci, temporis, & huiusmodi: vt, de literis hactenus, id est, vsque ad hunc locum satis dictũ est de literis: comitiorum Tenus, idest vsque ad diem, vel tempus comitiorum: pubetenus, idest, vsque ad pubem: sicut apud te designat spatium à me ad te, ait Scaliger. Vnde tenus sine casuali non ingreditur orationem: cum hactenus iam sermo sit, sicut pubetenus, & tanquàm vnum dissimulata distinctione sub vno tenore in tertia à fine sunt proferenda contra Antoniũ Nebriss. atque Despauteriũ, vt inferius: sicut de impersonali passiuæ vocis præteriti Grammatici præcipiunt: vt, statum fuit, fletum fuit, similibusque: dissimulata quoque dictione sermonis sub vno tenore esse proferenda: & sermo quidem est. Hactenus, quatenus, cæteraque pro vna parte orationis habentur aduerbiẽ. Pubetenus vnum est cum casuali declinabili, vt circumlittora, & tanquàm in vna voce vna sit acuta: ait Fabius Inst. 1. c. 10. Et hæc Seruius enodare conatus Aen. 5. ibi, Hac celebrata tenus: inquiẽs, Temesis est hactenus, & hic sermo: quantum ad artem spectat, duas continet partes orationis, vt hac pronomen sit, tenus præpositio: sicut pubetenus. crurũ tenus. Sed iam vsus obtinuit, scilicet hactenus, vt pro vna parte habeatur, ergo aduerbium, & est temporis, nam hucusque significat. Idem asserit Geor. 2. ibi. Hactenus aruorum: vt multi volunt, vna pars orationis est, & est aduerbium significans hucusque: alii duas partes volunt, pronomen, & aduerbium: vt sit tenus hac, sicut crurum tenus: Sed melius est, vnam partem accipere orationis. His verbis designat Seruius hoc complexum hactenus pronomine

hac

hac, & præpositione tenus aduerbium hucuſque ſignificans, vnde & aduerbiū tẽporis,quod ſibi,& non alijs accidit·nã tenus ꝑ ſe nec præpoſitio eſt, nec aduerbium, vt ſuprà dr̃ : & vt ſequitur, Aen. 5.Rurſus & oĩs pars orationis cùm deſierit eſſe quod eſt,migrat in aduerbiū:fallit hæc regula in tenus præpoſitiõe, quæ ſola nec vt aduerbium, nec vt præpoſitio eſt pars orationis: non enim legitur in oratione ſine ablatiuo, aut genitiuo : & ſuo cum caſuali ſermo eſt vt hactenus,migrans in aduerbium, & deſinẽs eſſe ſermo hucuſque ſignificans etiam ſermonem hoc tempus. Ait Calepinus. Hactenus, & pubetenus ſermones ſecundum dicendi modum non diſtare. Nam haetenus ſermo pronominis ablatiuo, & præpoſitione orationis partibus contextus diſſimulata diſtinctiõe vt in vna vóce tertia à fine ſit acuta: eſt enim penult.breuis:ita, quatenus,eatenus aduerbia. Pubetenus ſermo nominis ablatiuo, & præpoſitione orationis partibus contextus tranſitiuè diſſimulata quoq; dictione, quod ſuum eſt præpoſitionis per regimen caſus tanquam vnum, ait Fabius, in tertia à fine acuta proferatur: nam pen.ſit breuis. Hoc tamen inter ſe diſtant:quòd hactenus in aduerbium migrat hucuſque ſignificans, cuius qualitas eſt temporis, ait Priſcia. & autorum vſu contrà artem ſic uolente : Ait Seruius.Pubetenus ſermo,ſicut aliæ præpoſitiones per regimen caſus tranſitiuè, quod ſuum eſt præpoſitionis, vt circum littora tanq̃ vox una tertia à fine acuta proffertur:nam penult.breuius eſt. Et ſi forte legeretur vſpiam, tenus pube, vt apud veteres:eſſet contra eius vſum,quã naturam voco, & poſtpoſita eſſet, licèt præponeretur : tunc primam acueret,ſicut timore ſine.Vnde ſi de præpoſitione tenus multa videor exigere : nemini ſit admirationi: cùm Ant. Nebriſſ. ac Deſpauterius, cap. de accentibus contentur in pubetenus primã præpoſitionis acuere,& ita præcipientes proferendum. Prætendunt ſibi Seruij rationem, quia præpoſitio poſtpoſita corrupta eſt, & quæque dictio in pubetenus ſuum habet accentum,non videntes Seruium locutũ eſſe de præpoſitionibus naturam habentibus præponendi : vt exemplis liquet, & ſuprà probatum eſt.Tu lector rationibus inhæreas, non meis uotis : ſed amicè perſuadeo proferendum tibi eſſe pubetenus,verbotenus, oretenus,ſimiliaq; antepenul. acuta: ſicut hactenus, quatenus aduerbia. Verbis omnibus apponere Apicem more Græco ineptiſſimum eſt, ait Fabius,cap. de Ortographia, Inſti.1. Sed interim neceſſarium, cum eadẽ oratio alium, atque alium intellectum facit, vtrum ſequamur? Plerunq; aliqua nota monendi ſumus,vt oratio ſiat diiucida legentibus : & quæ etiam in vnitatẽ ſunt coacta,atque penulti. breuis eſt,ait Antonius Nebriſſ.in noua relectione accentus Latini : antepenul. acuit Seruius in Verg.Buce.Eclog.1.ibi, Et longo poſt tempore venit : vbi admonet; aut longo poſt,vna pars eſt orationis: vt ſit ſenſus, venit tempore longo poſt: ſicut multominus, multo magis, vt poſtpoſita videatur præpoſitio, & in unitatem coacta. Quæ huiuſmodi ſunt hæc, quemadmodum, vbi quẽ ſine m,proferatur, ne ſiat Metacismum.Vide in Regulis.Admodũ, propemodum ,pòſtmodum, propediem, quomodo,intèrea,proptèrea,pòſtea,perperam, pòſtmodo, huiùſmodi, iſtiùſmodi,ſimiliaque. Et quibus etiam penultima eſt longa poſitione, autore Priſciano,libro 15. Aliquando, nequando, & deinde,perinde,abinde, proinde, ſubinde:antepenult.acuunt : vt præpoſitio cõpoſita ſit cum aduerbio, & in vnitatem coacta. nam ſi præpoſitio grauis eſſet cũ aduerbio,trãſitiuè videretur quod ſermo noſter nõ patitur.Vide Abuſq;.Et gratia neceſſitatis peccandum eſt abuſq; in oratione,ait Cicero in Oratore.Earum præcipit Antonius Nebriſſ. penult. acutam, cap. de accent. in noua relectione accẽtus Latini:vt aliquando,deinde:quia penult.longa eſt, ex Fabio fortaſſe cap.10. Vbi inquit, duabus longis ſequentibus antepenult. acui ſermo noſter non patitur:vbi Fabius loquitur de partibus declinabilibus : & quæ ſequuntur aduerbia,etiam antepenult.acuunt: vt multò-

magis, eomagis, quomagis, quantomagis, nihilomagis, nihilominus, cominus, quominus, multominus, quantominus, paulominus, insuper, desuper, siquidem, & cætera id genus, contra Ioannem Despaut. qui cap. de accent. præcipit penult. acuendam esse, nesciente discernere harum differentias in pronunciando: ut inferius. In quibus autem præpositio non composita est, sed apposita transitiue: suo quæque accentu est proferenda, alium intellectum faciens per regimen casus: ut, quemadmodũ, admodũ, prope modũ, postmodũ, ppea, postea interea, quomodo, perperam, similiaque. Ita & comparatiuè loquendo, alius fit intellectus, ut multomagis, eomagis, quomagis, quantomagis, nihilomagis, quominus, quantominus, nihilominus, paulo minus. Hæc omnia ab Antonio Nebriss. in noua relectione accentus. Latini ita proferenda præcipiuntur: confuse tamen. Vt etenim alius, atque alius fiat intellectus, ita alio, atque sint accentu pronuncianda: quæ ut inter se sint magis distincta, exemplis comprobemus.

Multomagis, affirmatiuè aduerbiũ pro nedum, sed etiam, uerum etiam, sed quoque, cùm, & tum ponitur. Salust. de Bel. Iug. Non mœnibus modò, atque uerum etiam, multomagis asperitate locorum. Cicero pro Deio. Quæ si in priuatis gloriosa sunt, multomagis commemorabũtur in regibus. Sic sunt eomagis, quomagis, quantomagis. Portij declamatio in Catilin. Si feras quidem omnis generis, quomagis attenuatæ fuerint penuria edendi, eomagis præcipites, atq; efferatas ruere in perniciem uidemus. Cic. in Verr. Scelus est accipere ab reo, quantomagis ab accusatore. Institut. lib. 2. titu. 12. Vt quanuis parentes eis permiserint, nihilomagis iure testari possint. Cicero pro Sestio. Hæreret illa nihilominus in republica turpitudo. Pro tamen ponitur. Paulominus, pro penè, Suetonius, Paulominus octogesimo ætatis anno decessit. Perperam, idest peruersè, Plautus, in Milit. Ita me in simulatam perperam fuisse simulaui. Propemodum, idest propè. Terentius in And. Propemodum iam habec tibi fidem. Propediem, idest breui. Valla exponit lib. 3. Terentius Heauton. Hic cõsido propediem. Idem in And. Propterea quòd seruiebas liberaliter. In quibus uerò comparatiui intellectus iudicatur, singu'æ partes suum accẽtum habent. Cicero pro Leg. agrar. Cùm Rullus, atque iis, quos mul tomagis quàm Rullum timetis. Idem Epist. 3. Appio Pulch. Tamen multomagis meo facto delector quàm tuo: sic multominus, Lucij Sergij Respub. 2. Quæ tandem euomuit se nihilomagis quàm excidio Catilinæ consulatum peterem: nilominus amo te, quàm fratrem. Minuisti eum paulominus ab angelis, quàm. Prædicta quæ sunt omnia, Despauterius aut noluit, aut non putarat ita legenda; in quem nescio quid dicam, si in meis magnum teneo ducem.

AB, cor. Iuue. Sat. 2. Vuaq; conspecta liuorem ducit ab uva. Idem 4. Currite, iam sedit, rapta properabat ab olla. Ver. Aen. 8. Stirpis ab Ascanio, pugnabat in ordine bella. Idem 1. Arma, uirumq; cano, Troiæ qui primus ab oris. Ait Prisc. de 12. Carmi. ibidem. ab per se, voce profertur acuta: ut cùm quæritur, Ab quæ pars est? Ab cui casui seruit? In sermone uerò transitiuè grauari, sicut aliæ præpositiones per regimen casus. Sunt qui censent ab oris in proferendo pro u supprimi, ut nec plane b, nec planè u, audiri. Tu lector, consulas aures.

ABAS, pen. cor. Oui. Met. 12. Et Pholus, & Meneleus Abas prædator aprorum. Flac. 1. Quem genitor gestabat Abas, sedet aurea fluctu. Mant. nomine ab Abantem Siculum transmisit & illa. Vergil. Aen. 10. Vnà toruus Abas, huic totum insignibus armis. Idem 1. Et qua vectus Abas, & qua grandæuus Alethes. Idem 3. Aere cauo clypeum magni gestamen Abantis. Ait Seruius Aen. 3. ibi, Thesauros. hoc nomen n, non habet, sicut Atlas, Troas, Pallas: licet in obliquis casibus inueniatur. Luca. 10. Hinc Abatõ, quam nostra vacat ueneranda vetustas. Abas pen. acu.

ABACVS, pen. cor. Pers. Sat. 1. Nec abaci numeros,

numeros, & secto in puluere metas. Au so. Atque abacum Samio sæpe onerasse luto. Iuue. Sat. 3. Ornamentum abaci, nec non & paruulus infra. Mant. 3. Sub pedibus faciunt abacos, pantheres hyene. antepenult. acu.

ABACTVS, pen. pro. Ver. Aen. 8. Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ. penul. acu.

ABANTIADES, pen. cor. Oui. Met. 4. Solus, abantiades ab origine cretus eadē. Idem 5. Victor Abantiades patrios cum coniuge muros. patronymicum est masculinum ab Abāte Argiuorum rege deductum. antepenul. acu. Idem 15. Nuper Abactæis templo Iunonis in Argis. penul. acu.

ABDITVS, pen. cor. Hor. Epist. 1. Herculis ad postem fixis latet abditus agro. Oui. Met. 2. Abdita fronde leui densa speculabar ab vlmo. Lucr. 6. Hic igitur, penitus qui in ferro est abditus aer. Idē 4. Ergo replentur loca uocibus abdita retro. Mant. Abditus ex toto confestim euanuit agro. Ver. Geo. 2. Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. exponit Seruius, in domo; nam si aduerbialiter vellet loqui, domi diceret. Valla libro 3. Sum domi, & indomo. Ver. Aen. 2. Abdiderat sese, at aris inuisa sedebat. Idem 1. Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris. antepen. acu. Cicero ad Att. Ego me, ut scripseram, in Arpinum non abdidi. Idem in Piso. Is domum se abdidit. Idem Epist. Abdo me in bibliothecam. Idem ad Att. In Aegyptum nos abdimus.

ABDICO, is, pen. pro. Oui. Met. 1. Quid faciat? crudele suos abdicere amores, penult. flect. Cicero de Diuin. Treisque partes aues abdixissent. primę uerò coniug. antepenul. acui, componi à dico, as pen. breui. Cicero de Nat. Senatus ut abdicarent.

ABDOMEN, pen. pro. Iuue. Sat. 4. Montani quoque uenter adest abdomine tardus. Idem 2. Atq; bonæ teneræ placant abdomine porcæ. penul. flect. quod pro vitio ventris, ac gutturis Cicero sumit pro Sestio. Manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Idem in Piso. Oculorum delectationi abdominis voluptates anteferre.

ABEO, pen. cor. Oui. Met. 1. In villos abeunt vestes, in crura lacerti. Idem 2. In dextras abiere iubas, pariterque conata. Idem 3. Quoue petitus abis? certa nec forma, nec ętas. Ver. Aen. 6. Eumenidum aspicies, ripamúe iniussus abibis? Ait Seruius. vt, abeo in Thuscos, sicut diximus suprà: quanquàm alij adibis legant. Idem Aen. 2. Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas. Ait Seruius. abisse, & petisse dicimus: sed propter metrū Epenthesis facta est, ait Pierius Aen. 9. ibi, Sceptra Palatini, sedemque petiuit Euandri, in Romano codice, petit pro petiit more suo vno i, scriptum est, vt versus sit spondaicus: nam Euandri primam corripit: nusquàm, quod meminerim, obseruaui. Est Prisciani regula libro 7. In abscissionibus enim si vocalis, in qua est accentus, manet integra, seruat etiam accentum integrum: vt, audiuit audit, iuit it: & longa etiam, sequēte vocali; Antonius Nebriss. libro 5. Finita in t, in abscissis verò producitur, vt cùm dicit Ver. Aen. 3. Fumat Neptunia Troia, pro fumabat, vt exponit Seruius, sunt longa, ibi etiam Donatus: fumat ostendit omnia fuisse consumpta, ubi quatuor habes præter ea: vt, postquàm res Asię, Post quàm visum superis, Post quàm cecidit, Post quàm omnis humo fumat: ergo rectè Probus in fumat finalem flectendam esse censuit, sicut & Prisc. testante Landino: contra tamē habet Antonius Nebriss. vbi de noua relectione Iuue. Sat. 6. Magnus ciuis obit: & formidatus Othoni. Mart. 1. Coniuge Penelope venit, abit Helene. Exemplis constat regula.

ABESTO, pen. pro. Ver. Aen. 11. Maxima res effecta viri, timor omnis abesto. exponit Seruius abesto. i. Absit: nam tertia persona est, quod superest de reliquo: & est absoluta locutio.

ABFORE, pen. cor. Ver. Aen. 8. Insequitur nos, si pellant, nil absore credunt. antepenult. acu.

ABINTEGRO, pen. cor. Ver. Bucc. Ecl. 4. Magnus abintegro seclorum nascitur ordo.

ordo. Hic ab integro pen. producta est non solita positione: muta enim & liquida quoties ponuntur, metrum iuuant, non accentum: ideo vna pars est orationis aduerbium significans denuò. Vide Peragro. Nota quòd r litera quando cōsona est, tunc ex muta & liquida fit integra positio, & vocalis precedens longa fit in metro: non tamen in prosa, vbi ea vocalis breuis naturaúsq; grauatur, vbi accidit. hæc Artigraphi omnes syllabarum quantitatis præcipiunt. hæc Fabius Inst. primo, cap. 10. Euenit, vt metri quoque conditio mutet accentū vt pecudes, pictéq; volucres: nam volucres media acuta legam: quia natura breuis, tamen positione est longa, ne faciat iambum, quē non recipit versus heroicus. Qua de re Christophorus Beticus in Nebriss. lib. 5. de Prosodia inquit, Vnde agnoscas, licet liquidam literā post mutam non semper liquescere, quin potius existit semiuocalis, tunc enim muta, & liquida precedentem vocalem longam efficere possunt. non igitur exponas liquescit, idest omnino aufertur, sed imminuitur, & de vi, & rigore amittit aliquid.

ABIGO, pen. cor. Oui. Met. 14. Esse, sui partes, refugitque, abigitque, timetq;. Stat. Theb. 3. Fraternisque finas, abigant hoc carmina Vatis. Syl. 2. Hac abigā Pœnos dextra spectacula tantum. Idem. 8. Quæ dum abigo merui, & sub lucem uisa secundent. Hor. Epist. 1. Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet. Mant. Plena domus curas abigit cellaria plena. Cicero de Or. Puer abige muscas. Idem Acad. Pedem abige à me. Idē pro Cluē. Mulier partum sibi ipsa medicamentis abegit. antep. acu.

ABIES, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Sarraco ueniēte abies, atque altera pinus. Mant. Illius in syluis abies ubi plurima surgit. Idē, Abietibus turrita caput cunabula sanctum. Ver. Bucc. Populus in fluuiis, abies in montib. altis. Idem Geo. 1. Nascitur & casibus abies uisura marinos. Idē 9. Abietibus iuuenes, patribus, & montibus æquos. Idem 5. Transtra per & remos, & pictas abiete puppes. Idem 2. Aedificant, sectaq; intexunt abiete costas. Ait Seruius, Solutio est dactyli nunc in proceleumaticum: ut, Arma uirum. Cui ferè omnes assentiuntur. Antonius Nebriss. libro 5. cap. de pedibus inquit, Vnde in reice capellas, ex duabus uocalibus ei conficitur longa, itaque erit dactylus in abiete, pariete: quoniam i & e in unam syllabam longam coalescunt. antep. acu.

ABIDOS, Asię urbs, pen. pro. Ver. Geo. 1. Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abydi. Luca. 6. Tot potuere manus adiūgere Seston Abydo. Oui. Epist. Leand. Vel tua me sestos, uel te mea sumat Abydos. Idē. Venerit, aut quæro, siquis Abydon eat. Idem: Vtq; rogem date, & scribam tibi siquis Abydo. Idem, Solueret in speculis omnis Abydos erat. Idē, Dicat Abydeno sesta puella uiro. Idē. Mittit Abydenus, quam mallet ferre salutē. Idem in Ibin. Oīs Abydena sit tibi peior aqua. Mart. Littus Abydenum freta silentia puppim. penul. flect. Abydos uerò, ait Calepinus, urbs Africæ, pen. cor.

ABIICIO, pen. cor. Hor. Epist. 1. Abiicito potius, quā in quo perferre iuberis. Stat. Achil. 1. Abiicit, exemptamque aui dis circumligat ulnis. Mant. Abiecere Iouem, Saturnigenumque deorum. antepe. acu. Vide Reiicio. Cicero pro Sest. Atque insigne regium, quod de suo capite abiecerat, reposuit. Idem de Prouin. Virgines se in puteos abiecerunt. Idē ad Att. Clodius abiecta toga se ad generi pedes abiecit.

ABIVRATVS, pen. pro. Ver. Aen. 8. Abstractæque boues, abiuratæque rapinæ. Ait Seruius: abiurare est rem creditam negare periurio. Vnde modò abiuratas rapinas contra ius retentas intelligamus. Cicero ad Att. Mihi abiurare certius est, quàm dependere. pen. flect.

ABNVO, pen. cor. Iuue. Sat. 14. Viribus abnuerit dira, atque immania passis. Hor. Ser. 2. Abnuere & tabulas à te remouere memento. Ver. Aen. 5. Abnuit Aeneas, sed lætum amplexus Acesten. Idem 10. Abnueram bello Italiā concurrere Teucris. Ait Seruius, abnueram: idest prohibueram: ut contrà annuit, & consentit significat.

significat. Cicero de Fato. Nihil. n. unquàm abnuit uoluntas tua studio meo. Idem de Fin. & intelligas, quid quisque concedat: quid annuat. antepen. acu.

ABOLLA, pen. pro. Mart. Cætera quem nu di tegit uxor abolla grabati. Mant. Et sacer euadẽs duplici uestitur abolla. Iuue. Sat. 3. Gymnasia, atque audi facinus ma ioris abollæ. Idem. Nescit, cui dederat tyriam Crispinus abollam. penul. acu. est enim uestis militaris.

ABOLEO, pen. cor. Oui. Met. 5. Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetustas. Claud. Ciuiles aboles notas, sciat orbis Bous. Sil. 1. Flore uirens auet Egates abolere parentum. Stat. Theb. 6. Accipit armento hic luctus abolere, nouique. Mant. Hoc crudele genus paucis abolebitur annis. Ver. Geo. 3. Aut undis abolere potest, aut uincere flamma. Ait Seruius, caro enim corrupta morbo quẽdam habet mucorem, qui ablui non potest: quoniam omne possidet corpus. Itẽ, Igni superposita aut putrescit, aut durescit: nam non coquitur. Idem Aen. 1. Matris Acidaliæ paulatim abolere Sichæum. antepen. acu. Idem 7. Fama leuis, tantique abolescet gratia facti. penult. acu.

ABOMINOR, pen. cor. Oui. de Pont. 3. Si mea mors redimenda tua, quod abomi nor esse. antepenul. acu. Hor. Epod. Ode 16. Parentibusque abominatus Annibal. penul. flect.

ABORTIVVS, pen. pro. Hor. Serm. 1. Si cui filius est, ut abortiuus fuit olim. Iuue. Sat. 2. Cũ tot abortiuis fœcundã Iulia uuluã. Idem 6. Et quod abortiuo nõ est opus illa uoluptas. pen. flect.

ABRAM, pen. pro. Mant. Et sinus Abrami uox est ubi cognita tellus. Idem. Quod Iobal appellat soboles Abramica cornu. Idem. Et domus Abrami tãtos habitura triumphos. Idẽ. Fertur ut, Abrami quon dam natusque, neposque. penul. flect. Ait Priscia. lib. 5. Hæc nomina Hebræa nulla regula Latina, nec Græca sunt mo deranda, nisi transferantur in aliquam formam declinabilem: quod quidam historici fecerunt. Idem Antonius Nebris. multis in locis, nomina Hebraica, quæ extensione unius syllabæ ad nostrã declinationem trahuntur, in eadem syllaba apud nos accẽtum retinent: in qua fuit apud Hebręos, ut Adam, Abram, Ioseph. Quæ apud illos, ait Despauterius, in fine acuuntur: nos forma declinabili penul. flexa dicimus, Adamus, Abramus.

ABSILIO, pen. cor. Lucr. 6. Aut procul absiliebat, ut acrem exciret odorem. ante penul. acu.

ABBIDIRAMVS, pen. cor. Mant. Maurũ ductor erat niger Abbidiramus opaca. Idẽ. Agmina retrorsum ferus Abbidiramus agebat. pen. flect.

ABSONVS, pen. cor. Hor. de Art. Si dicentis erunt fortunis, non absona dicta. antepenul. acu.

ABSCIDIT, pen. cor. Ouid. Met. 1. Nam cœlo terras, & terris abscidit undas. Ver. Aen. 3. Hesperium Siculo latus abscidit, aruaque, & urbes. Ait Seruius. Abscidit, propter metrum ci corripuit per poeticum morem; est enim ex abs, & cædo, sed diphthongus uertitur in i, productam: abscidit ergo penul. flectit Hęc Calepinus. Cicero in Verr. Aquilium constituit in conspectu omnium, tunicamque eius, à pectore abscidit. Idẽ in Anton. Post autem ceruicibus caput abscidit.

ABSTRAHO, pen. cor. Oui. Met. 5. Abstrahit ipse procul mõtis sublime cacumen. Idem. 3. Abstrahere inde potest, sed opaca fusos in herba. antepen. acu. Cicero de Orat. Deinde illud uerendum est, ne abstrahamur à consuetudine dicendi. Idem pro Deio. Ego me ab omni solicitudine abstraxi. antepen. acu.

ABROTANVS, pen. cor. Lucr. 4. Abrotanĩque graues, & tristia centarea. antep. a.

ABSTINEO, pen. cor. Iuue. Sat. 14. Abstineas igitur damnis huiusce, etenim uel. Idẽ. Pythagoras cunctis aialib. abstinuit qui. Horat. de Art. Quærit, & inuentis miser abstinet, ac timet uti. Idem. Lude re qui nescit, campestribus abstinet armis. Idem Ser. 2. Petit cum strauit ferro pecus abstinuit ni. antepen. acu. Cicero pro Cor. Sic cùm biduum cibo se abstinuisset, subitò febris decessit. Idem in

Anto. abstinere se à nefario scelere. Idē. in Verr. Abstinere manus ab alienis pecuniis. Idem. Quàm ut manus ab illo appellatore abstinerentur.

ABSTRVSVS, pen.pro.Ver.Geo.I. Et silicis uenis abstrusum excuderet ignem. Idem Aen.6. Abstrusa in uenis silicis pars densa ferarum. Ait Seruius. abstrudere enim est de industria cęlare. Cicero de Acad. Natura in profundo ueritatem penitus abstrusit. Idem ad Att. Cùm mane me in sylua abstrusi densam. Idem contra Rull. Nullus nummus tàm abstrusus est, quàm. Idem, Penitus abstrusas in sidias alicui ponere. penul.flect.

ABSTVLI, pen.cor.Ver.Aen.6. Abstulit atra dies, & funera mersit acerbo. Lucr. I. Irreuocabilis abstulerit iam praterita ætas. Mant. Nàque opibus primùm ablatis incendia in ædes. Cicero pro Domo. Clodius pecunias seculares abstulit à Senatu. Idem in Var. Id tu mihi abstulisti. Idem. Ab hac abaci uasa omnia abstulit. antepen. acu.

ABSTEMIVS, pen. cor. Hor. Epist. I. Si forte in medio positorum abstemius herbis. Oui. Met. 15. Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis. Ait Fabius Inst. I. cap. de Ortogr. Abstemius, quia ex abstinentia temeti composita uox est, primæ relinquitur. antepen. acu.

ABSISTERE, pen.cor.Ver. Aen.II. Prælia nec uicti possunt absistere ferro. Hoc est, ait Seruius, etiam si uelint, ab illis discedere natura non patitur. antepenult.acu.

ABSVM, pen.pro.Oui.Met. I. Pœna, metusq; aberant, nec uetba minantia fixo. Idem. Inachus unus abest, imoque recōditus antro. Ver. Aen.10. Illum autem Aeneas absentem in prælia poscit. Ait Seruius: nam absens dicitur, qui recedit. Idem. 4. Incubat illum absens absentem auditque, uidetque. Cicero ad Att. Nunquàm ab oculis meis abfuerūt. Idem. P. Sylla abfuit ab oculis uestris. penul. acu.

ABVSQVE, pen.pro. Ver. Aen.7. Dardania Siculo Prospexit abusque Pachyno. Ait Seruius. Abusque, & adusque usurpatiuè dicimus: præpositio enim nec ad uerbio, nec præpositioni iungitur: usque aut propositio est, aut aduerbium. ex Prisciano.

ABVNDO, pen.pro. Ver. Aen.II. Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans. Idem 4. Primus abundare, & spumantia cogere pressis. Idem. Rursus abundabat fluidus liquor, omniaq; in se. Idem. I. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans. Lucr.4. Consimiles ideo diffusæ rebus abundant. penult. acu. Cicero de Or. Cùm ipsi doctrina, & ingeniis abundarent. Idem de Leg. Theophrastus uerò, ut scitis, abundauit in eo genere. Idem pro Corn. Cuius oratio omnibus ornamentis abundauit.

AC, coniunctionem producunt quidam exemplo Statii Theb. 3. Nō Iuuenū modò, sed gelidis, ac inertibus æuo. At in impressionibus nuper emendatis legitur, & pro ac. Quintianus unà cum Despauterio inquit, coniunctioni in c, longationem damus, vt ac nihilominus Probus Grammaticus admonet, quòd in pronomine solo cc litera reddit duplicem sonum: in coniunctione simplicē. Addam communem esse.

ACADEMIA, pen. cor. Mant. Quicquid habet frugum sapiens Academia quicquid. Idem inter Socraticos, & rura Academia carnes. Idem, Discipulorum ingens illic Academia facit. Claud. In latius spretis Academia migrat Athenis. antepen.acu. Idem. Docta peregrinas uoces, Sophiamque Academi. Hor. Epist. 2. Atque inter syluas Academi quærere uerum. ubi ait Britannicus. Academia, suburbanum olim nobile fuit non procul ab vrbe Athenarum inter arbusta positum, denominatum ab Academo loci domino, quo tempore regnauit Theseus. Hunc locum ad exercendas artes, communicandasque Plato delegit, non tàm salubritate, quam solitudine, & secessu conspicuum. A qua Academia Academica secta nomen sortita est: inde Academi. Academus penult. flect. Cicero de Or. Et longe Academiæ illi, ac Lycęo tuum hoc suburbanum Gymnasium. antepen. acu.

ACANTHVS, pen. pro. Stat. Syl.3. Hic tibi

bi Sidonio celsum puluinar Acantho. Idem Theb. 6. Irradiant medio huius in tertextus acantho. Ver. Buc. Et molli circum est ansas amplexus Acantho. Idem. Mistaque ridenti colocasia fundit Acantho. Idem Geo. 2. Balsamaque, & baccas semper frondentis Acanthi. Ait Seruius. Acanthus arbor est, in Aegypto semper frondens, vt oliua, laurus. Acanthos dicta, quia spinis est plena. Idem 4. Narcisum, aut flexi tacuissem vimen Acanthi. Idem Aen. 1. Et circumtextum croceo velamen Acantho. Vbi Seruius, genus virgulti flexuosum, quod vulgo herba canthum dicunt: idest, herba spinosa. Idem Opusc. Censerit assiduę curæ menior hic & Acanthos. p. a. Idē Geo. 3. Littoraq; Alcionem resonant, & Acāthida dumi. Ait Seruius: per dumos uerò Acanthis, quam alii lusciniam esse volunt: alii uerò carduelem, quæ spinis, & carduis pascitur: Plin. libro 10. c. 4. Acanthis in spinis viuit, idcirco asinos & ipsa odit, flores spinæ deuorantes.

ACER, pen. pro. declinatur, hic Acer, hæc Acris. hoc Acre. Nota quòd hæc articulus sine diphthongo scribi debet: fit enim ab H vocali græca longa, quæ venit in e longum, ut hæc. Pronomen autem cum diphthongo scribitur, ut hæc: ut Pōticus Virunius in Erotemata Guarini. Iuue. Sat. 2. Acer, & indomitus, liber tatisque magister. Idem 7. Præcipuè, uel si tetigit latus acrior illo. Idem 14. Acribus exemplis videor te claudere, misce. Hor. Sat. 1. Quantò perditior quisque est, tantò aerius urget. Luca. 1. Acer, & indomitus quo spes quoq; ira vocasset. Lucr. 6. Post vbi commouit vis eius, & impetus acer. Ver. Aen. 3. Acer equis tentanda via est, qua me quoque uia est. Idem 1. Aerior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Idem Aen. 1. Præcipuè pius Aeneas, nunc acris Orōti. Idem 3. Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo. Idem 8. Aut acrem dubites in prælia poscere Turnum. Hoc acer, ait Priscianus lib. 5. huius aceris, nomen est arboris: nullum enim arboris nomē fœmininum in r, desinens secūdæ potest inueniri declinationis Oui. Met. 10. Et platanus genialis, acerque coloribus impar. Arbor est variis distincta coloribus: vnde acernæ mensæ post citreas in prætio fuisse scribuntur. Hæc Plin. lib. 16. cap. 6. Acer eiusdem ferè amplitudinis operum elegantia, ac subtilitate citro secundum. Acer, acra, acrum quidam declinant, secundæ declinationis ait Calep. ac Antonius Nebriss. in arte ibi, A ante c, quod apud Ciceronē non legi: nisi tertię tantùm, ut pro Cor. Pō peius acre, & magnum bellum gerens. Idem pro Milo. Se acri animo defendebat. Idem de Orat. Vtendum est imaginibus agentibus acribus. Idem. Acris acies ingenii. Idem. Hæc acrem curam, diligentiamque desiderant. Idem ad Att. Flaccus duxit uiros acres, acer pen. flect.

ACCEDO, pen. pro. Pers. Sat. 1. Eleuer, accedas, examenue improbum in illa. Idē. 5. Supplicet, accedam, si totus, & integer illic. Idem 6. Fœneris accedat merces, hinc exime sumptus. Ver. Geo. 2. Sin, has ne possim naturæ accedere partes. pen. flect. Cicero. Varr. Siculi proximè accedunt ad nostram disciplinam. Idem. Qui accessistis Aennam, uidistis simulachrum Cereris.

ACCERSITVS, pen. pro. Hor. Ser. 2. Quò rediturus erat non accersitus, & hęret. penult. flect. Cicero Tusc. Studia doctrinæ aliunde accersita.

ACCELERO, pen. cor. Claud. Acceleratur equis, Italamq; momordit arenam. Ver. Aen. 12. Accelerat, & frātrem, si quis modus, eripe morti. antepenul. acu. Cicero in Catil. Si accelerate volent, ad uesperam eum consequentur.

ACAMAS, pen. cor. Stat. Syl. 6. Phyllea sanguineumq; lauant Acamantha sorores. antepen. acu.

ACCIDO, à cado, pen. cor. Hor. Ser. 1. Accidit, & quidam testes, caudamque salacem. antepen. acu. Cicero ad Att. Accidere autem mihi nolebam. idē de Am. Nihil mali accidisse Scipioni puto: mihi accidit, si quid accidit.

ACCIPIO, pen. cor. Ver. Aen. 8. Accipimus Fauno Picus pater, isq; parentem. Idem 3. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. idem 8. Accipe, daque fidem: sunt

sunt uobis fortia bello. Idem 12. Accepit vocem lacrymis Lauinia mater. Stat. Theb. 3. Accipit armenta hic luctus abo lere, nouique Iuue. Sat. 3. Accipiunt, do nat Caluinę, uel Catienæ. Cicero Epist. Tamē ab illi teste quicquid est datum li bentius accepi. Idem de Off. Quas acce pisse donario diceret. id est, à Vario. antepenul. acu.

Accingor, pen. cor. Ver. Aen. 4. Dulce caput, magicas in uitam accingier artes. Ait Seruius, accingier autem ut ad infi nitum er addatur, ratio efficit metri: quam cum in eo ultima sit longa, addita er syllaba, fit breuis. ut audiri audirier, uestiri uestirier. antepen. acu.

Accire, pe. pro. Iuue. Sat. 5. Si libuit mē ses neglectum accire clientem. Hor. Ser. 1. Quam nunc accisis uideas metato in agello. Ver. Aen. 8. Accisis coget dapibus consumere mensas. Idem 11. Spem si quam accitis, Aetolum habuistis in armis. Idem 1. Regius accitu chari genitoris ad urbem. Claud. Accitus conuiua perit, mors nulla refugit. Sil. 8. Accolit Arpinas accita pube Venafro. Cicero ad Att. Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros. Idem de Orat. Qui filio Aristotelem doctorem accierit. pen. flect.

Accipiter, pen. cor. Lucr. 5. Accipitres, atque ossifragę, mergique marinis. Mant. Accipitres, catulos, & equos, & cer copithecos. Oui. de Art. 2. Odimus acci pitrem, quia viuit semper in armis. Idē Met. 5. Et fugere accipitrem penna trepi dante columbę. Hor. Epist. 1. Cautus enim metuit foueam lupus, accipiterque. Verg. Aen. 11. Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto. antepenul. acu.

Acilius, pen. cor. Iuue. Sat. 4. Proximus eiusdem properabat Acilius æui. ante penult. acu.

Acclino, pen. pro. Oui. Met. 5. Circumspexit Atyn, seque acclinauit ad illum. penult. flect.

Accliuus, pen. pro. Oui. Met. 2. Quo simul accliuo. Clymeneia limite proles. Hor. Ser. 2. Accliuis falsis animus melio ra recusat. Verg. Geo. 2. In tumulis accliue solum collesque supinos. Cicero ad Quint. Ea vię pars accliuis est. pe. ac.

Accola, pen. cor. Verg. Aen. 7. Accola Vulturni, pariterq; Saticulus asper. Sil. 14. Sicanum Siculo nomen mox accola Minos. Mart. 5. Accola iā nostrę degis, Germanice vitę. Mant. Accola Danubii venit usque à littore Narbo. Cicero in Verr. Ennēses omnes sacerdotes, omnes accolę, atque antistes Cereris esse viden tur. antepen. acu.

Accuso, pen. pro. Iuue. Sat. 2. Clodius ac cuset męchos, Catilina Cethegos. Idem. 1. Accusator erit, qui uerbum dixerit, hic est. Idem 13. Accusatori nollet dare plurima felix. Ver. Aen. 1. Talibus incusat, gressumque ad mœnia tendit. Ait Seruius, incusare propriè est superiorem arguere: ut in Teren. pater ad filium, Quid me incusas clytipho? Ver. Aen. 1. Quem non incusaui amens hominūq; deumque. Accusare verò vel parem uel inferiorem: vt in eodem ad maritum vxor, Me miseram, quę nunc: quam ob causam accusor? nescio. Et hoc proprietatis est: licet vsus iste malè corrum pat. Laurentius Vallensis lib. 6. cap. 13. contra hoc rationes aliquas infert, atque autorum exempla, quæ & alia in eo videas. penul. flect.

Acestes, pen. pro. Sil. 14. Entella, He ctoreo dilectum nomen Acestæ. Verg. Aen. 1. Armaque, Troianoque & sanguine clarus Acestes. Idē. Siue Erycis fines, regemque optatis Acestem. idem 11. Ducitur infelix æuo confectus Acestes. Idem. 5. Aduentum, sociasque artes occurrit Acestes. Idē. Quàm quæ Dardanium tellus mihi seruat Acestem. Ait Seruius: Hippotes filiā suam Egestam, ne ad cetos religaretur, superposuit nauiculæ, & misit quo fors tulisset: quæ da lata est ad Siciliam: vbi Crinisus fluuius concubuit cum ea conuersus in canem: unde Acestes est natus. pen. acu.

Acesco, pen. pro. Hor. Epist. 1. Sincerū est, nisi quodcunq; infundis, acescit. p. acuit.

Aceruus, pen. pro. Oui. Met. 1. Quæ post quàm euoluit, cæcoq; exemit aceruo. Iuue. Sat. 13. Tutus & è medio fortunę ductus aceruo. Pers. Sat. 6. Inuentor Chrysippe tui finitor aceruí. Stat. Syl. 1. Prodi xitque suos damnari thuris aceruos. Lu-

cre.

ere.3. Cogerat, & summo tibi diffluit altus aceruus. Hor. Ser. 2. Ore trahit quodcunq; potest, atque addit aceruo. pe. acu.

ACERRA, pen. pro. Mar. 4. Hęc tibi pro nato plena dat lætus Acerra. Verg. Geo. 2. Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus acerris. Ait Seruius: Acerræ, ciuitas est Campaniæ haud longè à Neapoli, quam Clanius pręterfluit fluuius, cuius freques inundatio eam exhaurit. pen. acu.

ACETES, pen. pro. Stat. Syl. 2. Euander fidus pugnas spectabat Acetes. Idem 5. Cæditur, attendunt cunei, spectatur Acetes. pen. acu.

ACETVM, pen. pro. Hor. Ser. 1. Potet acetum age, si & stramentis imbuet unde. Mart. 13. Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti. Iuue. Sat. 3. Fortior, vnde venis exclamat, cuius aceto. pen. flect. est enim vltima breuis. Ait Anton. Nebri. libro. 5. In terminalis in antiquioribus breuis ponebatur. At parui hoc refert: hodie enim in versu aut cum vocale abijcitur, aut vocalem sequens consona producit. Ver. Aen. 1. Littora multùm ille, & terris iactatus, & alto. Idem. Insignem pietate virum, tot adire labores. Idem Antonius Mancinellus asserit: ad quod illud facit. nam virorum penult. flectit, quod non esset, nisi vltima esset breuis, ita virûm hoc indicat syncopatum.

ACERNVS, pen. pro. Oui. Met. 4. Aeolij, pallorque fores infecit acernas. Idem. 8. Vana fuit, truncoque dedit leue vulnus acerno. Hor. Ser. 2. His vbi sublatis puer altè cinctus acernam. Verg. Aen. 9. Nigranti picea trabibus obscurus acernis. pen. acu.

ACERBVS, pen. pro. Verg. Aen. 6. Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Ouid. Me. 14. Vt verò fuga vos ab acerba morte reduxit. Idem de Pont. 3. Fortunæ species obstat acerba meç. Hor. de Ar. Indoctum, doctumque fugat, recitabor acerbus. Idem Epist. 1. Occupat obscuri speciem taciturus acerbi. Claud. In glaciem vertit latices tunc munus acerbum. Cic. Ante exiliū nihil duri, nihil acerbi mihi erit. Idem de Sen. Vua primò est peracerba gustui. p. a.

ACHATES, pen. pro. Verg. Aen. 1. Occulit, ipse vno graditur comitatus Achate. Idem. Ac primùm silicis scintillam excudit Achates. Ait Seruius: poeta alludit ad nomen: nam Achates lapidis est species: bene ergo ipsum dicit ignem excusisse: vnde & Achatem ei comitem dixit. Lectum est enim in naturali historia Plinij, quòd siquis hunc lapidem in anulo habuerit, gratiosior esse videatur. Idē Aen. 10. Est licitū magnique femur perstruxit Achatæ. Idem. Alma Venus fidū Aeneas affatur Achatē. Ait Seruius, omnia nomina, quæ in tes exeunt, vocatiua in a mittunt: vt, Achates Achata, Thimetes Thimeta. pen. acu.

ACHEMENIVS, pen. cor. Luca. 2. Mundus Achemeniis decurrant medica susis. Idem 6. Passus Achemenijs latè discurrere camp[illegible] Anso. Laudet Achemenias orientis gloria telis. Verg. Aen. 3. Nomine Achemenides Troiam genitore Adamasco. Oui. Me. 14. Fatur Achemenides iterum Polyphemon, & illos. antepe. a.

ACHELOVS, pen. pro. Scribitur enim per o magnum. Ouid. Heroi. Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis. Stat. Theb. 7. Inachus antè retrò, nosterque Achelous abibūt. Idem. 2. Fractaque per fossi arbusta Acheloia ripis. Oui. Met. 9. Tum demum magno paret hæc Acheloia supplex. Verg. Geo. 1. Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis. Ait Seru. non ratione dixit: nam sicut Orpheus docet, generaliter aquam veteres Acheloum vocabant. Sed quia specialiter quidam fluuius, Achelous dicitur: aut species est, pro genere: aut secundum antiquitatem est locutus. Achelous dei & fluuij nomen. Ouid. Met. 9. Dixit, & vt vincas alios Acheloe dracones. Idem. operiuntur aquæ vultus Achelous agrestes. pen. flect. Achelous enim pen. producit, ratione prædicta.

ACHERON, pen. cor. Verg. Geo. 2. Subiecit pedibus, strepitumque Acherontis auari. Idem Aen. 7. Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo. Idem 6. Dicitur, & tenebrosa palus Acheronta refuso. Idem. Hinc via Tartarei, quæ fert Acherontis ad vndas. Luca. 3. Præparat innumeras puppes Acherontis adusti. ante

tepenult. acu. & sine diphthongo ait Despauterius.

ACHERSECOMES, pen.cor. Iuue. Sat. 8. Vendit Acherfecomes, si nullum in con iuge crimen. antepen. acu.

ACHERVSIVS, pen.cor. Sl.13. Squallentem introitum stagnans Acherusius humor. Lucr.3. At contra nunquàm apparent Acherusia templa. antepen. acu.

ACHILLES, pen.pro. Ouid. Met. 12. Mortis ab Aemonio quod sit iugulatus Achilles. Prop.2. Theseus infernis, superis testatur Achilles. Verg. Aen.1. Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli. Ait Seruius, Poeta detraxit s, literam tertiæ declinationis genitiuo, quæ plerũque pro sibilo habetur, non solum necessitatis, sed euphoniæ causa: vt, acris Oronti. Prisc. libro 6. Ait, in huiusmodi nominibus tertiæ declinationis veteres frequentissimè datiuum proferebant pro genitiuo: vt Achilli, pro Achillis. Quintianus Epograph.2. ait. Ego magis dicerem ibi esse declinationem græcam, vt Achilleus ei, ei in i versa: quod apud Horatium inuenies. Heu peruicacis ad pedes Achillei. Calepinus tamen admonet, nomina enim in eu diphthongon finita apud antiquos terminabantur in es, vt Theseus Theses, Tydeus Tydes: genitiuus erat in is, ut Thesis, Tydis: vbi in fine carminis abiicitur s, ut Thesi, Tydi: remansit consuetudo in Achilleus, & Vlysseus, Achilles, & Vlysses, quorum genitiuus est Achilli, & Vlyssi. Horat. Od. Nec cursus duplices per mare Vlyssei. dissoluto genitiuo vsus est, vt in carmine Vergiliano. Oui. de trist. 1. Solus Achilleo tollere more potest. pen. acu.

ACHIVVS, pen.pro. Oui Fast.5. Venit & Alcides turba comitatus Achiua. Idem Penel. Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuis. Stat. Syl.1. Adde quòd ille nocens, sæuoq; amplexus Achiuos. Hor. Epist.1. Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Verg. Aen. 2. Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui. Idem. Hoc ipsum vt strueret, Troiamq; aperiret Achiuis. Idem. Quidue moror, si omnes vno ordine habetis Achiuos. penult. flect. Iuue. Sat.3. Græcam urbem quamuis quota portio facis Achææ. Ver. Aen.5. O miseræ, quas non manus, inquit, Achaia bello. Idem.2. Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra. Cacepha ton est. Ouid. Parif. Ah quoties dices, quàm pauper Achaica nostra est. Ait Ioannes Britannicus in Iuue. Sat.3. Achææ, secundum græcam declinationem dixit: & Achiuum dicimus, æ diphthōgo versa in i, productam, & u digamma interposita: est autem dictio deducta ab Achaia, quæ pars est Peloponensi. penult. flect.

ACIES, pen.cor. Stat. Syl. 1. Non vacat Arctoas acies. Rhenumq; rebellem. Luca. 10. Cognatasq; acies, & rupto fœdere regni. Hor. Ser. 2. Vt stupet insanis acies fulgoribus, & cum. Mant. Fracta acies in terga ruit trepidantibus instat. Ver. Geo.1. Romanas acies iterum videre Philippi. Idem 2. Ipsa acie falcis, non dum tentanda, sed vncis. Seruius admonet Geor. 1. Ibi, Libra die. die, non apocope pro diei, sed secundum antiquos regularis genitiuus. Nam secundum illos obliqui casus singlaris numeri non debent esse maiores nominatiuo plurali; qđ verũ esse Salustius historiarũ primo probat ibi, dubitauit acie pars, pro aciei dixit. Oui. Met. 3. Prima fide, vocisque ratæ, tentamina sumpsit. Idem 6. Vtque fide pignus, dextras vtrasque poposcit. pro fidei. Idem Prisc. lib. 7. Sed modò Acies, aciei dicimus: nam acies acie, veteres dixêre. Ver. Aen. 2. Opposita stat ferri acies mucrone corusco. Ait Seruius, bene poeta addidit ferri, quia homonymon est acies, quod à Grammaticis vocatur æquiuocum, quod sub vna voce plura significat. Idem 6. Huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentē. Idem 10. Horrida per latos acies Vulcania campos. Ait Seruius, ideo ausus est, quia cõparatio ad bellum pertinet: nam de igne dicere Aciem, satis incongruum est: ergo acies Vulcania, uis ignis est: quæ latius per campos effunditur. antepen. acu.

ACIDALIA, pen. cor. Verg. Aen.1. Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæũ. Ait Seruius Acidalia Venus dicitur: vel quia

quia inicit curas, quas Græci Acidas dicunt, vel certè à fonte Acidalio, in quo se Gratiæ lauant: quas Veneri constat esse consecratas: ipsius enim, & Liberi, filiæ sunt: nec immeritò. Gratiæ enim per ferè numinum munera conciliantur: ideo autem nudæ, quòd Gratiæ sine fuco esse debent: ideo connexæ, quia insolubiles debent Gratiæ esse. antep.acu.

ACIS, pen. pro. Ouid. Met. 13. Acis erat Phaono, nymphaque Simethide cretus. Idem. Acidis in nobis fuerit præstantior, edam. Idem. Acidis in gremio residens procul auribus usi. Idem, Acin amas? præfersque meis amplexibus Acin? Idem. Me videt, atque Acim, videoque, exclamat, & ista. Idem. Acis erat sic, & quoque erat tamen Acis in amnem. Versus, & antiquum tenuerunt flumina nomen. Ait Seruius in Ver. Bucc. Ecl. 10. Cyclops dicitur nympham amasse Galatheam, quæ cùm quendam Acin pastorem amaret, & Polyphemum sperneret, ille iratus Acin necauit: qui posteà Galatheæ miseratione in fontem mutatus est: qui hodie Acilius dicitur: vnde flumen maximum defluit nominis eiusdem, cuius vndæ frigidissimæ sunt. Ouid. Fast. Gurgitis inclusa sua membra sic frigidat vnda. Acis Græcè sagitta dicitur: itaque à celeritate, qua defluit nominatur: & flumen frigidum à mirabili eius frigiditate hodie vocatur. & herbifer. Ouid. Fast. 4. Præterit & ripas herbifer Aci tuas. Vide Fazelum de situ Siciliæ. pen. flect.

ACIDVS, pen. cor. Hor. Ser. 2. Atque acidas mauult inulas, nec dum omnis ab altra. Ver. Geo. 3. Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis. Ait Seruius, potionis genus est, quod ceruisia nuncupatur, & consequens est, vt vinum per naturam calidum in prouincia frigida nô possit creari. antep. acu.

ACIPENSER, pen. pro. Hor. Ser. 2. Galloni præconis erat acipensere mensa. De quo ait Pli. lib. 9. cap. 17. Apud antiquos piscium nobilissimus habitus Acipenser, seu aquipenser, vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat: nullo nunc in honore, cùm sit rarissimus inuentu. pen. acu.

ACINVS, pen. cor. Hor. Ser. 2. Aridum & ore ferens acinum, semesaque lardi. Hoc est, granum vuę aridum, ait Britannicus: nam acini, siue acina dicuntur fructus minores arborum, fruticumq; densius nascentes: ut sunt grana vuæ, hederæ, sambuci, ebuli, mali punici, mori, & quicquid his simile. De quo si plura desideras, vide Vallã, lib. 4. c. 28. antep. a.

ACLIS, pen. pro. Sil. 3. Aclide, vel tenui pugna instare ueruto. Ait Petrus Marsius, Aclis, aclidis est iaculũ breue. Ver. Aen. 7. Oscorumq; manus, teretes sunt Aclides illis. Ait Seruius, Aclides sunt tela quędã antiqua, adeò vt nec usquàm commemorentur in bello. Legitur tamen quòd sint clauæ cubito semis factę, eminentibus hinc & hinc acuminibus quibusdam, quę ita in hostem iaciuntur religatæ loro, vel lino: vt peractis vulneribus possint redire. Putatur tamen esse teli genus, quod flagellum in immensum iaci potest. Ait Landinus, ibidem, Ergo Aclides tela erant, quibus eminus pugnabant. Aclis pen. acu.

ACONITVM, pen. pro. Oui. Met. 1. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Idem 7. Attulerat secum Scythicis aconiton ab oris. Idem de Art. 3. Et dare mista viro tritis aconita cicutis. Luc. 4. Infundas aconita palàm Romana iuuentus. Iuue. Sat. 1. Qui dedit ergo tribus patruis aconita vehatur. Verg. Geo. 2. Semina nec miseros fallunt aconita legentes. Ait Seruius, Hæc autem herba dicitur nata esse de spumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit: quæ quia in saxis & cotibus nascitur, aconiton dicitur, quasi sine puluere: uel quod nascitur in nudis cautibus, quas Gręci aconas vocant. Et ideo aconiton vocauere. Idem Plin. lib. 27. ca. 2. pen. flect. Vide Acetum.

ACONTEVS, pen. cor. non contractum Græcè scribitur per e. Oui. Met. 5. Miles erat Persei, pro quo dum pugnat Aconteus. Ver. Aen. 11. Pectora pectoribus rumpunt exscussus Aconteus. Idẽ. Continuò aduersus Tyrrhenus & acer Aconteus. Stat. Theb. 7. Cornipedum

uisa

visa est donec flammatus Achonteus. Idem, Harmonies: cultor Bacchæus Acontea Phegeus. De quo similibusq; nomiuibus Græcis admonet Fabius Inst.1.cap.10. Nam si media mutatur, aut flexa pro graui, aut apice circunducta sequente; quam ex duabus syllabis in vnam cogentes, & deinde flectentes dupliciter peccant: sed his sæpius in Græcis nominibus accidit: inquiens nobis iuuenibus, Doctissimi senes acuta prima dicere solebant: vt necessariò secunda grauis esset. antepen.acu.

ACONTIVS, pen. pro. Oui. Herc. Effigies pomi testatur Acontius huius. antepenul.acu.

ACQVIRO, pen.pro. Hor.Ser.2. Vergilio, Varoq; ego cur acquirere pauca. Iuue.Sat.14. Mox acquirendi docet insatiabile votum.pen.flect.

ACRISIVS, pen. pro. Stat. Theb. 2. Acrisius, nudoque ferens caput ense Chorœbus. Idem 6. Et grauis Acrisius, speciesq; horrende Chorœbi. Ver. Aen.7. Inachus, Acrisiusque patres mediæque Mycenæ. antepen.acu.Sil.1. Acrisioneis Tyrinthia culmina muris. Oui. Met. 5. Acrisioneas Prœtus possederat arces. Mant. Acrisioneę Danaes à sanguine Turnus. Ver.Aen.7. Acrisioneis Danaæ fundasse colonis. Ait Seruius, Acrisioneis patronymicum est, nam male putant Acrisioneis colonis.pen.flect.Acrisius antepen.acu.

ACRAGANTINVS, pen.pro.Lucr.1.Quorum Acragantinus cùm primis Empedocles est.pen.flect.

ACROCORINTHVS, pen.pro.Sta.Theb. 7. Littora qua summas caput Acrocorinthus in auras. Mant. Spartam, vrbes alias recolunt caput Acrocorinthi. Idē. Et mare quæ duplex disterminat Acrocorinthum. pen.flect.

ACTOR, pen.cor. Iuue.Sat.2. Actoris Arunci, spolium quo se ille videbat. Ver. Aen.12. Actoris arunci spolium, quassatque trementem.antepe.acu. Vnde Actorides. Oui. de Art.1. At non Actorides lectum temerauit Achilles. Idem Met. 13. Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis. Idem de Trist.1, Quę fuit Actoridæ cum magno semper Achille. antepen. acu. Actor nomen verbale ab ago: Hor. de Art. Actoris partes chorus officiumque virile.pen. flect. genitiui.

ACTICVS, pen.cor.Iuue.Sat.11. Acticus eximiè si cænat, lautus habetur. Idem 2. Mœsta nec Actiaca fecit Cleopatra catina. Oui. Met.13.Iudicis Actiaco quæ nunc ab Apolline nota est.antepen.acu.

ACTAEON, pen.pro.Oui.Met.3.Actęon ego sum dominum cognoscite vestrum. Idem.Ignari instigant, oculisq; Actęona quærunt. pen. acu.

ACTVTVM, pen.pro. Oui. Met.3. Quem quidē ego actutum (modò vos assistite) cogam. Sil. 15. Actutum vindex mea si suprema referre. Flac. 10. Actutum prudens charum regina maritum. Ver. Aen.9.Actutum pius Aeneas, atque integer æui. Significat confestim, & sine dilatione ait Seruius:& aduerbium pen. flect.Vide Acetum. Ego quidem proferrē actutum prima acuta, vt amabo, aliquando: ne in auditoris auribus inhæserit, ac, tutum, unde non aduerbium appareret:& penultim.breuis fit qualitate.

ACVO, pen. cor. Oui. de Pont.1. Gloria vos acuat, vos & recitata probētur. Ver. Geo.1. Mouit agro curis acues mortalia corda. Idem Aen. 7. Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur. Idem postquā visa satis primos acuisse furores. Idem 11. Aeneas acuit Martem & se suscitat ira. Stat.Syl.5. Illū omnes acuunt plausus, illum ipse volantem. Sil. 1. Spicula quæ patrio gaudens acuisse ueneno. Luca.1. Stridentes acuere tubæ qua Cinga pererrat. Flac.1. Condensę fletus acuūt, & dira precatur. Cicero de Clar. Qui linguam acues exercitatione dicendi. Idē Tusc. Ne stridorem quidem serræ audiunt runc, cùm acuitur. antep.acu.

ACCVBO, pen.cor. Ver.Aen.6.Accubat, & manibus prohibet contingere mensas. Cicero in Catil. Qui mihi accubantes in conuiuijs eructant, sermonibus suis cædem bonorum. Idem ad Att. Hæc scripsi decimò Cal. accubās apud Nestorium.antepen.acu.

ACVMEN, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Patritias, quis priscum illud miratur acumē Hor.

Hor. Epist. 1. Nota refert meretricis acumina sæpe Catellam. Oui. Met. 2. Penna latus velat, teneros acumine rostrum. Idem Fast. 2. Dum loquor elatæ metuendus acumine caudæ. Lucr. 6. Compressę nares nasi primoris acumen. pen. flect.

ACVTVS, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Cana Micipsarum prora subuexit acuta. Hor. de Art. Nil tanti est, ego sed fungar vice cotis acutum. Ver. Geo. 1. Peruigilat, ferroque faces inspicat acuto. Idem 2. Quadrifidasq; sudes, & acuto robore vallos. Oui. Met. 3. Labros, & Aglauros, & acutæ vocis Hylactor. Idē 1. Pan videt hanc, pinuque caput præcinctus acuta. penult. flect.

ACVS, pen. cor. Ver. Aen. 11. Pictus acu tunicas, & barbara tegmina crurū. Claud. auget acus meritum, picturarumque metallis. Sil. 7. Ausonidum, pulchrumque & acu sub tegmine fuluo. Luca. 10. Quod Niloris acus compressus pectore ferrū. pen. acu.

AD, præpositio, natura breuis: Iuue. Sat. 1. Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. Idem. Natus ad Euphratem molles quod in aure fenestrę. Ver. Buc. Hinc alta sub rupe canet frōdator ad auras. Ad, poni pro apud. Verg. Aen. 1. Ad quem tum Iuno supplex his vocib. vsa est: Pro contra. Idem. 2. Nituntur gradibus, clypeosque ad tela sinistris. Pro in. Idem 4. Aulide iuraui, classemq; ad pergama misi. Idem 1. Prima quòd ad Troiam pro charis gesserat Argis. Vide A, præpositionem.

ADOPERTVS, pen. pro. Oui. Met. 14. Visa dedisse sonum est, adopertaque ianua factum. pen. acu.

ADAPERTILE, pen. cor. Oui. de Trist. 3. Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri. antepen. acu.

ADAM, pen. cor. Auso. Deceptumq; adiunxit Adam nos fera nepotum. Idem deceptus miseratus Adam, quem capta venenis. Mant. Posset ad Helysios soboles ad Adamica campos. Vide Abram.

ADAMAS, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Myrrhina deinde Adamas notissimus, & Berenices. Stat. Syl. 1. O genitrix duro nec enim ex adamante creati. Verg. Aen. 6. Porta aduersa ingens, solidoque adamāte columnæ. Ait Seruius: Lapis est durissimus: & tantæ soliditatis, ut nec ferro possit infringi. Oui. Met. 4. Carceris ante fores clausas adamante sedebant. ante pen. acu. Idem 7. Ecce adamanteis Vulcanum naribus afflant. pen. flect. Plin. lib. 2. Adamas durissimus lapis duarum violētissimę naturæ rerum ferri, ignisq; contemptor: hircino sanguine non nisi recenti calidoque frangitur. Luca. 2. In quo iam genere in primis adamantina saxo. Propertius. Colchis flagrantes adamātina sub iuga tauros. Mant. Corpus erat tenerum, sed mens adamantina mēbra. antepen. acu.

ADDO, pen. pro. Hor. de Art. Si priscæ, motumque, & luxuriā addidit arti. Oui. Met. 3. Addidit hæc cladis prænuncia verba futuræ. Idē. Addiderat, poteratq; puer, iuuenisque videri. pen. acu. Idem. 3. Additus & pauor est, fugit Autoneius heros. Verg. Aen. 6. Natus & ipse dea, nec Teucris addita Iuno. antepenul. acu. Cicero ad Att. Addis mihi scribendi alacritatem.

ADDICO, pen. pro. Hor. Ser. 2. Emptor gaudentem nummo te addicere sed me. Cicero pro domo. Cui sedes meas addiceret. pen. flect.

ADEDO, pen. pro. Ver. Geo. 4. Quis dubitet? nam sæpe fauos ignotus adedit. Idem. Aen. 9. Corripuit tabulas, & postibus hæsit adesis. Cicero Tusc. Cùm verò adhesum in flatu renouatum est iecur: Idem pro Quin. Quis tam profusus nepos non adesa iam. pen. flect.

ADEO, pen. cor. Prop. 2. Per te immaturum mortis adimus ire. Ouid. Met. 1 Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas vndas. Idem. Lumē adit Semeles, nec nubes antè remouit. Idem Fast. 3. Vnde nemus nullis illud aditur equis. quod accedo passiuum protulit. Cicero Tusc. 2. Pericula adeuntur in preliis. Idem de Off. 1. Laboribus susceptis, periculisque aditis. Idem in Verr. 4. Impersonale: antequàm in ius aditum esset. Pompeius Festus de verborum veterum significatione admonet. Adeo habet duas significationes: nam cùm prima acuta effertur, idem

idem significat quod accedo: vt cùm dicimus, adeo prętorem: cùm autem secunda, idem est, quod vsque eo, non quidem secundum rationem: quia ad præpositio accusatiuis accommodata est, sed vetusta quidem loquendi consuetudine. Adeò pro valde, finem apice graui notat frequens scribendi usus. Ver. Bucc. Vsque adeò turbatur agris. Idem. Teq; adeò hoc decus. Idem. Sic adeò, insistit. Idem Geo. 1. Multum adeò gelida. Idē Aen. 4. Hæc adeò tibimet. Iuue. Sat. 6. Paucæ adeò Cereris. Cicero Quin. Fr. Adeò vt Cato adolescens. Idem pro Clu. Adeòne erat stultus. Et ita apparet consuetudo impressionibus Latine emendatis. Vide Regulas nostras.

ADHAEREO, pen. cor. Oui. Met. 1. Cum consorte tori parua rate vectus adhæsit. antepe. acu.

ADHVC, pen. cor. Oui. Fast. 4. Ah pereant, dicebat, onus inguinis aufert. Aduerbium est: quod vsurpatiuè poeta dixit. Præpositio enim nec aduerbio iungitur, nec præpositioni. Vide Abusque. Adhuc finalem acuit ex veteri consuetudine, vt Priscianus lib. 7. In abscissionibus enim si vocalis, in qua est accentus, manet integra, seruat etiam accentum integrum: Vt audiuit audit: illicce illic. Idem 12. Nec non similiter, illice. Vnde illic quasi apocope facta, in fine seruat accentum. Idem, Illucce illuc: istucce istuc: hucce huc. Hæc Scaliger.

ADHIBEO, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Nec multos adhibet, liceat modò viuere, fient. Hor. de Arr. Ne quicunque deus, quicūque adhibebitur heros. Cicero de Orat. Medicus ægroto adhibet medicinam. Idem de Nat. Melius est ægrotis non adhibere vinum omnino. antep. acuit.

ADITVS, pen. cor. Oui. Met. 14. Denique per multas aditum tibi sæpe figuras. Verg. Aen. 4. Tentauerant aditus, & quæ mollissima fandi. Idem 6. Quò lati ducunt aditus centum, hostia cētum. Seruius inquit, non sine causa & aditus dixit, & hostia. Nam Vitruuius, qui de Architectura scripsit, inquit, cum ab aliquo arcemur ingressu, id hostium dici ab hostando: cùm igredimur, aditum dici ab adeundo. Idem 11. Qua tenteт ratione aditus, & qua via clausos. Idem. Pars aditus vrbis firment, turrisque capescant. Et significat ingressum per quē ingredimur. Ver. Aen. 9. Lustrat equo muros aditumque per auia quærit. Adytum per y græcam, est locus templi secretior, ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus. Idem 2. Mittimus, isque adytis hæc tristia dicta reportat. Iuue. Sat. 13. Vocem adyti dignam templo, veramque probauit. antep. acu.

ADIVVO, pen. cor. Oui. de Pont. 2. Adiuuat in duris aliquos præsentia rebus. Sil. 9. Adiuuat, & Tyrias impellat stridulus hastas. Verg. Aen. 5. Adiuua, & magna proclamat voce Diores. antepenul. acu. Hor. Ser. 1. Magnum adiutorem posset, qui ferre secundas. Iuue. Sat. 2. Adiutor gelidos veniam caligatus in agros. Oui. Penel. Totque simul macta re viros adiutus ab uno. Idem Met. 1. Qui tamen insequitur pennis adiutus amoris. pen. flect. Cice. ad Att. Et in eo ego te adiuuabo. Idem Epist. In qua pręcipuè sum ab illo adiutus.

ADIGO, pen. cor. Ver. Aen. 4. Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras. Oui. Met. 5. Acrisioniades, adigitq; in pectus, at ille. Stat. Theb. 5. Transadigam ferro, saniemque & vulnera fratrum. Mant. Quærere, quam vexent, adiguntq; in retia pręda. Idem, In scopulos adigat, requies est parta diebus. Cicero de Off. Calphurnius arbitrum illum adegit. Idem pro Rosc. Cur non arbitrum pro Roscio adegeris. antep. acuit.

ADIPATVS, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Liuida materno feruent adipata ueneno. penul. flect.

ADIVRO, pen. pro. Stat. Theb. 7. Adiurat, turmasque metu, non sternit inani. Ver. Aen. 12. Adiuro stygij caput implacabile fontis. Seruius inquit, quidam tamen volūt iuro, tunc dici debere, cùm confirmamus aliquid, aut promittimus: vt, iuro me facturum. Adiuro verò, cùm negamus: vt adiuro me non fecisset Teren. Adiurat se non posse apud vos, Pamphilo absente, perdurare. Cicero pro Quint. Fr. Adiurat Procilius hoc nemini

ni accidisse. Idem in Ant. Adiurasq; id te, me inuito, non esse facturū. pe. flect.

Adinstar, pen. pro. Ver. Aen. 6. Quis strepitus circa comitum? quantum instar ab ipso. Seruius inquit. Instar similitudo est: et nomen, quod non recipit præpositionem. Ad instar enim non dicimus, quod Probus declarat. Vide Vallam libro sexto, cap. 18. Vide instar. penult. acuit.

Adimo, pen. cor. Oui. Met. 2. Haud impunè feras, adimam tibi nanque figurā. Hor. de Art. Multa recedentes adimūt, ne forte seniles. Idem Epist. 1. Mandabo siccis adimam iactare seueris. Verg. Geo. 2. Crescentiq; adimunt fœtus, vruntque ferentem. Lucr. 5. Et pecus, atque agro adimebant vulnera Pœni. Cicero ad Att. Epistola illa mihi somnum ademit. Idem Epist. Primùm ut Cæsari aliquid adimar. Idem, Quo reductio regis adempta sit. antepen. acuit.

Adiicio, pen. cor. Ouid. Met. 1. Adijciunt alii partes assensibus implent. Idē Fast. 4. Adiice Troiane suasorem Antenore pacis. Stat. Achil. 1. Adiiciunt fœtam pholoes sub rupe lexnam. Verg. Aen 10. Tercentum adiiciūt, meus omnibus vna sequendi. Idem. Adiicias, nec te vllius violentia vincat. Ad, præpositio adiuncta verbo iacit, i duplici scripta producitur, vt adiicit: ipsam enim sequitur i consona, quā verò expuncta, ad corripi: vocalis etenim eam sequitur. Luca 8. Crine iacet, subicitq; facem cōplexa maritum. Stat. Achil. Et subicit gauisus Vlysses. Cicero de Off. Timotheus ad laudem bellicæ doctrinæ, & ingenij gloriam adiecit. Idem de Pet. Nō vt aliquid ex iis noui adiicerem. antepenult. acuit.

Admotus, pen. pro. Oui. Met. 15. Admotis Athamantis aquis accedere lignum. Stat. Sil. 1. Blandus, & admotis tepefecit pectora pennis. Cicero pro Clu. Hoc se à Iulio tanquam aliquā machina admota fortunas Asinii expugnate posse. penult. flect.

Admoneo, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Admoneas cuius tunc munera retia misit. Cicero contra Rull. Admonent manus ve ctigalibus populi Romani. antep. acuit.

Admiratio, pen. cor. Iuue. Sat. 6. Non pp nummos minor admiratio sum mis: Idem 7. Improbitas illo fuit admirabilis æuo. Antepen. acu. Ver. Geo. 4. Admiranda tibi leuium spectacula rerum. Cicero in Ant. Hoc mihi maximam admirationem mouet. Idem de Orat. Hoc admirationem magis quàm risum mouet. Idem de Diuin. Aeternam naturam esse suscipiendam, admirandamque hominū generi admiratio.

Adnare, pen. pro. Ver. Aen. 1. Dispulit, huc pauci vestris adnauimus oris. Seruius inquit. Elegit verbum aptum nau fragio ad eliciendam misericordiam: & de nauibus natat lectum fit: vt, natat uncta carina. Idem 4. Infandum caput, ac terris adnare necesse est. Idem 6. Paulatim adnabam terræ iam tuta tenebam. pen. flect.

Adnixus, pen. pro. Ver. Aen. 1. Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto. Seruius admonet, Adnixus antiquum est, ut connixus, quibus hodie non utimur. dicimus enim adnisus, & connisus: & multa alia: vsus contra antiquitatem vendicauit. Illi enim parsi dicebant, nos dicimus peperci. Item, nos dicimus suscepi, illi autem succepi.

Adonis, pen. pro. Oui. de Art. 7. Nec te prætereat Veneri ploratus Adoni. Idem Met. 10. Semper Adoni mei, repetitaque mortis imago. Idem. Ferret Adoni sui? nec gentes immemor egit. Ver. Buc. Et formosus oues ad flumina pauit Adonis. Seruius inquit. Adonis a, habet accentum, quia græcum est nomen: tamen & Latinè sic dicimus. Nam Adon nusquàm lectum est. Hęc Seruius. Adonis, Adonis, vel Adonidis induit formā Latinæ declinationis accentum sibi Latinum vendicat: atque per o, magnum Grecè scribi, quod in o, Latinum eadem cum quantitate venit. Adonis igitur pe nult. flect. est enim penul. longa natura, vltima verò breuis. Oui. Met. 10. Abstinet & cęlo, cęlo præfertur Adonis. Idē. Posset, Adoni monet fortisq; fugacibus, esto. nam Græcè scribis, Ἄδωνις Ἀδωνις ἄδωνις καὶ Ἄδων. ubi a, accentū habet. Apud

illos, ars respicit extremam breuem: apud nos penultimam longam. Cicero de Nat. Venerẽ nupsisse Adoni traditũ est.

ADOPTIVVS, pen. pro. Mart. 13. Nunc in adoptiuis persica cara fimus. Ouid. Fast. 4. At sit adoptiua nobilitate tuus. Cicero pro Dom. Neque amissis sacris paternis in hæc adoptiua uenisti. penult. flecti.

ADOR, pen. cor. Ver. Aen. 7. Instituuntq; dapes, & adorea liba per herbas. Vbi Seruius, Ador propriè est genus farris; liba autem sunt placentæ de farre ex melle, & oleo sacris aptæ. Plin. lib. 18. cap. 3. Gloriam denique ipsam à farris honore adoream appellabant: equidem etiam uerba priscæ significationis admi tor. penult. acuit.

ADORO, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat. Idem 10. Ardet adoratum populo caput, & crepat ingens. Mant. Totus adorabat resonans præconia lau lum. Verg. Aen. 2. Affaturque deos, & sanctum sydus adorat. Idem 10. In rupes, in saxa (volens vos Turnus adoro.) Ait Seruius ad vacat, & est metri causa additum. Vide Vallam libro 5. cap. 11. pen. flect.

ADOLESCO, pen. pro. Claud. Protulit, & patriæ felix adolescis in ostro. Stat. Theb. 2. Iasides Thalamis, ubi casta adolesceret ætas. Verg. Geor. 1. At dum prima nouis adolescit frondibus ætas. Idem 4. Pocula Panchæis adolescunt ignibus aræ. Idem Aen. 12. Tu facito mox, cùm matura adoleuerit ætas. Hor. Ser. 1. Si sapiat, uiret, simulac adoleuerit ætas. Oui. Met. 4. Crescendo iungi, pariterque adolescere cernat. Cicero de Finibus. Eaq; cupiditas agendi aliquid adolescit vnà cum ætate. Idem de Leg. Ratio cùm adoleuit, atque perfecta est, nominatur rite sapientia. pen. acuit.

ADOLEO, pen. cor. Oui. Met. 1. Vtque leues stipulæ demptis adolentur aristis. Verg. Buc. Verbenasq; adole pingues, & mascula thura. Idem Aen. 1. Cura penum struere, & flammis adolere penates. inquit Seruius, adolere, colere est; sed adolere propriè, est augere. In sacris autẽ adolere per bonum omen dicitur: Nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur. Antep. acuit.

ADOPERTVS, pen. pro. Iuue. Sat. 8. Tempora sanctonica uelas adoperta cucullo. penult. acuit.

ADRIA, pen. cor. Oui. de Trist. 1. Scribentẽ mediis Adria vidit aquis. Idem Fast. 4. Adriacumque petens latè, bimaremque Corinthon. Luca. 2. Sennaque, & Adriacas, qui verberat Aufidus undas. Iuue. Sat. 4. Incidit Adriaci spatium admirabile rhombi. Verg. Aen. 11. Amnis & Adriacas retrò fugit Aufidus undas. Mant. Adria tum tristi uidit Genuẽsia vultu. Idem. Adriacas regni fines, tuque inclyta Mantho. Idem. Se premit in Panios colles Adriatica vorsum. antepen. acuit.

ADRIANVS, pen. pro. Mant. limina sanctorum cùm rex Adrianus haberet. penult. flectit.

ADIVTO, pen. pro. Lucr. 1. Adiutamur enim dubio procul, atque alimur nos. penult. flect. Cicero pro Dom. Adiutor ad agendum aliquid.

ADRASTVS, pen. pro. Verg. Aen. 6. Parthenopeus, & Adrasti Pallentis imago. Ait Seruius. Rex Sicyonis, Adrastus fuit post Argiuorum socer Fidei, & Polynicis. penult. acuit.

ADSIMILIS, pen. cor. Verg. Aen. 6. Imminet adsimilis, lucent genialibus altis. Addit Seruius. Ad vacat, & à maioribus adornatum adhibebatur. antepenult. acuit.

ADVENA, pen. cor. Verg. Aen. 12. Corripite ò Rutuli, quos improbus aduena bello. Idem 3. Piscetur nostris in finibus aduena arator. Ouid. Hero. Ausus & hospitij temeratis aduena sacris. Idẽ de Art. 1. Eheu, quàm multos aduena torsit amor. Idem Met. 7. Atque ope nescio, quis seruabitur aduena nostra. Claud. Vindicet Arctous violatus aduena Leges. Stat. Syl. 5. Aduena pulsasti, sed præcedente tuorum. Aduena apud uiros idoneos uix legi: quidam aiunt & iunctum adiectiuo fœmineo; ne homo quidem, nisi à Cicerone semel dictum; nam & homo nata fuit. Et si Grammatici non idoneorum adducunt exempla: vix

uix tamen aduena bona legitur. Reuera communis sunt generis aduena, & homo, similiaq;: Vide Homo. Quint. Insti. 1. cap. 8. In quibus sexus uterque per alterum apparet: Cicero cõtra Rul. Nos autem iam non hospites, atque ad uenæ nominabamur. Idem Tusc. Zeno Cineus, aduena quidam. Sed quoniam à turba dissentiri non licet, liberum opi naturis hoc relinquo. Antepen. acu.

ADVENIO, pen. cor. Claud. Stringitur? adueniat Germania tota feratur? Verg. Aen. 3. Adueniat, vultus neve exhorrescat amicos. Cicero ad Heren. Athenis Megaram vesperi aduenit. Idem in Anton. Quamcunque in prouinciam eius belligerendi causa aduenerit. Antepenult. acuit.

ADVERBIVM, in nomen transiens, aut contrà. Verg. Aen. 5. Mutati transuersa fremunt, & vespere ab alto. Seruius ait. Est autem aduerbium factum de nomine: ut, Cunctatur & amnis rauca sonans. Item, Et pede terram crebrà ferit. Item; toruumque repente clamat; pro toruè. Et dum mane nouum. Aduerbium accepta declinatione factum est nomen. Persius. Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras. Sed nomen cùm aduerbium esse cœperit, fit indeclinabile: & à duerbium cùm nomẽ cœperit esse, declinatur. Vnde Plaut. A mane usq; ad uesperum. A mane autem propter tetraptoton non dixit: cùm enim in alienum ius transeunt. Hæ partes non suis, sed earum, ad quas transierint, vtuntur potestatibus dumtaxat in clinatione. Nam temporum rationem suam seruant, ut hoc loco, transuersa; cùm aduerbium fit: attamen breuis; quia venit ex nomine, licet duæ sequantur consonantes; cùm sciamus a; termi nata aduerbia longa esse. Et frustrà cerno te tendere contrà. Hæc Seruius. Vide Cętera.

ADVRO, pen. pro. Ver. Geor. 1. Acrior aut boreæ penetrabile frigus adurat. Seruius inquit, Hoc ad solem, & frigus pertinet: nam uno sermone duo diuersa cõ clusit: quæ tamen vnum effectum habet. Nam ut frigoris finis, est caloris initium, & summus calor, frigoris est principium. Vnde quasi vnus effectus est & frigoris, & caloris. Hoc contra regulam est Vallæ ut libro 2. cap. de Pronominibus, non esse eodem loco iungenda plura uerba diuersorum generum. Et libro 3. cap. 26. Non commisceamus uerba diuersæ naturæ. In Vergilio unum effectũ habent. Vnde finis vnius, principium est alterius naturaliter: quod in aliis nõ fit uerbis, de quibus Valla. Cicero in Tusc. Barbam sibi, & capillum Adurebat. Idem. Indi cùm ad flammam se applicuerint, sine gemitu Aduruntur. Idẽ de Offi. Dionysius candente carbone sibi adurebat capillum. pen. flect.

ADVLOR, pen. pro. Ex ad. & aula. Iuue. Sat. 3. Quid quod adulandi gens prudentissima laudat. Idem 6. Cæcus adulator, dignusque à ponte satelles. Mant. Mimus, adulator, leno, assentator, adulter. Oui. Agmen adulantum media processit ab aula. De cuius verbi orthographia miratur Calepinus, si à Græco dulor fiat, vnde adulor Latinè d, geminato, quo pactò à poetis primam corripi: Cornucopię admonet, Adulor est voce, & gestu fauorem capio, quasi adaulor, quòd hoc in aulis maximè fit. Vnde au, diphthongus in u, productam veniẽs adulor finxit. Cicero in Tusc. Pinnara cauda nostrùm adulat sanguinem. Idem de Diuin. Nec adulatus fortunam sum illius. pen. flect.

ADVLTER, pen. pro. Iuue. Sat. 2. Qualis erat nuper Tragico pollutus adulter. Oui. Met. 2. Scilicet hoc etiam restabat, adultera dixit. Idem Fast. 2. Falsus adulteri testis adulter erit. Idem de Trist. 1. Arguor obscœni doctor adulterij. Verg. Aen. 6. Quique ob adulterium cæsi, quique arma secuti. Catull. Cum quibus illa malum fecit adulterium. Auso. Criminibus fassus matris adulteriũ. Cicero pro Sest. Clodius sororis adulter. Idem in Catil. Quis adulter? quæ mulier infamis? Idem de Orat. Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur. pen. acu. Adultera, & adulterium antepen. acuit.

ADVERSARIVS, pen. cor. Hor. Epist. 1.

Aduerſarius, & frater Iacus Adria donec. Cicero in Ant. Nec poterat aliter de aduerſariis ducibus iudicari. autepenult.acuit.

ADVEHOR, pen.cor. Ouid. Met.5. Aduehor Ortygiam, quæ me cognomine diuæ. Cicero de Offi. Magnum frumenti numerum aduexerit. Idem de Diuin. Cùm tu equo aduectus. Antep. acu.

ADMETVS, pen. pro. Stat. Syl.1. Cauſa minor, ſi Theſſalicus Admetus in oris. Idem Theb. 5. Quin & Theſſalicis felix Admetus ab oris. De quo Seruius in Verg. Geo.3. ibi, Paſtor ab Amphryſo. Amphryſus fluuius Theſſaliæ, apud quem Apollo ſpoliatus diuinitate ob occiſos Cyclopas Admeto regi pauiſſe armenta dicitur. pen. flect.

ADVSQVE, Lucr. 1. Conſtet, an immenſum pateſiat aduſque profundum. Vide Abuſque.

AEACVS, pen.cor. Iuue. Sat.1. Aeacus, unde alius furtiuæ deuehet aurum. Oui. in Ibin. Aeacus in pœnas ingenioſus erit. Idem Met 7. Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit. Antepen. acuit.

AER, penult. pro. Luca.1. Aer, & longi voluent Titana labores. Idem 5. Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipſe. Oui. Met.1. Proximus eſt aer illi leuitate, locoq;. Idem. Buccina, quæ in medio concepit, vbi aera ponto. Idem 2. Exercere auſus erat, ter non tulit aeris ignes. Lucr. 5. Aeribus poſſe alternis à partibus ire. Idem 3. Aeris interimant ſenſum, diductaque ſoluant. Oui. Met.5. Sic onere inſueto vacuos dat in aere ſaltus. penult.acu. Verg. Buc. Ipſe locum Aeriæ quo congeſſere palumbes. Idem Aen. 3. Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces. Antep.acu. Vide Aether.

AEDES, pen.pro. Stat. Syl.1. Aedibus, & tenuem uoluunt hipocauſta vaporem. Oui. de Pont.2. Iampridem potuit mentis in ęde ſuę. Idem 4. Audiſſet media qui ſedet æde deus. Lucr.6. Et celeri flamma dominantur in ædibus ipſis. Vergil. Aen. 12. Aedibus aſtabat validam ui corripit haſtam. Idem. 2. Miſcetur, penitusque cauæ plangoribus ædes. Ait Seruius. Aedes autem numero ſingulari de templo tantùm dicimus: plurali verò & de domibus, & de templis. Si aliter dictum inueneris, uſurpatum eſt. Sed uide Vallam, libro 3. cap. 7. Mant. Virginis ædiculam præbens ubi ſiſteret ? agrum. Iuue. Sat. 8 Si quis in ædicula deus vnicus hæc etenim ſunt. Ho:. Epiſt.2. Aedituos habeat belli ſpectata, domique. Inquit Seruius Aen. 9. ibi, Aſcaniumque petit. Aedituus, vt ſupra dictum eſt, in ingenti honore apud maiores fuit: illic enim & epulabantur, & deos colebant: cenſus etiam illic omnis ſeruabatur. antepen. acuunt. Ouid. Faſt.6. Adde quòd Aedilis pompa qui funeris irent. Iuue. Sat. 4. Sufficiunt tunicę ſummis Aedilibus albę. Idem 10. Frangere pannoſus vacuis Aedilis Vlubris. penul. flect. Cicero in Verr. Aedilium ſacrarum, publicorumque operum depopulatio. Idem pro Flacco. Pecuniam in Aedem ſacram reficiendam perſcribunt. Idem in Parad. M. Manilius pauper fuit: habuit enim ædiculas in carinis. Idem in Verr. Illi fores Aedis effringunt æditui, cuſtodesque maturè ſentiunt. Idem de Clar. M. Cœcilius Aedilis curulis factus eſt. Idē de Leg. Sunto Aediles curatores urbis, annonæ, ludorumque ſolennium.

AEDIFICO, pen. cor. Iuue. Sat. 10. Cœperat audacis Paris ædificare carinas. Idem 6. Aedificat caput, Andromachen à fronte videbis. Idem. 5. Aedificare domos Laribus coniungere noſtris. Hor. Ser. 2. Aedificare caſas ploſtello adiungere muros. Idem Epiſt.1. Diruit, ædificat, murat quadrata rotundis. Verg. Aen.2. Aedificant, ſectaque intexunt abiete coſtas. antepen. acu. Iuue. Sat.14. Aedificator erat Cetronius, & modò curuo. pen. flect. Cicero in Tuſc. Qui in Timæo mundum ędificauit Platonis deus. Idem in Verr. Nauim ædificat. Idem de Natu. Opifex, ædificatorque mundi Platonis deus.

AEDITOR, pen. cor. Luca.2. Vulturnusq; celer, nocturnæque æditor aurę. Sil. 2. Aeditus Aeolia, nec ſi foret ille Creuſa. Lucr.2. Aedita doctrina ſapientum templa ſerena. Mant. Aeditus in lucem ſterili Nicolaus ab aluo. Verg. Geo.2. Feliceinque

licemq; trahunt, limum quique ædiuus austro. Idem Opusc. Atque inopinatos referunt procul ædita cursus. Hor. Ser. 1. Viribus æditior cedebat ut in grege taurus. antepen. acu.

Aedo, pen. pro. Oui. Met. 14. Et lapides ni si mugitus ædere raucos. Idem. Aedidit & matrū miserarū facta peregit. Cornucopię admonet, & scribitur cū diphthongo ad differentiam alterius, edo, quod est comedo, dictum à græco edo, quod est uersor. Calepinus non aliter. Sunt tamē qui sine diphthongo scribant: cùm antiquitùs inueniatur cum æ diphthongo scriptum. pen. flect.

Aebalivs, pen. cor. Ver. Geor. 3. Nanque sub Aebaliæ memini me turribus altis. antepen. acu.

Aegeas, pen. pro. Mant. Aegeas, proconsul erat, qui gradibus actus. Idem. Aegeas igitur cum nec terrore, nec armis. Stat. Syl. 1. Hęc per & Aegeas hyemes, Pliadumq; niuosus. Idem 4. Vincula, & angustam centeni.

Aegonis umbram. Oui. Met. 7. Excipit hanc Aegeus Fasto damnandus in uno. Idem. Ipse parēs Aegeus nato porrexit, & hosti. Cōtrahitur hic ægeus. pen. acu.

Aegle, pen. pro. Ver. Bucc. Aegle Naiadū pulcherrima iamq; uidēti. Idem. Addit se sociam, timidisque superuenit Aegle. penul. acu.

Aeger, pen. pro. Ver. Bucc. Protinus æger ago hāc etiam uix Tityre duco. Ait Seruius: & corpore, & animo æger dicitur: sed ægrotus corpore tantùm. Idem 4. Aen. Ergo ægrē rastris terram rimantur & ipsis. Oui. de Art. 2. Cùm quoties opus est, fallax ægrotet amica. Hor. Ser. 2. Olim quod uulpes ægroto cauta Leoni. Lucr. 3. Præter enim quàm quod morbi est, cùm corpus ęgrotat. Cicero pro Cœl. Medea animo ægra. Idem de Sen. Adolescentes grauius ægrotāt. Idem in Epist. Cùm ad L. Cæsarem ægrotum Neapolim uenissem. penul. flect.

Aegon, pen. pro. Ver. Bucc. Non uerùm Aegonis, nuper mihi tradidit Aegon. penult. acu.

Aemvlvs, pen. cor. Iuu. Sat. xi. Aemula Picenis, & odoris mala recentis. Mant. urbs urbi, uicus uico, gens æmula genti. Oui. de Art. 1. Et si nulla subest æmula, languet amor. Stat. Syl. 4. Aemula trinacriis uoluens incendia flaminis. Idem Theb. 6. Aemulus Aenia, quem fas dimittere letho. Ver. Aen. 5. Parte prior, partem nostro premit ęmula Pistris. Idē. Dum melior uires sanguis dabat ęmula, nec dum. Idem 6. Aemulus exceptum, triton, si credere dignum est. Seruius, inquit. Aemulus modò eiusdem rei studiosus, aliàs inimicus inuenitur. Cicero pro Marc. Ille æmulus, atque imitator studiorum meorū. Idem ad Att. Licet Brutum solum ames, me æmulum non habebis. antepen. acuit.

Aemonia, pen. cor. Oui. Met. 1. Est nemus Aemoniæ prærupta, quod undique claudet. Idē de Art. 2. Sparsimus, Aemonios, dum uigil optat equos. Idem fallitur, Aemonias siquis decurrit ad artes. Idem 1. Tiphys in Aemonia puppa Magister erat. Ver. Aen. 10. Nec procul Aemonides Phœbi, triniæq; sacerdos. Seruius admonet, hoc nomen licet possit esse patronymicum, quia in des exit, ut dicamus Aemonis filius: tamē melius est, ut id proprium esse dicamus: quia nusquàm aliud nomen eius, aut præmissum est, aut secutum: ergo simile est patronymico: ut sit Aemonydes, sicut Thucydides. antepen. acuit.

Aemilivs, pen. cor. Iuu. Sat. 7. Aemilio dabitur quantum petet, & melius nos. Hor. de Art. Aemilium circa ludum faber imas, & ungues. Catul. Vtrum os, an culum olfacerem Aemilio. antepen. acu. Iuu. Sat. 8. Maiorum & stantes in curribus Aemilianos. pen. flect.

Aenevs, pen. cor. Stat. Syl. 1. Aenea captiui crinem tegit ungula Rheni. Seruius admonet Aen. 1. ibi, Littore ahena locāt. Huic autem nomini maiores aspirationem dabant, & ut ait Gellius lib. 2. cap. 3. plærisque uocibus uerborum firmandis, roborandisque addebant, ut sonus earum esset uiridior, uegetiorque: atque id uidentur fecisse studio, & exemplo linguæ Atticæ, ut lachrymæ, sepulchrum, Ahenum: ex diphthōgo per diæresim h, interiecta, ne fiat uocalium concursus.

culti nemorosa cacumina montes. Idem Aequore diluuium passus, qui fugit in altos Ver. Geo. 1. Ac prius ignotum ferro quā scindimus æquor. Ait Ser. Aequor autem modò terram accipe ab æqualitate dictum. Idem 2. Eheu quem nunc tellus, inquit, quæ me Aequora possunt. Idem 4. Aequora cum medio uoluūtur sydera lapsu. Iuu. Sat. 14. Aequora transiliet, sed longe Calpe relicta. penul. flectit. Stat. Theb. 6. Aequoreus sonipes premit, auditque parumper. antepen. acu.

AEQVO, pen. pro. Ver. Aen. 6. Imperiū terris animos æquabit Olympo. Idem 10. Iam grauis æquabat luctus, & mutua Mauors. Idem 5. Aequemus pugna Crycis tibi terga remitto. Idem Geo. 2. Creta negant alios æquè, serpentibus agros. Oui. de Pont. 4. Cumque deos omnes, tum quos impensius æquos. Ver. Aen. 5. Aequatæ spirant auræ, datur hora quieti. Idem 7. Ibant æquati numero, regemq; canebant. Stat. Theb. 10. Aequatura solo turres Bellona subiret. Luca. 4. Marmaridæ uolucres, æquaturaque sagitta. Mart. 7. Aequales scribit libros Caluinus & Vmber. Claud. Aequalem casus animū, penetrabit arenas. Oui. de Trist. 2. Hor. Ser. 1. Nil æquale homini fuit, illi sæpe uelut qui. Oui. Met. 1. Principio terrarū, nec non æqualis ab omni. Cicero de Offic. Hi libri iam se illis ferè æquarunt. Idem in Verr. Vix cùm huius parua parte æquari, conferriq; posse. Idem de Or. Oratio par, & æqualis rebus ipsis omnes, pen. flect. Mant. Cladibus his aliud tranquillum æquabile sanctum. antepe. acu.

AEQVIPERO, pen. cor. Ver. Buc. Nec calamis solùm æquiperas, sed uoce magistrū Mant. Aequiperat, maiusque animæ decus addere fertur. Cicero in Tusc. Nemo est, qui factis me æquiparare queat. antepen. acuit.

AERIPES, pen. cor. Ver. Aen. 6. Fixerit æripedem ceruam licèt, aut Erymāthi. Oui. Met. 7. Aeripedes tauri tactæ uaporibus hærbæ. Aeripes synerefis est, pro Aeripes, quasi aerios pedes habens, idest ueloces. antepen. acu.

AES, prod. Ouid. Met. 1. Non tuba directi, non æris corriua flexi. Ver. Geo. 1. Et mœstum illacrymat templis, ebur, æraque sudant. Idem Aen. 1. Aere trabes foribus cardo stridebat ahenis. Aes flect. Idem. Aerea cui gradibus surgebant limina, nexæque. Idem 5. Procūbunt uastis tremit ictibus ærea puppis. antepenul. acu. Iuue. Sat. 14. Incrementa domus ærata multus in arca. Ver. Aen. 10. Massicus ærata princeps secat æquora Tygris. penul. flectit.

AESQVILIAE, pen. cor. Iuu. Sat. 3. Aesquilias, dictumque petūt à nimine collem. Idem 5. Aesquilias fremeret sęua cū grādine uernus. antepen. acuit.

AERVMNABILE, pen. cor. Lucr. 6. Aerumnabile erat, quod ubi se quisque uidebat. antepen. acuit.

AESTIVO, pen. pro. Stat. Syl. 4. Ingenii ve bonis, Latiis ęstiuat in oris. Idem Theb. 5. Amnibus & nudo iuuat æstiuare sub Aemo. Idē 9. Blandior æstiuo, nec se magis æquore Triton. Iuu. Sat. 1. Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum. Idē 14. Alterius conchen æstiui, cum parte lacerti. Ver. Geo. 3. Corpora corripiunt, sed tota æstiua repente. penul. flect. Lucr. 5. Aestiferas usque in partes, & feruida signa. antepen. acuit. Cicero Epist. Mihi erat in animo, cum prima æstiua attigissem. Idem in Ver. Ac primo ad illa æstiua prætoris accedunt. Hæc æstiua, orum. Idem ad Qu. Fr. Vnus æstiuus dies. æstiuus, a, um.

AESTAS, pen. pro. Ver. Buc. Solstitium pecori defendite, iam uenit æstas. Idem. Lac mihi non æstate nouum, nec frigore defit. Ser. Geo. 4. ibi, Quod superest, ubi pulsam hyemem sol aureus egit. secundum physicos, qui dicunt, quo tempore hic hyems est, æstatem esse sub terris: & uersa uice, cùm hic æstas, illic hyemem, & trahit in argumentum putealem aquā: quæ æstate frigidissima: hyeme uerò calidissima, primam acuit. Cicero de Sen. Refrigeratio in æstate, & uicissim in hyeme, aut sol, aut ignis hybernus.

AESON, pen. pro. Oui. de Pont. 1. Illo quod subiit Aesone natus opus. Idem de Art. 3. Venit in Aesonios altera nupta sinus. Idem 2. Phasias Aesonides Circe tenuisset Vlyssem. antepen. acuit.

AESOPVS, pen. pro. Hor. Epist. 2. Quæ gra-

uis Aesopus, quæ doctus Roscius egit. Idem Ser.2. Filius Aesopi detractam ex aure metelle. Nomen fabulatoris est, vnde Aesopianus. penult. flect. Oui. de Art. 3. Aesopa quid redolent, quamuis mittantur Athenis. Alterius est significationis, vbi Merula expositor ait, Sordes, pecudū, sudor fœminum, alarumque adhærentes lanis æsopum uocant. antepen. acuit. Cicero de Or. Aesopus histrio.

Aeschylvs, pen. cor. Hor. de Art. Aeschylus, & modicis instrauit pulpita tignis. Idem Epist. 2. Quid Sophocles, & Thespis, & Aeschylus utile ferrum. antepenult. acuit.

Aescvlvs, pen. cor. Ver. Geo. 2. Aesculus, atque habitæ Graiis oracula quercus. Idem. Aesculus in primis quæ quantum vertice ad auras. Ser. inquit, Arbor glandifera, quæ licet ab esu dicta sit, tamen per æ, diphthongon scribitur: sicut cælatum, licet à celo as habeat deriuationem. antepen. acu. Hor. Carm. 1. Daunia in latis alit æsculetis penul. flectit.

Aestimo, pen. cor. Hor. Epist. 2. Aestimat, & nisi quę terris se mota suisque. Idem. Qui redit ad fastos, & virtutē æstimat annis. Cicero in Salust. Tanti me fugacem hi æstimauerunt. Idem ad Att. Valde carē æstimas tot annos. Idem in Verr. Hæc pecunia æstimari nō queunt. antepenul. acuit.

Aestvs, pen. pro. Ver. Aen. 11. Nunc rapidus retro, atque æstu reuoluta resorbēs. Idem 3. Profuit incensos æstus auertere, & inter. Idem corpora corripiunt, sed tota æstiua repente. Oui. Met. 2. Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat. Idem æstuat Alpheus ripę, Sparchiades ardet Ver. Geo. 2. Hoc vbi Hiulca siti findit canis æstifer arua. antepenul. acu. Aestiua æstiuorum dicimus, Cicero in Piso. Nulla trinis æstiuis gratulatio. Idē in Epist. Sin æstiuorum timor te debilitat. Idem. Mihi erat in animo cùm prima æstiua attigissem. Idem in Verr. Itaque æstuabat dubitatione. Idem Epist. desiderio nostri te æstuare putarem.

Aetas, pen. pro. Ver. Aen. 8. Attulit & nobis aliquando optantibus ætas. Iuu. Sat. 13. Nona ætas agitur, peioraque sæcula ferri. primam acuit.

Aetolvs, pen. pro. Ver. Aen. 11. Non erit auxilio nobis Aetolus, & Arpi. Idem. Atque hic legatos Aetola ex vrbe remissos. Idem 10. Atque iterum in Teucros Aetolis surgit ab Arpis. Aetolia, Græciæ est prouincia. Cicero in Piso. Aetolia medio ferè Græciæ gremio cōtinetur. Hor. Epist. 1. Aetolis ornata plagis iumenta canesque. Sil. 1. Aetolos latè cōsterni mi lite campos. Stat. Theb. 9. Figitur, & validos sonipes Aetoleis in armos. Idem 2. Aetolum multum lacrymis conata morari. penul. flectit.

Aethon, pen. pro. Ver. Aen. 11. Post bella tot equus positis insignibus Aethon. Ait Ser. nomē est equi: quo & auroræ equus uocatur. penul. acu.

Aethra, pen. pro. Ver. Aen. 3. Nam neq; erant astrorum ignes, nec lucidus æthra. Seru. inquit, sane ęther, est ipsum elemētum: Aetra uerò splendor ætheris. Sciendum est homerum & ætherem, & Aerē communis generis dicere: quod de aere nos nō possumus dicere: de æthere æthra factum est; & secundum rationem istam potest & æther, & æthra vnum esse, & vnum sit pro æthere sydereo Oui. Helen. Et quasdam uoces rettulit, Aethra mihi. penul. acu.

Aether, pen. pro. Luca. 1. Inde mare, inde aer, inde æther ignifer ipse. Oui. i Ibin. Ipse meas æther accipe summa preces. Ver. Geo. 1. Quacunque illa leuē fugiens secat æthera pennis. Idem 2. Aen. Quo fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor. Idem Aen. 2. Staret equus, toto sonuerunt æthere rumbi. primam acui. Idem Geo. 2. Aethereas tantum radice in tartara tendit. Ouid. Met. 1. Solibus ęthereis, altoque recanduit æstu. Stat. Theb. 6. Iamdudum æthereas eadem reditura sub auras. antepen. acuit. Aethera singularis accusariuus græcus quintæ declinationis apud illos: quem casum Larini non habent: licet poetæ eo vtantur. Ver. Geo. 1. Quacunque illa leuē fugiens secat æthera pennis. Idē. Illa leuē fugiens raptim secat æthera pēnis. i. aerē exponit Seruius: vt, Per Aera magnum. Idem 8. Cedentem aera disco. Oui. Helen.

Aethio-

AETHIOPES,& æthiopus,pe.cor.Iuu.Sat. 2.Loripedem rectus derideat,Aethiopẽ albus. Idem 6. Aethiopis fortasse pater mox decolor hæres. Idem 8. Aethiopẽ cygnum paruam, exertamque puellam. Oui.Met.2. Aethiopum populos nigrũ traxisse colorem.Stat.Theb.10.Aethiopasque alios, nulli penetrabilis astro. Mant. Aethiopes vna quoniam nigredi ne sordent. Ver.Aen.4. Vltimus Aethiopum lucus est, ubi maximus Atlas. Ait Seruius, Aethiopię duæ sunt, una circa ortum solis, altera circa Oceanum in Mauritania, et dicta est Aethiopia à calore populorum, quos solis uicinitas terret.antepenul. acu.

AETNEVS,pen.pro. Sil. 9. Et clypeo campum inuoluens Aetnea Cyclopum. Idẽ Aetneum in pugna iuueni,ac maiora iubebat. Idem 14. Quique per Aetneos Acys petit æquora fines. Oui. Sapphus. Me calor Aetneo non minor igne tenet. Idem. Aruaphaon, celebrat diuersa Typhoidos Aetne. Vbi Georgius Alexãdrinus,teste Despauterio,inquit, Aetna mõtis nomen einsdem est originis ex tria aspiratione. Vbi quoque Domitius, inquit, Aetna mons Siciliæ notissimus, sortitus nomen ab Aetna Hieroe,ut Castor scribit: à quo Catane oppidum Siciliæ Aetna olim dicebatur, quod nomen incolis expulsis Hieron rex dedit. De quo etiam Seruius inquit Aen.1. ibi,Da propriam tymbræe domum, quia Græcè Tybrn facit, in deriuatione n, in diphthongũ æ,mutat, ut Aetnn Aetnæus. Dircn, Dircæus. In quo ipse potius dicerem n, mutari in e,longam,ut fit.

AETNEVS, ut orthographia est. pen. flecti.

AEVVM, pen. pro. Ver. Bucc. Iungentur iã gryphes equis, euoque sequẽti. Oui. de Pont.4. Impetus iste tuus lõgum modo ducet in Aeuum. penult. flect. Vide Acetum.

AFFARI,pen.pro.Ver. Aen.2. Affaturque deos, & sanctum sydus adorat.Idem 12. Tum sic affatur regem, atque ita turbidus infit. Idem Geo. 4. Multa querens, atque hac affatus uoce parentem.Mart.1. Hic miser instantes affatus dicitur undas. Cicero de sen. licet uersibus iisdem mihi affari te Attice.penult.flectir.

AFFANIVS, pen. cor. Luca.4. Iure pari rector castris Afanius illis. antepen.acu.

AFFABILIS, pen.cor.Ver.Aen.3. Nec uisu facilis, nec dictu affabilis ulli. Oui. Met.11. Nunc obscura Iouis frons est affabilis astro. Mant. Adde hilares uultus, animique affabilis ora. antepenult. acu.

AFFIGO, pen.pro.Iuu. Sat. 9. Affigit cæras illa de naue petitas. Hor.Ser.1. Atque humo diuinæ particulam Auræ. Cicero de Nat.Minerua,cui pinnarum talaria affigunt.pen.flect.

AFFICIO, pen. cor. Iuue.Sat.7. Afficit ille animus tanquam libidine uulgi. Cicero pro Milo.Milo populum Romanum maxima lætitia affecit. antepenult. acuit.

AFFLATVS,pen.pro.Ver.Aen.6.Nec mortale sonans afflata est numine quando. penult.flectit.

AFFLIGO,pen.pro.Lucr.2. Quam patitur natura,repente affligit & omnes.Cicero in Tusc.Curæ animos affligũt.Idem pro Mur.Si hunc uestris sententijs afflixeritis.pen.flect.

AFFECTVS,pen.pro.Mant.Ponite præteritis iam finem affectibus ista. pen. acu.

AFFORE, pen.cor.Ver.Aen.1. Afforet Aeneas, equidem per littora certos. Idẽ 9. Affore cernentis, nec nos uia fallit euntes.Stat.Syl.5. Afforet, atque omnis pariter matertera uatem.Idem. Theb.1. Affore, quos nexis ambagibus augur Apollo. Cicero Epist. Maior mihi ratio affore nulla potest.antepen. acu.

AFER, pen. pro. Ver.Geo.3. Armentarius Afer agit, tectumque laramque. Idem Bucc. At nos hinc alij sitientes ibimus Afros.Seru. ait Afros uersipelles, Græcos leues, Gallos pinguioris uidemus ingenij. pen. flect.Sil.1. Sed qua se campis squallentibus Africa tendit. Idem 12. Hinc Notus,hinc Boreas,hinc fusis Africus alis. Iuue.Sat.7.Africa si placuit mercedem imponere linguæ. Claud. Africa cõmunem prosternere honorius hostẽ. Calepino placet potius scribi Apher, à græco deductum. Idem Antonius Nebr. Quidam scribunt Africa per f, ab Afro vno ex Abrahę posterisdeduci,quicquid hoc sit ex vsu hodie p f,legit.antepe.acu.

AGATHA

Agatha, pen.cor.Mant.Diua Agathe no uas mensis tua festa secundi. Hoc nomen videtur à Græco deductum, quasi præstans, atq; virtutibus prædita: vt Agathn sit Agathe n in e longam, vt Grammatice.antepen. acu.

Aganippe, pen.pro.Iuue. Sat.7.Præcones fieri cum desertis Aganippes. Oui. Met.5. Fonte Meduseo,& Hyantęa Aganippe. Mant. Atque tuas omnes celebrat laudes Aganippes. Ver.Buc.Ecl.10.Vlla moram fecere, neque Aonia Aganippe. Ait Seruius, nominatiui singulares sũt. Aganippe autẽ fons est, Bœotiæ: quæ & Aonia dicitur.pen.acu.

Agave, pen.pro.Iuu.Sat.7. Esurit intactã Paridi nisi vendat Agauen. Hor. Ser. 2. Quid? caput abscissum demens cùm portat Agaue.Sta.Theb.3. Vicit,& ad comitum lacrymas expauit Agaue.Luca.Stridentesq; comas Thebanum qualis Agauen.pen.acuit.

Agamemnon, pen.pro.Oui.Met.15. Sic magnis cedit titulis Agamẽnonis Atreus. Idem. Fast.4. Pinge tñ moram quoties Agamemnone natam. Idem Briss. Quid tamen expectas? Agamẽnona pœnitet iræ. Idem: Ex Agamemnonijs vnâ puella tribus. Ver. Aen.4. Aut Agamemnonius scænis agitatus Oresti. Ante pen.acu.

Agaso, pen.pro.Hor.Ser.2.Vt modò si patinam pede lapsus frangat agaso. Pers. Sat.4. Vertigo facit, hic dama est, non tressis agaso. Mant. Se tibi deuou[illegible]uid multa moramur agaso? pen. flect.

Agapetus, pen.pro.Mãt.Natorum [illegible]rò princeps Agapetus, & alter.pen. fle[illegible]

Agarenus, pen. pro, Mant. Si excirp[illegible], parcent Turcis, parcent Agarenis. Idem. Et rursum Assyriam, plæbes Agarena recepit. Idem. Impete dixisses Agarena per agmina ferri.penult. flectit.

Agathocles, pen.pro. Auso.Fama est fictilibus cænasse Agathoclea regẽ. Mant. Vt Mario, Cipo, atque Lyco, Siculoque Agathocli. pen. longa positione: breuis tamen est natura; scribitur græcè per o, paruũ, Antepen.acu.Græcè uerò penul. extrema nanque producitur.

Agathyrnus, pen.pro.Sil.4. Desuerunt Agathyrna manus, geminoque Lacone. Idem. Mille Agathyrna dabit perflataq; Strogilos austris. pen. acuit.

Agathyrsi, pen. pro. Ver.Aen.4. Cretesque, Dryopesque fremunt, pictique Agathyrsi. Inquit Ser. populi sunt Scythiæ colentes Apollinem Hyperboreũ: cuius elogia feruntur, picti autem non stigmata habentes, sed pulchri, hoc est, Cyanea coma placentes.penult.acuit.

Age, pen.cor.Ver.Aen.3.Fare age: nanque omnem cursum mihi prospera dixit.Idẽ 6.Hic age: nanque mihi fallax haud ante repertus. Ait Seruius, Hortãtis aduerbium est, vt Age fac, & Age facite.Vide Vallam lib. 2. Cicero pro 5. Rof. Age nunc refer animum. Idem pro Font. Agẽ verò nunc, inferte oculos.

Agenor, pen.pro.Oui.Met.3. Mora fit sociis, miratur Agenore natus.Mant.Clãgere per Prothei fluctus, p Agenoris vrbem.Ver.Aen.1. Punica regna vides Tyrios,& Agenoris vrbem.Stat.Achil. Nõ tulit insidias diuũ imperiosus Agenor. pen.flect.Oui.de Pont.1. Liquit Agenorides Sidonia mœnia Cadmus.Idẽ Met. 3. Cedit Agenorides paulum spolioque leonis. Sil.1. Ductor Agenoreas obsessa palatia vallo. Idem 7. Purpura Agenoreis saturata micabat ahenis. Mart. 10. Quicquid Agenoreo Tyros improba legit aheno.antepen.acu.

Agelarius, pen.cor.Mant. Crebrius inculcat repetens Agelarius hasta. Idem. Ipse etiam toruo bellax Agelarius ore. Idem.Tam credo gemini fratres Agelarius æuo.Idem. Gẽtis Agelariæ dominũ legere iuuentam. antepen.acuit.

Agesilaus, pen.pro. Mant. Fama refert Agesilaum de sanguine magni. Idẽ.Tũc Agesilai duplex de gente propago. pen. flectit. Idem. Semen Agesilai paucis ita fronduit annis.

Ager, pen.cor.Ver.Buc. Vsque adeò turbatur agris, en ipse capellas. Idem Aen. 4.Cùm tacet ois ager pecudes, pictæque volucres.Oui.de Pont.3.Dona Tomitanus mittere posset ager.Iuu.Sat.9. Tetri folinus ager fœcũdis vitibus impler. Idẽ. 6. Viuet Fidenis, & agello cede paterno. Ver.Buc. Quod nunquàm veriti sumus

vt possessor agelli. penul. acuit.

AGGREDIOR, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Aggredior latebras monstri, mirumque relatu. Oui. Met. 9. Aggrediar ferro conantem figere pectus. Ver. Aen. 4. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Idem 3. Aggredior, genibusque aduersae obluctor arenę. Idem. His uatem Aggredior dictis, ac talia quaeso. Idē 6. Sic prior Aggrediē dictis, atq; increpat vltro. Cic. ad Att. Cū Aggredior ancipitem causam. Idem pro Cecin. Quod agat, quomodo Aggrediatur iudicem, nō habet. Idem de Nat. Antequam aggrediar ad ea, quae à te dicta sunt. Idem. Sic Aggredior ad hanc disputationem. antepenult. acuit.

AGGERO, pen. cor. Stat. Theb. 8. Aggerat, ac vati mortis simulachra rependit. Ver. Geo. 3. Iamque cateruatim dat stragem, atque aggerat ipsis. Idem Aen. 9. Tollitur, inuadunt, & fossas aggere complent. Inquit Seruius, Agger est cuiuslibet rei coaceruatio, vnde fossę, & ualles possunt repleri. Idem 7. Castrorum in morem pinnis, atq; aggere cingit. Idem 6. Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci. Idem 1. Illiditq; vadis, atque aggere cingit arenę. aggero. antepen. acuit.

AGGLOMERO, pen. cor. Ver. Aen. 12. Agglomerant, ferit ense graue Tymbręus Osirim. Idē 2. Et lateri agglomerant nostro, iuuenisq; Chorœbus. Ser. inquit, pro passiuo. Idem 6. Quam multę agglomerantur aues, vbi frigidus annus. antepenult. acuit.

AGITO, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Hęc ego non agitem, sed quid magis Heracleas. Idem 7. Vt veras agitent lites raptore relicto. Luca 1. Ibit & obliquum bigas agitare per vrbem. Oui. Fast. 1. Hęc ego cū sum ptis agitarem mente fabellis. Ver. Aen. 11. Obliqua inuidia, stimulisq; agitabat amaris. Idem 2. Fundimus insidiis, totaque agitauimus vrbe. Idem Geo. 3. Saepe etiam cursu tumidos agitabis onagros. Lucr. 3. Multimodis agitatur & omnes accipit in se. Iuu. Sat. 6. Dic qua Tysipho ne quibus exagitare colubris. Oui. Met. 1. Terra feras cœpit volucres agitabilis aer. antepen. acu. Ver. Aen. 10. Et furijs agitatus amor, & conscia virtus. Idē Geo. 1. Incipiunt agitata tumescere, & aridus altis. Lucr. 3. Cùm stipulis vorat arentes agitatus ab austro. Ver. Geo. 1. Sępe oleo tardi costas agitator aselli. Oui. Met. 1. Incursant ramis agitataque robora pulsant. Idem de Trist. 1. Ille erat assiduè saeuis agitatus in armis. Stat. Syl. 3. Immitis quanquàm, & furiis agitatus, abegit. Cicero de Diuin. Aquila insectatur, & agitat alias aues. Idem. Pro S. Ros. Tamē eo agitant furię. antepen. acu.

AGILIS, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Nec prodest agili palmas prębere Luperce. Hor. Epist. 1. Nunc agilis fio, vt versor ciuilibus vndis. Idem. Quę circumuolitās agilis thyma non tibi paruum Oui. Met. 2. Sic super Actaeas agilis Cyllenius arces. antepenul. acuit.

AGYLLINA, pen. pro. Ver. Aen. 7. Ducit Agyllina nequicquam ex vrbe secutos. Idem 12. Troes, Agylliniq; & pictis Archades armis. Idem 8. Vrbis Agyllinę sedes, vbi Lydia quondam. De qua inquit Seru. Agylla ciuitas est Tusciae à conditore appellata: cui ex iustitia Romana aliud est inditum nomen. Nam romani euntes per Tusciam cum interrogarent agyllinos, quę diceretur ciuitas, illi vėpote Gręci, quid audirent ignorantes, & optimū ducentes, si prius eos salutarent, dixerunt, chaere. Quam salutationem Romani ciuitatis esse nomen putauerunt: & detracta aspiratione eam Caere nominauerunt. Sil. 1. Littore correptum stagnis demisit Agyllę. penul. acu. Agyllina. pen. flectit.

AGLAVROS, pen. pro. Oui. Met. 2. Sic opus est, Aglauros ea est, haud plura locutus. penult. acuit.

AGMEN, pen. pro. Stat. Syl. 1. Fulcra, torosque deae tenerum premit agmen amorum. Idem 2. Agmina Flaminio quę limite gramine Lernae. Ouid. Fast. 5. Agmen vbi ante Idus nox erit vna super. Iuuen. Sat. 10. Agminis officia, & niueos ad frena Quirites. Ver. Aen. 11. Ille volat, campoq; atrum rupit agmen aperto. Idem 1. Impulit in latus, ac venti velut agmine facto. Ait Seruius. Agmen enim Sermo Polyphemus est: nam impetum significat, multitudinem etiam exer-

exercitum incedentem. primam acuit.

AGNITVS, pen.cor. Stat. Theb.5. Texitur vna magis Lemnos non agnita nautis. Iuu.Sat.1. Agnitus accipies, iubet à præcone vocari. antepen.acuit.

AGNOSCO, pen.pro. Mant. Vt prope consti timus neq; agnouere, salutant. Ver. Aen. 11. Audiit, agnouitque sonum, & tremet, acta refugit. Idem 8. Agnouit sonitum, & diuæ promissa, parentis. Idem. Accipio, agnoscoque libens, & verba parentis. Ser. inquit, sanè inter agnosco, & cognosco, superfluò quidam uolunt facere discretionem, vt cognoscamus nouos, agnoscamus antiquos. Sed hęc à poetis metri necessitate variantur. Nam agnosco propter Synalępham dixit. Cicero ad Att. Agnoui erratum meum. Idem. Acad. Aperite carmen agnoscitur. Idem pro Mil. Illius gloriam libenter agnosceret. penult. acu.

AGO, pen.cor. Iuu.Sat.4. Priuatis maiora focis genialis agatur. Idem 7. Ante pedes ideo conducta paulus agebat. Idem 8. Suppario clamosum ageres, vt Phasma Catulli. Oui. Miret.1. Hoc agit, vt pastor per deuia rura capellas. Idem Fast.2. Nil agis eripiam, dixit pro crimine vitam. Idem. Ignotæ rationis eunt, quaq; impetus egit. Pers. Sat.5. Egerit hos animos, & semper paulum erit vltra. Ver. Aen. 12. His agitur furijs, totoque ardentis ab ore. Idem 5. & 6. Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est. Vbi Seruius, poeta metri necessitate corripuit ri. Vide transeo. Idem. Ecce gubernator se se Palinurus agebat. Ait Seru. sese agere, est sine negocio incedere. Idem. Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur. Idem Bucc. Nascere, præque diē veniens age Lucifer almū. Cicero in Orat. Cùm alias res agamus. Idem. Neq; nunc id egimus. Idem ad Att. Non iam id ago. penult. acu.

AGONIA, pen.cor. Ouid. Fast.1. Et prius antiquus dicebat Agonia sermo. Agonia agoniorum, & agonalia, Ait Calep. ludi sunt, qui fiebant in honorem Agonij dei, dicti ab agendo, admonet Sextus Pompeius. antepen. acu.

AGONIA verò pen. acuta, ait Calepinus, accipitur pro timore, solicitudine, & concertatione, quę mentem vexat, vt in Euāgelio. Et factus in agonia prolixius orabat. Sumit Calepinus hic produci, pro acui, vt Cicero in Orat. ad Brutum ibi, insanus corripi.

AGONALIS, pen.pro. Oui. Fast.1. Sanus Agonali luce piandus erit. Idem. Nomen Agonalem credit habere diem. pen. flect.

AGRIPPINA, pen.pro. Iuu. Sat.6. Insanū minus ergo nocens erit Agrippinæ. Māt. Mœnia Agrippinę suo deprensis ab humo. penul. flectit.

AGRICOLA, pen.cor. Hor. Ser.1. Agricolā laudat iuris, Legumq; peritus. Idē Epist. 2. Agricolę prisci fortes, paruoque beati. Stat. Syl.5. Agricolæ parci, vel sole infecta Sabino. Ver. Aen.1. Gratum opus Agricolis. At nunc horrentia Martis. Idē. Geo.2. Agricolæ, fructusq; feros mollite colendo. Lucr.6. Confluxit languens, quem contulit Agricolarum. antepenul. acuit.

AGRESTIS, pen.pro. Tibul. Fictilia, antiquus primum sibi fecit agrestis. Ver. Buc. Ludere quę vellem calamo permisit agresti. Idem. Agrestem tenui musam me ditaris auena. penul. acuit.

AGRIPPA, pen.pro. Manilius.1. Miles Agrippa suæ Veneris ab origine proles. Idem. Parte alia diis, & ventis Agrippa secundis. pen. acu.

AGREGO, pen.cor. Claud. Agregat, & solū petulans armantia certat.

AGRIGENTVM, pen.pro. Oui. Fast.4. Hyberaque, & Didymen, Agrigētaque, Taurominumque. pen. acu. Sil.14. Puluream uoluens Agragas ad mœnia nubem. Ver. Aen.3. Arduus inde Agragas ostentas maxima longæ. Seru. inquit.

AGRAGAS mons est muro cinctus, in cuius summa parte est oppidum. sane hęc Vergilium, quantum ad sua tempora spectat, dicere: non quantum ad operis Aenea, enim nauigante, non fuerat Camerina siccata, nec Gela, uel Agrigentum conditę: quod frequenter facit: sed ideo nunc vitiosum est, quia ex persona narratur Aeneę. Agragas antepen. acu.

AH, Ver. Bucc. Spem gregis, ah scilicet in nuda connixa reliquit. Ait Ser. Ad hęc per-

pertinet præmiſſa dolentis interiectio, quæ nullum habet accentum: eſt enim vox incondita, Donatus admonet.

AHENVS, pen. pro. Ver. Aen. 9. Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Idem 6. Oſſaque lecta cado texit Chorineus aheno, Idem 1. Littore ahena locant alii, flammasque miniſtrant. Idem. Aere trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis. pen. flect. Vide Aeneus. Iuu. Sat. 7. Egimus huius enim ſtat currus aheneus alti. Idem. Sat. 13. Debueras, vel marmore, vel aheneus cur. antepen. acuit.

AIO, pen. pro. Hor. Ser. 1. Hæc eſt conditio viuendi, aiebat, eoque. Idem. Non ſum mœchus, ais. neque ego Hercule vaſa. Idem. Miles ait, multo iam fractus membra labore. Idem de Art. Hoc aiebat, & hoc melius te poſſe negares. Idem. Aiũt, cùm ſibi ſint congeſta cibaria ſicut. Ver. Aen. 3. Vade, ait, ò felix, nati pietate q̃d vltra. Idem 5. Dic ait, ipſe omnem longo decedere circo. Aio, primam producit poſitione: eſt enim i, duplicis conſonantis loco ex antiqua ſcriptura, teſte Fabio, Inſt. 1. cap. de Literis. ibi, Sciat etiam Ciceroni placuiſſe aiio, Maiiamque ſcribere: quod ſi eſt, etiam iungeretur, vt cõſonans: nunc verò ſimplex i, pro duplici ſcribi vſus obtinuit, vt aio, Maia, maior, Pompeius, eius, huius, & cætera, vbi tantundem valens eſt. Aio penul. flect. Cicero de Diuin. Aio, te Aeacida Romanos vincere poſſe. Idem de Fin. Quaſi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. Idem in Acad. Vt neque neget aliquid, neq; aiat.

AIAX, pen. pro. Iuu. Sat. 7. Conſedere duces, ſurgis tu pallidus Aiax. Idem 10. Quam timeo victus ne pœnas exigat Aiax. Hor. Ser. 2. Nequis humaſſe velit Aiacem Atridas vetas cur? De quo ait Seruius. Buc. Ecl. 9. ibi, Quod nec bene vertat. Quæ res, ait, in perniciem vertatur, ideſt, vt malo omine hoc munus accipiat, tractum eſt ab Hectore, & Aiace: nam Hector dedit Aiaci gladium, quo ſe Aiax interemit: Hector uero baltheum accepit ab Aiace, quo circa muros patrios tractus eſt. pen. acu.

ALA, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Ire fatigatas vbi Dædalus exuit alas. Oui. de Pont. 2. Accipitrem metuens pennis trepidantibus alis. Idem in Ibin. Aerias volucres ſanguine fixus alas. Vbi Aſcen. Et tu fixus. ſ. in aliquo monte, alas. i. nutrias: tuo ſanguine uolucres aerias: nota alas primam breuiari. Stat. Syl. 5. Siquis nam frenigeræ ſignum dare dignior alæ. Ver. Geo. 2. Ceruorũ increpuit denſis exercitus alis. Idem 3. Tentamusq; uiam, & cælorum pandimus alas. Idem 4. Dum trepidant alæ, ſaltusq; indagine cingunt. Idẽ 5. Emicat & uentis, & fulminis ocyor alis Idem 9. Ad uulnus tulit, ergo alis allapſa ſagitta. Idem 9. Et cum fratre Coras, & virginis ala Camillæ. Inquit Seru. Ala eſt equitatus, Alæ autem dicuntur equites, quod alarum vice pedeſtrem exercitum tegunt: & tam ventos, quàm fulmina alata fingunt poetæ. Flac. Arg. Alatis pedibus Pagaſarum ad littora veni. penul. flect.

ALACER, pen. cor. Sil. 5. Inde alacer quamunitum declinis ab alto. Idem 14. Inde atros alacer, paſtosq; bitumine torquet. Stat. Syl. 1. Quis tibi tunc alacri cæleſtum münere claro. Idem. Ergo alacres trepidos ſic erigit augur Achiuos. Mant. Atque alacres, ſociosque docent oracula diuũm. Catull. Qui tum alacres paſſim Lymphata mente furebant. Ver. Buc. Ergo alacres ſyluas, & cætera rura voluptas. Idem Aen. 12. Talis equos alacer media inter prælia Turnus. Idem 5. Ergo alacris, cunctosq; putãs excedere pugna. Ait Ser. Cùm acer vbique dicat, alacer tamen non dicit, licèt inde naſcatur: vitat enim confuſionem. Vnde vtrunque non vult dicere: nam alacer nuſquàm, & iterum acris nuſquàm dixit. Inde eſt, quod etiam Papinius ſupprimit genus: quia dubitatur. De quo ibidem definit Pierius ea ratione, citato verſu: vt, vtrũ alacer per er, an alacris per ris, dicendum ſit? terminetur, placetque, vel Vergilio in primis autore, dici alacris: conſuetudo tamen, vt ait Plinius libro dubii ſermonis 6. alacer dicit: & apud Ciceronem alacer, & alacris legitur: vt, de Dom. Reſpexitque, & equum alacrem lætus aſpexit. Idẽ Inuent. Quartus locus, per quem demõſtramus multos alacres expectare. Idem

Idem pro Mur. Casilina alacer atque lætus. Idem de Orat. Acris acies ingenij. Idem. Vtendum est imaginibus agentibus, acribus. Idẽ pro Planc. Oculus acer, & acutus. Idem in Epist. Cæsar acer in rebus agendis. antepen. acu.

ALACRIVS, pen. pro. Claud. En Alacrins ait, non qualem semper ouantem. Idem Ipsum te caperet, letoq; Alarice dedisse. Idem. Res Alarice tuas per tot certamine docto. pen. flect. Idẽ Antonius Nebr. in Opusculis, ac Ioannes Desp. in arte metri.

ALAPA, pen. cor. Iuue. Sat. 7. Mamercorum alapas quanti sua funera vendant. antepenul. acuit.

ALANVS, pen. pro. Mart. 7. Nec te Sarmatico transit Alanus equo. Claud. Aut implicatis famulos præstabit Alanis. Luca 8. Et sequerer duros æterni Martis Alanos. Idem 10. Obruitur telis, quem non violasset Alanus. Claud. Ni calor incauti malè festinatus Alani. Idem. Auxiliis ibat patiens ditionis Alanus. penultima flectit.

ALABASTRVM, pen. pro. Mant. Abluit, ab stersitq; comes, vnxitq; Alabastrũ. Mart. 9. Quod Cosmi redolet alabastra, focisq; duorum. penult. acuit.

ALABANDAE, pen. pro. Iuu. Sat. 3. Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.

ALBANVS, pen. pro. Hor. Ser. 2. Hic herus Albanum Mecœnas, sine Falernũ. Prop. 2. Albanus lacus & socii nemorẽsis ab vnda. Ver. Aen. 12. At Iuno ex summo qui nunc albanus habetur. Idem 1. Albaniq; patres, atque altæ mœnia Romæ. penulti. flectit.

ALBVLA, pen. cor. Stat. Theb. 1. Illic sulfureos cupit Albula mergere crines. Sil. 8. Albula & immota perstringit mœnia ripa. Mart. 1. Canaq; sulfureis Albula fumat aquis. Oui. Met. 14. Numina Naiades, quas Albula, quasque Numici. Idem Fast. 5. Albula si memini tunc mihi nomen erat. Iuue. Sat. 7. Cuius & Albiolos & læunam pignorat Atreus. Ver. Aen. 8. Diximus, amisit uerum vetus Albula nomen. Ait Seruius, antiquum hoc nomen à colore habuit, qui & nunc Tyber dicitur. antepenul. acuit.

ALBATVS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Festus & albatus celebret cornu ipse bilibri. Pers. Sat. 2. Iuppiter hæc illi quãuis albata rogauit. pen. flect.

ALBINVS, pen. pro. Hor. de Art. Filius Albini si de quincunce remota est. Cicero de Clar. Albinus, is qui Græcè scripsit historiam. pen. flect.

ALBICE, pen. cor. Mant. Albicat, exterior fuligine cingitur atra. Idem. Albicat, & rapido cùm cœlum incanduit æstus. antepenul. acu.

ALBIDVS, pen. cor. Oui. Met. 3. Spumaq; pestiferos circunfluit albida rictus. Mãt. Tristitiam pallens, senique subalbidus ore. antepenult. acuit.

ALBICOMVS, pen. cor. Mant. Albicomi stãtem vicini in vertice saxi.

ALBVTIVS, pen. cor. Hor. Ser. 1. Albuti senis exemplo dum munia didit.

ALBVNEVS, pen. cor. Ver. Aen. 7. Consulit Albunea nemorum, quæ maxima sacro. Ait Seruius, quia est in Tyburtinis altissimis montibus: & Albunea est ab aquæ qualitate: quæ in illo fonte est, vnde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volũt. Sciendum sane vnum nomen esse fontis, & syluæ. antepenult. acuit.

ALCATOE, pen. cor. Oui. de Art. 2. Candidus Alcatoe, qui mittitur vrbe Pelasga. Idem de Trist. 1. Et quos Alcatoi memorant à mœnibus ortos. antepenult. acuit. Antonius Nebriss.

ALCANOR, pen. pro. Ver. Aen. 10. Huic frater subit Alcanor, fratremque ruentem. penult. flect.

ALCIMODES, pen. cor. Flac. 1. Vos tamen Alcimedes plantus superemineat omnes. Oui. Met. 3. Probat & Alcimedon, & qui requiemq;, modumq; Ver. Buc. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit. Idem. Fagina cælatum diuini opus Alcimedontis. antepen. acuit.

ALCIONVS, pen. cor. Hor. Epist. 1. Sponsi Penelopes, nebulones, Alcioniique Stat. Syl. 4. Alcioniique dapes mansuro carmine monstrat. Iuue. Sat. 14. Alcionobilem, aut risum fortasse quibusdam. Ver. Geo. 2. Pomaque & Alcinoi syluæ, nec surculus idem. Idem 3. Littoraque Alcinoen

Alcinoen resonent, & Acanthida dumi. antepen.acuit.

ALCIDES,pen.pro. Oui. Fast.2. Culcibus Alciden induit illa suis. Idem 3. Ridet & Alcides,& qui videre iacentem.Idem 5. Et gemit Alcides, Aemoniusq; puer. Mart.1.At nunc Alciden taurus in astra tulit.Stat.Syl.1.Alciden,dictumque lyra maiore Catullum. Idem 2.Alcides pensaret Hylam,seu grauis amictu.Ver.Aeneid.9.Alcides aderat, taurosque hac vi ctor agebat. Idem 10. Te precor Alcide cœptis ingentibus adsis.Mant. Maximus Alcides, & Theseus,& duo fratres. Idem. Viribus Alcides isto sub pondere quanquam.penul.acuit.

ALCYONE,pen.cor.Stat.Sil.3.Alcione ver nos,non sic philomena penates. Latinè. antepen.acuit.

ALEA,pen.cor. Ouid.de Trist.2. Sunt aliis scriptæ, quibus alea luditur,artes. Iuue. Sat.1.Maior auaritiæ patuit sinus,alea quando.Idem 11. Nam tibi fortunæ, veniam damus, alea turpis. Luca 6. In casum, quæ cuncta ferat, placet alea fati. Hor. Serm.2.in vacuum venias perraro hæc alea fallit. antepen.acuit.

ALEMON,pen.pro. Ait Calep.Ouid.Met. 15.Iam fuit Argelico generatus Alemone quidam.penul.flect. Idem surgit Alemonides,tacitaque recentia mente. ante penult.acuit.

ALEMANVS, pen.pro. Mant. Munere fingentem tali videre Alemani.Idem. Bella gerent, Græcis Itali, Gallisque Alemani. Idem. Hæc ea, quæ nuserè in spem Gallum,atque Alemanum. penult. flect. Idem.Mallotages,Tuscos,Alemanica regna Tuiscon.antepe,acu.

ALES,pen.pro.Oui.Met.11.Fœdus in alitibus coeunt, fiuntque parentes. Idem. Non vigil ales ibi cristati cantibus oris. Stat.Theb.10.Alitibus,non hic pelagi,licet omnia clament.Ver.Aen.1.Aetheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto. Idem 8.Addiderant Rutuli tres,ignis,& alitis austris.Idem 9. Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto. Ait Ser. sacer ideo, quia est Marti consecratus, aut auibus execrabilis.Idem inquit Aen.1.ibi,Terga suum:Alituum vero vbi legimus, vt Alituum,pecudumque genus,epenthesis est. nam alitū facit,sicut Mauortis pro Martis· Induperator pro Imperator, nauita pro nauta. Lucr.6. Corporibus tamen Alituum genus, atque ferarum. Ait Ser. Aen.6.ibi, Quæ gratia currum: Latinitas Græcos secuta genitiuo plurali aut addit, aut detrahit: vt, Arma virum:ut, Per campos pascuntur equi, quæ gratia currum : detraxit vnum v, licentia, qua Latinitas Græcos secuta est:aut addit,vt Alituum,pecudumque.penul.flect. Vide Induperator.

ALECTO,pen.pro.Sil.14.Non ipsa Alecto, nec fœta furore Megera. Ver.7. Regina Alecto toruam faciem, & furalia mebra. Idem. Talibus Alecto dictis exarsit in iras.Idem. Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum. Ait Seruius, hic Alecto Græcus accusatiuus est: huius autem de clinationis tres casus vsurpamus, genitiuum, vt Alectus, nominatiuum,& Accusatiuum, vt Alecto,integrum ad nos venit:& accentum Græcum haberet,nisi literaturæ facta mutatione: Latinè penult.acutam proferri. Vide Simois.

ALEC, pen. pro. Hor.Ser.2.Peruellunt,stomachum siser,alec, fercula Coa.

ALETHES, pen.pro.Ver.Aen.10.Exuuias galeā fidus pmutat Alethes. Stat. Theb. 3.Concilium infaustum dictis mulcebat Alethes.pen. acuit.

ALEXIS, pen. pro.Ver.Buc.Ecl.2.Formosum pastor, Coridō ardebat Alexin.Idē O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Idem. Despectus tibi sum, nec quis sim,quæris Alexi.Mart.5.Cùm minimū vati munus Alexis erit.pen. acuit.

ALESVS, pen. pro. Oui. Met.12.Peruolat Emathii spolis armatus Alesi. penult. flectit.

ALEXANDER, pen.pro.Oui.de Trist.1.Vt non Alexander claram delatus in vrbem. Lucr. 1. Ignis Alexandri Phrygio sub pectore gliscens. Mant.Magnus Alexander populos arma inter & hostes. Hor.Epist.2.Gratus Alexandro regi magno fuit illo.penult.acuit.

ALELVIA, penul. pro. Mant. Et aleluia donec non obsibina per altos. Idem. Et per templa chori repetunt aleluia canētes.

tes.Idem.Est aleluia Deo.nec nō osihana per altos.In hoc verbo Hebræo duæ sūt dictiones,quibus significatur,laudate dominum.Alelu,teste Augustino,imperatiui modi est, & significat laudate, ia verò vniuersaliter Deum,Hieronymus ait ia apud Hæbræos, vnum est de decem Dei nominibus. Hæc Calepinus. Accentus huiusmodi ignarus respiciens carmina vatis,penult.acuat,necesse est.

ALIQVANDO,pen.pro.Ver.Aen.8. Attulit & nobis aliquando optantibus ætas. Mart.10. Omnia vis bellè Matho dicere,dic aliquando. Iuu.Sat.9. Inde operæ pretium est, pingues aliquādo lacernas. Idem 6.Perspiciunt aliquando viri, frigusque famemque. Cuius dictionis Priscianus antepenult.acuit, vt differat ab aliquanto: consimilem enim sonum habere videntur. T, quidem post n,sonum habet d,vt Græci pronunciant. Vnde antiqui Alexanter, Casantra, pro Alexander,Casandra. Hæc Quint. Inst. 1.cap. 6.Ait item Priscianus. Quando quoque simplex ex eo composita,vt aliquando,siquando. nequando. quæ.antepen. acuta, quomodo etiam abinde, subinde, quod vsus hodie etiam obseruat: licèt Antonius Nebriss.nolit ex Quint.cap.10. duabus longis sequentibus primam breuem acui sermo noster non patitur,hoc Antonii Nebriss. syllabarum quantitate defenditur,atque poetarum autoritate: illud verò Prisciani syllabarum qualitate, atque iudicio eruditorum probataque consuetudine: non enim natura id fieri, sed instituto quodam pronunciandi,Ait Cicero in Oratore ad Brutum:eiusdem ibi commentator: sciebat procul dubio Priscianus in aliquando penult. longam positione,vt abinde; non ab re igitur antepenul.acutam proferri voluit. Et quod Calepinus obiicit, ibi, cum accentu in antepen.ait Priscia. Sed temporibus nostris non seruatur etiam a doctissimis viris, nec in poetis inuenitur in vsu illam corripi,positura. Regulam illam intelligi de declinabilibus: sed ex consuetudine vtrūque citra reprehēsionē loquatur, vt suprà dictum est.

ALIVS,pen.cor.Ver.Buc. Verùm hæc tantum alias inter caput extulit vrbes. Idē. At nos hinc alii sitientes ibimus Afros. Idem Geo.1.Atque alius latum funda iā verberat amnem.Ait Ser.Aen.11.ibi.Harum vnam inueni: de duobus, & horum alterum, & horum vnum dicere possumus. Nam Artigraphi hoc tantùm vetant,ne de duobus alium dicamus: quod de multis propriè dicitur. Iuuen.Sat.2. Non faciant alii,cùm tu multitia sumas. antepen.acu.in genitiuo penul.flectit. vt alius.Priscianus lib. 13.ait ibi.Alis quoque antiquissimi pro Alius protulerunt: cius genitiuus rarò est in vsu: & cùm debuit vna syllaba vincere suum nominatiuum,& datiuum,tamen par est syllabis, sed producit in genitiuo i, penultimam, semperque eandem flectit: & finalē quoque aduerbii alias:vt differat à se accusatiuus pluralis. At conuenientius, inquā, finalem acui, vt appareat aduerbium tēporis. Nam finalem flecti abscissis Latinis accidit, & latiniùs hodie signo graui aduerbium distinctionis causa obseruari.Sil.9.Quanto non aliàs vidit,concurrere tellus. Ver. Geo. 1. Non aliàs cælo ceciderunt plura sereno. Catull. Nos aliò mouces, aliò diuisimus aures. Lucrē. 6. Cernimus è succis, aliò nidoris odores.Hoc fortasse sensit Antonius Nebriss. cap.de accentibus, sed vide Regulas nostras,vbi discrimen fit contrà consequēs. antepenul. acuit.

ALICA,pen.cor.Mart.13. Nos alicam mulsum poterit tibi mittere diues. antepenult. acuit.

ALIFANVS,pen.pro.Sil.12. Orythia domos,hinc Alifanus Iaccho. pen.flect.

ALIBI,pen.cor.Ver.Buc. Nec tam præsentes alibi cognoscere diues. Idem Geo.1. Arborei fœtus alibi, atque inuisa virescunt.Idem 2. Hinc alibi clitumne greges,& maxima taurus. antepen. acu.

ALIVNDE,pen.pro.Iuu.Sat.6.Si qua aliūde putas rerum expectanda tuarum. Lucr.5. Siue aliunde fluens,alicunde extrinsecus aer.pen.acu.

ALIQVOT,pen.cor.Ver.Buc. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. antepenult.acuit.

ALIENVS,pen.pro. Ver.Buc. Hic alienus

ouis

ouis custos bis mulget in hora. Idē Geo. 1. Hic ver assiduum, atque alienus mensibus æstas. Mart. 2. Quodque tibi, nunquam non alienus odor. Iuue. Sat. 3. Nocte dieq; potest alienum sumere uultū. Hor. Ser. 1. Quodque aliena capella gerat distentius uber. Mant. Certe alienarū tibi cura superflua rerū. pen. flectit. Lucr. 5. Ex alienigenis membris compacta portestas. antepen. acu.

ALIFER, pen. cor. Oui. Fast. 4. Transit & alifero, tollitur axe Ceres. antepen. acu.

ALITER, pen. cor. Stat. Syl. 4. Non aliter gelida Rhodopes in valle recumber. Oui. de Trist. 1. Diuidor haud aliter, quam si mea membra relinquam. Idem. Met. 15. Haud aliter titubat, quàm si mea uina bibisset. Ver. Geo. 1. Non aliter quàm qui aduerso vix flumine Lembum. antepenult. acuit.

ALIMENTVM, pen. pro. Oui. de Trist. 1. Vilia, qui quondam miseris alimenta negaret. Idem Met. 15 Prodiga diuitias, alimentaq; mitia tellus. Stat. Syl. 2. Mox ruit in turmas, uatisque alimenta cruentis. Lucr. 5. Impetus in mammas conuertitur, ille alimenti. Claud. Præscribunt alimenta mihi, dubitandaque pauci, penult. acuit.

ALIPIDES, pen. cor. Ver. Aen. 7. Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis. Oui. Met. Inque diem alipedum ius, & moderamē equorum. Idem. 4. Alipedi uitulus taurus tibi summe de ictum. Lucr. 6. Naribus alipedes vt cerni sæpe putantur. antepenult. acuit.

ALIOQVI, pen. pro. Hor. Ser. 1. Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui. penul. acuit.

ALIPTES, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Grammaticus, Rhetor, Geometres, pictor, aliptes. Idem 6. Callidus, & cristæ digitos impressit aliptes. pen. acu.

ALIGER, pen. cor. Ver. Aen. 12. Agminis aligeri subito eum lapsus abundans. Idem. 1. Ergo his aligerum dictis affatur amorem. Sta. Syl. 3. Promeruisse detur summi Iouis aliger Areas. Luca. 9. Aliger in cælum sic rapta Gorgone fugit. Man. Aligeri vexilla petunt, exercitus vrbes. antepenult. acuit.

ALIQVIS, pen. cor. Oui. Fast. 4. Conatusq; aliquis uagina ducere ferrum. Idē 5. Sæpe aliquis solio quod tu Saturne tenebas. Idem de Trist. 1. Et nobis aliquod, quanuis distamus ab illis. Idem 4. Et quoties alicui dum chartæ uincula dempsi. Iuue. Sat. 1. Aude aliquid breuibus Gyaris, & carcere dignum. Idem. Si uis esse aliquid, probitas laudatur, & alget. Ver. Buc. Quin tu aliquid saltem potius, quorum, indiget usus. Idem. Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses. Aliquà hic aduerbiū est, significat aliquatenus, aliqua ratione, aliqua uia. antepenult. acuit.

ALIVNDE, pen. pro. Lucr. 5. Siue aliunde fruens alicunde extrinsecus aer, penult. acuit.

ALGIDVS, pen. cor. Oui. Fast. 6. Viderat & campis algida terra suis. Stat. Syl. 4. Algidus, aut horrens, aut Thuscula protegit umbra. Lucr. 5. Ignis enim curauit, ut algida corpora frigus. antepenult. acuit.

ALTITONANS, pen. cor. Lucr. 5. Altitonās Vulturnus & Auster fulmine ponens. Mant. Iupiter altitonans semper mortalibus æquum. antepenult. acuit.

ALLIDO, pen. pro. Mant. Allidunt telluri artus, ille impiger ætas. penult. flectit.

ALDEFONSVS, pen. pro. Mant. Aldefonsus opum quia bella asperrima passus. penul. acuit.

ALEMENA, pen. pro. Mant. dicitur Alcides Alemenæ filius isto. pen. flect.

ALLOBROGES, pen. cor. Iuue. Sat. 7. Ruffus, qui toties Ciceronem Allobroga dixit. Idem 8. Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ora. pen. acu.

ALLOQVIVM, pen. cor. Stat. Theb. 7. Sed mite alloquiū, & sæuis pax quæritur armis. antepenult. acuit.

ALMON, pen. pro. Ver. Aen. 7. Natorū Tyrhei fuerat qui maximus Almon. Idem. Almonem puerum, fœdatiq; ora Galesi. Oui. Fast. 4. Almonis dominam, sacraq; lauit aquis. pen. acu. in obliquis flect.

ALO, pen. cor. Ver. Buc. Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. Idem Geo. 1. Quique nouas alitis, non nullo semine fruges. Idem 2. Humida maiores herbas alit, ipsiq; iusto. Idē Opusc. Implacabilis ira tacet uini alitis esca. Oui. de

Pont.1.Otia corpus alunt animus quoque pascitur illis. Idem in Ibin. Quosque putas Sydos,& Laryssçus alebat.Sta. Syl.4. Laxaturque chelys vires instigat, alitque.Claud.Classibus æstiuis alerent, geminoq; vicissim.Luca 3. Vu gus alūt, nescit plæbs ieiuna timere.Lucr.6. Nam quod ali dederat vitales aeris auras. Idē 4.Nec refert quicquam, quo victum corpus alatur. Mant. Italiam Ticini alitus dat nata parentum. antepenul.acuit, alo pen.Cicero in Ver.Hac pecunia alimur, & sustinemur. Idem de Natu. cùm agellus eum non satis aleret.Idem in Parad. Alere exercitum suis fructibus.

ALOEVS,per o,magnum, & eus, diphthongum scribitur,Ait Antonius Nebriss. penul.pro.Ver.Aen.6.Hic & Aloidas gemi nas immania vidi. Ait Ser.Aloeus Iphimediam vxorem habuit: quæ compressa à Neptuno duos peperit,Oethum, & Ephialtem, qui digitis nouē per singulos menses crescebant.Freti itaque altitudine,cælū voluere euertere.sed confixi sunt Dianæ,& Apollinis telis.Aloidas aūt sic dixit,vt de Hercule Amphitrioniades diximus.Luca.6.Impius hinc prolem superis immisit Aloeus.penult.acuit.

ALOE,pe.cor.Iuue.Sat.7. Plus aloes,quàm mellis habet,quis deditus hic si. Quoniā Græcum est nomen, accentum Græcum deberet: sed literæ mutatio transfert in antepenult.Ex Diomedis secundo.penultima enim breuis est:apud vulgares verò pen.acuit.

ALPES,pe.pro.Mant. Alpibus Artoas mouit Germania gentes.penult.acuit. Vide Alpinus.

ALPHITVS,pen.cor.Ouid.Met.5. Alphitus albenti velatus tempora vitta. antepenult.acuit.

ALPHENOR,pen.pro.Ouid.Met.6.Aspicit Alphenor laniataque pectora plangens. penul.flectit.

ALPHESIBOEVS,pen. pro. Ver.Buc. Pastorum musam Damonis,& Alphesibœi. Idem.Damonis musam dicemus, & Alphesibœi. Idem. Hæc Damon,vos, quæ responderit Alphesibœus. Idem. Saltantes Satyros imitabitur Alphesibœus.Seruius inquit,sanè quidem vt in religionibus saltaretur, hæc ratio est: quòd nullam maiores nostri partem corporis esse voluerunt, quæ non sentiret religionem. Nam cantus ad animum, saltatio ad mobilitatem pertinet corporis.penultim.acuit diphthongo,sed vide Regulas nostras.

ALPINVS, pen.pro. Sil.3. Alpina inuadit manus, assuetoque vigore.Ouid.Fast. 6. Exigis Alpino Roma sub hoste iacet. Hor.Serm.1. Turgidus Albinus iugulat dum Memnona dumque.Ver.Aen.6 Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci.Idem 4. Alpini Boreas nunc hinc, nunc flatibus illinc. Ait Ser. Hæc enim murorum Italiæ exhibent vices. Alpes enim Gallorum lingua alti montes vocātur.penult.flectit.

ALPHEVS,pen.pro. Scribitur enim per ei, diphthongon Græcè.Luca.3.Sitientis Alpheus aquas,tunc Mænala liquit.Claud. Nec super Alpheas vmbrantia Mænala ripas.Stat.Theb.6. Sacra sed alternis Alpheon vtrinque colebat. Sil.4. Alpheo permulcet equos,& nostra fatiscit. Idem 14. Alpheon sacræ portantem signa coronæ. Verg. Geo. 2. Cuncta mihi Alpheum linquens, lucosque Molorchi. Idem 3. Ortygiam Alpheum, fama est, huc Elidis amnem. Ait Seruius. Elis, & Pisa ciuitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingens, qui ex se duos alueos creat, Alpheum, & Arethusam. Vnde fit, vt fingantur coniungi inexitu: quos origo coniungit ita. Arethusam autem etiam in Elide esse testatur. Verg.dicens.Sic tibi cum fluctibus subter labere Sicanos. Hæc secundum fabulas venatrix fuit: quæ dum se in Alpheo post laborem lauaret: ab eo adamata est, & diu fugiens Deorum miseratione in fontem mutata per secretos meatus ad Siciliam venit: quod etiam Vergilius ostendit: Et tandem positis vel ex Arethusa sagittis.Idē. 10. Hos parere iubent Alpheæ ab origine Pisæ. Vbi Seruius, Ait Alpheus fluuius est inter Pisas, & Elidem ciuitates Arcadiæ vbi est templum Iouis Olympici; ex quibus locis venerunt,qui Pisas in Italia condiderunt, dictas à ciuitate pristina: & dicimus,Ait Seruius,Alpheū

vt

vt Aeneam. penult.flectit.

Altare,pen.pro.Ver.Geo.3.Inde nec im positis ardent altaria fibris. Idem Aen. 12.Summa notant pecudum, pateris altaria libant.Idem Buc.Ecl.6.Ecce duas tibi Daphni,duoque altaria Phœbo. Seruius inquit. Nouimus enim aras & diis esse superis, & inferis consecratas: Altaria verò esse superorum tantùm deorũ, quæ ab altitudine constat esse nominata.Iuue.Sat.8. More Numæ cedit Iouis ante altaria iurat. Idem 13. Atque ideo intrepidi quæcunque altaria tangunt.pe nult.flectit.

Altilis,pen.cor.Iuue.Sat.5.Ad nos iam veniet minor altilis inde parato.Hor.Epist.1.Nec somnum Phœbis laudo satur altilium nec. antepen.acuit. Stat. Theb. 7. Altricemque domum, & patrios remi niscitur ignes.

Aliphe,pen.pro. Sil.8. Aliphe, & Clanio contemptæ semper acerræ.

Alternatvs.pen.pro. Sil.11. Atque alternatos sociato consule fasces. Claud. Alpinis odiis, alternataque iurgia victi. penult.flectit.

Altvs,pen.pro.Oui.Met.1.Dum calet & medio sol & Altissimus orbe. Idē 2.Succurritque altē, similisque & currus inani.Iuue.Sat.3.Plaustra vehent, nutant alte, populoque minantur. Mant.Dicendum altiloqui nihil inuenere poetæ. antepenul.acuit.

Alter,pen.pro.Iuue. Sat.6. Per caput alterius cùm furem nemo timeret. Hor.de Art. Nec rude quid prosit, video ingenium alterius sic: Idem Epist.1. Alterutrum velox victoria fronde coronet. Ausonius. Alterutrum videas, vt sit in alterutro. Luca. 6. Alterutrum mensura caput, ter collibus omnes. antepe. acuit. Ouid.Met.1.Alter in ambiguo est,an sit comprehensus, & ipsis. Idem Fast.4. Alter Auentinum mane cacumen init. Marti.2. Tu comes alterius iam sumus ergo pares. Hic genitiuus in ius,solus. antepe nult. acuit.

Alvevs,pen.cor. Ouid. Fast.3. Alueus in limo syluis appulsus opacis. Idem Met. 1. Nilus & antiquo sua flumina reddidit alueo. Ver.Aen.6. Deturbat, laxatq; foros, simul accipit alueo. Per synerefin aluo facit. Idem 2 Ingentis, vterumque armato milite complent. Aluus est, quo defluunt sordes.Salust.Simulans sibi aluum purgari: venter qui videtur. Cicero de Nat. Aluus subiecta stomacho,cibi & potionis est receptaculum. Idē pro Cluent. Spes illa,quam mulier in aluo commendata à viro continebat. Iuu.Sat. 5.Laternam, illud enim vestris datur alueolis.quod Cicero pro Cæl. Ex quibus requiram,quonam modo latuerint,alueusne ille est, an equus Troianus fuerit. antepenult.acuit.

Alvearivm,pen.cor.Ver.Geo.4.Seu lēto fuerint aluearia vimine texta. vt i ait Pierius,quanuis aluearia quinque syllabarum numero Capri obseruatione scribendum Grammatici monemur, pleraque tamen exemplaria vetera aluaria legunt per synerefin quatuor syllabarum, & per Diæresin solutio fit dactyli in proceleusmaticum.antepe.acu.

Alvmnvs,pen.pro. Ouid.Met.4. Risit & hoc vsus præstat tibi, dixit alumnus. Hor.de Art. An custos, famulusque Dei Silenus alumni. Stat. Syl. 1. Eubois. & pulchra tumeat subiectus alumna. Iuue. Sat.1. Per quem magnus equos Auruncæ flexit alumnus. Idem 6. Ingerit atque suos ridens producit alumnos. Ver. Aen. 6. Tum comes auspiciis charo datus ibat alumno. Seruius admonet,Alumnus est, qui Græcè Trophimos dicitur: quod nomen,quia Latinum est, vt ab eo,quod est nutritor, inueniamus eum,qui nutritus est:transit ad nomen aliud,& alumnũ dixit. Ait Calepinus, pro educato, & educatore poni alumnum, ab alendo deductum nomen.pen.acu.

Alvo,pen.cor. Ouid.de Pont.3. Quos alnit campis herba phalisca suis. antepenult.acuit.

Alvta,pen.pro. Iuue. Sat.6. Appositam nigræ Lunam subtexit alutæ. Idem 14. Inde domum possis, tumidaque superbus aluta. Ouid. de Art. 3. Pes, mala in niuea semper cæletur aluta. penultima flectit.

Amabilis,pen.cor.Oui.Fast.5. Siue locum specto, locus est inamabilis & quo.

Geo.4. Cocyti, tardaque palus inamabi lis unda. Idem 6. Fata obstant, tristiq; palus inamabilis unda. Hor. Epist. 1. Lusit amabiliter donec iam sæuus aperta. antepenult. acuit.

AMADRYADES, pen. cor. Oui. Met. 1. Inter Amadryades celeberrima Nonacrina. antepenult. acuit.

AMALTHEA, pen. pro. Tibull. 2. Quicquid Amalthea, quicquid Marpesia dixit. scribitur per ei, diphthongum. pen. flectit.

AMANVS, pen. pro. Flac. 1. Mater in aduerso Catulus uenatur Amano. penul. flectit.

AMARYLLIS, pe. pro. Ver. Buc. Postquàm nos Amaryllis habet, Galathea reliquit. Idē Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Idem. Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras. Idem. Necte tribus nodis, ternos Amarylli colores. Idē. Necte Amarylli modo, & Veneris dic uincula necte. Idem. Fer cineres Amarylli foras, riuoq; fluenti. uocatiuus Græcus est, inquit Seruius. penult. acuit.

AMARACVS, pen. cor. Mant. Pendet, & in paruos cōtortus amaracus orbes. Claud. rapt. 2. Intexit uiolis hanc mollis amaracus ornat. Ver. Aen. 1. Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum. Monet Seruius, Hic puer fuit regius unguētarius, qui ca su lapsus dum ferret unguenta maiorem ex consuetudine odorem creauit: unde unguenta amaracina dicuntur: hic postea in herbam sampsuchum uersus est, quā uulgò maioranā esse. Lucr. 2. Sicut amaracini blandum, stactæque liquorem. Idē 6. Denique Amaracinam fugitat sus, & timet omnes. antepenult. acuit.

AMARVS, pen. pro. Ver. Buc. Florentē Cythisum, & salices carpetis amaras. Idem Geo. 1. Strimoniæq; grues, & amaris intyba fibris. Idem 2. Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara. Oui. de Pont. 4. Nec degustanti lothos amara fuit, Sil. 3. Aggreditur iuuenem monitisque incessit amaris. Lucr. 6. Cùm tuimur misceri absynthia, tangit amaror. penultima flectit.

AMARANTHVS, pen. pro. Oui. Met. 15. Gramen odoratum textum tibi sertam amarantha. Mant. Ambrosia inuectens illi caput, atque amarantho. Item, Et quod fama refert immortales amaranthi. Ver. Opusc. Et Bacchi Lybiæ regis memor hic amaranthus. penultima acuit.

AMARESCO, pen. pro. Hor. Ser. 2. Nempe in amarescunt epulæ sine fine petitæ. penult. acuit.

AMAROR, pen. pro. Ver. Geo. 2. Tristia tentatum sensu torquebit amaror. Ait Seruius, Hic est sermo Lucretii, & uera lectio ipsa est. nam multi amaro legunt: ut sit, sensu amaro. penultima flectit.

AMARICIES, pen. cor. Catull. Quæ dulcem curis miscet amariciem. antepenult. acuit.

AMASENVS, penult. pro. Ver. Aen. 11. Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans. Ouid. Met. 15. Nec non Sicanias uoluens Amasenus arenas. Amasenus fluuius Siciliæ, qui æstate ferè exiccatur. Hęc Raphael Rhegius. Idem Calepinus. penult. flectit.

AMASIS, pen. pro. Luca. 9. Non mihi Pyramidum tumulis euulsus Amasis. penult. flectit.

AMATA, pen. pro. Ver. Aen. 12. Turne per has ego te lacrymas per siquis amatæ. penult. flectit.

AMATHVS, pen. cor. Ver. Aen. 10. Et Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera. Oui. Met. Piscosamque Gnidon, grauidamque Amathunta metallis. Idem 10. Luctantes uitulos Amathun tęasque bibentes. Ver. in Cyri. Nam te iactari non Amathuntia nostris. antepenult. acuit.

AMASTRA, pen. pro. Sil. 14. Venit Amastra uiris, & paruo nomine Thisse. penult. acuit.

AMATRIX, pen. pro. Matt. 7. Et quod amatrices tam propè seruat aquas. Idem 10. Odit amatrices Hermaphroditus aquas. penult. acuit.

AMAZON, pen. pro. Ver. Aen. 11. Et medias inter cædes exultat Amazon. Oui. de Art. 3. Prima dedi Danais in Amazones arma supersunt. Idem 2. Se quicunque meo superāt Amazona ferro. Mant. Vicimus hunc Phlegiam, uincamus

Ama-

AMAZONAS istas. Ver. Aen. 5. Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis. Idem. 1. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Mart. 4. Talis erat, dices noster Amazonius. Oui. de Pont. 4. Nec tibi Amazonia pro me sumenda securis. pen. acuit.

AMBAGES, pen. pro. Mant. In Labyrintadis tu filum ambagibus illud. Claud. Tethyos ambages Atlātæosq; recessus. Oui. Fast. 4. Obscuræ sertis patres ambagibus erant. Idem 6. Somnus abit, quæruntq; nouis ambagibus acti. Ver. Geo. 2. Atque per ambages, & longa exorsa tenebo. Idē Aen. 1. Ambages, sed summa sequar fastigia rerum. Stat. Theb. 1. Callidus ambages te præmonstrante resolui. Mant. Dum sequor ambages, & verba, & tempora perdo. penult. acuit.

AMBESVS, pen. pro. Ver. Aen. 5. Ipsi transtra nouant, flamnisq; ambesa reponūt. Idem 3. Ambesas subigat malis adsumere mensas, Ait Seru. Vndiq; esas, hoc est rotundas: maiores enim has habebāt in honore deorum, paniceas scilicet. pen. flectit.

AMBIGO, pen. cor. Oui. Fast. 4. Conuenit, ambigit, mœnia ponat vter. Stat. Theb. 1. Epulis ambigitur, periit ius, fasq;, bonumque. Lucr. 3. Ambigit status, in quo sit mortalibus omnis. Mant. Ambigitur longum abscondit primordia tempus. Cicero de Iuuen. Ambigunt agnati cū eo, qui est secūdus hęres Idem in Or. Nisi cùm de vero ambigitur. Idem pro Cecin. Fundus de quo ambigitur. antepenult. acuit.

AMBIO, pen. cor. Ver. Aen. 10. In uictum ignipotens, atque oras ambiit auro. Idē 4. Heu quid agit? quo nunc reginam ambire furentem. Ait Seru. Et ambio illam rem dicimus, vt: Ne tōnubijs ambire Latinum. Cicero de Vniuer. Vt terram lunæ cursus proximæ ambiret. antepenult. acuit.

AMBITVS, pen. cor. Sil. 8. Ambitus & Graio funestior æquore campus. Iuue. Sat. 8. Quod si præcipitē rapit ambitus, atq; libido. Stat. The. 1. Ambitus impatiens, & summo dulcius vnum. Idem. 9 Ambitus, orantesq; tibi seruire Napeæ. Mant. Quæ natura soli, quantus ne sit ambitus orbis. antepen. acu. Oui. Met. 1. Iussit, & ambitæ circundare littora terræ. Hic participium est, pen. pro. Flacc. 5. Ambitumq; senem, promissaq; vellera puppi. penult. flectit.

AMBIGVVS, pen. cor. Stat Syl. 1. Quē nō ambigui fasces, non mobile vulgus. Idē Theb. 2. Dissonus ambiguum senis cunctatur Adrasti. Iuue. Sat. 8. Integer ambiguæ si quando citabere testis. Pers. Sat. 5. Cumque iter ambiguum est, & vitæ nescius error. Oui. Met. . Alter in ambiguo est, an sit cōpressus, & ipsis. Ver. Aen. 1. Quippe domum timet ambiguam, Tyriosq; bilingues. Idem 2 In vulgū ambiguas, & quærere conscius arma. Idem 3. Agnouit prolem ambiguā, geminosq; parentes. Idem 5. Transeat elapsus prior, ambiguumq; relinquar. antepen. acuit.

AMBITIO, pen. cor. Hor. Ser. 2. Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus auster. Idem in Arte. Aut ob auaritiam, aut mera ambitione laborat. Oui. Fast. 2. Nulla tibi ambitio est, nullo corruperis auro. Mant. In modica verò nunc ambitione feruntur. Idem Dum modò vos premit ambitio regnare volentum antepen. acu. Hor. de Art. Transuerso calamo signum ambitiosa recidit. Mart. 1. Quid fugis hos dentes ambitiose lepus. Oui. Fast. 5. Turbaq; cælestes ambitiosa sumus. Idē de Trist. 4. Quod precibus periit ambitiosa suis. Idem de Pont. 3. Pro nostris vt sis ambitiosa malis. Iuue. Sat. 7. Commune id vitium est, hic viuimus ambitiosa. Idem. Nam si discedas, laqueo tenet ambitiosi. penult. flect.

AMBO, pen. pro. Oui. de Pont. 3. Turpe erit ambobus longo mihi proximus vsu. Idē Met. 1. Ossaq; cū pindo, maiorq; ambobus Olympo. Stat. Syl. 2. Sis felix tellus dominis ambobus in annos. pen. acu.

AMBROSIVS, pen. cor. Mant. Carole cadmoris princeps ambrosia proles. antepenult. acuit.

AMBROSIVS, pe. cor. Iuue. Sat. 6. Aut Glaphyrus fiat pater, Ambrosiusq; Coraules. Mant. Nectareas fruges parit, Ambrosiosq; racemo. Idem. Ambrosia inuectens illi caput, atque Amarantho. Idē.

Ambrosius verò genus à primatibus vrbis. Idē. Ambrosium,magnaq; polus conscendere pompa. Ver.Geo.4. Hæc ait, & liquidum ambrosiæ diffudit odorē. Idem Aen.12. Ambrosiæ succos,& odoriferam panaceam. Ait Seruius Et est cibus Deorum: nam nectar potant. Idem 1. Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorē. Oui. Met.2. Ambrosiæ succo saturos præsepibus altis. Catul. Suauiolum dulci dulcius ambrosia. antepe.acu.

AMBVLO, pen.cor. Claud. Ambulat,& claro sedem deformat amictu. Ouid. Met.2. Mugit,& in teneris formosus obambulat herbis. Hor. Ser.1. Malthinus tunicis demissis ambulat,& quis. Mart.2. Sum comes ipse tuus,tumidique anteambulo regis. Ver. Aen.3. Nec grægibus nocturnus obambulat acrior illum. Mant. Ambulet, & si sit tellus habitata sub orco. Cice. de Fin. Xerses factis classibus, Hellesponto iuncto, Athoque perfosso maria ambulauit terramque nauigauit.

AMALPHIS, pen.pro. Mant. Illudentē oculis,citrosa videtur Amalphis.

AMELLVS, pen.pro. Ver. Geo.4. Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello. Mella herba est,cuius flos amellus dicitur, vbi inquit Pierius, Est enim mella fluuius in Gallia Cisalpina, Brixiæ opulentissimo municipio vicinus,emissus ex monte Breuno. De quo videas quid Seruius dicit: cōtra quem quid Pierius. pen.acu.

AMENS, pen.pro. Sil.2. Tum verò excussi amentes ceu prodita tecta. Luca 4. Hesperios inter Sicoris non vltimus amens. Ver. Aen.4. Isque amens animi,& rumore accensus amaro. Ait Seru. Sanè nomen esse ostendit, ponendo genitiuum. penul. acu. Oui. Met.5. Pulsa graui, grauis est amentia curribus auras. Hor. Ser.2. Si quē delectat barbatum amentia verset. antepenult acuit.

AMEN, pen.pro. Ausonius ad omnipotentē Deum. Et responsuris ferit aera vocibus amen. penul. acuit.

AMENTO, pen.pro. Luca.6. Cùm iaculum parua Libys amētauit habena. Oui. Met. 7. Dum mea,dum digitos amentis addere tento. Idem 12. Inserit amento digitos, miscendaque dixit. Ver. Aen.9. Intendunt acres arcus,amentaque torquēt. Ait Seruius, Amentum est lorum, quo media hasta religatur, & iacitur. penultima acuit.

AMERINVS, pe.pro. Sil.8. Fulginia his populi fortes Amerinus,& arma. Ver. Geo. 1. Atque amerina parant lentæ retinacula viti. Ait Ser. Virgas,de quibus vites religantur: quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ. cuius crebram in Rosciana facit Cicero mentionem, penult. flectit.

AMETHISINA, pen.cor. Iuue. Sat.7. Caussidicum vendunt Amethisina conuenit illis. antepen.acuit.

AMICVS, pen.pro. Iuue. Sat.3. Stoicus occidit Boream delator amicum. Stat. Syl.2. Excubat innocui custos laris huius amico. Hor. Ser.1. Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm? Ver. Aen.1. Hic mihi nescio quod trepido male numen amicū. Idem 5. Me liceat casum miserari insontis amici. penult. flect. Hor. Epist.1. Disce docendus adhuc, quod censet amiculus, vt si. Stat. Theb.8. Illum, heu, præsagis quo nullus amicior astris. antepenul. acuit.

AMICITIA, pen.cor. Oui. de Pont.2. Vulgus amicitias vtilitate probat. Idem 5. Fructus amicitiæ magnæ cibus imputat hunc rex. Stat. Syl.2. Seruat amicitiæ leges amor, ite per annos. Lucr.5. Tunc & amicitias cœperunt iūgere habētes. Ver. Aen.7. Dic in amicitia coeant & fœdera iungant. antepen.acu.

AMICIO, pen.cor. Hor. Epist.2. Et piper & quicquid cartis amicitur in emptis. Oui. Met.5. Ille sibi oblatus fuluis amicitur in alis. Cicero de Clar. M. Popilius, vt erat lena amictus,ita venit in concionē. Idē in Ant. Cæsar amictus toga purpurea. antepenul. acuit.

AMICLAEVS, pen.pro. Stat. Syl.2. Hic & Amiclæi cæsum de monte Lycurgi. Idem 1. Staret Amiclæa conceptum patre putares. Ver. Geo.3. Talis Amiclæi domitus Pollucis habenis. Idem. Armaque, Amiclæumque canem, cassamque pharetram. Ait Seruius. Et est species pro genere. Amycla autem Ciuitas est Laconiæ.

AMI-

AMICTVS,pen.pro. Oui.de Pont.3. Purpura sæpe tuas fulges protexit amictus. Idem Met.14. Insuper aurato circumuelatur amictu. Ver.Aen.5. Hæc fatus duplicem ex humeris reiecit amictum. penult. acuit.

AMYDON,pen.cor.Iuue.Sat.3. Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta. antepenult.acuit.

AMYGDALA,pen.cor. Oui.de Art.3. Nec glandes Amarylli tuę, nec Amygdala desunt. De qua Seruius, in Ver.Buc.ibi. Incipe Mopse prior: Phyllis regina Thracum fuit: hæc Demophontem Thesei filium regem Atheniensium, redeuntē de Troiano bello dilexit, & in coniugem suum rogauit. Ille ait, ante se ordinaturum rem suam, & sic ad eius nuptias reuersurum. Profectus itaque cùm tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretam esse credebat, laqueo vitam finiuit: & conuersa est in arborem sui nominis, idest amygdalum sine foliis: quæ coniugis aduentu viruit, cùm eius amplexus est trūcum: qui veluti sponsi sentiret aduentū folia emisit. Vnde etiam Phylla sunt dicta à Phyllide, quæ antè Petala dicebantur: quæ & folia significant, Petalon Græcè, folium Latinè significat: Amygdalon enim sonat inculpabilem: fuit quidem & Demophoon sine culpa. antepenultimam acuit.

AMYMONE,pen.pro.per o, magnum Græcè scribitur: est enim vna ex quinquaginta filiabus Danai. Oui.Met.2. Argos Amymonem Ephire Perenidas vndas. Sta. Theb.4. Siquis Amymones superest liquor, omnia cæcis.pen.acu.

AMILCAR,pen.pro.Sil.1. Ingressique habitus atque ora explorat Amilcar. Idem. Cui scutum arridens narrabis Amilcaris vmbris. Idem 4. Nec leuior dextra generatus Amilcare sæuis. Mant. Qno steterit illa loco, sed mox deletus Amilcar. penult.acuit.

AMINEVS,pe.pro. Ver.Geo.2. Sunt & Aminneæ vites firmissima vina. Ait Ser. Amineum vinum dictum est, quasi sine minio, idest, rubore: nam album est. penult. flectit.

AMYNTHORIDES,pen.cor.Oui.de Art.1. Fleuit Amynthorides per inania lumina Phœnix. antepen.acuit.

AMYNTAS,pen.pro.Ver.Buc. Hæc eadem vt sciret, quid non faciebat Amyntas. Idem. At mihi sese offert vltrò mens ignis Amyntas, Idem. Lenta salix fœta pecori mihi solus Amyntas. Idem. Quid prodest, quòd me ipse animo nō spernis Amynta? Ait Seruius, Hic vocatiuus est amynta: & sciendum Græca nomina in as exeūtia, siue crescant, siue non crescant in genitiuo, vocatiuum in a. mittere: vt Aeneas. Aenea, ò Aenea. Pallas. Pallantis, ò Palla. Amyntas, ò Amynta penult. acuit.

AMITA,pen.cor. Perf. Sat.6. Iam reliqua ex amita patruelis nulla proneptis. antepenul.acuit.

AMITERNVS,pen.pro. Sil.8. Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina duces. Marr.13. Nos Amiternus ager felicibus educat hortis. Ver.Aen.7. Vna ingēs Amiterna cohors, priscique Quirites. MS. Forconium fuit una trium, fuit vna Amiternum. penult.acuit.

AMYTHAON,pen.pro. Stat. Theb.3. Amphiaræ datur, iuxtaque Amythaone cretus. Ver.Geo.2. Phyllirides Chiron, Amythaoniusque Melampus. antepenult. acuit.

AMMON,pen.pro. Iuue. Sat.6. Ammonis, quoniam Delphis oracula cessant. Ver. Aen.4. Hic Ammone satus, rapta Garamantide nympha. Ait Ser. Liber cùm Indos peteret, & per Libyam exercitū duceret, fatigatus siti, Iouis sui patris implorauit auxilium: & statim viso ariete, fons assecutus est. Vnde factum est Ioui Ammoni ab arenis dicto simulacrum cū capite arietino: quod ideo fingitur, quia satis eius sunt inuoluta responsa. Ammon Græcè, arena est Latinè. pen.acu.

AMNIS,pe.pro. Lucr.6. Materies humoris & ad caput amnibus oīs. Ver. Aen.9. Opposuere aciē, nā dextera cingitur amni. Ait Ser. Amne debuit dicere: nunquā bene in i, exeunt, nisi quę cōis sunt generis, vt docilis, agilis. Sed ideo ausus est ita ponere ablatiuū, quia vt suprà diximus, apud maiores hic & hęc amnis dicebat. pe.acū.

AMO,pen.cor. Ouid.Met.1.Protinus alter amat,fugit altera nomen amantis. Idem 3. Et quis Io syluæ crudelius,inquit ama uit.Idem. Nec corpus remanet quondã, quod amauerat Echo. Idem de Trist.1. Hic quoque quod nemo nescit amare, docent.Ver.Buc.Castaneasq; nuces mea quas Amaryllis amabat. Idem. Me tamẽ vrit amor: quis enim modus adsit amori? Stat.Syl.1.Ille solutus amor consum pta est fabula vulgi.Oui.Met.3.Vror amore mei,flammas moueoque,feroque. Idem 1.Tu face,nescio, quos esto contentus amores. Ver. Buc. Omnia vincit amor,& nos cedamus amori. Or, breuis est natura cæsura tamen,seu penthememeri licenter produci.Idem Aen. 1. Impius ante aras, atque auri cæcus amore. Ait Ser. Amores autem plurali numero ad voluptatem pertinent: vt,Securus amorum,qui iuuenum sibi semper erant. Singulari etiam ad religionem. penult. acu.Mart.14. Iussit amatorem Nemesis lasciua Tibullum.Hor.Ser.1.Vt quidam Mars æus amator originis ille. Vide Apes.Vide Defendo.pe.flec.Cic.Att.Volo ames constantiam meam.Idem. Cice. omnes pueri amant inter se.Idem. Nã Alexidis manum amabam. Idẽ. Et in eo me valde amo. Idem de Amic.Amare nihil aliud est,nisi eum ipsum diligere, quem ames nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita.

AMOENVS,pe.pro.Oui.Met.10. Persephone adiit, inamœnaque regna tenentem. Iuu.Sat.3.Ianua Baiarum, & gratum littus amœni.Hor. Epist.1. Tu nidum seruas,ego laudo ruris amœni.Idem. Hæ latebræ dulces etiam si credis amœnæ.Sta. Syl.2.Et feritas inamœna vix nũc ire voluptas. Ver.Aen.5. Tartara habent tristesque vmbræ, sed amœna piorum. Ait Ser Amœna, sunt loca solius voluptatis plena,quasi amunia, hoc est, sine fructu. Idem 6.Deuenere locos lætos, & amœna vireta. Ait Ser.quæ sola amorẽ præstant.pen.flect.

AMOMVM,pen.pro. Ver.Buc. Mella fluant illi,ferat & rubus asper amomum.Idem. Occidet,Assyrium vulgò nascentur amomum.Luca.10.Adnectuntque recens vicinæ messis amomum. Stat.Syl.2. Misceantur Assyrio cineres adolentur amomo. penul.flect.

AMOTVS,pen.pro.Hor.Ser.1. Sed tamẽ amoto quæramus seria ludo. pen.flect.

AMPHIBIVS,pen.cor.Mant. Sunt quibus Amphibium pecus est pro casside fiber. antepen.acuit.

AMPHITHEATRVM, pen.cor.Mart.1.Hic vbi conspicui venerabilis amphitheatri. Mant. Schemate Romano fabricaret, ac amphitheatrum.antepe.ac.Mart.13. Amphitheatralem nos cõmodamur ad vsus. penult.flect.

AMPHITRIONIADES,pen.cor. Stat.Syl. 4.Amphitrioniades multo mea cæpit amore.Idem Theb.1.Amphitrioniades fa ctum iuuenilibus armis. Sil. 4. Amphitrioniadæ fuerit labor ipse sub armis. Idem 12.Amphitrioniades armenti victor Iberi. Oui. Met.1 9. Amphitrionidæ,ventisque fauentibus æquor. Catull. Ausus falsiparens Amphitrioniades. antepen.acuit.

AMPHION,pen.pro.Iuue.Sat.6.Amphion clamat,sed Pæan contrahit arcum. Hor. de Art.Dictus & Amphion Thebanæ cõditor vrbis.Idem Epist.1. Moribus Amphion tu cede potentis amici.Stat.Theb. 9. Amphion ignarus adhuc quæ funera campis. Idem. Amphion equites noctẽ, vigilataque castra.Ver.Opusc. Amphiõ, fraterque pari sub murmure fortes. Idẽ. Erigone sedes vestras Amphiona canoris.Idem Buc. Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.Ait Ser.Amphion,& Zetus fratres fuerunt ex Ioue,& Antiopa: sed Zetus rusticus fuit, Amphion verò musicæ peritus.penul.acu.Stat.Syl.3. Nõ Amphionia steterint velocius arces. antepenult.acuit.

AMPHIGENIA,pe.pro.Stat.Theb.4.Huic parare dati quos fertilis Amphigenia. penult.flectit, per ei, scribi ait Despaut.

AMPHILOCHVS,pen.cor.Oui.de Rem.2. Amphilochi frater Nephegida semper amaret.antepen.acuit.

AMPHIARAVS,pen.pro. Catull. Dilapsis nunquàm est Amphiaraus equis. Stat. Theb.1. Amphiarae vides etenim vetat autor Apollo.Idem 3.Amphiarae datur,

iux

Iuxtaque Amphithaone cretus. Idem. Amphiarae tuas quæ tanta ignauia, clamat. Idem 6. Amphiaraus equos, tua furto lapsa propago. penul. flectit.

AMPHITRITE, pen. pro. Oui. Met. 1. Margine terrarum porrexerat Amphitrite. penult. acuit.

AMPHISILENA, pen. pro. Luca 9. Et grauis ingenium surgens caput Amphisilena. penult. flectit.

AMPHINOMVS, pen. cor. Claud. Cur non Amphinomo, cur non tibi fortis Onapi. antepen. acuit.

AMPHORA, pe. cor. Mart. 13. Amphora Viliaci non tibi vilis aceti. Idem 1. Amphora non meruit tam preciosa mori. Idem 11. Amphora quod nigra, sed longè fracta Falerni. Hor. de Art. Nauibus æra dato qui pingitur, Amphora cœpit. antepenult. acuit.

AMPHRYSVS, pen. pro. Ver. Geo. 3. Pastor ab Amphryso vos syluæ, omnesque Lycæi. Ait Ser. Amphrysus fluuius est Thessaliæ, apud quem Apollo spoliatus diuinitate ob occisos Cyclopas Admeto regi pauisse armenta dicitur. Luca 6. Irrigat Amphrysos famulantis pascua Phœbi. penult. flect. Ver. Aen. 6. Quæ contrà breuiter fata ē Amphrysia vates. Sta. Sil. 1. Aut amphysiaco pastor de gramine carpsi. antepen. acu.

AMPLIFICVS, pe. cor. Catull. Talibus amplificæ vestis decorata figuris. antepenul. acuit.

AMPVTO, pen. cor. Luca 2. Amputat ille cauis enoluit sedibus orbes. antepen. acu.

AMVRCA, pen. pro. Ver. Geo. 3. Aut tōsum tristi contingunt corpus amurca. Idem 1. Et nitro prius, & nigra perfundere amurca. Ait Seruius, Amurca, per c, scribitur, & p g, profertur, vt Caius Cneus. penult. acuit.

AN, disiunctiua coniunctio, ait Beda, producitur, ibi. Quæ in n, desinunt, si a, vel i, habuerint ante n, producuntur: vt, an, sin, alioquin. Propert. 4. An infelices anticipare dies. An verò interrogatiua. Ait Antonius Nebriss. corripitur. Hor. de Art. Hoc an & hoc spernat promissi carminis autor. Idem Ser. 1. Quidā ait, ignoras an, vt ignotum, dare nobis. Iuue. Sat. 2. O proceres, censore opus est, an aruspice nobis? Idem 6. Digna tuo cuneis, an habent spectacula toris? an disiunctiua flectitur: interrogatiua acu.

ANABATHRA, pen. pro. Iu. Sat. 6. Et quæ conducto pendent anabathra tigillo. penult. acuit.

ANADEMA, pen. pro. Lucr. 4. Et bona parta patrum fiunt anademata mitræ. penult. flectit.

ANAGNIA, pen. cor. Sil. 8. Quis putri pinguis sulcaris Anagnia gleba. Idem 12. Dorso frugiferis Cerealis Anagnia glebis. Ver. Aen. 7. Hernica Saxa colūt, quos diues Anagnia pascit. Ait Seruius. Antonius, augusti sorore contempta, post quàm Cleopatram duxit vxorem: monetam eius nomine in Anagnia ciuitate iussit feriri. antepen. acuit.

ANALECTIDES, pen. cor. Oui. de Art. 2. Conueniunt tenues scapulis analectides altis. antepenult. acuit. Mart. 14. Sed precium scopis nunc analecta dabunt. penult. acuit.

ANANIA, pen. pro. Mant. Mox Anania ferens diuina oracula ab eius. Hic, Anania pen. pro. legitur: vnde flexa est pen. Græcissat hic poeta, aut Græcè per ei, diphthongum est, si sic i, fit longa, etiam Latinè: vbi si per i, scribitur, Latinè breuiari, ac grauari: vt ex Antonio Nebriss. in Opusculis.

ANAPVS, pen. pro. Oui. Fast. 4. Præterit, & Cranen, & fontes lenis Anapi. Sil. 14. Cranes, & Anapus, & Erygiæ Arethusa. penul. flect.

ANAS, pen. cor. Mart. 13. Tota quidem ponatur ānas, sed pectore tātūm. Oui. Met. 11. Accipitrem fluuialis anas, quam Troius heros. Man. Culmina cælicolę, sed anas, & mergus, & anser. pen. acuit.

ANAXAGORAS, pen. cor. Lucr. 1. Id quod Anaxagoras sibi sumit, & omnibus oēs. Idem. Nunc & Anaxagoræ scrutemur omiomerian. antep. acu. p ἡ ὁμοιομερίαν.

ANAXARETE, pen. cor. Oui. Met. 14. Iphis Anaxareten humili de stirpe creatus. Idem. Vincis Anaxarete, neque erunt tibi tædia tandem. antepenul. acuit, licèt vltima sit longa.

ANAXARCHVS, pen. pro. Ouid. in Ibin. Aut

Ait vt Anaxarcus pila minaris in altá. penult.acuit.

ANCEPS, pen.pro.Iuue.Sat.5. Vilibus ancipites fungi ponentur amicis. Per. 5. Ancipitis libræ rectum discernis vbi in ter. Ver.Aen.5. Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;. Idem 7. Sed ferro anci piti decernunt vtraque late.

ANCHEMOLVS, pen. cor. Ver. Aen. 10. An chemolum, thalamos ausum incestare nouercæ. Ait Serui. Hæc fabula nusquã inuenitur in autoribus. Abienus tamen, qui totum Vergilium, & Liuium iambi cis scripsit, hanc commemorat dicens, Græcam esse, Rhœtus ergo Marrubiorum rex fuerat ĩ Italia, qui Anchemolo filio Casperiam superduxit nouercam: hanc priuignus flupravit. Quo cognito cum eum pater persequeretur, & ad pœnam uocaret, fugiens ille, se ad Furnum contulit. antepenult.acuit.

ANCHISES, pen.pro. Iuue. Sat.7. Nutricẽ Anchisæ nomen, patriamq; nouercæ. Oui. Met. 14. Magnanimi Anchisæ didicit quoque iura locorum. Ver. Aen. 1. Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ. Ait Seruius, cum multis enim Venus concubuit. Sed sciendum, Anchisen pastorem fuisse: & cum eo amato Venerem concubuisse. Vnde Aeneas circa Simoin fluuium natus est. Deæ enim, vel nymphæ eniuntur circa fluuios, vel nemora: quòd cùm iactaret Anchises afflatus fulmine, oculoq; priuatus est. Idem 3. Et pater Anchises, bellum ô terra hospita portas. Idem. Ipse pater dextram Anchises haud multa moratus. Idem. Coniugio Anchisa Veneris dignate superbe. Seruius inquit, Vocatiuus hic nõ est Latinus, nam breuis esset a, vt ô Catilina. græcus est ergo. De quo valde apud eos quæritur: queamamodũ exeat ab his nominibus, quæ in es mittunt nominatiuum, nam Tytides, Tytide facit, vt, Danaum fortissime gentis Tytide. Atrides cùm simile sit Atrida facit, ut, Horatius. Nequis humasse velit Aiacem Atrida vetas cur. Tale est Anchisa: sane apud Latinos hotum nominum causa manifesta est: quæ nominatiuum ipsum in a, mittunt, & recipisit Latinam declinationem, ut Atrides, Atrida. Scythes, Scytha. Idem 4. Nec patris Anchisæ cineres, manesq; reuelli. Ait Seruius, sciendum sanè Varronem dicere, Diomedem eruta Anchisæ ossa filio reddidisse: Catonem autem affirmare, quòd Anchises ad Italiã uenit: tanta est inter eos varietas, & historiarum confusio. penult.acuit. Idẽ 10. Tros Anchisiades animos tamen omine tollit. antepen. acu. Idem 5. Et lucus latè sacer additur Anchisęo. penult.flectit.

ANCHORA, pen.cor. Stat. Theb. 4. Cùm ad uela nothi, & scisso redit anchora fundo. Oui. de Rem. 1. Non satis vna tenet cæratas anchora pupes. Ver. Aen. 3. Anchora de prora iacitur, stãt littore puppes. Idẽ. 1. Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu. Ait Seruius, Hoc nomen, cum in Græco, vnde originem ducit, aspirationẽ non habeat, in Latino aspiratur: quod est contrarium: nam magis Græcorum est aspiratio. Sed hoc in paucis nominibus iuenitur. antepen. acu. Vide Incoho.

ANCILE, pen. pro. Luca. 1. Et Salius læto portans ancilia callo. Iuue. Sat. 2. Sudauit clypeis ancilibus, ô pater orbi. Oui. Fast. 3. Idq; ancile vocat, quod ab omni parte recisum est. Idem de Trist. 1. Altã sub ancili mœnia findat iter. Ver. Aen. 7. Succinctus trabea lęuaque ancile gerebat. Idem 8. Lanigerosq; apices, & lapsa ancilia cælo. Ait Seruius, Regnante Numa pompolio scutum breue, & rotundũ cælo lapsum est, & cum aruspices responderent, illic fore urbis imperium, vbi illud fuisset, diligẽtia Numæ, ne quandoq; ab hostibus posset auferri, adhibito Mamurio fabro, multa similia facta sunt, & in templo Martis locata. Quod autem dicit ancilia plurali utitur numero pro singulari nam unum lapsum est: Ancile autem dicitur, aut quasi vndique labrum circuncisum habent. pen. flect.

ANCILLVLA, pe. cor. Oui. de Rem. 2. Nec ueneat seruus, nec flens ancillula fictum. antepenult. acuit.

ANCONA, pen. pro. Mant. Hic Quiriacæo felix Ancona sepulchro. pen. flect.

ANDRAGORAS, pen. cor. Mart. 6. Inuentus mane est mortuus Andragoras. antepenult. acuit.

An-

ANDRAEAS, pe. pro. Mant. Iactat & Andręas pastor Ferulanus Hetrusco. Idē. Andræa Germane Petri, sanctissima Ionæ. Idem. Sic ait Andręas interpellatus ad illam. Idem. It pius Andræas metuens clamabat, abite. Idem. It comes Andręas, comes it Traianus in unam. Vt scias lector hoc nomen quo accentu esse proferēdū, accipe quam regulam Grammatici admittunt: quæ uerò nomina apud Græcos per ei, diphthongon scribuntur, quādoq; in e, longum scribi, quandoq; in i, lōgū venire. Vide Aeneas. Sic Andręias, Andręas. pen. acuta. miscetur enim Latinæ declinationi. penult. etiam longa. vt Andręæ sicut Abbias, quia Abbiæ sit declinatio. antepen. acu. Latinè: est enim penult. breuis. Hæc Antonius Nebriss. de Græcis, & Hebręis nominibus. pen. acu.

ANDROMEDA, pen. cor. Malinius 1. Andromedam uastos metuentem piscis hiatūs. Mart. 1. Soluere, & Hesionem solus est & Andromeden. Oui. Sapphus. Andromedæ patriæ fusca colore suæ. antepenult. acuit.

ANDROGYNVM, pen. cor. Lucr. 5. Androgynum inter vtras ne vtrunq;, vtrinque remotum. antepen. acuit.

ANDRONICVS, pen. cor. Mant. Andronicus puero nomen fuit, & pueriles. antepenult. acuit.

ANDROGEOS, pen. cor. Ver. Aen. 6. In foribus lethum Androgeo tum pendere pœnas. Ait Ser. Androgeo, secūdū Acticam linguā genitiuus singularis Græcus est: & ita apud illos tertiæ est diclinationis. Addit Pierius, quāuis Priscianus, & Ser. in Androgeo Acticum agnoscāt idioma: in veteribus tamen plærisque codicibus Androgei Latino idiomate scriptū obruari. antepen. acuit.

ANDROMACHE, pen. cor. Ver. Aen. 3. Et patrio Andromachē iterum cesisse marito. Mant. Andromaches narrant populis fecisse molossis. antepen. acuit.

ANELLVS, pe. pro. Hor. Ser. 2. Cum tribus anellis modo leua priscus inani. pen. acu.

ANETHVM, pen. pro. Ver. Buc. Narcissum & florem iungit bene olentis anethi. Ait Seru. Narcissus, Papauer, & Anethus pulcherrimi pueri fuerunt: qui in flores, suorum nominum versi sunt. Anethū quem accentum habeat, vide Acetum. Ouid. Met. 11. Aduolat arméti custos Phocęus Anetor. penul. flectit.

ANGELVS, pe. cor. Mant. Procubuit senior semper vigil Angelus alta. Idem. Angelus hostili traiectus pectora ferro. Idem. præsertimque tuis istud regat, Angelus istud. antepen. acuit.

ANGVLVS, pen. cor. Qui Fast. 3. Quemque notes oculis angulus omnis adest. Idem 6. Angulus à pluuio vendicat imbre tholus. Claud. Angulus aut regio, quæ non pro numine vultus. Lucr. 2. Sed magis angululis paulùm prostrantibus, & quæ. Idem 4. Hinc vbi suffugit sensum simul angulus omnis. Pers. Sat. 6. Infelix pecoris securus, & angulus ille. antepe. acu.

ANGVIS, pen. pro. Ver. Aen. 3. Horresco referens immensis orbibus angues. pe. acu. Oui. Met. 4. Quis furor anguicomæ Perseus superatur, & alis. Idem 3. Quis furor anguigenæ proles Mauortia vestras. Idē 1. Iniicere anguipedum captiuo brachia cælo. Mant. Anguigerum extremum cogis discedere ad orbem. Lucr. 5. Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni. Idem 4. In gerrere anguimanos elephantos India quorum. Prop. 4. Nec temerè anguino creditur ore manus. Stat. Syl. 2. Sic & in anguiferæ ludentem gramine Lernæ. Idem 3. Anguiferamque domū, blando quæ mersa veneno. antepe. acuit.

ANFRACTVS, pen. pro. Lucr. 5. In paribus currens anfractibus ætheris oras. Idem 2. Quàm fluitans circùm malignis anfractibus æquor. Mant. Mille per anfractus solitam perque inuia mentem.

ANGINA, pen. pro. Mant. Custodire nihil nobis angina, nec illi. pen. flect.

ANGITIA, pen. cor. Ver. Aen. 7. Te nemus angitiæ vitrea, te Fucinus vnda. antepenult. acuit.

ANHELO, pen. pro. Pers. Sat. 1. Grande aliquid, quod pulmo animæ prælargus anhelet. Oui. Fast. 2. Nullus anhelabat sub adunco vomere taurus. Stat. Syl. 1. Subtet anhelat humus, ne ferro, aut ære laborat. Idem Theb. 7. Sicut anhelabant vincto sudore volantes. Idem 8. Quercus anhela Iouis, Troianaque Tymbra

tacebit.

tacebit. Oui.Met. 15.Deferat ante dies & in alto Phœbus anhelos. Luca.4.Affluit, & genitus, & anhelo clara meatu. Vet. Geo.1.Nosq; vbi primus equis oriens afflauit anhelis. Oui.Fast.4.Cuius anhelatis ignibus ardet humus.penult. flectit.Stat. Theb.6. Claustraque cōpressæ transfumat, anhelitus iræ. Luca.4.Ex haustiq; virum, quo creber anhelitus illi.Ver.Aen.9. Flumen agit fessos quatit æger anhelitus artus.Idem 5. Subtrahitur solum, tum creber anhelitus artus antepenult. acu. Cicero in Catil.Catilina furens,audacia scelus anhelans. Idem ad Heren. Iste anhelans ex infimo pectore crudelitatem.

ANIEN,pen.cor. Stat.Syl.1.Qua præceps Anien,atque exceptura notatus.Idem.Si quis & inserto geminos Aniene penates. Idem 4.Tyburis hi lucos Anie nāque frigora captant.Ver.Geo.4.Vnde pater Tyberinus,& vnde Anienafluenta.Ait Seruius. Tyberis & Anio Italiæ sunt fluuij. Sil.4.Pomifera arua creant Anienicolæque Cathylli. antepenul.acuit.

ANILIS,pen.pro.Oui.Epist.Sed mouet obrepens somnus anile caput. Idem Met. 14. Contudit, & rugis peraraūit anilibus ora. Idem 3.Membra tulit gressu, voce quoque fecit anilem. Claud. Mansit & in rugas totus defluxit aniles. Ver.Aen.9. Vrgebam, & telam curas solabar aniles. Idem 7.Exuit, in vultus sese trāsformat aniles. Stat.Theb.7.Hinc,atque hinc uatæ melior iam sexus aniles. pen.flectit.

ANIGRVS, pen.pro. Oui. Met.15. Fundit Anigrus aquas post quàm nisi vasibus omnis.penult.acu. Vide Perago.

ANIMVS,pen.cor.Oui.de Trist.1. Carmina proueniunt animo deducta sereno. Stat. Syl. 1. Seruo animam, atque adeo breuiter, dum tecta subimus. Idē. Theb. 6. Indignantem animam proprijs non reddit in atris. Luca. 1. Fert animus causus tantarum exponere rerū. Oui. Met. 1. In noua fert animus matutas dicere formas.Verg. Geo.1. Vertuntur species animorum, & pectore motus. Claud. Materiæ causas, quæuis animauerat astra. Oui. Met.1.Immaduisse ferunt, calidūque animasse cruorem. Idem.Neu regio foret vlla suis animalibus orba. Lucr. 1. Vnde animale genus generatim in lumine vitæ.Idem 2. Quatenus in pullo animales vertier oua. Mant. Cælicolæque ingentes malè tunc animabimur illas.Luca.3.Sculptaq; seruabāt magicas animalia linguas.Oui.Fast.6.Lapsacus hoc animal solita est mactare priapo. antepen. acuit. Mant.Pullulat,& sumit vires animosa libido.Idē. Mirtiada, qa correptis animosius,armis.Idem. Illi i terga volāe repetuntq; animosius hostem.Ver.Geo. 2.Quas animosi auti assiduæ franguntq; feruntq;.Oui.Met.2. Nec tibi quadrupedes animosos ignibus illis. Lucr.2.Ornatas armis statuas, stantesq; animatas.pe. flect.Ver.Aen.10.Vna eademq; via sanguisq;,animusq; sequuntur.Ait.Seruius Animus consilij est, anima vitæ.

ANISENVS, pen. pro. Oui.Fast.4 Iamque Leontinos, Anisenaq; flumina cursu.penult.flectit.

ANITIA, pen.cor Ausonius.Ante quatèr plenum consumpsit Anitia lustrum. antepenult.acuit. Trist.

ANYTVS,pen.cor. Ouid. de Trist.5. Fama refert Anyti quale fuisse rei. antepenult.acuit.

ANIVS, pen.cor. Ver. Aen.3.Rex Anius, rex idem hominum Phœbiq; sacerdos. Idem 7.Iunonis,gelidumq; Anienem,& roscida riuis. Oui. Met.14.Quas Anienis aqua,cursuq; breuissimus almo.Vide Anien.antepenult.acuit.

ANNALES, pen. pro. Iuue.Sat.2.Res memoranda nouis annalibus, atque recenti.Oui. Fast.1.Sacra recognosces annalibus eruta priscis. Idem 3.Tempora cum causis annalibus eruta priscis. Ver.Aen. 1.Et vacet annales nostrorum audire laborum.Ait Seruius. Inter annales,& historiam hoc interest. Historia est eorum temporum, quæ uel uidimus, uel uidere potuimus.Annales uerò sunt eorum annorum, & temporum, quæ ætas nostra non nouit. hæc tamen confunduntur licenter.penult.acuit.

ANNIBAL, pen.cor.propertius 3.Annibalis spolia, & uicti monimēta Syphacis. Iuue. Sat.6.Tolle tuum precor.Annibalem, uictumq; Syphacem.Idem 10.Expē de

de Annibalem quot libras inuenies summo. Sil. 1. Vidimus Annibalem procul his à mœnibus oro. Idem 2. Annibal excussi præuertit turbine saxi. Idem Annibal, & cæsa has biten, fixitq; trophæum. antepen. acuit.

ANNOSVS, pen. pro. Oui. de Trist. 5. Scilicet exiguis prodest annosa senectus. Iuue. 11. Annosam si forte nucem deiecerat eurus. Hor. Serm. 2. Quid cum balbiferis annoso verba palato. Oui. de Art. 2. Tritaq; in annoso flaua Pyrenia mero. Idé Met. 7. Et tamen annosæ pellem posuere senectæ. pen. flect.

ANNVO, pen. cor. Hor. Epist. 1. Annuimus pariter veteli, notique columbi. Oui. Meta. 1. Annuit vtque caput, visa est agitasse cacumen. Idem. Fast. 5. Annuimus votis consul cum consule ludos. Verg. Aen. 12. Sin nostrum annuerit nobis victoria Martem. Idem 1. Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem. Cicero de Or. Id quoque toto capite annuit. Idem pro Quint. Sibi hic annuisset. antepenult. acuit.

ANNVLVS, seu anulus. pen. cor. Hor. Ser. 2. Tu cum protectis insignibus annulo equestri. Iuue. Sat. 9. Annulus & demens, & sæuas curre per Alpes. Idem 11. Anulus & digito mendicat Pollio nudo. Mát. Anulus in digito subter tenuatur habendo. Vide Humidus. antepen. acuit.

ANNONA, pen. pro. Iuue. Sat. 9. His opibus nunquam cara est annona veneni. Hor. Epist. 1. Vilis amicorum est annona bonis, vbi quid deest. Idem. Annosæ prosit, porter frumenta, penusque. Mant. Numina flexisti, nam mox annona per vndas. penult. flecti.

ANSER, pen. pro. Pers. Sat. 6. Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis. Hor. Ser. 2. Pinguibus & ficis pastum iecur anseris albi. Verg. Buc. Digna sed argutos inter strepere anser olores. penult. acu.

ANTE, pe. pro. Iuue. Sat. 3. Antè tamen veniet nobis properantibus obstat. Idem 4. Ante domum Veneris, quã Dorica sit stinet Ancon. Ver. Buc. Et fugit ad salices, & se cupit antè videri. Idem Geo. 3. Anteexpectatum positis stat in agmine castris. Ait Ser. Anteexpectatum, est vna pars orationis, aduerbium. Vide A, præpositio, in nostris Regulis.

ANTARCTICVS, pen. cor. Mant. Si quas forte videt terras antarcticus axis. antepenult. acuit.

ANTEHAC, vna pars orationis, aduerbiũ. Lucr. 5. Quod si forte fuisse antehac omnia credis. Mant. Antehac ad nihilum penitus res quæque redisset. Vide Regulas.

ANTAEVS, pen. pro. Oui. in Ibin. Et quos Antæi fortes pressere lacertis. Sil. 3. Antæus celsumque caput super agmina tollit. penult. acuit.

ANTENOR, pen. pro. Ouid. Fast. 4. Adiice Troianæ suasorem Antenora pacis. Mãt. Gramine Troiani cæpere Antenoris vrbem. Ver. Aen. 1. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis. pen. flectit. Idem 6. Tres Antenoridas, Cererique sacrum Polybetem. antepenult. acuit.

ANTIOCHENVS, pe. pro. Mant. Antiochenus adest, Lucas & cornua fronte. penult. flectit.

ANTIGONVS, pen. cor. Mant. Antigonus post magni obitum Macedonica adeptus. Idem. Antigoni pugnas, & Spartæ inimania facta. antepe. acuit.

ANTIGONES, pen. cor. Ver. Buc. Non tulit Antigones, & erat tum dignus amari. Ait Ser. Aut pastorem quendam pulcherrimum dicit, aut Coraulum significat: quem legimus admodum à Vergilio fuisse dilectum. Iuue. Sat. 9. Syrma vel Antigones, seu personam Menalippes. Ouid. Met. 6. Pinxit & Antigonem causa contendere quondam. Stat. Theb. 7. Antigone populis teneras defenditur arta. Idẽ. Sic rudis Antigone, senior cui talia Phorbas. antepen. acuit.

ANTIOCHVS, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic. Claud. Restitit Antiochus præscriptus imagine tauri. Mant. Petrus, & Antiochi claram tibi tradidit vrbem. antepenul. acuit.

ANTIQVVS, pen. pro. Luca 1. Antiquum repetes iterum chaos omnia mistis. Sil. 1. Antiquæ Experiæ, quantosque adbella crearit. Ver. Geo. 2. Fluminaque antiquo subterlabentia muros. penult. flect. Iuue. Sat. 5. Dic mihi nunc quæso, dic antiquissime

tiquissime diuum. Sil. 8. Tum Troiana manus tellure antiquitus orti. Idem 4. Annibalis prolē discors antiquitus Han non. Iuue. Sat. 6. Ignotosque mihi tenet antiquaria versus. antepen. acuit.

ANTICYRA, pēn. cor. Hor. Ser. 2. Nauigat Anticyram, quid enim differt? Barathro ne. Oui. de Pont. 4. Quicquid & in tota nascitur Anticyra. antepen. acu.

ANTITHETVM, pen. cor. Pers. Sat. 1. Librat in Antithetis doctas posuisse figuras. antepenult. acuit.

ANTIPHONA, pen. pro. Artigraphi ferè omnes asserunt, scribi per O, magnum: deductum quidē apparet à phoni, quod uox Latinè significatur, & anti præpositione, quæ pro, seu contra significat: antiqui tamen pro æquale usurpabant. Antiphona ergo, vox est reciproca choris æque psallentibus. Hæc Græcum Lexicon admonet. Etiam in Antiphonus pen. producit Calepinus. penult. flectit. Idem Antonius Nebriss. in Opusculis.

ANTICIPO, pen. cor. Ver. Opusc. Aestiferum suades anticipare diem. Stat. Theb. 6. Anticipasse uiam nec non & Thessalus heros. Prop. An infelices anticipare dies. Lucr. 5. Anticipat cœlum radiis accendere tentas. Cicero ad Att. Qui anticipes eius rei molestiam, quam triduo scitu tus sis. Idem de Nat. Ita est formatum, anticipatumque mentibus. antepenult. acuit.

ANTIPOLITANVS, pen. pro. Mart. 6. Antipolitani nec quæ de sanguine Thynni. penult. flectit.

ANTIPHATES, pen. cor. Oui. de Pont. 2. Accipiet voces Antiphatesque tuas. Idem. Quis non antiphates Lestrigona deuouet, aut qui. Iuu. Sat. 14. Comparat Antiphates trepidi lares, ac Polyphœmus. Hor. de Art. Antiphatem, Syllamq; & cum Cyclope Charybdim. Stat. Syl. 1. Antiphate, cædant uitreæ iuga perfida Circes. antepenul. acuit.

ANTICATONES, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Maiorem, quàm sint duo Cæsaris Anticatones. penult. acuit.

ANTILOCHVS, pen. cor. Iuue. Sat. 10. Antilochi barbam ardentem nam quærit ab omni. Oui. Penel. Antilochus nostri causa timoris, erat. Stat. Achill. 1. Antilochus, septemque Aiax umbone coruscat. antepenult. acuit.

ANTIOPA, pen. cor. Pers. Sat. 1. Antiopa Aerumnis cor luctificabile fulta. Mart. 1. Nec curtus chiones, Antiopesue calix. Prop. 2. Inuocet Antiope quem nisi uicta Iouem. antepen. acuit.

ANTIMACHVS, pen. cor. Prop. 2. Tu non antimacho, non tutior ibis Homero. antepenult. acuit.

ANTHORES, pen. pro. Ver. Aen. 10. Herculis Anthorem comitem, qui missus ab Argis. Ait Seruius. erit nominatiuus hic Anthores, quomodo Diores. Nam si anthor fuerit nominatiuus, metri ratio non procedit. Omnia enim Græca in or, terminata, in obliquis casibus corripiūt o, ut Hector, Nestor, Castor. Hectoris. Nestoris, Castoris. pen. acuit.

ANTONIVS, pe. cor. Ver. Aen. 8. Hinc ope barbarica, uarijsque Antonius armis. Iuue. Sat. 8. Inde Dolabella est, atque Antonius, inde. Idem 10. Antoni gladios potuit contemnere si sic. Hor. Epist. 1. Musa superuacuas Antonius, & tamen illis. Oui. de Pon. 1. Quod metuas non est, Antoni scripta leguntur. Luca. 2. Antoni cuius laceris pendentia canis. Man. Consimili pietate calens Antonius arua. antepen. acuit. Auso. Antoninus ab hinc regimē capit ille uocatus. pen. flectit.

ANVBIS, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Plangentis populi currit derisor Anubis. Oui. Hero. Per tua sacra precor, p Anubidis ora uerendi. Ver. Aen. 8. Omnigenumq; deū monstra, & latrator Anubis. Ait Ser. quia capite canino pingitur, hunc uolunt esse Mercuriū: ideo, quia nihil cane sagacius. penult. flectit.

ANVLVS, pen. cor. Iuue. Sat. 11. Anulus, & digito medicat Pollio nudo. Mart. 5. Per cuius digitos currit leuis anulus omnes. antepenult. acuit.

ANVS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Debet anus, cedant quæ te iam salibus actis. Oui. Met. 14. Vera dedisset anus, glebaque incurua resedit. Idem 13. Viuacem, differtis anū, quis posse putaret. Idem Fast. 3. Pauper sed multæ sedulitatis anus. Tibull. 1. Assideat

sideat custos sedula semper anus. Ver. Aen.7. Fit calybe Iunonis anus, templiq; sacerdos.pen.acuit.

ANXVR,pe.pro. Mar. Siue salutiferis candidus anxur aquis. Hor.Ser.1. Impositum saxis latè candentibus Anxur. Stat. Syl. 1. Anxuris & sedes Phrygio quas mitis alumno. Ver. Aen.7. Circæumque iugũ, quis Iupiter Anxurus aruis. Seruius ait circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Iupiter,qui Anxurus dicebatur quasi sine nouacula:& ita sonat i Græco: quia nunquam rasisset. Anxurus, & Anxuris,antepe.acu. Anxur pen.

AONIVS,pen.cor.Oui. de Art. Fertur & Aonio concita baccha deo. Idem Met. 1. Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.Stat.Theb.7. Aoniæ populi nec sunt tibi sæue relictus. Iuue. Sat.7. Fontibus Aonidum, neque enim cantare sub antro.Ver.Geo.3. Aonio rediens deducam uertice musas. Idem Buc. Aonas in montes duxerit vna sororum.Idem. Vlla morani fecere, neque Aonia Aganippe. Ait Seruius. Aonia, Aganippe nominatiui singulares sunt. Aganippe autem fons est Boetiæ, quæ & Aonia dicitur. Aonia autem breuis fit ni,quia sequitur uocalis uocalem.antepenult. acuit.

APPELLES, pe.pro. Hor. Epist.2. Edicto uetuit,nequis se præter Appellem.Prop. 3. Inueneris tabulas, summam si ponit Appelles.pen.acuit.Idẽ 1. Qualis Apelleis est color in tabulis Stat.Syl.1. Munere Apellææ cuperent te scribere ceræ. penult. flectit.

APEX, pen.cor.Ver. Aen.4. Nubil a iamq; uolans apicem, & latera cernit.Stat.Syl. 3. Non adeo uesuuinus apex, & flammea diri. Idem 4. Nutaturus apex, ceu frena sonantia flectes. Idem Theb. 3. Mens tonat, exundat apices, fluctusque Palorus. Idem 8. Et galeæ uictatus apex? hæc contra, lacusque. Luca. 1. Et tollens apicem generose, uertice flamen. Oui. Fast. 1. Summaque Peliacus sydera tangit apex. Ver. Aen. 2. Fundere lumen apex, tactuque Innoxia molli. Ait Seruius. Apex propriè dicitur in summo flamminis pileo uirga lanata, hoc est in cuius extremitate modica lana est, quod primum constat Albam Ascaniũ statuisse.penul.acuit.

APER, pen.cor. Hor. Ser. In primis Lucanus aper leni fuit austro. Oui. Heroi. Testis erat Calydonis aper, nam scimus,ut illo. Idem Met.12. Et Pholus,& Meneleus Abas prædator aprorum. Idẽ 1. Vnda uehit tygres nec uires fluminis apro.Mart.1. Et quota Carpophori portio fusus aper. Stat. Theb. 8. Strictus aper penitus cui non in fossa cerebro. Ver. Geo. 3. Per syluam tum sæuus aper,tum pessima tygris.penul.acuit.

APES,pen.cor. Oui. Met. 14. Non apis inde tulit collectos sedula flores. Stat. Syl.3. Mergat adoratus trepidis pastoribus Apis. Luca. 8. Lustra suæ Phoebes non unus uixerat Apis.Idem 9. Et sacer in magni cineres iactabitur Apis: aliqui legunt mactabitur. Apis bos sacer,quem nice numinis colunt Aegyptij, primam producit. Mant. Cumque apibus regnator apum fulgebat in ostro.Ver.Buc. Cũ que thymo pascentur apes,dum rore cycadæ. Idem Aen. 1. Qualis apes æstate noua per florea rura. Ait Seruius tertiæ declinationis genitiuus pluralis in ium, & in um exit, sed tum pro nostro arbitrio,cum nominatiuus singularis fuerit n, & s, terminatus ut amans, & amantum, & amantium dicimus: Cũ autem nominatiuus. singularis, er, & ut, fuerit terminatus tantum in um exit:ut pater patrum, murmur murmurum: reliqua uerò nomina autoritate, firmamus: ut apis,apum,& apium.Vide Tinnitus. Vide crabro. Apes in nominatiuo,& non apis præcipit Valla, libro 1.cap.5.contra Prisci.apes. penult.acuit.

APERIO, pen.cor. Oui. de Trist.4. Qui ueritus non est portus aperire fideles. Idem 15. Has finire potest,illas aperire cauernas. Luca.4. Tradimus Hesperias gentes aperimus Eoas. Idem 1. Desertis ripas & opertum gentibus orbem. Idẽ 2. Hinc illinc montes scopulosæ rupis aperto.Stat.Syl.1. Pone,tua est,licèt expositum per limen aperto. Ver. Aen. 3. Et formidatus nautis aperitur Apollo. Idẽ 6. At ramum hunc, aperit ramum, qui ueste latebat. Idem Geo. 1. Candidus

auratis

auratis aperit cùm cornibus annũ. Idem Aen.1.Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis. Idem 10. Vltor erit mecum, aut aperit, si nulla via vis. Idem 12. Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent. Idem 3. Visa aperire procul mõtes, ac voluere fumum. Cicero in Ant. Cùm mulier fleret vberius, is caput aperuit. Idem pro 5. Rosc. quod posteà aperietur. antepen.acuit.

APENNINVS, pen.pro.Mant. Si iuga quæ frondes agit Apenninus in altum. Idem. Fudit aquam, riuos agit Apenninus ab alto. Ver.Aen.12. Vertice se attollens pater Apenninus ad aures. Mons Italiæ est, ait Ser. Sil.2. Apenninus agat scopulos per saxa, niuesque. Idem 4. Piniferum cælo, miscens caput Apenninus. Vnde à penna fertur compositum. Addit Calepinus ex Seruio, vel cum œ, diphthõgo scribendum quas Alpes Pœni. penul.flectit. Ver.Aen.11. Apenninicolæ bellator filius Auni.antepen.acuit.

APICIVS, pen.cor.Iuu.Sat.3. Quæ miser, & frugi non fecit Apicius hoc tu. Mart. 2. Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apicius ire. Mant. Ergo cothurnices vt mandat Apicius assos.antepen.acu.

APIDANVS.pen.cor.Oui.Met.1. Apidanusque senex, lenisque Amphrysus, & æq.penul.flectit.

APINAE, pen.cor.Mart.14. Sunt apinæ, tricæque, & siquid vilius istis.antepe.acu.

APIRINVM, pe.cor.Mart.13. Non tibi de Libycis tuberes, & Apirina ramis. antepenul.acuit. Idem. Lecta suburbanis mittuntur Apirina ramis.

APIVM, pen.cor. Ver.Geo.4. Et virides apio ripæ, tortusque per herbam. antepenult.acuit.

APHRODISIA, pen.cor.Mant. Immutare tuos meretrix Aphrodisia sensus. antepenul.acuit.

APHRONITRVM, pen.cor. Mart.14. Spuma vocor nitri, dicor & Aphonitrum. antepen.acuit.

APOLLO, pen.pro.Luca 5. Incubuitque adyto vates vbi factus Apollo. Verg.Buc. Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Idem Aen.11. Summe Deum sanctis custos Soractis Apollo. Idem 6. Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo. Iuue.Sat.7. Quem colis, at musarum, & Apollinis æde relicta. pen.acuit. Ver.Buc.Aentis Apollineæ vis has mouet vndiq; musas. Stat Syl.1. Signat Apollineos sancto cognomine Lucos. Mar. 5. Ante se putabat rhetor Apollonius. antepen.acuit.

APOSTOLICVS, pen.cor.Man. Vertere Apostolicos calamum properauit abactus. Idem. Iungit Apostolicæ retinens cõsortia turbæ.antepen.acuit.

APOSTATA, pen.cor.Mant. Imperio tandem successit Apostata Cæsar. antepenult. acuit.

APOTHECA, pen.pro.Hor. Sat.2. Aut apotheca procis in tãta est, aut pecus, at qui. penult.flectit.

APRILIS, pen.pro. Ouid.Fast.4. Aprilem memorant ab aperto tempore dictum. Idem. Cæsar in Aprili quod tuearis habes. Ausonius, Martius, Aprilis, Maius sunt tempora veris. pen.flectit.

APPARO, pen.cor.Stat.Theb.4. Apparat, & longè recalet furor hoc mihi sęuum. Idẽ. Apparat, aut celsum crebris arietibus vrbis. Ver. Aen.10. Apparat, his docuit me cum concurrere telis. Cicero pro Pomp. Pompeius extrema hyeme bellum apparauit. Idem. Quint.Fr. Crimina, quæ in Sestium apparabãtur.antepe.acu. Hor. in Carmi. Persicos odi puer apparatus. penult.flectit.

APPAREO, pe.cor.Hor.de Art. Nobilibus Trimetrij apparet rarus, & anni. Idem. Ser.1. Plurima quæ inuideant pure apparere tibi rem. Ver.Aen.1. Apparent rari nantes in gurgite vasto. Idem 12. Scalæ improuiso subitusq; apparuit ignis. Ait Ser. Aliud est parere, aliud apparere: parere enim est obedire: vt, Paret amor dictis. Apparere autem videri: vt, Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. Et hęc ob seruatio diligenter custodiri debet: licèt eam autores metri causa, vel clausulæ, plęrunque corrumpant. Cicero de Dom. Anguis ille, qui Syllæ apparuit immolãti. Idem pro Clu. Quid cæteri, quos apparere huic quæ moni video. antepenult. acuit.

APPLICO, pen.cor. Ouid. Fast.3. Applicat hunc

hunc vlmo, corticibusque cauis. Verg. Aen.1. Insequitur, quæ vis? immanibus applicat oris? Ait Seruius. secundum præsentem, per d, prima syllaba scribitur: secundum antiquam ortographiam, quæ præpositionum vltimam literam in vicinam mutabat per p, secundum euphoniam per a, tantum. Præpositio enim, cũ ad compositionem transierit, aut vim suam retinet, ut, indico, aut mutat vltimam literam, ut sufficio, aut perdit, vt coemo. Cicero de Fin. Voluptas non potest ad honestatem applicari. Idem de Or. Qui scribendam historiam maxime se applicauerunt. Idem de Tusc. Indi cùm ad flammam se applicauerint, sine gemitu aduruntur. antepen. acuit.

Appositvm, pen. cor. Oui. Fast. 6. Appositũ tectæ porta Capena viæ. antepen. acu.

Apprimvs, pen. pro. Ver. Geo. 2. Flos apprima tenax animas, & olétia Medi. Ait Seruius. Apprima, idest, maxime, & est nomen pro aduerbio, sicut, pede terram crebra ferit, pro crebrò. pen. flectit.

Apricvs, pen. pro. Ver. Aen. 5. Campus, & apricis statio gratissima mergis. Ait Seruius. Sanè Apricus & locus dicitur. so le calens. quod est o. paco, & abdito contrarium. Et Apricos dicimus locis apricis gaudentes: apricum dicimus & hominem, & locum: ut, Aprici meminisse senes. Idem 6. Trans pontum fugat, & terris immittit apricis. penul. flectit.

Appvli, pen. cor. Ver. Aen. 3. Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris. Idem Hinc me digressum vestris deus appulit oris. Oui. Met. 11. Appuleram medio cũ sol altissimus orbe. Cicer. de Or. Sic tuã mentem ad Philosophiam appulisti. Idẽ pro Rab. Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses. antepen. acuit.

Apvd, pen. cor. Luca. 2. Id quod apud sacri cecidere cadauera portum. Sil. 1. Fundit apud ripas inopina binominis Istri. Iuue. Sat. 6. Cuius apud molles minima est iactura cathedras. Ait Seruius. Aen. 1. ibi; Prima quod ad Troiam pro charis. Ad, & apud accusatiuæ sunt præpositiones: sed apud semper in loco significat, ad & in loco & ad locum: in loco, vt, Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est. Et Cicero, Decem fiscos ad senatorem quendam relictos. Item ad Marc. Leccã te habitare velle dixisti. Vide Regulas nostras.

Apvlvs, pen. cor. Luca. 2. Tradidit Hesperiam, profugusque per Apula rura. Idem 5. Apulus Adriacas exit Garganus in vndas. Hor. Ser. 1. Siue quod Apula gens, seu quod Lucania bellum. Idem 2. Vita senis sequor hunc Lucanus, an Apulus anceps. Ait Antonius Nebriss. Sunt qui Apulus, & Apulia cùm producitur duplici pp, scribant. Hor. Carm. lib. 3. Ode. 4. Me fabulæ vulture in appulia. vbi primus est versus in numero constans spondeo, iambo, cæsura, & duobus dactylis. Idem. Nutricis extra limen Apuliæ, vbi alter versus est sequens similis, in quo prima breuiatur. Ode est similis nonæ libri primi. Idem Ode 5. Sub rege Medo Marsus, & Apulus. Idem Epodon, Ode. 3. Siticulosæ Apuliæ. Stat. Syl. 5. Exemplumque ad herile monet, velut Apula coniux. Sil. 4. Apula non vana torquebat spicula dextra. Hor. Ser. 1. Incipit ex illo montes Appulia notos. Idem Carm. Ode. 4. Primam Apuliç breuiauit: hic uerò producit; non est communis: breuiari igitur simplici p, pduci verò duplici p, & vbi legitur prima producta simplici p, scripta, altera intelligatur: ut Litera Nasonis. Litera uenit. retulerat nato: Troias reliquias: relĩquias colorem: religione patrum: reperit vuas: repulit à Libycis: repulit vndis: In his exemplis ait Antonius Nebriss. cùm longa prima reperiatur, altera consona intelligenda est: re enim in compositione breuiatur, quæ breuis vbi legitur, simplici consona & scribenda, & legenda est. Oui. Medea. Quæque feros repulit doctis medicantibus ignes. Sil. 15. Troiugenis repulit Penos. Ait Antonius Nebriss. libro. 3. Ideo autem ex hac ratione litera t, geminauit, quia primam breuiat. antepen. acuit.

Aqva, pen. cor. Oui. Fast. 4. Sacra lauaturas mane petebat aquas. Idem 1. Pars maris, & latus subitarum campus aquarum. Idem. Intremuit motusq; uias patefecit aquarum. Ver. Buc. Vsq; ad

ad aquam, & ueteris iam fracta cacumina fagi. Idem Geo.1. Sępe etiam immensum cęlo venit agmen aquarum. Idem 4. Sed circum tutæ sub mœnibus vrbis aquantur. Iuue. Sat.3. Numen aqua viridi si margine clauderet vndas. antepen. acu. Luca.2. Iam leuis obliqua subsedit aquarius vrna. Hor. Ser.1. Quæ simul inuersum contristat Aquarius annum. Iuue. Sat.6. Seruorum veniet conductus Aquarius hic si. Manil.1. Post hunc inflexa diffundit Aquarius vrna. Verg. Geo.3. Iam cadit, extremoq; irrorat Aquarius anno. Oui. Met.2. Calcauere pedes, nec sol uit aquaticus auster. Idem de Pont.2. Exemploq; nimis quam mollit aquaticus auster. Ver. Opusc. Cornibus & fratres, & Cancer aquatile signum. antepen. acu. Sil.2. Aut vbi Cecropius nobis formidine aquosæ. Ver. Geo.4. Aut eadem sydus fugiens vbi piscis aquosi. Idem Aen.4. Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion. penult. flect.

AQVALICVLVS, pen. cor. Pers. Sat.1. Pinguis aqualiculus pro penso sesquipede extet. antepenult. acuit.

AQVILEIA, pen. pro. Græcè per ei, diphthongon scribi. Mart.4. Et tulædeo felix Aquileia timauo. Sil.8. Nec nō cum Venetis Aquileia superfluit armis. pen. fle. Diphthongus enim à Græcis longa fertur natura ait Constantinus Lascaris. licèt diphthongo syllaba longa dicatur, sunt qui Aquileia à legendis aquis appellatam existimant, ait Cornucopiæ & Agleia dici, vt Carteia. Vide Reg. nostras.

AQVITANVS, pen. pro. Mant. Incidere Insubres quōdam videre Aquitani. Tibull. 1. Hunc fore Aquitanas posset qui fundere gentes. penul. flect. Mant. Semine tā claro tellus Aquitanica gaudet. Idem. Inclyta Gallorum pars est Aquitania montī. antepenult. acuit.

AQVINVS, pen. pro. Iuuen. Sat.3. Roma tuo refici properantem reddat Aquino. Mart.1. Fabritio vinctus fido requiescit Aquinus. Sil.5. Crediderat, cœlumq; fuga iam nabat Aquinus. penul. flect. Idem 12. Rura cuastantur, mox & vicinus Aquinas. Hor. Epist.1. Nescit Aquinatem potantia vellera succum. Finalem flectit, & apice flexo notari debet: quod si non fit, vitium est barbarismi ex Fabii præcepto, cap. de Ortographia. Cum sumus in dubiis aliqua nota monendi sumus: & in similibus valet hoc, aliisq;. Nā nomina Gentilia abscissa in as terminata, vt Arpinas, Larinas, nostras, vestras, cuias, pro quibus Antiquiores dicebāt, Aquinatis, Arpinatis, Larinatis, nostratis, vestratis, cuiatis: tis syncopatis, restat Aquinas, vt in eadem fuerat in integro penultima ex regula circumflexi: in quibus nominibus, ac pronominibus hic vsus est hodie apud Latinos, vt præcipiūe Priscianus, Antonius Nebriss. & huius artis professores ferè omnes. Hæc quidē declinantur hic, hæc, hoc nostras: & non vt Donatus declinat. Et miror in scholis ita obseruari: quem declinandi errorem accusatiuus indicat hunc, hanc nostratē, & hoc nostras. vt Antonius Nebriss. libro primo.

AQVILANVS, pen. pro. Mant. De Picentis agri populi Aquilana ferebat. penul. flectit.

AQVILA, pen. cor. Stat. Syl.5. Omnia quique aquilas tibi nunc, & castra recludit. Sil.5. Vibrantem visus aquilam lepus orecitato. Oui. de Pont.2. Vtque meas aquilas vestra ego signa sequar. Idem 1. Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ. Iuue. Sat.14. Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus. Luca.1. Signa parens aquilas, & pila minātia pilis. Ait Ser. Aen.1. ibi, Aetheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto: Aquila quæ in tutela Iouis est, quia dicitur dimicanti ei contra gigantes fulmina ministrasse, quòd ideo fingitur, quia per naturam nimii est caloris: adeò vt & oua, quibus superfedet, possit coquere. nisi admoueat gagytem lapidem frigidissimum, vt Lucanus, lib.6. antepenult. acu.

AQVILINA, pen. pro. Prop.2. Captus amore tuo demens Aquilina ferebar. penul. flectit.

AQVILO, pen. cor. Oui. Met.14. Excierint cælo nimbos aquilone citato. Claud. Te propter gelidis aquilo de monte procellis. Stat. Theb.7. Agmina nimborum primique aquilonis hiatus. Idem 5. Thesea,

&

& Ismaros aquilonia pignora fratres. Oui.Fast.3.Nã duo sunt austris, hic est aqlonibus ille. Ver.Aen.4. Et mediis ꝑ peras aqlonibus ire ꝑ altũ.Mãt. Venere Armenij tellus aqlonia cõtrà.antepe.ac.

Ara,pen.pro.Sil.4. Exin clauigeri venera tus numinis aras.Ver.Geo.2.Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris. Iuu.Sat.1.Aut Lugdunensem rhetor di- cturus ad aram.Idem.Solis ara deæ maio ribus ite prophanæ. Oui.Met.1. Forma futura rogãt,quis sit laturus in aras.Ver. Aen.2.Inges ara fuit, iuxtaq; ueterrima laurus.Ait Ser.superorũ & aræ sunt,& al tariainferorũ tantũ aræ. Ara aũt dicitur à precibus,quas Græci aras dicũt.pe.flec.

Arabarches,pen.pro.Iuue. Sat.1. Nescio,quis titulos Aegyptius, atque Arabarches.pen.acuit.

Arabs,pen.cor.Tibul.4. Cultor odoratæ diues Arabs segetis.Idem 2. Quos tenet à terra diuite mittit Arabs.Mant. Auriferos Arabes Syriæ bipatentibus alis. Idem.Hic est qui Maumet Arabẽ corru pit,& unũ.Oui.Met.10. Palmiferos Arabes,Pãcheaq; rura relĩqt.Mãt.Ex Arabo genitore satus Saracena colebat. Oui.Sapho.Nõ Arabo noster rore capillus olet. Stat.Syl.2.Quodq; Arabes,Phariiq; palã est, uiridiq; liquores. Idẽ 4. Nondum Arabes, seresq; rogant, nondum omnis honorem. Ver. Aen.7.Hircanisve, Arabisve parant se tẽdere ad Indos. Ait Ser. uenit ab eo,quod ẽ Arabi.nã ab eo,quod ẽ,hic Arabs,ab hoc Arabe facit, & Arabĩbus,sicut Hiberus.Itẽ lectũ ẽ Aethiopus, sed tñ Aethiops dicimus.Sil.14.Sidonios Arabeia felix, & celsus Ietas. pen.ac.

Arachne,pen.pro.Iuue.Sat.2. Penelope melius,melius torqueris Arachne. pe.ac.

Aracynthus,pe.pro.Ver.Buc. Amphiõ Dircęus ĩ Actæo Aracyntho.Stat.Theb. 2. Illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho.pen.acu.

Arago,pen.pro.Mant.Arma gubernauit, sed dum regnauit Arago. Idẽ. Obstitit, & valluin sese tibi fecit Arago.Idem.Venit Aragonii rursum ad cõsortia regni. Idem. Vellet Aragonio Campana in regna reuersos.antepe.acu.Arago,pen.flec.

Aranea,pen.cor.Oui.Met.4.Stamina nõ summo, quę pendet aranea tigno. Iuue Sat.14.Arida cum tota descendat aranea tela.Catul. Nec tenuem texens sublimis aranea telam.Lucr.4.Obuia cùm uentũt ut aranea, bracteaque auri. Ver.de Culice.Atque ut araneoli tenuem formauimus orsum. Idem Geo.4. In foribus laxos suspendit aranea casses.Ait Seruius Vergilius quidem confundit: tamen sciẽ dum maiores animal ipsum masculino genere appellasse: hinc araneus: retia uerò quæ faciunt fœminino,antepen.acuit. Stat. Theb. 4. Aegion, Aranenque, & quas Theseia Trœzen. penult. acuit.

Aranthicus,pen.cor. Sil.3.Spiciferiq; grauis bellator Arãtichus oris.antep.ac.

Arar, pen. cor. Sil. 3.Mistus Arar quem gurgitibus complexus anhelis. Luca. 1. In mare fert Ararim,quæ montibus ardua summus. Ver.Buc. Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim. Ait Seruius, Arar fluuius Galliæ fluens in flumen Rhodanum. pen. acuit.

Arator,pe.pro. Ver.Buc. Robustus quoq; iã tauris iuga soluet arator. Idẽ Geo 1.Maturate datur,durũ procudit arator. Idem Aen.3. Piscetur nostris in finibus aduena arator.Stat.Theb.9.Parte trahit partẽ,lachrymãs sustentat arator. Luca. 1.Horridaq; ĩ dumis, multosq; inarata per annos.Mant. Pestis ea in primis crudelẽ ĩuasit Aratum.Idẽ.Oia aratores erĩ tis pecorumque ministri. penult. flectit.

Aratrum,pen.pro.Stat.Syl.5.Instruit expectatq; sonũ redeuntis aratri. Claud. Sudabatq; graui consul Seranus aratro. Luca.6.Mox Lelegũ dextra pressum descendit aratrum. Iuue.Sat.2. Põtanis positis audiret uulgus aratris.Idem 7.Ducimus, & littus sterili uersamus aratro. penult.flectit. Est enim aratrum penultima semper lõga, licet muta cũ liquida sequatur.hæc Antonius Nebr. & Aldus.

Araxes,pen.pro.Ver.Aen.8. Indomitiq; deę, & põtẽ indignatus Araxes. Ait Ser. fluuius est Armeniæ,quẽ põtibus nixus est Xerses.Luca.7. Armeniũq; bibit tandem Romanus Araxes.Stat.Syl.1.Armenia & patiens Latii iam pontis Araxes. Idem 5. protinus ingrediens pharetratum inualit Araxes.penult.acuit

Arbiter, pen. cor. Stat. Syl. 4. Quem tulerit sæuæ Mareoticus arbiter aræ. Clau. Arbiter an geminæ conuertant æthera mentes. Idem. Arbiter aut quoties belli, pacisque recurrit. Hor. de Art. Quem penes arbitrium est, et vis, & norma loquendi. Oui. Fast. 3. Mentibus arbitrium est in sua tecta Ioui. Stat. Syl. 1. Arbitriū cæco generet mors clusa baratro. antepenult. acuit.

Arbor, pen. pro. Oui. Met. 1. Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandis. Idē. Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus. Idem. Arbor eris certè, dixit, mea semper habebunt. Idem. Consitaq; arboribus Lyncæa reliquerat arua. penultima acuit. Ait Fabius Inst. primo capit. 6. De veteri scriptura loquens. Nam vt Valesij & Fusij, in Valerios, Furiosq; venerunt: ita arbos, labos, vapos, etiam & clamos ætatis fuerunt. Arbos apud poetas frequentius, vt finalem producerent sequente etiam vocale. Ouid. Met. 1. Frondibus arboreis, & amara pascitur herba. Ver. Geo. 1. Arborei fœtus alibi, atque inuisa virescunt. antepenultima acuit.

Arbuscula, pen. cor. Hor. Ser. 1. Contemptis aliis explosa arbuscula dixit. antepen. acuit.

Arbutus, pen. cor. Ouid. de Art. 3. Sylua nemus non alta facit, tegit arbutus herbam. Ver. Buc. Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Idē Geo. 1. Instituit cùm iam glandes, atq; arbuta sacræ. Ait Ser. Arbutas sunt rubra poma syluarum, quæ Plinius Vnedones vocat, quòd asperitate sua plura edi nō possunt. Ver. Geo. 2. Glande sues læti redeunt, dant arbuta syluæ. Idem 4. Crura Thyma plenæ pascuntur, & arbuta passim. Idem Aen. 11. Arbuteis texunt virgis, & vimine querno. Oui. Met. 1. Arbuteos fœtus, montanaq; fraga legebant. antepe. acu.

Arcas, pen. pro. Oui. Met. 2. Causa morę nulla est, & iam puer Arcas id ipsum. Ver. Aen. 10. Arcas eques medias illis exponere turmas. Oui. Met. 1. Arcades hic sedes, & inhospita tecta tyrāni. Sta. Theb. 1. Arcados atque alio Capaneus horrore canēdus. Ver. Aen. 8. Quis deus, incertum est, habitat deus, Arcades ipsum. Idē 10. Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes. Idem. Arcádas insuetos acies inferre pedestres. Ait Ser. Arcadas accusatiuus ē pluralis: cuius vltima syllaba ideo breuis est, quia nominatiuus pluralis in es, terminatur: vt Arcades, vt delphines, delphinas. Oui. Met. 1. Tum deus Arcadiæ gelidis in montibus, inquit. Idē Fast. 1. Arcadiæ sacrum Pontificale deę. Idem 2. Arcadis & Luna gēs prior illa fuit. Idē. Arcades Arcadiis plurimus ille iugis. Stat. Theb. 9. Nota per Arcadias felici robore syluas. Pers. Sat. 3. Finditur Arcadiæ pecuaria rudere credas. Verg. Buc. Arcades inuidia rumpuntur, & ilia codri. Idē Geo. 3. Pan Deus Arcadiæ captam te Luna fefellit. Idem 4. Tēpus & Arcadij memoranda iuuenta magistri. Man. Nos Lēbo Arcadicam visuri ascēdimus vrbem. antepe. acu. Arcas, penu.

Arcanus, pen. pro. Stat. Syl. 1. Nocte sub arcana glaucos exutus amictus. Flac. 2. Sacra nec arcani Phrygius furor iuehit antris. Sil. 14. Hic & Penæo arcano sulphure fontes. Verg. Aen. 1. Longius & volucres fatorum arcana monebo. Ait Ser. Arca, & arx, dicta quasi res secretæ. penultima flectit.

Archangelus, pen. cor. Mant. Vertice Gargani residens Archangelus alto. antepenul. acuit.

Archetypus, pen. cor. Mart. 7. Archetypum Myos argentum te dicis habere. Iuue. Sat. 2. Et iubet archetypos pluteū seruare Cleantas. antepe. acu.

Archilochus, pen. cor. Hor. de Art. Archilochum proprio rabies armauit iābo. Idem. Eupolim Archilochū comites educere tantos. Idē Epist. 1. Tēperat Archilochi musā pede mascula Sapho. antep. ac.

Archimagirus, pen. pro. Iuuen. Sat. 9. Finxerunt pariter librarius Archimagiri. penul. flectit.

Archemorus, penul. cor. Mant. Archemoro portune tibi tota Hellas in Istmo. Idem. Archemorumq; canunt celebrem Nemæa per arua. antepe. acuit.

Archidamus, pen. cor. Mant. Sic data plūma duci iuuenes agis Archidamusq;. antepe. acuit.

Ar-

Archigenes, pen. cor. Iuue. Sat. 6. Aduocat Archigenem, oneroque pallia iactat. antepen. acuit.

Architheatrum, pen. cor. Mart. 1. Hic ubi conspicui uenerabilis Architheatri. antepenult. acuit.

Arcitenens, pen. cor. Oui. Met. 1. Hunc deus arcitenens, & nunquam talibus armis. Ver. Aen. 3. Quam pius arcitenes oras, & littora circum. antepenult. acuit.

Arculus, pen. cor. Mant. Sed ueluti ex illis ueniens, ait, arculus oris. antepenult. acuit.

Arctorius, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Cedamus patria, uiuant, Arctorius isthic. Idē Si magna Arctorij recidit domus horrida mater. antepen. acuit.

Arcturus. pen. pro. Ver. Geo. 1. Praeterea tam sunt Arcturi sydera nobis. Ait Seruius. Arcturus autem stella est in signo Bootae post septentrionem, cuius ortus, & occasus tempestates grauissimas facit. Idem. Arcturum tenui sat erit suspendere sulco. Idē. Aen. 1. Arcturum, pluuiasq; Hyades, geminosq; triones. Ait Seruius Arcturus stella est post caudam maioris ursae, posita in signo Bootae. Vnde Arcturus dicta est, quasi Arctuura. pen. flectit.

Arctos, pen. pro. Ver. Geo. 1. Arctos oceani metuentes ęquore tingi. penult. acuit. Mart. 1. Primus in Arctoi qui fuit arce poli. Stat. Theb. 1. Signa nec Arctoos ausim sperare triumphos. Idem Sil. 1. Non vacat Arctoas acies, Rhenumque rebellem. Idem 3. Hunc & in Arctoas tenuis comes vsque pruina. penul. flectit.

Arctophilas, pen. cor. Oui. Fast. 2. Arctophilax formam terga sequentis habet. Idem. Lean. Pleias & Arctophlax, oleniumque pecus. Manil. 1. A tergo nitet Arctophilax, idemque Bootes. Manr. Frigidus Arctophilax ita Caspia presserat arua. Ait Seruius Geo. 1. ibi. Arcturum renui. Arcturus, qui Arctophilax, idest Bootes post vrsae caudam locatus: quem alii Arcadem fuisse filiū Calisthonis, & Iouis dicunt: qui cum matrem in figuram vrsae ira Iunonis trāsfiguratam vellet occidere ambos à Ioue in coelum esse translatos: ille Arcturus, illa Elice dicta. Arcturus autem, quòd post caudam vrsae locatus sit ἀπὸ τῆς οὐρᾶς καὶ ἄρκτου, Bootes quòd boues cum plaustro agat dictus est. antepenul. acu.

Ardea, pen. cor. Luca. 5. Ardea sublimis penne confisa natanti. Verg. Geo. 1. Deserit, atque altam supra volat Ardea nubem. Ait Seruius. Ardea dicta est, qua si ardua, quę cùm altius volauerit, significat tempestatem. Idem Aen. 7. Praecipiti delata notho, locus Ardea quondam. Dictus auis & nunc magnum tenet Ardea nomen. Ait Seruius. Nam Ardea quasi ardua dicta est, idest magna, & nobilis: licèt Iginus in Italicis vrbibus ab augurio auis, Ardeam dictam velit. Illud nanque Ouidij in Metamorphosi fabulosum est. Sciendum tamen Ardeam per Antiphrasin dictam, quòd breuitate pennarum altius non volat: quae auis, ait Cornucopię, à Graecis appellatur erodion, ex his quas Romani Diomedeas vocant. Theodorus ardeolam vertit: Augustinus fulicam: quod non procedit ex Ver. Geo. 1. Cumque marinae In sicco ludunt fulicae, notasque paludes Deserit, atque altam supra uolat Ardea nubem: quam ciconiam putat esse Suidas: aut ciconiae similem, dictamque, quòd in paludibus versetur. Haec Lexicon Graecum refert. Et Plin. libro 8. Fulicas, atq; Ardeam, quae auis marina ciconiae similis cinericea, & gracilis. Et uulgò Ayuruni, ut quidam uolunt. antepenult. acuit.

Ardibures, pen. cor. Mant. Misit ex Ardiburem fratres, qui Parthica magnis. Idem. Dicitur ardiburi posuisse lacobrida septem. antepenult. acuit.

Arduus, pen. cor. Ver. Geo. 1. Hinc bellator equus cāpo sese arduus infert. Oui. Met. 1. Neue foret terris, securior arduus Aethor. Idem Verticibus asper petit arduus astra duobus. antepenult. acu.

Ardelio, pen. cor. Mart. 2. Vis dicam, qui sis, magnus es Ardelio. Idem 4. Omnino nihil Ardelione sene. antepen. acu.

Ardeo, pen. cor. Oui. Met. 1. Conciperet flammas, totusque ardesceret axis. Idem. Ardeat, & mundi mores operosa laboret. Ver. Aen. 2. Tum verò ardemus scitari, & quaerere causas. Cicero ad Att. 15. Ardet dolore. Idem. Cum arderet

deret Syria bello.Idē.Ardeo ſtudio hiſto rix.Idē in Or.Vna Gallia cōi non ardet incendio.Idem in Verr. Verres ardebat amore illius hoſpitæ.antep.ac.Oui.Met. 2.Arſurus iterum Xantus Mēāder in un dis.pen.fleć. Ver.Buc.Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Impatienter diligebat, ait Ser. Eſt.n.ardeo neutrū effećtiuū ablatiuo conſtrućtū,unde fit ardeſco: cū accuſatiuo verò ſimplex eſt aćtiuū trāslatè pro amare. Hæc Quint.Inſt. 1.cap.10. ibi.Propriè autē caſibus fit ſolœciſmus, vt quicquid eorum alteri ſuccedit, huic parti ſubiugatur: hoc eſt, ardeo neutrum effećtiuum, cùm ei conſtrućtio uerbi aćtiui accidit,huic regulę ſubiugat, vt, ardeo ardentibus flāmis. & ardeo Alexim:quā conſtrućtionem apud proſam ſcribentes uix legi. Ideo Antonius Nebriſſ.in tertia neutrorū dicit,Corydō ardebat Alexim, figuratū eſt. quod Fabius ſolœciſmi uitiū uocat:quod iure poetico defendit. Nec uerbum effećtiuū accuſatiuo cum ob,uel propter conſtrui, ſed abſolutè propter paſſionem, vel cum effećtiuo,ſeptimo ferè caſu ſignificanti inſtrumentum,quo aćtus ille ex ingenitis principiis excitatur. Hæc Antonius Nebriſſ.ut domus ardet igni,homo ardet ira, mulier æſtuat calore,puer calet febri, puella friget imbri, aīalia algent frigore, & cætera id genus.Nec aliter apud Ciceronē legi. Et ſi Grammatici ferè omnes contra ſentiunt: tu lećtor aſſequare ut ſuprà dićtum eſt.antepen.acu.Lucr.2.Ardorē in partes,& lumine cōſerit arua.Idem vt queat accendi paruis ardoribus ićtus. penult. acuit.

Area, pen.cor. Hor.Sat.1.Milia frumenti tua triuerit area centū.Oui.Met.15.Area nunc tumulus,nam res horrenda relatu. Ver.Geo.1.Area cum primis ingenti eſt æquanda cylindro. Idem. Nequicquā pingues paleæ teret area culmos.Stat.Syl.2. Calida purpureo diſtinguitur area gyro. antepenult.acuit.

Arelaticvs, pen. cor. Mant. Cæperat horrori plæbs Arelatica portis.antepen. acuit. Idem. Arelatenſis magno molimine paſtor.penult.acuit.

Arellivs, pe. cor. Hor.Ser.2.Ex re fabellas,nā ſiquis laudat Arelli.antepe. acuit.

Arena, pen.pro.Ver.Buc. Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam. Idē Aen.5. Aeſtuat, atque omnem cocyto erućtat arenam.Idem 12.Ićtibus & ſparſa ad pugnam proludit arena.Stat.Syl.1.Per gamus aut medius felix Epidaurus arenis.Luca.1. Hūc ego flumineas deformis truncus arena.Oui.Met.1.Donec areno ſi placitū Ladonis ad amnē.Sil. 14. Celſus arenoſa tollit ſe mole Pelorus. Oui. Faſt.1.Radit arenoſi Tybridis unda latus pen.flećtit. Luca.9.Vidit areniuagū ſurgens, fugienſq́; Cotonē.Iuue.3.Nec nebulā nodu aranei tenuia fila.antepe.acu.

Areo, pen. cor. Mant. Inclinant capita & folijs exanguibus arent.Oui.Met.7.Arēti ramo iam pridem mitis oliuæ. Idem. Aſpera lingua tumet, tepidiſq; arentia ventis.Ver.Geo.1.Saxa cient,ſcatebriſq; arentia tēperat arua.Claud.Areſcat fons ille mali,truncantur,& artus.Ver. Aen. 3. Arebant herbæ, & uićtum ſeges ægra negabat.antepen.acu.Hoc uerbum apud Ciceronem uix legi.Vide Ardeo.

Areolvs, pen.cor.Oui.Met.11.Vertit humum, legit areolis noua gramina tonſis. antepenult.acuit.

Aretinvs, pen.pro.Tibull.4.Atque Aretino frigidus annis agro.pen.flećtit.

Arethvsa, pen.pro.Ver.Aen.3.Ore Arethuſa tuo Siculis confundit undis. Oui. Faſt. 4. Vtq; Syracuſas Arethuſiden abſtulit armis. Idē. Frigida cæleſtū matres Arethuſa uocaret. Sil. 5. Res Arethuſa tuus defendere neſcia morti. Claud. Quas Arethuſęi latices,quas aduena nutrit.Ver.Buc.Extremū hūc Arethuſa mihi cōcede laborē.Ait Ser.Aen.3.ſm fabulas uenatrix fuit,quę dū ſe i Alpheo poſt laborē lauaret: ab eo adamata eſt, & diu fugiēs deorū miſeratione in fontē mutata,per ſecretos meatus ad Ceciliā uenit. Ait idē Ecleg.10.Sane Arethuſa ſm latinitatē in pen.habet accentū circūflexum ſm rationem Græcam in tertia à fine acutum. ut Arethuſa,Creuſa.Sil.14. Erigitur ſubitas in ſpes Arethuſia proles. antepenult.acuit.

Argantoniacvs, pe.cor.Sil.3. Argātoniacas armat Carteia nepotes. antep.ac.

Argia

ARGIA, pen. pro. Per ei, scribit Græcè. Sil. 12. Argia, corpusque tamen complexa profatur. Idem. Immeritam Argiam supero respexit ab axe. Idem. Horruit Argia domus, & Regna sepulchri. Idē. Quę rit īops Argia uias, nec regia cordi. Stat. Theb. 4. Respicit Argiam, hæc mentem oculosque reducit. penul. flectit.

ARGILETVM, pen. pro. Ver. Aen. 8. Nec non & sacri monstrat nemus Argileti. Spōdaicus est uersus: habet enim in quinta sedes spondeum, ubi dactylus necesse est esse. Ait Seruius. Nam Euander Argum quendam suscepit hospitio qui cū de eius cogitaret interitu, ut ipse regnaret, Euandro, hæc non sentiente, socij intellexerunt, & Argū necauerunt: cui Euāder & sepulchrum fecit, & locum sacrauit. Ergo Argiletū dictū ab argo illic sacrato, & sepulto. penult. flect. Vide Acetū.

ARGENTATVS, pen. pro. Ver. Opusc. Argētata tuos etiam sandalia talos. penult. flect. Iuue. Sat. 6. Viderunt primos argentea secula mœchos. antepen. acuit.

ARGIRIPA, pen. cor. Ver. Aen. 11. Ille urbem Argiripam patriæ cognomine gentis. Ait Seruius. Diomedes fuit de ciuitate, quæ Argosippion dicitur: Hic in Apulia condidit ciuitatē, quā patriæ suæ nomine appellauit, & Argosippion dixit, ꝙ nomen postea uetustate corruptū est. & factū ut ciuitas Argiripa diceret: quod rursus corruptū Arpos fuit. Idē Aen. 7. Ecce autē in achiis sese referebat ab Argis: non enim est Argos, fuit enim & in Italia, quā Diomedes cōdidit quæ Argi, post Argiripa, post Arpi dicta est. Sil. 4. Allius Argiripa, Dauniq; profectus ab aruis. antepenult. acuit.

ARGIVVS, pen. pro. Ver. Aen. 1. Ornatus. Argiuæ Helenæ, quos illa Mycenis. Idem 3. Iunoni Argiuæ iussos adolemus honores. Ait Ser. Aen. 1. ibi. Prima quod ad Troiā pro charis gesserat Argis. Argos aūt in numero singulari neutri est generis. Hor. lib. 1. carm. Ode 7. Aptum dicet equis Argos, ditesq; Mycenas: in numero verò plurali masculini, vt Argi: Cæterùm deriuatio nominis Argiuos facit, non Argos Argiuus, pen. flect.

ARGOLICVS, pen. cor. Oui. de Rem. 2. Argolicę cuperēt fugisse Capharea puppes. Idem Penel. Argolici radiere duces, altaria fumant. Ver. Aen. 2. Nec posse Argolicis excidi pergama telis. Idē. Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras. Idē. Argolica, vulgi quæ nox vt venit ad aures. Stat. Theb. 6. Argolicus Capaneus, ac dū nigrantia plumbo. Idē 2. Argolides, pars virginibus circū vndiq; fusę. Oui. Met. 9. Argolis, Alcmene questus vbi ponat aniles. Idem. Argolis Alcmene potiturque puerpera noto. antepen. acu.

ARGVMENTVM, pen. pro. Ver. Opusc. Argumenta dabunt ignoti vera profundi. Idē 7. Argumentū ingens, & custos virginis Argus. Ouid. Fast. 4. Hoc argumentū fama Palilis habet. Iuu. Sat. 6. Argumēta viri, foribus suspende coronas. pe. acu.

ARGVO, pen. cor. Iuu. Sat. 1. Arguerint, hæc ipse negē, sed quinq; tabernæ. Idē 7. Scilicet arguitur, qđ leua in parte mamillæ. Hor. de Art. Arguit ambiguè dictū mutāda notabit. Idē Epist. 1. Laudibus arguit vini vinosus Homerus. Ver. Aen. 9. Dissimilē arguerit tantū fortuna secunda. Idē 9. Argue tu Drance, tot quando stragis aceruos. Idem. Arguet? Illiaco tumidum qui crescere Tymbrim. Ait Ser. Arguo aūt genitiuū regit, vt arguo te cędis: meq; timoris argue tu Drāce. Tu lector audi Cic. pro Rab. An nō intelligis quales viros mortuos sūmi sceleris arguas? Idē pro cęl. Arguere aliquē alicuius facinoris. in Verr. Nunc nō modò te hoc crimine non arguo, sed ne illa quidem cōi vituperatione reprehendo. antepe. acu.

ARGVS, pen. pro. Oui. Met. 1. Centū luminibus cinctū caput Argus habebat. Idē. Argus ait, neq; enim pecori fœcundior vllo. Idem. Arge iaces, quodq; ī tot lumina lumen habebas. Stat. Syl. 4. Argus & haud vnquā vigilabat corpore toto. p. ac

ARGVTVS, pen. pro. Hor. de Art. Iudicis argutum, qua non formidat acumen. Oui. de Art. 1. Flammaq; in arguto sæpe reperta foro est. Ver. Geo. 1. Tū ferri rigor, atq; argutæ lamina serræ. Idem. Arguto cōiux percurret pectine telas. Idem Buc. Forte sub arguta consederat illice Daphnis. Idem. Digna sub argutos inter strepere anser olores. Idem Geor. 3. Argu-

tumq; breuis aluus, obesaq; terga. Idem Buc. Mænalus argutũq; nemus, pinosque loquentes. Stat. Syl. 2. Argutũq; tuo stridentia limina cornu. Prop. 1. Illa mihi totis argutat noctibus ignes. pen. flect.

ARIADNA, pen. pro. Oui. de Art. 3. Quantum ad te Theseu volucres Ariadna supsunt. Prop. 2. Lyncibus in cælũ vecta Ariadna tuis. Manil. 5. Chara Ariadnææ quondã monumenta coronæ. Oui. Fast. 5 Ex Ariadnæo sydere nosse potes. Catull. Ex Ariadnæis aurea tẽporibus. Ait Ser. Geo. 1. ibi, Gnosiaq; ardentis. cùm Liber pater Ariadnen Minois regis Cretæ filiã vxorem duceret: Vulcanus ei coronã obtulit, quam ille ad vxoris insigne inter sydera collocauit: & hic stellam poetica licentia dicit. pen. acuit.

ARICIA, pen. cor. Ver. Aen. 7. Virbius insignem quẽ mater Aricia misit. Hor. Ser. 2 Egressum magna me cœpit Aricia Roma. Sil. 4. Aegeriæ genitos immitis Aricia lucis. antepe. acu. Iuue. Sat. 4. Dignus Aricinos qui mendicaret ad Axes. Oui. Met. 15. Vallis Aricinę densis latet abdita syluis. Idem Fast. 3. Vallis Aricinæ syl ua præcinctus opaca. pen. flect.

ARIASMENVS, pen. cor. Flac. 6. Prælia falcatis Ariasmenus axes. antepe. acu.

ARIDVS, pen. cor. Ver. Geo. 1. Incipiũt agitata tumescere, & aridus altis. Claud. Arida ieiunæ seges inter lucet aristæ. Sil. 3. Destituit barcæ sitientibus arida venis. Stat. Theb. 3. Thaonias sonuisse tibi licèt aridus Ammon. Ver. Geo. 1. Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata. Idẽ 3. Incubuit, Scythięq; hyemes, atq; arida differt. antepe. acu.

ARIES. pe. cor. Manr. Vnde acies nobis aries Hiperione gaudens. Auso. Nõ caput, aut aries, sed scarab. us erit. Ver. Buc. Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti. Sta. Theb. 2. Apparet aut celsum crebris arietibus vrbis. Manr. Picturatum illic aries, & cætera mũdi. Sil. 4. Arietat in primos, obicitque immania membra. Flacc. 6. Arietat canthum, & sequitur, canthumq; reposcit. Ver. Aen. 11. Arietat in portas, & duros obice postes. Idem 12. Mœnia quique imos pulsabant ariete muros. Idem 3. Hæc arcu sedes epulis, & hic ariete cęso. Ait Seru. Aen. 2. ibi, Aedificãt, sectaque intexunt abiete costas, solutio est dactyli nũc in proceleusmaticum. antepe. acu. Vide Abies.

ARIMASPVS, pen. pro. Luca. 3. Substringens Arimaspe comas, hinc factus Arius. Idem 7. Quod legit diues summus Arimaspus arenis. pen. acuit.

ARIMINIACVS, pen. cor. Mant. Nunc Ariminiacas arces, quas verberat ingens. Luca. 1. Vicinumque minax inuadit Ariminum, & ignes. antepe. acu.

ARION, pen. pro. Oui. Fast. 2. Cynthia sæpe tuis fertur vocalis Arion. Idem. Quo mare non mouit, quæ nescit Ariona tellus. Luca. 3. Substringens Arimaspe comas, hinc fortis Arius. pen. acuit. Oui. de Art. 3. Poscis Arioniæ Fabula nota lyræ. Prop. 2. Qui poto Arioniam vexerat ante lyram. Oui. Fast. 4. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes. antepe. acu.

ARISBAS, pe. pro. Luca. 3. Idalis, & nimiũ glebis exilis Arisbæ. Ver. Aen. 9. Pocula deuicta genitor quæ cœpit Arisba. penult. acuit.

ARISTA, pen. pro. Oui. de Pont. 2. Cyniphiæ segetis citius numerabis aristas. Ver. Buc. Molli paulatim flauescat campus arista. Idem. Post aliquot mea regna videns mirabor aristas. Idẽ Geo. 1. Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Idem. Exercebis humum, solisq; instabis aristis. Idem Aen. 6. Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas. Ait Ser. Primas spicæ partes dictas ab eo quòd primæ arescant. pen. acu.

ARISTAGORAS, pen. cor. Ver. Opusc. Lætus Aristagoras natis bene villicus vuis. antepe. acuit.

ARISTARCHVS, pe. pro. Hor. de Art. Fiet Aristarchus, nec dicet, cur ego amicum. Oui. de Pont. 3. Magnus Aristarchus, maior Homerus erat Auso. Censor Aristarchus, normaq; Zenodoti. pen. acu.

ARISTAEVS, pe. pro. Oui. de Pont. 4. Quis mel Aristæo, quis Baccho vina falerna. Idem Fast. 1. Flebat Aristæo quod opes cũ stirpe necatas. Ver. Geo. 4. Cuius Aristæo, quoniam est oblata facultas. Idem. Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe. penult. acuit.

ARISTIPPVS,pen.pro. Hor.Epist.1. Nollet Aristippus,si sciret regibus vti.Idem Serm.2. Græcus Aristippus, qui seruos proiicere aurum. Idem Epist.1. Tunc in Aristippi furtim præcepta relabor. penult. acuit.

ARISTIVS,pen.cor.Hor.Ser.1. Fuscus Aristius occurrit mihi charus,& illum.antepenul.acuit.

ARISTIDES,pen.pro. Ouid. de Pont. 1. Pulsus Aristides patria Lacedemona fugit. Idem de Trist. 2. Iunxit Aristides Milesia crimina secum. Mant.Alter Aristides inopum simul atque potentum.penult acuit.

ARISTOTELES,pe.cor.Iuue.Sat.2.Si quis Aristotelem similem vel Pitthacô emit. antepenult.acuit.

ARMARIVM,pen.cor.Iuue.Sat.7. Stantibus œnophorum tripodes armaria cistas. antepe.acu.

ARMAMENTARIVM,pe.cor.Iuu.Sat.13. Quicquid habet telorum armamentaria cœli.antepen.acu.

ARMATVS,pen.pro.Ver.Aen.3.Armatûq; auro circunspicit Oriona.Lucr.5. Omnia cedebant armatis nuda & inerma.penul.flectit.

ARMENIA,pen.cor. Iuue. Sat.8. Maturus bello Armeniæ,Syriæq; tuendis. Idem 6. Tractato Armenius, vel Comagenus Aruspex.Luca.2.Armenios, Cyliasq; feros,taurosq; subegi. Ver. Buc.Daphnis & Armenias curru subiungere tygres. Oui.de Art.1. Hoc fac Armenicos, hoc est Danaia Persis. Stat. Syl.5. Armeniis Bolanus iter prænosse timendum. Idem 1.Armenia, & patiens Latii iam pontis Araxes.antepen.acuit.

ARMENTARIVS,pen.cor.Ver.Geo.3.Armentarius Afer agit, tectúmque, laremque.Lucr.6.Præterea iam pastor, & Armentarius omnis.antepen.acuit.Ver. Aen.11.Armentalis aquæ mammis,ac lacte ferino.Stat. Theb.4. Post exultantes spolia armentalia portant.penult.flect.

ARMIFER,pen.cor.Oui.de Art.2.Talis ab armiferis Priameius hospes Amyclis.Idê Epist.Armiferam Thracem qui regat alter erit. antepen.acu.

ARMIGER,pen.cor.Ver.Aen.11.Armiger ante fuit,sed non felicibus æquè. Idê 6. Sublimen pedibus rapuit Iouis armiger vncis.Iuue.Sat.1.Armigero simplex ne furor sex territa cêtum. Oui.Met.15.Armigerumq; Iouis, Cithereidaque columbas.Stat.Theb.9.Armiger, alipedem prona ceruice tenebat.antepenul.acu.

ARMILLATVS,pen.pro.Prop.4.Atque armillatos cella molossa canes.Iuue.Sat.4. Si quis Palphurio si credimus armillato. penul.acuit.

ARMIPOTENS,pen.cor.Oui.Fast.2. Nam pater armipotens postquam noua mœnia vidit.Stat.Theb.3.Armipotês,geminatq; acceptos fama pauores.Mant. Hesperij genus armipotens dii vestra secundant.antepen.acuit.

ARMISONVS,pen.cor.Flac.1.Armisona supereret magis,& freta capesset. Ver.Aen.3. Palladis armisonæ,quæ prima accepit ouantes.antepen.acuit.

ARNICOLA,pen.cor.Mant.Cogit & arnicolas,sed anas,& mergus, & anser. antepenult.acuit.

ARNEVS,pen.pro. Ouid.Met.12. Fugit & Arneus,Lycidaque,& saucius armo. penult.flectit.

ARO,pen.cor.Ver.Aen.7.Et frôtem obscœnam rugis arat,îduit albos. Luca.1. Quę noster veteranus arat, quæ mœnia fessis. Iuue.Sat.14.Quam tum sub Tatio populus Romanus arabat. Hor.Ser.2. Illum ipsum mercatus arauit diues amico.Ou. Met.1.Et ducit remos illic,vbi semp ararat.Ver.Aen.2.Longa tibi exilia,& vastû maris æquor arandum.pe.acu. Ver.Geo. 1. Nec nulla intereà est in aratæ gratia terræ.pen.flect.Cicero in Ver. Fieri non poterat,vt plusquàm decem medimna ex iugere ararent. Idem côtra Rull. Ager, qui arari aut coli possit, non qui aratus, aut cultus sit.

ARPINAS,pen.pro.Iuue.Sat.8.Arpinas alius Volscorum in monte solebat. Sil.8. Accolit Arpinas accita pube Venafro. finalem flectit. Vide Aquinus.

ARPHAXAT,pen.cor.Mant. Arphaxat, & Zaroes adsunt, geminosque dracones. antepen.acuit.

ARRIDEO,pe.cor.Iuue.Sat.6.Arridens nudis infantibus hos fouet omnes. Carull.

Lineaq; arridulis hærebant mersa label lis.antepe.acu. Cicero ad Att. Inhibere istum tuum,quod valde mihi arriserat. Idem de Opt.Aut adhibiti derideantur: si arrideantur,esset id ipsum.

ARRIPIO,pen.cor.Hor.Serm.2.Primores populi arripuit, populumque Tribuni. Idem.Num age luxuriam, & nomentanũ arripe mecũ.Ver.Aen.3.Ecce tibi Ausoniæ tellus,hãc arripe velis.Stat.Theb. 6.Arripit & primæ molitur semina pugnæ.Cic.de Fin.Tibi aliquid ex mea responsione arripere cupienti,non rñdebo ad singula.Idẽ pro Sest. Qui cognomẽ sibi ex aliorũ imaginibus arripuit. Idẽ de Nat.Vñ aiam arripuerimus;si nulla erat ĩ mũdo?Idẽ de Or.Argumẽtũ,simulatq; positũ est,arripit. Idẽ.Vox,gestus subitò sumi,& aliũde arripi non põt. antep.ac.

ARROGO,pen.cor.Hor.de Art. Iura neget sibi nata: nihil nõ arroget armis. Idem. Ser.2.Nec sibi cœnarũ quiuis temere arroget artem.Cicero pro Quint.Quoniã tu tibi id arrogas,& cõcedi postulas. Idẽ pro Planc.Non vereor, ne mihi aliquid videar arrogasse.antepe.acu.

ARSACIVS,pe.cor.Claud. Hoc genus Arsacio post quam se regia fastu.Luca.1.Arsacidę,bellum vittis ciuile dedistis.Idem 8. Arsacidæ perferre meas si fœdera nobis.Sil.8.Arsacidũ, & fuluo micat ignea gemma monili.antepe.acuit.

ARPOCRATES,pen.cor.Mant. Vidisti Arpocratẽ, quid vult sibi, cùm premit ora. Idem.Arpocrates,scio dum studio noua regna vidisti.antepen.acuit.

ARSIONES,pen.cor.Catul.Obtulit Arsiones Chloridos ales equis. antep.acu.

ARTIFEX,pen.cor.Ver.Opusc.Illa neque artificum curant tractare laborẽ.Oui.de Art.1. Me venus artificem tenero præfecit amori. Iuue.Sat.4. Consilium laudo artificis si munere tanto.Idem 14.Artificem quippe his crescunt patria fabris. Pers.Sat.1.Artifices nec rus saturũ laudare vbi corbes.Ver.Aen.11. Artificis scelus,& formidine crimẽ acerbat.Stat.Syl. 3. Artifices mirantur opus vix annus anhelat. Idem 4. Artificis curis,pariter gestamina mensæ. antepe. acu.

ARTAXATA,pen.cor.Iuue.Sat.2.Sic prætextatos referunt Artaxata mores. Artaxata numero tãtùm plurali, vrbs est maioris Armeniæ sita iuxta Araxem fluuium. aic Ser.Aen.10.Est Amathus. dicimus autem hęc Cythera,sicut hęc Solyma,hoc Artaxata. antepe. acu.

ARTEMIDORVS, pen.pro.Mart.9. Artemidorus amat,Calliodorus arat. pe. fle.

ARTICVLVS,pe.cor.Mart.5. Portat in articulo stella, seuere, meus.Lucr.4. Mobilis articulat neruorum Dædala lingua. Pers.Sat.5.Fregerit articulos veteris ramalia thagi.Catull.Abstersti guttis omnibus articulis, antepe. acuit.

ARTOCOPVS,pen.cor.Iuue.Sat.5.Salua sit Artocopi reuerẽtia finge tamen se. Mãc. Qui sint fartores,lancij,lixæ,artocopiq; antepe.acu.

ARTERIA,pe.cor.Lucr.4.Asperiora foras gradiens arteria clamor.antepe.acu.

ARTVS,pen.pro.Lucr.4.Artubus & stomachi humectum seruare tenorem. Idem 3.Cycuis? aut quid nam tremulis facere artubus hœdi. pen.acu.

ARTOCREA,pen.cor.Mant. Montibus artocreas,& pingue polenta comedi.antepenul.acuit.

ARVISIA,pe.cor.Sil.7. Tmolus & ambrosijs aruisia pocula succis. Verg.Buc.Vina nouum fundam calathis aruisia nectar. Ait Ser.Aruisia autem,idest Chia à promontorio Chij Insulæ Aruisio. antepenult.acuit.

ARVINA,pen.pro.Ver.Aen.7.Aruina pingui,subiguntq; in cute secures. Ait Ser. Aruina, secundum Suetonium in libro de Vitiis corporalibus, est durum pingue,quod est inter cutem, & viscus. penult.flectit.

ARVIRAGVS,pen.cor.Iuu.Sat.4. Excidet aruiragus peregrina est bellua ceruis. antepen.acuit.

ARVNS,pe,pro.Luca.1.Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ. Iuue.Sat.1.Per quẽ magnus equos Aruncæ flexit alumnus. Ver.eAn.11.Coniicit,& superos Aruns, sic voce precatur.Idẽ.Succipiũt fugit ante oẽs exterritus Aruns.Idẽ.Mœnidæ in curiunt,tum fatis debitus Arũs. Idẽ 12. Actoris Arunci spolium, quassatq; trementem.pen.acu.Vide Lucretia.

ARVN-

ARVNCA,pen.pro. Iuue. Sat.1. Per quem magnus equos Aruncæ flexit alumnus. penult.acuit.

ARVNDO,pen.pro.Opi.de Pont.3. Squalibus immittat fracta sub arũdine crines. Idem Met.15. Miles erat gladio piscator arundine sumpta.Pers.Sat.3. In qua manus chartæ,nodosaq; venit arundo. Mãt. Piscibus insidias tendebat arundine, & hamo.penultima acuit.Stat.Theb.5.Vexat arundineã centreno vulnere syluam. Ouid.de Trist.4. Pastor arundineo carmine mulcet oues. Idem Fast.5. Tybris arundiferum medio caput extulit alueo. antepen.acuit.

ARVPINVS,pen.pro.Tibull.4.Testis Arupinus, & pauper natus in armis. penultima flectit.

ARVSPEX,pen.pro.Iuue. Sat.6. Tractato, Armenius,vel Comagenus,aruspex.Idẽ 2. O proceres, censore opus, an aruspice nobis? Idem 6. Commendare volet, varicosus fiet aruspex. Verg.Aen.11.Hic amor, hoc studium dum sacra secundus aruspex. Ait Seruius,Aen.2.ibi. Vbi Lydius arua.Thusci autem à frequentia sacrificij dicti sunt: constat nanque illic à Tage aruspicinam repertam, vt Lucanus meminis libr.1. Sed conditor artis fixerit ista Tages. In agro Tarquinensi cùm araretur, impresso altiore sulco, puer repente diuinitus exortus est senili prudentia, qui dictus est Tages: quo viso bubulcus obstupefactus clamorem maximum extulit: ad quem tota Hetruria concurrit, tum puer plura omnibus audientibus locutus est: quæ ad disciplinam pertinerent aruspicinæ: quæ accepta literis mandata fuerunt. Aruspex dictus est ab aruga & inspicio: Aruga enim dicitur, atque hostia ab hara in qua pecudes concluduntur, & seruantur: est enim Aruspex, qui exta pecudum inspiceret, in quibus futura prænoscebat penult. acuit.

As,pro.Hor.Ser.1.Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem.Vnde prouerbiũ est. Ex asse,seu,ab asse tuus, hoc est, sum minimus tuorum, inter quos etiam tibi seruiam vtcunque. seu quibus preciosis, aut pecuniis vtaris,quot possides, vt lubet.Idem.Tarquinius regno pulsus fuit, vnius assis. Nam asses cùm primò librales essent, postea facti sunt vnciales: vel dicas, sicut aurum, argentum, seu pecunia,vel totum patrimonium liberum est domino,vt vtatur,ita promptus sum tibi ad omnia, quo liberùm vtaris, vt idẽ Epist.2.Aerumnis,lassus dum noctu sterti ad assem. Hoc est in totum: nam assem antiqui pro toto patrimonio posuerunt. flecti.

ASARATON,pen pro.Stat. Syl.1. Gaudet humus, suberatq; nouis asarata figuris. pauimentum est picturæ arte elaboratũ. penult.acuit.

ASCALAPHVS,pen.cor.Oui.Met.5. Ascalaphus vidit quam quondam dicitur Orphne.antepe.acuit.

ASCRAEVS,pen.pro.Ver.Geo.2.Ascręũq; cano Romana per oppida carmen. Idem Buc.Ascræo quos ante seni, quibus ille solebat.de Hesiodo loquitur, ait Ser.qui Ascræus fuerat,quem dicunt musæ raptum de monte Parnaso poetam fecisse munere calamorum.pen.flect.

ASCANIVS,pen.cor.Stat.Syl.5. Ascanius, miseramq; patri flagrabat Elisam.Prop. 1.Crudelis minyis duxerit Ascanius.Vergil.Geo.3.Ascanium,superant mõtes, & flumina tranant. Idem 1.At puer Ascanius,cui nunc cognomen Iulo. Idem 5. Vade age,& Ascanio si iam puerile paratum.Ait Ser.Ascanium dictũ à Phrygiæ flumine Ascanio.antepe.acu.

ASBOLVS,pe.cor.Oui.Met.3.Et niueis Leucon,& villis Asbolus atris. antepe.acu.

ASDRVBAL,pen.cor.Sil.13.Asdrubal,abrupto liquerunt agmine signa.Idem 16. Asdrubal huc aures quæso aduertite sensus.antepen.acuit.

ASCHETOS,pen.cor.Stat.Theb.6. Aschetõ increpitat, meritumq; vocabula cygnũ. antepen.acuit.

ASELLVS,pen.pro.Verg.Geo.1. Sæpe oleo tardi costas agitator aselli.Oui.Fast.1.ecce videns rauco Sileni vector aselli.Iuue. Sat.9. Negligit atq; alium bipedem sibi quærit asellum.Idem 11. Nile coronati caput ostendebat aselli.Prop.4. Vesta coronatis pauper gaudebat asellis.pen.acu.

ASIA,penult.cor. Mant. Latè Asiam penetrans

netrans ultra Gagetica regna. Luca. 9. Non Asiani breuioris aquæ disterminat vnquam. Iuue. Sat. 10. Euersa, & flammis Asiam, ferroque cadêtem. Oui. Met. 2. Et quod vbi Asiacas casuras aspicis arces. Mant. Pannonas, & Graios Asiatica littora Galli. Idem. Per Lybicæ fines per regna Asiatica fusi. Ver. Aen. 8. Dant per colla modos, sonat amnis, & Asia longe. Idem Geo. 1. Iam uarias pelagi volucres, & quæ Asia circũ. Ait Seruius. Caystrus autem Asiæ fluuius est, Asia verò palus, vnde fecit Asia prata, & propalude Asia, à, longa est, nam de prouincia, à, breuis est. antepen. acuit.

Asianus, pen. pro. Iuue. Sat. 7. Quod nõ vidisti faciant equites Asiani. Idem. 3. Hic Asianorum uetera ornamenta deorum. penul. acuit.

Asinus, pen. cor. Hor. Epist. 1. Clitellas ferus impingas, asinæque paternum. Catullus. Etiam pystrino traditur atque asino Luca. 8. Quas asinę cautes, & quos Chios asperat vndas. antepenult. acuit.

Asylum, pen. pro. Ouid. Fast. 1. Tunc quoque uicini lucus celebratur asyli. Iuue. Sat. 8. Nomen ab infami gentem deducis asylo. Idem 6. Hos habitus? quando ad palum gemat vxor asyli. Sil. 14. Enituit fama miles tyrrhenus, asylo. Luca. 1. Tunc erat exiguum dominos commisit asyllum. Ver. Geor. 3. Plurimus Alburnum uolitans cui nomen asylo. Idem Aen. 2. Et iam porticibus uacuis Iunonis asylo. Ait Seruius. idest templo, unde nullus potest extrahi, dictum asylum quasi asyrũ. hoc autem non est in omnibus templis, nisi quibus consecrationis lege concessum est. Idem 8. Hinc lucum ingentem, quem Romulus, acer asylus. Ait Ser. post quàm Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorum, quos auus afflixerat, Athenis sibi primi asylũ, hoc est, templum misericordiæ collocauerunt: vnde nullus posset abduci: quod etiam Statius dicit. Herculeo fama fundasse nepotes. penult. flectit. Vide Acetum. Asylus vt Geo. 3. Muscæ est genus ait Seruius.

Asylas, pe. cor. Ver. Aen. 12. Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas. Idem 10. Tertius ille hominum, diuumque interpres Asylas. Idem 9. Emathiona Liger, Chorineum sternit Asylas. penultima acuit.

Asopos, pen. pro. Stat. Theb. 7. Asopos genuisse datur, dignusque videri. Idem 3. Quicquid, & Asopon veteresq; in te iacet Argos. Luca. 6. Accipit Asopos cuius Chœnisque, Melasq;. pe. acu. Stat. Theb. 7. Aspicit has longe iamdudum Asopius Hypseus. Idem 8. Principium pugnę turmas Asopius Hypseus. Ouid. Met. 5. Aureus, & Danaen Asopida luserit ignis. Idem 7. Huic Asopiades petis irrita dixit, & vrbi. antepen. acu.

Asparagus, pen. cor. Iuue. Sat. 5. Asparagis qua despiciat conniuia cauda. Idẽ 6. Asparagi posito, quos legit villica fuso. Mart. 13. Non erit incultis gratior asparagis. antepen. acuit.

Aspernatus, pen. pro. Luca. 1. Aspernata fames cultus gestare decoros. Verg. Geo. 3. In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem. Idem 1. Nec petuliacæ curam aspernabere lentis. Stat. Syl. 1. Illa refert vultu non aspernata rogari. pen. flectit. Cicero pro Cl. Seruua sermonem Fabricij non est aspernatus. Idem de Or. Philosophiam hęc ciuitas nunquam aspernata est.

Aspero, pen. cor. Claud. Ornaturq; nouo grauior deus asperat Indus. Stat. Theb. 1. Constitit, & sacras ita vocibus asperat iras. Idem 4. Ille Lycaoniæ ritu caput asperat vrsæ. Idem 6. Hic iacet extremum tumuli circum asperat orbem. Oui. Met. 1. Aspera, qua properas, loca sunt, moderantius oro. Idem de Pont. 4. Excidit asperitas agrestis, & in concinna grauisq;. Idem. Asperitatis & inuidię, corrector & iræ. Ver. Aen. 11. Quem telo primũ, quẽ postremum aspera virgo. Idem Buc. Mella fluãt illi, ferat, & rubus asper amomũ. antepen. acu.

Aspicio, pen. cor. Oui. Met. 14. Aspiciam fluidos humano sanguine rictus. Idẽ Episto. Her. Quascunque aspicies lacrymæ fecere lituras. Hor. Ser. 2. Ortus quando ego te aspiciam, quandoque licebit. Ver. Aen. 2. Aspice nos hoc tantùm, & si pietate meremur. Stat. Syl. 3. Aspiciunt, & vterque

vterque probant, nec tanta potenti. Cicero Pro S.Ro. Propter quos hanc suauissimam lucem aspexeris. Idem pro Sill. Aspicite ipsum, contuemini os. antepenult.acuit.

ASPIRO, pen.pro. Hor. de Art. Aspirare, & adesse choris erat vtilis, atque. Oui. Met. 1. Aspirate meis, primaq; ab origine mũdi. Ver. Aen. 2. Sternimus, aspirat primo fortuna labori. Idem 12. Affecit pretio, nec equis aspirat Achillis. Ait Ser. Aspirat apud maiores, accedat significat. Cicero, Nũquàm aspirauit ad curiam. sed figuratè hic dixit, Aspirat equis, pro ad equos, idest, occisus est: nec ad equos Achillis accessit. Hæc Ser. Cicero in Verr. Quando iste nisi Februario mense aspirabit in curiam. Idem. Quid enim quisquàm ad meam pecuniam me inuito aspirat? Idem. Nemo ad alienam causam accedere, aut aspirare debet. Idem ad Heren. Quia paulùlum in rebus difficillimis aspirauit. pen. flectit.

ASSARACVS, pen.cor. Oui. Fast. 1. Phrygis Assaraci Tithonia fratre relicto. Ver. Geo. 3. Assaraci proles, demissæq; ab Ioue gentis. Idem Aen. 1. Cùm domus Assaraci Phthiam, clarasq; Mycenas. Idem 9. Gente sub Assaraci fato ventura resident. Idem 12. Et genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas. antepe. acuit.

ASSER, pen.pro. Iuue. Sat. 3. Qui sequitur, ferit hic cubito, ferit assere duro. penultima acuit.

ASSIDVVS, pen.cor. Iuue. Sat. 1. Semper & assiduo ruptæ lectore columnæ. Idem 3. Tectorum assiduos, ac mille pericula sæuæ. Idem 5. Rebus assiduis penitus scrutante macello. Idem 13. Quanquàm eadem assiduè spectetur prælia, videt. Oui. Met. 1. Nubibus assiduis, pluuioq; madescit ab alto. Ver. Buc. Assiduè veniebat, ibi hæc incondita solus. Stat. Syl. 1. Assiduus, nunc aute vigil, nunc lumine cuncta. antepen. acuit.

ASSIBILO, pen.cor. Claud. Vt platani, platanis, alnoq; assibilat aluus. antepenulti. acuit.

ASSIDEO, pen.cor. Oui. Fast. 5. Assidet inde Ioui, Iouis est fidissima custos. Hor. Ser. 1. Assideat fomenta paret, medicũq; roget vt. Idem Epist. 1. Assidet insano potare, & spargere flores. antepen. acuit. Cicero ad Att. Mihiq; vt assedit, dixit. Idẽ pro S.Ro. Perarauit aliquando, assedit, surrexi ego. Idem. Pro Planc. Commoti huic assident, idest assistunt. Idem Acad. Et simul assidamus.

ASSILIO, pen.cor. Oui. de Trist. 1. Et patitur fluctus, fertque assilentia longè. ante penul. acuit.

ASSIMILO, pen.cor. Ver. Aen. 10. Diuini assimilat capitis dat inania verba. antepen. acuit. Cicero de Inuent. Aut ex conferenda, & assimilanda natura iudicatur. Ver. Aen. 12. In medias acies formam assimilata Camerti. penul. flectit. Assimilo antepen. acuit.

ASSYRIVS, pen.cor. Stat. Syl. 3. Semper & Assyrios felix bibet vrna liquoris, Luca. 1. Assyrias Latio maculauit sanguine cauas. Mant. Tẽdit in Assyriam, Solymasq; ascendit in arces. Iuue. Sat. 2. Quod nec in Assyrio pharetrata Semiramis orbe. Hor. de Ar. Colchus an Assyrius Thebis nutritus, an agris. Ver. Buc. Occidet Assyrium, vulgò nascetur amomum. Idem Geo. 2. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. antepen. acuit.

ASSVETVS, pen.pro. Ver. Aen. 8. Vt patiẽs operum, paruoque assueta iuuentus. Oui Fast. 1. Assuetum syluis, innocuumq; genus. penult. flect. Vide Consuetus.

ASTASIVS, pen.cor. Mant. Martyres Astasio sub iudice regna tenebant. antepen. acuit.

ASTYANAX, pen.cor. Oui. in Ibin. Et pater, & coniux, Astyanaxque puer. Idem Met. 13. Mittitur Astyanax illis de turri busvnda. Ver. Aen. 3. O mihi sola mei super Astyanactis imago. antepe. acu.

ASTYLOS, pen.cor. Oui. Met. 12. Astylos ille etiam metuenti vulnera Nesso. ante penult. acuit.

ASTYPHALAEA, pen.pro. Oui. de Art. 2. Cunctaque piscosis Astyphalæa vadis. penul. flectit.

ASTO, pen.pro. Ver. Aen. 12. Aedibus astabat validam vi corripit hastam. Idem 3. Hoste vacare domos, sedesq; astare relictas. pro esse, ait Ser. quod tunc significat, quando de his loquimur, quæ cadere

non

non possunt. Cicero in Catil. Astat in conspectu meo gener. Idem de Or. Maxima frequentia astante. penult. acuit.

ASTRAEA, pe. pro. Iuue. Sat. 6. Paulatim deinde ad superos Astræa recessit. Oui. Met. 1. Vltima cœlestum terras Astræa reliquit. Astræa autem dicta est à iustitia, quod Astræi gigantis ex aurora filia fuit. Astræus verò fuit unus ex Titanibus qui contra deos arma sumpsit; sed alter ut Oui. Met. 5. Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astræus. Vide Atreus. Cornucopiæ addit ex Arato. Astræa ex aurora filia, quam ob summam æquitatem, iustitiam appellatam fuisse. Nam cùm adhuc terras habitaret, nondū uesanos rabies nudauerat enses, nec consanguineis fuerat discordia nota: sed postea crescentibus uitijs euolauit ad cælum. Vnde subdit Aratus. Et cœli sortita locū qua proximus illi: Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes. Nam Astræos Græcè Astrorum veterum pater est, teste Arato. penult. flect.

ASTRIFER, pen. cor. Mart. 9. Quod Rhodos Astrifero, quod pia creta polo. Stat. Theb. 8. Sufficit Astriferumque domos Atlanta supernas. antepen. acu.

ASTRIGER, pen. cor. Ver. Aen. 12. Seu decus Astrigeri, seu qua Parnasia rupes. antepenult. acuit.

ASTRILOQVVS, pen. cor. Mant. Missus es Astriloq. stellas edoctus aratri. antepe. ac.

ASTRIPOTENS, pen. cor. Mant. Desine mirari, dixit puer Astripotentem. antepenult. acuit.

ASTROLOGVS, pen. cor. Mart. 2. Bellus Grammaticus, bellus es Astrologus. Iuue. Sat. 6 Dixerit Astrologus, credent à fronte relatum. Lucr. 6. Astrologorum autem contra conuincere tendit. antepenult. acuit.

ASTVRIA, pen. cor. Mant. Regna per asturiam, Legionæosque penates. Idem. Sed tamen asturiam seruare licebit, & omnem. Idem. Hesperiam, uix Catabriam, vix Asturis oram. Idem. Rex erat Asturibus ueteres de sanguine regum. antepenult. acuit.

ASTVTIA, pen. cor. Mant. Est in eis pietas crocodili, astutia Hyenæ. antepen. acuit.

ASTVTVS, pen. pro. Pers. Sat. 5. Astutam uapido seruas sub pectore uulpem. Hor. Ser. 1. Ac non incauto fictum astutumq; vocamus. Idem 2. Astuta ingenium vulpes imitata leonem. pen. flect.

ASTVRCONES, pen. pro. Mant. Mirabatur equos sturconesque uoluto. penultima acuit.

ASTERIS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Asteris ante dapes, nocte, Asteris, Asteris ortu. Idem. Asteris & vatis totam cantata per vrbem. antepen. acu.

ASTYOCHES, pen. cor. Stat. Theb. 3. Astyoches, puerique rudes tua Phœdime proles. antepen. acuit.

ASTACIDES, pen. cor. Stat. Theb. 8. Astacides Menalippus erat, nec prodidit ipse. Idem. Astacidem totis animæ se cogit in ictum. antepenult. acuit.

ASTERIOS, pen. cor. Stat. Theb. 4. Asteriō Aryopumque trahens Erasinus aristas. antepenult. acuit.

AT, cor. Oui. Met. 1. Ipse tridente suo terram percussit, at ista. Idem 2. Et teneros manibus ramos abrumpit at indeq. Iuue. Sat. 3. Hæc inter pueros uariè properantur, at ille. De qua interiectione, similibusque loquitur Seruius Aen. 12. ibi, Heu quid agat vario nequicquam fluctuat æstu. Omne aduerbium uerbo cohæret: vnde, heu, &, at at, & similia, quia verbo cohærere non possunt, separatam fecerunt aliam partem orationis, scilicet interiectionem, quam sola latinitas possidet.

ATABVLVS, pen. cor. Hor. Ser. 1. Ostentare mihi, quos terret Atabulus, & quos. antepenult. acuit. uentus est in Apulia feruentissimus.

ATALANTA, pe. pro. Oui. de Art. 2. Quid fuit asperius Nonacrina Atalāta. Ait Seruius Verg. Buc. Ecl. 7. Hippomenes uicit Atalantam puellam Cyriam cursu potētem, quę multos sponsos superatos occiderat. penult. acuit. Stat. Theb. 4. Iamque Atalātęas impleuerat nuncius aures. penultima flectit.

ATAVS, pen. cor. Mart. 5. Dum proauos, Atauosque refers, & nomina magna. Oui. Met. 14. Vidit opes atauosq; suos, Vmbrosq; senilem. Sil. 2. Ausonios ata

uos

uos ducebat consule aquosæ. Flac. 1. Tessalis exanimes a tauos, magnæque nepotem. Iuue. Sat. 3. Felices proauorum atauos felicia dicas. Ver. Aen. 7. Turnus auis atauisque potens, quem regia cõiux. Idem. Hunc ataui reges, hunc claris dextera factis. Idem 12. Murranum hic atauos, & auorum antiqua sonantem. Ait Seruius. Scimus enim solere plærunque fieri, ut primi regis, reliqui nomen eius. possideant: ut apud Romanos augusti uocantur: apud Albanos Syluij: apud Persas Arsacidæ: apud Aegyptios Ptolomęi: apud Athenienses Cecropidę. Mant. Hic atauus Bernardus erat caprarius olim. antepen. acuit.

Atax, pen. cor. Tibul. Quem tremeret forti milite uictus Atax. Luca. 1. Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas. penult. acuit.

Ater, pen. pro. Sil. 3. Ater letiferæ stridebat turbine serpens. Catul. Nec scire vtrum sis albus, an ater homo. Oui. Met. 15. Calculus immitem demittitur ater in unã. Ver. Aen. 2. Raptatus bigis, & quõdã aterque cruento. Idem 12. Voluitur ater odor tectis tum murmure cęco. penult. flectit.

Athamas, pen. cor. Stat. Syl. 2. Tornus adhuc Athamas insanos flecteret arcus. Idẽ Theb. 3. Infelix Athamas trepido de mõte ueniret. Oui. Met. 15. Admotis Athamantis aquis accẽdere lignũ. Idẽ Fast. 6. Hinc agitur furijs Athamas, & imagine falsa. Idem 4. Et frustra pecudẽ quæ res Athamantidos Helles. Idem 3. Hũc auus, hunc Athamas, hunc cætera turba suorũ. Ait Seruius. Athamas post furorem à Iunone immissum, eũ, occiso Learcho, Melicertam alterum filium cum vxore sua persequeretur: & se illi in mare præcipitassent, uoluntate numinum in deos uersi sunt. Melicerta in Portunum, qui Græcè Palæmon dicitur: Ino in matrem Matutam, quæ Græcè dicitur Leocothea. antepenult. acuit.

Athanasius, pen. cor. Mant. Quas tibi donauit tunicas Athanasius olim Idem Natus i Aegypto primos Athanasius annos. Idem. Tuncq; uidebat in hunc totis Athanasius armis. antepen. acuit.

Athenae, pen. pro. Oui. de Trist. 1. Nec peto, quas quondam petii studiosus Athenas. Idem Met. 8. Mitis habebatur magis lamentabile Athenæ. Idem 15. Quid Pandioniæ restant, nisi nomen Athenæ? Idem in Ibin. Vtque parum stabili qui carmine læsit Athenas. Stat. Syl. 1. Deliciæ quas ipse suis digressus Athenis. Sil. 14. Clade Pharetrigeri sub nixas regis Athenas. Iuue. Sat. 7. Carinatis, & hunc inopem vidistis Athenæ. Idem. Qui sumpsit pennas mediis, sed natus Athenis. Ait Seruius Aen. octauo. ibi, Et victa comptos voluit prætendere ramos. Nam cùm de nomine Athenarum, Neptunus, & Minerua contenderent: & iussisset Iuppiter, vt illius nomine diceretur ciuitas: qui munus melius obtulisset hominibus: equum Neptunus, Minerua oliuam protulit: hoc est, inquit Seruius Geo. primo. ibi, Fudit equum magno: tunc Neptunus percusso littore equum animal bellis aptum produxit: Minerua iacta hasta oliuam creauit, quæ res melior comprobata, & pacis insigne, vicitque. Vnde cùm eius ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. Hinc est illud prouerbium, Herbam do, idest, cedo victoriam: quod Varro in Aetiis ponit, cùm in Agonibus herbam in modum palmæ dat aliquis ei, cum quo contendere non conatur, & fatetur esse meliorem. Ait Priscianus libro 5. cap. de Numero, ibi, Alia contrà intellectu singularia, uoceque pluralia sunt, vt Athenæ, Micænæ. Item Fabius inquit. Inst. primo, cap. 10. Absurdum forsan videatur dicere barbarismum, quod est vnius verbi vitium fieri per numeros, sicut solœcismum: Scala tamen, & Scopa contrà, hordea, & musta, licèt literarum mutationem, detractionem, adiectionem nõ habeant. Non alio vitiosa sunt, quàm quòd pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferuntur. De quibus Scaliger lib. 4. cap. de Numero inquit, Semper igitur singularia, aut semp pluralia vt essent, effecit aut natura, aut vsus: nihil interesse vnum, plura ve sint, aut vnũ, plura ve putemus. De quibus loquitur & Seruius

Seruius Aen.10.ibi, Quiq; vrbem lique re colas:quę in numero singulari dicitur secundum Salustium: vnde apparet esse vsurpationem. Itaque hæc nomina Autorum vsu defenduntur, nulla vrgente ratione. Vide Cosas, Vbi inuenies licere dici, eo vrbem Athenas, vrbem Venetias, atque Syracusas: licèt plura addat Iulius Scaliger ad probandum, quare hæc nomina pluraliter declinantur, vbi suprà. penult. acuit.

ATHENAGORAS, pen. cor. Mart.9. Non ego, sed vester peccat Athenagoras. Idem 8. Me certè tristem fecit Athenagoras. Idem 9. Vxorem postquàm duxit Athenagoras. antepe. acu.

ATLAS, pen. comm. Luca.1. Hesperiam cal pe summoq; impleuit Atlãte. Ver. Geo.1. Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur. Idem Aen.8. Idem Atlas generat cœli, qui sydera tollit. Idẽ. Electra, vt Graii perhibent, Atlantide cretus. Ait Ser. Sanè sciendum Atlantes tres fuisse, vnum Maurum, qui est maximus, alterum Italicum patrẽ electræ, vnde natus est Dardanus, tertium Arcadicum patrẽ Maiæ, vnde natus Mercurius est. Hoc nomen ait Ser. Aen.1. ibi. Thesauros ignotũ argenti. n, non habet, licet in obliquis inueniatur. pen. acu. Oui. Met.1. Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo. Idem. Risit Atlantiades, & me mihi, per fide, prodis. antepen. acu.

ATHLETA, pen. pro. Iuue. Sat.6. Leuibus Athletis, ac vasa nouissima donat. Mant. Vnctus in Athletæ morem sublimibus ausis. pen. flectit.

ATHOS, pen. cor. Catull. Per mediũ classi barbara nouit Athon. Ouid. de Art.2. Quot lepores in Atho, quot apes pascũtur in Hybla. Idem de Pont.1. Cõfluat? an frondes alpibus addat Athos. Idem Met.11. Nec leuius, quàm siquis Athon, pindumque reuulsos. Luca.2. In medium deferret Athon, sit ora profundi. Stat. Theb.5. Mulciber: ingenti tellurem proximus vmbra vestit Athos. Iuue. Sat.10. Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax. Ait Britannicus, in nominatiuo Athon, ablatiuus Atho: Ver. Aen.12. Quantus Athos, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis. Ait Ser. quantus Athon, vera est lectio: nam si Athos legeris, non stat versus: in Athos enim es, breuis est: Athon autem dici, accusatiuus indicat: nam hunc Athona facit, sicut Apollo, Apollona: quod autem Herodotus hunc Athon, & hunc Apollon dicit, Atticæ est declinationis: Georgius Valla pro Seruio addit in Iuue. Sat.10. ibi, Velificatus Athos. Primum Athon dici, certum est, sed legitur etiam Athos, cuius genitiuus, datiuusq; est Atho more attico. Accusatiuus erit Athon, à quo sublata n, litera accusatiuus Atho legimus, & in vsu frequentissimo. Ver. Geo.1. Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo. vbi si Athon legas, non stat versus. Ait Pierius Aen.12. ibidem, In antiquis, Athon legitur. f. Seruij præpto, quẽ non nulli damnant, nescientes apud Græcos etiam inueniri Athon, & Athos, per o, magnum tamen. Sed & plura apud Despau. lib.3. fin. os. Plinius lib.4. cap.10. Histor. ait, Fretum, quo montem Athon Xerses Persarum contiuenti abscidit in longitudine passuum mille quingentorum. Valerius Max. libro 1. de Prodigiis. Eidem montem Athon iuxta Idam trãsgresso. Athon neutri generis, Vrbanus ait. penul. acu.

ATHESIS, pe. cor. Mant. Qui colitis ripas Athesis, qui flumina Melæ. Idem. Rura istam, confestim Athesis prope flumẽ in alto. Idem. Duceret in valles Athesis Germania contra. Ver. Aen.9. Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnũ. Ait Ser. Iuxta padũ, & Athesim Venetiæ flumina. antepe. acu.

ATYS, pen. pro. Ouid. Met.10. Grata deum matri siquidẽ Cybeleius Atys. Pers. Sat.1. Hoc natat in labris, & in vdo Menas, & Atys. Idem. Claudere sic didicit versum Berecynthius Atys. Ouid. in Ibin. deque viro fias, nec vir, nec fœmina, ut Atys.

ATYS, pen. cor. Oui. Met.5. Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus. Idem. Datque animos, erat Indus Atys, quem flumine Gange. Atys, puer Cybeli dilectus, pen. pro. aliorum verò nomen. pen. cor. Vide Despaut.

ATINA,

ATINA,pe.pro. Ver.Aen.7. Tela moueat, Atina potens, tyburque superbum. Ait Ser. Hæc ciuitas est iuxta Potinas paludes, dicta à morbis, qui Græcè Ατæ dicũtur,quos paludis vicinitas creat. pen.fle.

ATREVS,non contractum,pen.cor. Ouid. Met. 15.Sic magnis cedit titulis Agamemnonis Atreus.Iuue.Sat.8. Cuius & Albiolos,& Aenam pignerat Atreus. Hor. de Arte: Aut humana palàm coquat exta nefarius Atreus. Ait Fabius Inst.1.capit.10.Nam si media mutatur, aut flexa pro graui,aut apice circumducta sequente, quam ex duabus syllabis in vnam cogentes, & deinde flectentes dupliciter peccant. Sed id sæpius in Græcis nominibus accidit: vt, pignerat Atreus: contrahitur in Atrus bisyllabum & est vitium detractionis, & tenoris. nam Atreus pen.est grauis. ac etiam in Latinis fit hoc, vt virorum.penult. est longa naturà & flectitur: contrahitur in virum bisyllabum accusatiuum singularem pro genitiuo plurali, vnde dupliciter peccatur: quem vobis iuuenibus doctissimi senes, ait Fabius, acuta prima dicere solebant, vt necessariò secunda grauis esset: vt Atreus in prosa oratione, atque in legendo carmine: & contrahitur causa metri.antepenult.acuit.

ATRAMENTVM,pen.pro.Hor.Epist.2.Atramenta ferè scriptores carmine fœdo. penul.acu.

ATRACIVS,pen.cor.Prop.1.Et dicam Atraciis,licèt hæc confidat in horis. antepenult.acuit.

ATRIDES,pen.pro.Ouid.de Art.2. Viderit Atrides Helenen ego crimine soluo. Hor.Epist.1.Inter Pelidem festinat,& inter Atridem. Idem Ser.2.Vxore & gnato mala multa precatus Atridis. Iuuen. Sat.6. Sed tamen at ferro si prægustaret Atrides. Verg.Aen.11. Atrides Prothei Menelaus adusque columnas. Idem 10. Coniuge præcepta nec solos tangit Atridas. Idem 1. Atridas, Priamumque, & sæuum ambobus Achillem. Atrei filios Agamemnonem, & Menelaum, ait Seru. Idem inquit Aen.3.ibi, Coniugio Anchisa: de quo valde apud eos queritur, quemadmodum exeat ab his nominibus,quæ in es mittunt nominatiuum: nam Tytides, Tytide vocatiuum facit: vt, Danaum fortissime gentis Tytide: Atrides cùm sit simile, Atrida facit, vt Horatius, Nequis humasse velit Aiacẽ, Atrida vetas cur? Tale est & Anchisa: vt, Coniugio Anchisa Veneris dignata superbo.Sanè apud Latinos horum nominum causa manifesta est, quæ nominatiuum ipsum in a, mittunt:& recipiunt Latinam declinationem: vt, Atrides, Atrida, Scythes, Scytha, Atrides. penul.acuit.

ATRIVM,pen.cor.Oui.Met.1.Atria nobilium valuis celebrantur apertis. Iuuen. Sat.8. Atria nobilitas sola est, atque vnica virtus. Verg.Aen.1. Atria dependent lichni laquearibus aureis. Ait Seruius. In atriis, & in duobus ferculis epulabantur antiqui: prima pars erat ædium, vbi pecunias habebant: & vnde qui honoratiores erant, liminum custodes adhibebantur: vbi culina erat.vnde & Atrium dictum est, atrum enim erat ex fumo, & atrium appellatum est. Ait Varro de lingua Latina, ab Atriatibus Thuscis: illinc enim exemplum sumptum est. antepen.acuit.

ATROPOS,pen.cor.Stat.Syl.3.Gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos. Idem 4. Aut tu si longi cursum dabit Atropos æui. Idem. Atropos & patrius lauros promisit Apollo. Idem Theb. 1. Atropos hos, atque ipsa nouat proserpina cultus. Claud. Atropos, & Lachesis iungebant stamina dictis. Idem de Rapt.1.Iam dudum decreta dari, sic Atropos vrget. Mant. Suntque stare diu neget Atropos ista seuero. Idem. dixerit, hic animas quibus Atropos vltima filum. Atropos præteriti temporis fatum est: quod ne deus quidem faceret infectum. de quo Græcum Lexicon admonet, Atropon, ex Parcis vnam ab œ & τρέπω, quod sit in execrabilis, nec ad cuiusquam preces vertatur,& finem vitę habere in potestate putatur. Atropos ideo filum incidere dicitur: Clotho colum gestat, Lachesis verò net. antepen. acuit.

ATTALVS,pen.cor.Claud. Attalus hæte-

dem voluit te Roma relinqui. Oui. Fast. 4. Attalus Ausonij rem negat ille vitis. Mart. 1. Semper agis causam, & res agis, Attale, semper. Idem. Est, non est, quod agas, Attale semper agis. Hor. Epist. 1. An venit in votum Attalicis ex vrbibus. Idem Carm. 1. Agro Attalicis conditionibus. antepenult. acuit.

ATTERO, pen. cor. Ver. Geo. 4. Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas. Idem, Attriuere vtroque animam sub fasce dedere. antepenult. acuit.

ATTAGENA, pen. cor. et Attagen, auis est quædam nota, vulgò francolino, à voce sic dicta, vt multæ aues nomen sibi sortitæ sunt: vt coruus, vnde fit croco, & crocito, sic Attagena ab atta græcè quod vox crebiori, & tenui, ac denso spiritu nomen fictitium sibi generat, & penult. correpta est, sicut alia nomina sic composita: vt nubigena, alienigena vnigena. Antonius Nebriss. primam breuiat detractione t, vt libro 2. Ren, splen, atque hien, atagen, cum pectine flamen. Idem Despauterius, & ren, siue rien, Attagen, splen iunge lienen. Hor. in Epod. Ode. 2. Non Attagen ionicus. Mart. Communemque duobus attagenam. Idem in Dist. Ionicarum gustus attagenarum. Plin. libro. 9. Item apros, & attagenas. Attagena integrum est, attagen per apocopen, Attage es, attagen nis. antepenult. acuit. attagas Græcè, auis Ionicæ paluſtris varijs coloribus.

ATTEGIE, pe. cor. Iun. Sat. 14. Dirue Maurorum Attegias, castella Brigătum. Quæ mapalia, casæ, aut tuguria erant: vt Iosephus libro 7. de bell. Scribit. cùm ad festum diem venisset, quo Attegias in honorem dei componi ab hominibus mos fuit: contubernia enim Iudæi singula die festo, qui pascha appellatur, sibi cōstruūt, non pauciores quàm denos homines capientia: vbi epulabantur cæsis hostijs. antepenult. acuit.

ATTENVATVS, pen. pro. Oui. Met. 3. Sole tepente solent, sic attenuatur amore. penult. flectit.

ATTINET, pen. cor. Hor. Ser. 2. Nunquam ad rem attineat quicquam nunc visceris istas. antepenult. acuit.

ATTELLANVS, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Vrbicus ex odio risum mouet Attellanę. spōdaicus est versus, fit cum in quinta sede est spondæus, ait Donatus in Teren. Quæ dictæ sunt à ciuitate Oscorum Attella, vbi primum cœtæ sunt argumentis, dictisque iocularibus similes satyricis fabulis Græcis. penult. flectit.

ATTICVS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Atticus Eloi senior Iouis, & tua mitis. Idem 2. Attica facundi decurrent ossa Meandri. antepenult. acuit.

ATTINGO, pen. pro. Iuue. Sat. 14. Ignauā & partem vitę attigit vllā. Idem 8. Qui nunquam attigerat maiora cadauera corui. antepenult. acu. in præterito. Cicero ad Att. Cappadociæ pars, quæ Ciliciā attingit. Idem pro Dom. Nemo fuit, qui rem vllam de meis bonis attigerit. Idem In P. Macedonia, quæ tantis Barbarorū gentibus attingitur.

ATTONITVS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Rhenus, & attoniti vidit domus ardua Daci. Idē Theb. 1. Protinus attoniti fratrum sub pectore motus. Luca. 3. Attonitus mortisque illas putat esse tenebras. Iuue. Sat. 8. Præsidium attonitu, & in omni gente laborat. Idem. Pegasus attonitæ positus modo villicus vrbi. Ver. Geo. 2. Hic stupet Attonitus rostris hunc plausus hiantem. Idem Aen. 5. Attonitis hæsere animis, superosque precati. Idem 6. Attonitæ magna ora domus, & talia fata. Idem 12. Coniugis Attonitus fatis, vrbisque ruina. Mant. Non minus attonitam fecit quàm Mumius Istmon. antepe. acuit.

ATTRITVS, pen. pro. Iuue. Sat. 8. Si tenerum attritus catinēsi pumice Lymbum. Idem 6. Attritus galea mediisque in nauibus ingens. pen. flectit.

ATROX, pen. pro. Mant. Bellaque, & atroces iras septemplicis Hydræ. Idē. Vdali & atroces Mauri? infrenęq; Sueui. Ver. Geo. 1. Ecce inimicus atrox magno stridore per auras. pen. acu. Mant. O funesta dies, quæ vos atrociter ambos. antepenultima acuit.

AVARICVS, pen. cor. Sil. 5. Terga dabat leuibus diffusus Auaricus armis. antepenult. acuit.

AVA-

AVARVS, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Quem pati tur dormire nurus corruptor auaræ. Idem 6. Rescribat vidua est Loples quæ nupsit auaro. Hor. de Art. Musa loquĕ præter laudem nullius auaris. Claud. Illecebris capitur, nimiumque elatus auarus Sil. 1. Sed scelerũ causas operit deus Astur auarus. Ver. Geo. 1. Illa seges demum uotis respondet auari. penultima flectit.

AVARITIA, pen. cor. Hor. de Art. feruet auaritia, miseraque cupidine pectus. Iuue. Sat. 8. Pone & auaritiæ misere inopum sociorum. Idem 1. Maior auaritiæ patuit sinus? alia quando. Lucr. 3. Denique auarities, & honorum cæca cupido. antepenult. acuit.

AVCHENIVS, pe. cor. Claud. 5. Scis genus Auchenium nec te latuere parẽtes. Idẽ. Auchenius de iure licet certare secundo. antepen. acuit.

AVCVPIVM, pen. cor. Catull. Aucupium omne genus pisces, prata, arua, ferasque Prop. 4. Faunus plumosæ sum deus aucupio. Mant. aucupium, sed tu diuis fautoribus ista. Oui. de Art. 1. Aucupibus noti frutices, qui sustinet hamos. Mart. 1. Si captare feras, aucupis arte placet. Mant. Quippe mali manes studium quibus aucupis instar. Hor. de Art. Sĕ veluti merulis intentus decidit aceps. Vbi poeta casus aucupum admonet: quibus euenit, vt aucupes capiendis auibus nimium intenti in non præuisas foueas inciderent. vnde prouerbiale est, in nimium intento ad uota sua sine con sideratione. antepe. acuit.

AVDAX, pen. pro. Ver. Aen. 12. Quod Venus audaci nymphæ indignata licere. Idem 9. Audacem ad Turnum loco tum fortè parentis. Idem 8. Consurgunt mensis audax quos rumpere pallax. Ait Seruius. Audacem autem dicit Vergilius vbique, quoties vult ostendere vir tutem sine fortuna. Luca. 1. Audaces media potuisse cubilia Roma. Pers. Sat. 1. Iliadæ audaci quicunque afflate Cratino. Hor. Ser. 1. Audaces mare qui currunt hac mente labore. Ver. Aen. 10. Audaces fortuna iuuat, timidosque repellit. Hic versus, Audaces fortuna iuuat: legitur, Audentes fortuna iuuat: in aliquibus exemplaribus, & est emistichium: in aliquibus exemplaribus legitur carmẽ integrum. vt Audaces fortuna iuuat, timidosq; repellit. Iuuen. Sat. 6. Confundas, homo sum: nihil est audacius illis. penult. acuit. Iuue. Sat. 3. Ingenium velox audacia perdita sermo. Stat. Theb. 9. Quin etiam meu ti tumor, atque audacia gliscit. antepenult. acuit.

AVDIO, pen. cor. Ver. Aen. 6. Nate tua, & notas audire, & reddere voces. Idem 9. Audiuit, ille hæc placidos sic reddidit ore. Idem Audiit & voti Phoebus succedere partem. Idem Buc. Audiit Aeurotas, iussitq; ediscere lauros. Lucr. 2. Quæ non audierit mistos vagitibus ęgris. Mant. Scimus & inuiti dura illa audiuimus arma. Idem. Certius audĕ ui Lycias, Delphica venĕ. Iuue. Sat. 2. Montanum positis audiret vulgus aratris. Luca. 3. Audiuere manum, nec lux est, notior vlli. Mart. 1. Audieris cùm grande Sophos dum basia captas. Hor. Ser. 2. Audieris hęres, ergo nunc Dama sodalis. Cicero ad Att. de malis nostris tu prius audis, quam nos. Idem. Quam de Antonii fuga audisti. Idem. Et si hoc te ex aliis audire malo. Idem de Clar. Audisti ista de maioribus natu. idest à maioribus natu. Idem de Nat. Cleantes Zenonem audiuit. idest, Zenonis fuit discipulus. Audio. antepenult. acuit. Vi de Venio, Vide Lenio. Oui. Met. 1. Et quibus est vndis audita coercuit vndis. Iuue. Sat. 14. Cum litus audita pares, quod vulnere possis. Ver. Geo. 2. fœdere teque fragor stagnis auditus auernis. Iuue. Sat. 1. Semper ego auditor tm̃, nun quàm ne reponam? Idem. Infremuit, rubet auditor, cui frigida mente. Hor. de Art. Non secus, ac notas auditorem rapit, & quę. Idem. Et quocunque volent animum auditoris agunto. Idem Ser. 1. Auditoris & est quędam tamen hic quoque virtus. pen. flect. Vide Dico. Priscianus libro 7. ait. in ascissionibus enim si vocalis, in qua est accẽtus, manet integra,

seruat accentum integrum : vt audiuit, audit: nostratis, nostras: illice, illic. Mart. 1. Coniuge Penelope venit, abit Helene. Vide Fumo, as.

AVERTO, pe.pro. Luca. 1. Solicitare deum, Bacchumque auertere Nysa. Ouid. Met. 2. Inuidiam, inuisaque oculis auertit, at illa. Verg. Aen. 1. Franguntur remi, tum prora auertit, & vndis. Ait Seruius. Pro passiui verbi significatione actiuum ponitur. Vide Insinuo. penult. acuit. Cicero de Am. Tu velim à me animum parumper auertas. Idem ad Att. Nisi se totũ etiam, atque etiam à sermone nostro auertisset Balbus. Idem pro Flac. A iudicibus oratio auertitur. Idem Epist. Quod diiomen auertant.

AVERNVS, pe.pro. Luca. 2. Decidat in fundum penitus stagnantis Auerni. Ouid. Met. 14. Fulgentem ramum sylua Iunonis Auerni. Claud. de Rap. 1. Lucidus vmbroso miscebitur aer Auerno. Ver. Geo. 2. Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Auernis. Idem 4. Fœdere teq; fragor stagnis auditus Auernis. Idem Aen. 3. Diuinosque lacus, & auerna sonantia syluis. Ait Seruius, Auernus in plurali numero Auerna facit: ut Tartarus Tartara, Gargarus Gargara. Sanè hic lacus, antè syluarum densitate sic ambiebatur, vt exhalans inde per angustias aquæ sulphureæ odor grauissimus superuolantes aues necaret: vnde & Auernus dictus quasi aornos Græcè, penult. acuit. Ouid. Met. 5. Inter Auernales haud ignotissima Nymphis. Stat. Syl. 5. Sic Auernales scopulos, & opaca Sybillæ. Mant. Iuit Auernales, & subterranea regna. Idem. Misit Auernales, quæ subruit omnia me mors. pen. flect.

AVELLA, pen. pro. Sil. 8. Pascuaque haud tardè redeuntia condet auellæ. Idem. Surrentem, & pauper sulci Cerealis Auella. Auella oppidum est Vestinorum, à quo Auellana dicitur. Habet etiam pascua viridia, & quæ artonsa statim resurgunt. Hæc Marsius ibi. pen. acu.

AVENTINVS, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Hausit Auentini bacca nutrita Sabina. Ouid. Met. 14. Tradit Auentino, qui quo regnarat eodem. Idem Fast. 3. Constat Auentinæ tremuisse cacumina syluæ. Idem 4. Venit Auentinus post hos locus vnde vocatur. Ver. Aen. 7. Pulcher Auentinus, clypeoque insigne paternum. penultima flectit

AVENA, pen. pro. Hor. Ser. 2. Sepositi ciceris nec longæ inuidit auenæ. Verg. Buc. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Idem. Carmina Pastoris Siculi modulatur auena. Idem Ecl. 5. Infelix loliũ, & steriles dominãtur auenæ. Idem Geo. 1. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. pen. flect.

AVEO, pen. cor. Hor. Ser. 1. Incipias parto, quo auebas, nec facias quod. Idem 2. Ambo propositum peragunt iter vrbis auentes. Ouid. de Pont. 4. Quid quod id verè chare vocaris aue. Luca. 4. Cæsar auet, nec castra pari cõtingere ripas. Stat. Syl. 1. Pieriosque dies, & auentes carmina somnos. Sil. 1. Flores virens aue Agates abolere parentum. Mart. 1. Et matutinũ portat ineptis aue. Idem. Næuia lux inquit, Næuia numen aue. De Aueo verbo loquitur Quint. Inst. primo cap. 10. Et ironicè, sed abolita, atque abrogata retinere insolentiæ cuiusdam est, atque friuolæ in paruis iactantiæ: multum enim literatus, qui sine aspiratione producta secunda syllaba salutauit Auete: vbi Raphael Regius addit, Auete autem verbum in vsu esse desijt, eoque non esse affectandum Fabius innuit: de quo loquitur etiam Pontanus libro 1. de Aspiratione, ibi. a, ante n, verò consonans placuit maioribus nostris aspirare a, in hoc verbo haue, vt differat à sexto casu auis nominis, ut quidam arbitrati sunt: nũc autem vix inuenitur, qui aspiret. Lucr. 3. Quòd te imitari aueo, quid enim contendat hirundo. Idem 2. Illud in his quoque te rebus cognoscere auemus. Cicero ad Att. Valde aueo scire quid agas. Idẽ. Scire Aueres, quid esset noui. Idem. Aueo te certò scio. Idem de Fin. Etiam quid in cælo fiat, scire auemus. antepen. acu.

AVERSVS, pen. pro. Ouid. Met. 14. Inde ferens lapsus auerso tramite passus. Verg. Aen. 4. Talia dicentem iamdudũ auersa tuen-

tuentem. Idem. Diua solo fixos oculos auersa tenebat Iuue. Sat. 3. Auersus iacuit, periit libraria, ponunt. pen. acuit.

Aufero. pen. cor. Hor. Ser. 1. Hunc neque dira venena, nec hostibus auferet ensis. Oui. Met. 2. Obutus ire polis, nec te citus auferat axis. Lucr. 6. Largitur intacto spatio tamen auferet undis. antepen. acu. Cicero de Am. Solitudo aufert fructum voluptatum. Idem pro Dom. Clodius pecunias cõsulares abstulit à senatu.

Aufidius, pen. cor. Iuue. Sat. 9. Notior aufidio mœchus celebrare solebas. Hor. Ser. 2. Aufidius forti miscebat mella Falerna. Idem. Cùm ripa simul auulso ferat Aufidius acer. Luca. 2. Sennaque, & Adriacas qui verberat Aufidus undas. Ver. Aen. 11. Annis & Adriacas retro fugit Aufidus vndas. Ait Seruius. Apuliæ fluuius cadens in Adriaticum pelagus. antepenult. acuit.

Augeo, pen. cor. Oui. Met. 1. flectibus auget aquas, natamq; miserrimus Io. Ver. Aen. 7. Accipit, & numerum diuorum altaribus auget. Lucr. 5. Augebat mare manando camposque natantes. Idem. 1. Corporum augebit numerum, summamque sequetur. Cicero de Nat. Aer humorem colligens terram auget imbribus. Idem in Ant. Hos vero non tueri, sed augere commodis debeo. Idem de Fin. Tanta lætitia auctus sum. Idem ad Att. Epistolæ tuæ auxerũt mihi dolorem. antepe. acu.

Augur, pen. pro. Oui. Met. 3. Vana diu uisa est vox. auguris exitus illam. Idẽ Fast. 1. Et primum uisam consulit augur auẽ. Idem Met. 3. Namque dies aderit quam non procul auguror esse. Idem 1. Coniugis augurio quanquã Titania mora est. Idem de Art. 1. Auguror, en vinces, voti uaque carmina reddat. Stat. Syl. 3. Auguror, & patria senius cõponere terræ. Idẽ Theb. 4. Auguror hinc Thebis bellis meliora quid autem. Idem. Letus ego augurio, tantisque potissimus umbris. Claud. Augurium Phrygiæ casus uenisse supremos. Idem Romanis auibus quem Tybris inaugurat annũ. Ver. Aen. 7. Et reor & si quid veri mens augurat, opto. Ait Seruius. Auguro dicimus secundum plinium, cùm præsagis mentis futura colligimus. Auguror verò tum, cùm futura veris captamus auguriis. Cicero de Leg. Sacerdotes uineta, & virgeta, & salutem populi Ro. auguranto. Idem de Nat. Aues quasdam rerum augurandarum causa esse natas. Idem de Dom. Vt animi futura augurentur. Idem ad Att. Rectè augurans deme. Idem de Or. Ego quantũ auguror coniectura. antepenul. acuit.

Augustus, pen. pro. Oui. Met. 1. Nec tibi grata minus pietas Auguste tuorum. penult. acuit.

Augustinus, pen. pro. Mant. Augustinus adest magno solennia plausu. Idem Tristia fata gemens pater Augustinus acerbas. Idem. Qui tulit istius pater Augustinus olympo. Idem. Neste sub hac olim pater Augustinus Eremus. pen. flectit. Idem. Augustinigenum qui per deserta solebant. antepen. acuit.

Auiarium, pen. cor. Ver. Geo. 2. Sanguineisq; inculta rubent auiaria bacchis. secreta nemora sunt quæ aues frequentãt, Ait Seruius. antepen. acuit.

Auidienus. pen. pro. Hor. Ser. 1. Si te alio prauum detorseris Auidienus. penult. acuit.

Auidus, pen. cor. Ver. Geo. 1. Illudunt, pascuntur oues, auidæque iuuencæ. Idem Aen. 12. Tyrrhenum Aulesten auidus cõfundere fœdus. Hor. Ser. 2. Ni tua custodis auidus iam hæc auferet hæres. Oui. de Pont. 2. Spem fructus auidæ nemo petẽdus erit. Idem Met. 14. Semianimesq; artus auidam condebat in aluum. Stat. Syl. 2. Præcisus amnis auidus bibit anguis opheltem. Sil. 1. Ingenio motus auidus, fideique sinister. Luca. 1. Hic vsura vorax, auidumque in tempore fœnus. antepen. acuit.

Auinio, pen. cor. Mant. Mœrebat clausis rex Auione timebant. Idẽ Auinione sedens Rhodani spumantis ad vndam. antepenul. acuit.

Auis, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Rara auis in terris, nigroque simillima cygno. Idem 6. Vt puer Iunonis auem, sed defuit ætas. Hor. de Art. Serpentes auibus geminentur, tygribus agni. Oui. Met. 15. Ite bonis auibus, prolemque accersite nostram. Stat. Syl. 2. Huc doctæ stipẽtur auis, quis nobile

nobile fandi. Luca. 5. Et lætæ iurantur aues bubone finistro. Ver. Geo. 1. Insidias auibus moliri, incendere vepres. Idem. Et fonitu terrebis aues, & iuris opaci. Idem 2. Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Auernis. Idem Aen. 3. Diuinosque lacus, & Auerna fonantia syluis. penult. acuit.

AVITVS, pe. pro. Mant. Hæc tulit illustres, nec auitæ degener artis. Idem. Transilulit & lugens tumulo sepeliuit auito. Vide Auus penul. flect.

AVCTIFICVS, pen. cor. Lucr. 2. Nec porrò rerum genitales, auctificique. antepenul. acuit.

AVLA, pen. pro. Luca. 10. Purpureusque lapis, totaque effusus in aula. Verg. Aen. 1. Vestras Eure domos, illa se iactet in aula. Idem 3. Aula in medio libabant pocula Bacchi. Ait Seruius. Est autem diæresis de Græca ratione veniens, quorum ai, diphthongus apud nos resoluta, duas syllabas facit. penult. acuit. Vide Regulas nostras.

AVLAEA, pen. pro. Hor. Ser. 2. Intereà suspensa graues aulæa ruina. Verg. Aen. 3. Purpurea intexti tollant Aulæa Britanni. Idem 1. Cùm venit aulæis iam se regina superbis. Ait Ser. vela picta, ideo aulæa dicta sunt, quòd primum in aula Attali regis Asiæ, qui populũ Romanũ scripsit hæredem, inuenta sunt. Sciendum sanè Græca nomina in *u*, exeuntia cùm deriuationem faciunt *u*, Græca vocalis longa in e, Latinam diphthongũ conuertere, vt Aul*u*, Aulæa. id*u* Idæa penult. flect.

AVRA, pen. pro. Ver. Buc. Hinc alta sub rupe cauet frondator ad auras. Idem Aen. 6. Discolor vnde auri per ramos aura refulsit. Mant. Aurarum spatia, & terra, pelagoq; feruntur. pen. acu.

AVRATVS, pen. pro. Stat. Syl. 3. Bacchus, & auratus reficit sua cornua limo. Iuu. Sat. 2. Reticulumq; comis Auratum ingentibus, implet. Ver. Geo. 4. Te gemina auratus taurino cornua vultu. Mart. 13. Nō omnis laudem, preciumq; aurata meretur. pen. flec.

AVRELIA, pen. cor. Iuue. Sat. 5. Quod captator emat lenas, Aurelia vendat. antepenul. acu.

AVREOLA, pe. cor. Mant. Aureolis radiens guttis ad tempora Limbus. antepe. acu.

AVREVS, pe. cor. Oui. Met. 1. Corneus huic arcus si non foret aureus illi. Verg. Buc. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Idem Geo. 1. Venus erit, vento sem per rubet aurea Phœbe. Idem Aen. 6. Aureus & foliis, & lentouimine ramus. Idē Geo. 4. Quod superest, vbi pulsam hyemē sol aureus egit. Idē Aen. 9. Portat equus, cristaq; tegit galea aurea rubra. Ait Ser. duo ablatiui sunt, & duo nominatiui, quos metrica rōne discernimus: nam rubra crista lōgæ sunt vltimæ, quia ablatiui sunt. Sanè huiusmodi versus pessimi sunt. antepe. acuit.

AVRICOMVS, pen. cor. Sil. 3. Iam puer auricomo performidante Batauo. antepenult. acuit.

AVRICOLOR, pen. cor. Mant. ad mare proripitur Tagus auricoloribus vndis. antepenul. acuit.

AVRIFER, pen. cor. Passaq; ab auriferis tellus exire metallis. Mart. 10. Auriferūque Tagum sitiam, patriumq; Solonē. Idē 12. Auriferi de gente Tagi, tetricīq; Solonis. antepe. acu.

AVRIGA, pen. pro. Hor. Ser. 1. Instat equis auriga suis vincentibus illum. Ver. Aen. 12. Auriga Turni media inter lora Metiscū. Idē Geo. 1. Fertur equis auriga neque audit currus habenas. Ouid. Fast. 6. Corpus & aspexit lacrymis auriga profusis. Idem Met. 2. Mitit in aurigā, pariterq; animaq; rotisq;. pen. flect.

AVRIS, pen. pro. Ver. Aen. 3. Explorat ventos, atq; auribus aera captat. Idē 4. Intrātem muros, vocemq; his auribus hausi. pen. acu. Iuue. Sat. 8. Coruini, & Galbam, auriculis, nasoq; carētem. Pers. Sat. 1. Tū vetulæ auriculis alienis colligis escas. Hor. Epist. 1. Auriculas Cytharę collecta sorde dolentes. Pers. 1. Auriculis quibus? & dicas cute perditus, ohe. Idem. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. Idem. Auriculas asini quis nō habet? hoc ego opertum. antepe. acu.

AVRITVS, pen. pro. Oui. de Art. 1. In caput aurito cecidit delapsus asello. Ver. Geo. 1. Auritosq; sequi lepores, tum figere damas. Oui. Fast. 6. At simul auritis violæ de-

dementur aselli. Mart.7. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. pen.flect.

AVRORA,pen.pro.Oui. Met. 1. Eurus ad auroram,Nabatheaq; regna recessit. Idē de Art.1.Autoram versis Phœbus adiss-set equis.Verg.Geo.1.Aut redit à nobis aurora diemq; reducit.Idem Aen.12.Puniceis inuecta rotis aurora rubebit.Stat. Syl.1. Sydera quam segnis noctis aurora maritis.Ver.Aen.6.Hac vice sermonum roseis aurora quadrigis. pen.flect.

AVSONIVS,pen.cor.Ver.Geo.2.Nec non Ausonij Troiana gēs missa coloni.Mart. 1.Exulat Ausonia ꝓfusus delator ab vrbe.Stat.Syl.5.Cęsar & Ausonii cōmittit numina ferri.Luca.1.Limes ab Ausoniis disterminat arua colonis. Verg.Aen.12. Procedit legio Ausonidū pilataq; plenis. antepe.acu. Mant. Franciscus Gonzaga caput Ausoniorum. antepe. acu.

AVSPICES,pen.cor.Mant. Auspicibus diuis vadant in bella deumq;.Idem. Auspicibus diuis aliā melioribus vrbem. Oui. de Art.1.Et vinces annis,auspiciisq; patris.Hor.Epist.1.Fecerit auspicium cras ferramenta Teanum. Idē 2.Auspiciis totum confecta duella per orbem.Sil.5.Auspicium cū bella parant, mōtesq; deorū. Ver.Aen.4.Auspiciis & sponte mea componere curas. Ait Ser. Auspiciis ideo,qa maiores oīa auspicatò gerebant. Idē. Auspiciis,liceat Phrygio seruire marito.Idē 7.Auspiciis,hinc progeniē virtute futuram.Idē 10.Cuius ob auspiciū infaustū, moresq; sinistram.antepe.acu.

AVSTRALIS,pe.pro.Oui.Met.2. Aufugit australem , iunctaq; aquilonibus auster. Claud.Cū placet australes Gildo condonat habenas.Mant.Australes alius magis it Carmelus in oras.pen.flect.

AVSTERVS,pe.pro.Hor.de Art.Cælsi prætereunt austera poemata Rhamnes. Idē Ser.2.Molliter austerum studio fallente laborent.penul.flectit

AVSTRINVS,pen.pro. Ver.Geo.2. Austrinos tulerit,q̄ terga obuerterit axi.Ouid. Met.11.Insulæ in austrino si tempore forsitan illo.Mant.Labitur Austrinę qua sydera prospicit ore.pen. flect.

AVSTVRES,pen.cor.Mant.Rexerat Austuribus veteres de sanguine regum. antepe nultima acuit.

AVTARIVS,pen.cor.Prop.1. Dicam Autariisq; licèt confidet in oris. antep.acuit.

AVTOLOLES,pen.cor.Sil.5.Autololū moderator erat,quem poplite cæso.Luca.4. Autololes,Numidæq; vagi,semperq; paratus.antepen.acuit.

AVTONOE,pen.cor. Iuue.Sat.6. Gestibus autonoes hunc diligit Elia pauper.Oui. ī Ibin.Vt soror Autonoes,vt cui matertera Maia est.antep.acu.

AVTOLICVS,pen.cor.Oui.Met.11.Nascitur Autolicus furtum ingeniosus Adomne.antepen.acuit.

AVTORO,pen.pro.Mant. Atque magistratus exautorare vetusto.Hor.Ser.2. Autoratus eas an turpi clausus in arca.Cicero Epist.Quia cū depressus in ludū bis gratis depugnasset autorari sese nolebat.vnde autor, & authorare,vnde author. etiā auctoro vnde auctor.pe.fle.Vide Autor.

AVTOR,pen.pro.Seu author.Ouid.Met.1. Autorum nemorum,authorum,& monstrauerat ambas.Idem de Trist.1. Autoris moris abstinuisse sui.Mart.5. Autori pereunt garrulitate sui. Ver.Aen.10. Egregium authorem latus inter, & ilia figit.Idem 12.Autor ego audendī, sic exhortata reliquit.Ait Ser.Nomina in tor exeuntia fœminina ex se faciunt: quæ in trix terminantur. Si tamen à verbo veniant,vt ab eo quod est lego,fit lector,& lectrix: à doceo,doctor,& doctrix. Si aūt à verbo non venerint, communia sunt: nam similiter masculina,& fœminina in ror exeunt,vt hic & hæc venator : hic & hęc balneator:licèt Patronius vsurpauerit balneatricem : tale est, hic & hæc author,sed tunc cùm ab autoritate descendit:cùm autem est ab eo quod est augeo, & auctor, & auctrix facit,vt dicas auctor diuitiarum,vel auctrix patrimonij.Sunt qui cùm vtriusque nominis etymon Latinum agnoscunt, ita tamen distinguāt, vt auctor ab augeo per c, t, notetur, ab audeo verò autor absque c,quasi d,litera in t,sibi cognatam tantùm transeat: Vide ibi & plura ī Pierio. De quo nomine admonet Cornucopiæ:nec est autor primitiuum nomen, vt Ser.existimat, sed à Græco deductū,qd̄ cū th,scribitur,Latinè

nè verò sine h. Itaque Autor,& Author, vsus habet.pen. flectit.

AVTVMO,pen.cor.Hor.Serm.2. Autumat hæc populos, hæc magnos formula reges. Mant. Lux Erotæus cùm iam pectus autumat alis. Cicero in Or. Eam, quam benemeritam esse autumas.antepenultima acuit.

AVTVMEDON,pe.cor. Oui.de Art.1. Curribus Autumedon,lentisq; erit aptus habenis.antepe.acuit.

AVTVMNVS,pen.pro. Oui. Met.1. Perque hyems,æstusq; , & inæquales autumnos. Idem 14. Aspiciens pandos autumni pondere ramos.penul.acu.Mant. Autumnale comas,iam porrigit vna rubescit. Ver. Opusc. Mox autumnali reddet vindemia fœtu.penul.flectit.

AVVNCVLVS,pen.cor.Iuue.Sat.6. Et fure incipias, vt auunculus ille Neronis. Idem 14. Sed nec Brutus erit, Bruti nec auunculus vsquam. Stat.Syl.4. Gaudeat & Libyca præsignis auūculus hasta. Ver. Aen.3. Et pater Aeneas,& auunculus excitat Hector.antepe.acuit.

AVVS,pen.cor. Iuue.Sat.1. Secretò cœnauit auus? nunc sportula primo. Idem 8. In templis,quæ fecit auus? statuamque parentis. Ver. Geo.4. Stat fortuna domus, & aui numerantur auorum. Idem Aen. 10. Cui Pilumnus auus, cui diua Venilia mater. Idem 12. Murranū hic atauos, & auorum antiqua sonantem. Idem. Solis aui specimē, bigis it Tu nus in albis. pen.acu.Iuue.Sat.15. Sactamentorū conubium ruris auiti. Ver.Geo.3. Et stabula aspectans,regnis excessit auitis. Stat.Syl. 5. Cùm pulcher visu titulis generosus auitis. Idem Theb.3. Dum licet igne meo terraq; insternat auita. Claud. Fertilitas latibus vellit,detrudit auitis. pen.flectit. Pers. Sat. 5. Dum Veteres auias tibi de pulmone reuello. Stat Syl.1. Auia nymbosa reuocabūt littora bruma. Ver.Geo. 2. Auia tunc resonant auibus virgulta canoris. antepe. acu.

AVXILIOR,pen.cor. Sil.15. Serus delectæ, post auxiliabere Romæ. Oui.Met.1. Nomen & auxilium per sacras quærere fortes. Luca.10. Auxilium non forma domum,ebur atria vestit. Ver.Aen.11. Auxilioque vrbes Italæ populiq; superstint Claud. Auxiliis ibat patiēs ditionis Alanus.antepe.acu.Stat.Syl.3. Auxiliator adest,& festinatio sistens. Ouid. Met.6. Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis. Idem. Cùm frustrà resonant æra auxiliaribus vndis. Cicero Fam. Auxiliari cuipiam. Idem ad Her. Nihil humanitatis vires corporibus auxiliatæ sunt.

AXENVS,pen.cor.Ouid.de Trist.4. Dictus ab antiquis Axenus ille fuit. antepe.acu.

AXONVS,pen.pro.Luca.1. Et Biturix longisque leues Axones in armis. penultima acuit.

# B



BABYLON,pen.cor.Luca.1. Cūq; superba ferat Babylon spoliāda trophæis. Idem 6. Mœnia mittitur refugi Babylonia Parthi... Idem 10. Sed iacet Babylone sua, Parthoque verendus. Mant. Trans Tygrin, trans Euphraten Babylona videndo. Idem. Ac Romana loqui, sed quod Babylonia quondam. Idem. Rura secat geli dis Babylonica mœnia lymphis. Oui. Meta.2. Arsit & Euphrates Babylonius,arsit Orontes. Idem 4. Cogitat & dubia, & de te Babylonia narret. Idem de Pont. 2. Nec Babylon æstu,nec frigora pōtus habebit. Mart.1. Assiduus iactet nec Babylona labor. Sil.3. Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ. Lucr.5. Vt Babylonica. Chaldæam doctrina refutans. Idē 4. Cùm Babylonica magnifico splendere rigantur.antepenult.acuit.

BACVLVS,pen.cor.Stat. Theb.4. Nec iam firmanti baculo,nec virgine fida. Idē 10. Tunc natam, baculumq; manu demisit, & iræ. Oui. Fast.1. Ille tenens dextra baculum,clauemque sinistra. Iuue.Sat.9. A tegete,& baculo viginti milia fœnus. Oui.Met.2. Texit,onusque fuit baculus sylue stris oliuæ. antepen.acuit. Mant. Claudicet arrecto redit in delubra bacillo. Iuue.Sat.3. Porro meis nullo dexteram subeunte bacillo. pen.acu.

BACCAR,pen.pro. Mart.6. Propter sexcentas baccara Gausapinas. Idem 7. Audi,si nescis baccara quid sit opus. Ver. Buc. Errantes hederas passim cū baccare tellus. Ait Ser. Baccar, herba est, quæ fascinum depellit:

vt, Baccare fronte cingite: ne vati noceat mala lingua futuro. penul. acu.

BACIFER, pen. cor. Sil. 3. Bellatrix gens bacifero nutrita Sabino. antepen. acu.

BACCHVS, pen. pro. Ver. Buc. Ex Baccho, Cererisq; tibi sic nota quot annis. Idem Aen. 1. Adsit lætitię Bacchus dator, & bona Iuno. Idem 4. Bacchatur qualis commotis excita sacris. Cicero i Catil. Quāta in voluptate bacchare. Idem de Clar. Furere, & Bacchari arbitrabatur. pen. ac. Oui. de Trist. 2. Deme meis hederas Bacchia serta comis. Idem Met. 2. Orbus, ait, feres nec Bacchia sacra videres. Iuu. Sat. 2. Qui Curios simulāt, & Bacchanalia viuunt. Ver. Aen. 1. Bacchatum, & duplicē gemmis, auroque coronam. Stat. Syl. 2. Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum. Calepinus ait, quòd nomina dierū festorum tantùm pluraliter declinantur: & genitiuum pluralem tam in oium, quàm in ium terminant: vt Bacchanaliorum, & Bacchanalium idem & Priscianus. Stat. Syl. 3. Seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri. pen. flect.

BAGA, pen. cor. Sil. 5. Immitemq; Bagam, qui tam vicina ferebat. pen. flect.

BAGRADA, pen. cor. Sil. 1. Flumineaq; vrna cælatus Bagrada Parmam. Idem 5. Bagrada, non vllo Libycis in finibus amne. Luca. 4. Bagrada lentus agit, siccæ sulcator arenæ. antepe. acu.

BAIAE, pen. pro. Iuu. Sat. 3 Ianua Baiarū est, & gratū littus amœni. Idem 11. Qui vertere solū Baias, & ad hostia currunt. Sil. 8. Ore Gigantheo sedes Rhacesia Bai. Stat. Syl. 3. Sine vaporiferas blandissima littora Baias. Ver. Aen. 9. Qualis in Euboico Baiarum littore quondam. Ait Ser. Aen. 3. ibi. Huc vbi delatus Cinnæā: qui locus a socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit. penul. acu. Mart. 1. Dat Baiana mihi quadrantes sportula centū, Et dum Baianis sępe fouetur aquis. Hor. Ser. 2. Murice Baiano melior Lucina Peloris. Iuue. Sat. 12. Interiora petit Baianæ per via cimbæ. Stat. Syl. 5. Quosque Dicarchæi portus Baianaq; mittunt. penult. flectit.

BAIVLVS, pe. cor. Mant. Baiulus, & custos ad munera idoneus illa. antepen. acuit.

BALANATVS, pe. pro. Pers. Sat. 4. Tu cum maxillis Balanatum Gausape pectis. penult. flectit.

BALANVS, pen. cor. Mart. 14. Hoc ex vnguento constat, & ex balano. antepe. acu.

BALARVS, pen. cor. Sil. 3. Aduentanum alas Balarus, probat æquore aperto. antepenult. acu.

BALATRO, pen. cor. Mant. Scorta ambubaias balatrones, & parasitos. Hor. Serm. 1. Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne. Idem 2. Nauigat Antyciram, quid enim differt balatrone. Idem. Si memini Varius cum Seruilio balatrone. Idē. Audieris melius tum Vibidius balatroni. antepen. acuit.

BALBINVS, pen. pro. Hor. Ser. 2. Delectant veluti Balbinum polypus agnæ. Mant. Hac etiam balbina die curata putatur. penul. flect.

BALBVTIO, pen. cor. Hor. Ser. 1. Balbutit caurum prauis fultum male talis. Cicero Tusc. Academici balbutire desinant aliquando. Idem de D. Epicurus balbutiens de natura Deorum. antepenultima acuit.

BALENA, pen. pro. Iuue. Sat. 10. Quantum Delphino balena Britānica maior. Māt. Tertia balenas Physeteresq; pręalto. Idē Non balena graui Ionam quæ pertulit aluo. pen. flect.

BALEARIS, pen. pro. Luca. 1. Impiger & torto Balearis verbere fundę. Idem 3. Lygdamus excussę Balearis tortor habenę. Sta. Theb. 10. Roboraq;, & grauidis fundæ Balearis habenas. Ver. Geo. 1. Stupea torquentur Balearis verbere fundę. 1. Hispaniæ, ait Seru. à Balearibus insulis Hispanię: vbi inuenta est funda. pen. flect. Oui. Met. Non secus exarsit, quàm cùm Balearica plumbum. Idem 4. Tantùm aberat scopulis, quantùm Balearica torto. antenult. acuit.

BALISTA, pen. pro. Oui. Met. 11. Cùm lacertas acies, balistave cōcutit arces. Sil. 6. Balistas tormenta graues, fuetamque mouere. Idem. Donec murali balista coercuit ictu. Luca. 2. Tortaque per tenebras validis balista lacertis. Idem 3. Lācea sed dēso balistæ turbine rapta. Oui. de Trist. 1. Quàm graue balistæ mœnia pulsat onus.

nus.penult.acuit.

BALO, pen.pro.Sil.15.Lanigeræ balant sta bulis ipse ocia molli. Oui.Fast.4.Tactaque fumanti sulphure balat ouis. Sil. 6. Ducit nocte lupos positę balatibus agnę. Ver. Geo.1. Balatumque gregem fluuio mersare salubri. Idem. 4. Auditique lupos acuunt balatibus agni.Idem Aen.9. Quæsitum, aut matri multis balatibus agnum. Idem Balatum exercent, ille asper,& improbus ira.Lucr.2.Balatum pecudis ita, quod natura poposcit. Cicero de D. Exsacrificabat hostijs balantibus. penult.flect.

BALNEVM, pen. cor. Iuue. Sat. 7.Balnea serpentis,& pluris porticus in qua.Idem Balneolum Gabijs Romæ cõducere furnos.Idem 6.Balnea, nec dubiæ custodem vitis,& horti.antepen. acu.

BALSAMVM, pen.cor.Mant.Balsama,thura,crocos,veterum reminiscere patrum. Mart.5.Balsama qui semp,cinnama semper olet. Idem 14. Balsama cùm capiũt, hæc sunt vnguẽta virorum.Ver. Opusc. Hic & palmiferis balsama missa iugis. Idem Geo.1.Balsamaque,& baccas semper frõdentis acanthi.Ait Seruius,Balsamum est arbor ipsa opobalsamum succus collectus ex arbore:& ita ex composito Græco sonant.antepen.acu.

BALTHEVS, pen. cor. Pers.Sat.4.Cæcum vulnus habet, sed lato baltheus auro.Iuue. Sat.9. Balthea nec deerit, qui te per compita quærit.Ver.Aen.10. Exanimẽ rapiens immania pondera balthei. Ait Seruius, Potest & synæresis esse balthei, potest & hypermetrus esse versus: nam sequens à vocali inchoat. Baltheus autẽ numero singulari masculini tantùm est generis,in numero plurali est neutri .Iuue. Sat. 6. Ast illis quos arma tegunt, & baltheus ambit.antepen.acu.

BAPTISMA, pen. pro.Mant. Præterea baptisma datum cælestibus vndis.

BARATHRVM, pen.cor.Stat.Theb.8. Elysij & si quos procul inferiore barathro. Lucr.3.Nec quicquam in barathrũ, nec tartara deditur atra. Hor. Epist.2. Exiit illuxitque dies per inane barathrum.Idẽ Ser. 2. Nauigat Antyciram quid enim differt barathrone. Mart. 3. Quid cùm fœmineo tibi Beticę Galle barathro.Idẽ 1.Extremo ructus cũ venit à barathro: Ver.Aen.8.pallada diis inuisa super immane barathrum. Idem 3.Obsidet atque imo barathri ter gurgite vastos. Ait Seruius. barathrum est immensæ altitudinis nomen:muta & liquida penult. breuis est, positione verò producitur.Vide Abintegro. antepen.acu.

BARABA, pe.pr. Sedulius in paschali.Tũc coluere Baal, tunc elegere Baraba. pen. flectit.latina.

BARBIGER, pen. cor. Lucr. 6. Barbigeras oleaster eo iuuat vsque capellas. Idem 5. barbigeras pecudes,homini quæ est acre venenum.antepe.acuit.

BARBARVS, pe.cor. Luca.1. sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes. Ver. Buc.Barbarus has segetes en quo discordia ciues? Hor. Epist.2.Græcia barbariæ lento collisa duello. Claud.Barbariem reuocat fuluas in pectore pelles. Mant. hanc vbi barbaries aciem mirata reliquit.Clau.Libat barbarico fastu,vulgiq; superbit.Luca.1.prælia barbarico vix cõsumpta veneno.Stat.Syl.2.Non te barbaricæ versabat verna catastæ.Mant.Pellite barbaricum non accersite furorem. Oui. de Trist.3. Me sciat in media viuere barbarica.Idem 4.Nec mare nec vento barbaricaque timet.Idem Fast.4. Barbariam, rigidos, officiumque Getas. antepenult. acu.

BARBATVS, pen.pro.Hor. Ser.2.Si quem delectat barbatum amentia versat. Iuue. Sat. 4. Brute tuum facilè est barbato imponere regi. Idem 6. Barbato nondũ Græcis iurare paratis. Pers. Sat.4. Rem populi tractas barbatum hoc crede magistrum.penult.flect.

BARBITOS, pen. cor.Auso.in Epigrã. hoc genere & chordas, & plectra,& barbata conde. Sappho ad Phaonẽ. Nec facit ad lacrymas barbitos vlla meas.Hor.Ad Barbitum,Age dic Latinum barbite carmẽ, Lesbio primum modulate ciui. Idem Ode.1. Lesboum refugit tendere barbiton.Vbi ait Antonius Manc. Barbitos, masculini & fœminini legitur, & barbiton,vel barbitum neutri. Ait Despaut. Sidonius. Barbitus hic noster plectro licèt

cēt impare cantat. antepe.ult. acu.

BARDIACVS, pen. cor. Iuue. Sat. 16. Bardiacus iudex datur hæc punire volenti. antepenult. acu.

BARDOCVCVLVS, pen. pro. Mart. Gallia sanctonico vestit te bardocuculo. Idē 1. Vrbica ligonicus Tyrinthina bardocucullus. pen. acu. Mant. Bardocucullatus caput, vt campestris alauda. pen. flectit.

BARTHOLOMAEVS, pen. pro. Mant. Bartholomæus vbi socios discernere uidit. Idem. Ingrediens ædem cum Bartholomæus in altam. Claud. Et comes ad bellū Bartholomæus erat. pe. acu. diphthōgus ex causa fit. duæ enim vocales scribūtur vt vnam longam faciant: non quidem longa est natura, vt Græci dicunt, Lascare admonente: fit quandoque breuis, vt præustus. Syllaba verò longa natura semper est longa, ait Ant. Nebriss. cap. de prosodia in comm.

BARIENSIS, penult. prod. Mant. Manfredi modo nomen habent Bariensia prendunt. penult. acu.

BARVS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Barus inops. magnum documētum rem ne paternam. Idem. Bari mœnia piscosi, dehinc gratia lymphis. pen. acu.

BASCAVDA, pen. pro. Iuue. Sat. 12. Adde & bascaudas, & mille escaria multum. Mant. Barbara de pictis venit bascauda Britannis. penul. acu.

BASIS, pen. cor. Oui. de Pont. 3. quoque minus dubites, stat basis orba deæ. Mant. Subiectæque bases latum elabuntur in orbem. penult. acu.

BASIVM, pe. cor. Mart. Basia dimidio quod das mihi Posthume labro. Idem 1. Et steriles cathedras basia sola crepant. Iuue. Sat. 4. Blandaque deuexæ iactaret basia rhedæ. antepenult. acu.

BASILIVS, pen. cor. Mant. Hæc ædes sacra ta dies tibi magne Basili. antepenult. acu.

BASILVS, pen. cor. Iuue. Sat. 7. Quam basilus, rara in tenui facundia panno. Idem Quis benedicentem basilum ferat accipiat te. Luca. 4. Et basilum videre ducem noua furta per æquor. Iuu. Sat. 10. Quot basilus socios, quot circumscripserit hircus. antepenult. acu.

BASILIENSIS, pen. pro. Mant. Concilium gentes ad Basilensse vocabant. pen. acuit.

BASILISCVS, pen. cor. Luca. 9. Vulgus & in vacua regnat basiliscus arena. Idem. Quid prodest miseri basiliscus cuspide murri. Māt. sæuiit vt sicut visu basiliscus acuto. penult. acu.

BATAVVS, pen. pro. Sil. 8. Iam puer auricomo performidante batauo. Luca. 1. Vangiones, batauiq; truces quos ere recuruo. Iuue. Sat. 8. Hic petit Euphratem iuuenis, dominique Bataui. Mart. in distin. Et mutat Latias spuma Batauа comas. penult. flectit.

BATILLVS, pen. pro. Per. Sat. 5. Tris tantùm ad numeros Satyri moueare Batilli. Iuue. Sat. 6. Chironomon Lædam molli saltante Batillo. Hor. Ser. 1. Prętestam, & saltum clauum, prunæq; Batillū. pe. acu.

BATTIADES, pen. co. Oui. de Trist. 1. Nec tibi Battiades nouit, quod sæpe legenti. Idem 5. Et me Battiades iudice falsus erit. Idem in Ibin. Non quo Battiades inimicum deuouet Ibin. Stat. Syl. 5. Carmina Battiadæ, latebrasq; Lycophronis atri. antepe. acuit.

BATO, pen. cor. Sil. 14. Proxima nudarunt miserandi fata Batonis. penult. acuit.

BATRACHVS, pen. pro. Mant. Batrachus hinc Myrmix illic certare parati. Idē. Batrachus audaci semper sese ingerit ore. Idem Batrache, dic Mirmix animi cōpesce furorem. Idē, Batrache, ne verū taceā, linguosior æquo es. Idē. Batrache de gregibus metiris plurima nostris. antep. acu.

BEATVS, pen. pro. Stat. Syl. 1. Inspicies, animosq; nitent, stupet ipse beatas. Idē 2. Cretaque, Cyrreneque & qua tibi cunque beato. Iuu. Sat. 1. Nunc via processus vetulæ vessica beatæ. pen. flect.

BEBRICA, pen cor. Stat. Achill. 1. Amphitrioniades crudo quo bebryca cæstu. Sil. 15. Bebrycia populos armabat Pœnus in aula. Idem 3. Nomen Bebrycia duxere à virgine colles. Ver. Aen. 5. Bebrycia veniens amici de gente ferebat. Air Ser. Sebrycia ipsa est Bithinia, ipsa est & maior Phrigia. antepen. acu.

BELLATOR, pen. pro. Stat. Theb. 3. Et bellator Abas, indignatusque tonantem. Idē. 8. Mors fruitur cœlo, bellatoreq; volādo. Mant. Non oppressa fuit tot bellatoribus olim.

olim. Sil.9. Bellator Nasamon, vnaque in manio arctus. Ver. Aen. 12. Interea extremo bellator in æquore Turnus. Idem 11. Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam. Ait Seruius. Bellator equus est, per quem bellum geritur: aliter hominem dicimus bellatorem, qui bellum gerit. penult. flectit.

BELLICVS, pen. cor. Oui. Met. 5. Bellica Pallas adest, & protegit Aegide fratrem. Idē Fast. 2. Bellicus a telo venit in astra deus. Stat. Theb. 7. Hæc audit Pelopeia phalanx sed bellicus ardor antepen. acu.

BELLIGER, pen. cor. Stat. Syl. 1. Illinc belligeri sublimis regia Pauli. Idem. 3. Duc & ad Emathios manes, vbi belliger vrbis. Idem Theb. 7. Belliger, æternaque satus tellure, sed hostis. Mart. 1. Belliger invictis quod Mars tibi sæuit in armis. antepen. acuit.

BELLIPOTENS, pen. cor. Stat. Syl. 1. bellipotens nec tu quando tibi Gallice maius. Idem Theb. 2. Bellipotens cui torua genis horrore decoro. Ver. Aen. 11. Bellipotens optat rorantes sanguine cristas. Mant. Acrem animum gaudētem armis, & bellipotentem. antepenult. acu.

BELGICVS, pen. cor. Sil. 9. Vt cauis occultos agitat cum belgicus apros. Ver. Geo. 3. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Ait Seruius. Belgica esseda Gallica vehicula: nam Belgæ ciuitas est Galliæ, in qua huiuscemodi vehiculi repertus est vsus. antepen. acu. Mant. Sed rude Belgarum gens illa in tempora nullis.

BELIALIS, pen. pro. Mant. Amplius & cum tartareis Belialibus olim. pe. flectit.

BELVS, pen. pro. Græcè enim scribitur per e, longam circumflexam, significatque viri nomen, atque fluuij. absque flexo tamen plura significat. Hæc discas à Lexico Græco. Sil. 1. A Belo series, stat gloria gentis Agenor. Ver. Aen. 1. Auxilio Beli genitor, tum Belus opimam. Idē. Impleuitque mero pateram, qua Belus, & omnes. Ait Seruius: Belus fuit primus Assyriorum rex, quos constat Saturnum, quē solem dicunt, Iunonemque coluisse: quę numina etiam apud Afros posteà culta sunt. Vnde & lingua Punica Baldeus dicitur, apud Assyrios Bel fertur. Belus penult. flectit. Oui. de Trist. 3. Belides & stricto barbarus ense pater. Idem 10. Belides in que tuos sed isti Sisyphe saxo. Iuue. Sat. 6. Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphyle. Stat. Theb. 6. Belidæ fratres, sed vultu mitior astat. Ver. Aen. 2. Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama. Ait Seruius. Nam Palamedes septimo gradu à Belo originē duxit. Oui. in Ibin: Quæque gerunt humeris perituras Belides vndas. Idem Met. 4. Assiduæ repetunt, quas perdunt Belides vndas. qua si Beli neptes, filiæque, ait Seruius Aen. 11. ibi Italides, quas ipsa decus. Itales pulchra deriuatio, non vera: nam verū est Italæ, Italus autem, vnde est Italides, magis est patronymicum, quàm deriuatiuum. sic Belias, vnde Balides. Addit Lucidarium poeticum, Belides, Belidæ patronymicum masculinum, quo significatur, filius, aut aliquis de genere Beli. Vnde primam producit, ut supra ex Lexicō Græco Quintinianus, ac Despauterius aiunt, Belides masculini generis, penult. producit: plurali verò numero à patronymico fœminino Belis, aut Belias, ait Seruius, penult. breuiat At potius in quam, ex generibus linguarum apud Græcos, quas dialectus vocant, vsurpatione poetarum defenduntur.

BELLEROPHON, pen. cor. Manil. 5. Hoc genitum cedas desidera Bellerophontē Iuue. Sat. 10. Hyppolito graue propositum quid Bellerophonti. Prop. 3. Bellerophontei qua fluit humor equi. penult. flect. Bellerophon. antepenult. acu.

BELISARIVS, pen. cor. Mant. Cum cæpit ruere imperium Belisarius olim. Idem. Editus hinc magni domitor Belisarius orbis. antepen. acu.

BELLONA, pen. pro. Oui. Met. 5. Pollutoq; simul multo Bellona penates. Idē Fast. 5. Hac sacrata die Tusco Bellona duello. Flac. 2. Eumenidum, ferrumque super Bellona coruscet. Stat. Theb. 2. Impulerit Bellona tubas huic annua sacro. Mātu. Assiduæ surgunt passim Bellona cruorem Idem. Armorum hæc natura fuit Bellona suopte. Iuue. Sat 6. Bellonæ, matrisque deum chorus intrat & ingens. Ver. Aen. 8. Quam cum sanguineo sequitur

tur Bellona flagello. Quę bellorum dea est, ante cuius templum erat columna, quæ bellica dicebatur: super quam hastā iaciebat Fecialis bellum indicens.penultima flectit.

BELVA, pen.cor.Sil.5.Haud visum cuiquā laxo,ceu belua campo.Hor. Ser.2. Possis ò toties seruus quæ belua ruptis.Claud. Tute posse putant, nec belua tetrior ulla est.Iuue.Sat.4. Excidet Aruiragus peregrina est belua ceruix.Despauterius docet cum æ,diphthongo scribi bælua, teste Georgio Valla. sunt qui gemino ll,sine diphthōgo,ut bellua scribant,ut Cornucopiæ ait. Bellua immanis fera, quasi bellum gerens.antepen.acu.

BENACVS, pen.pro.Ver.Geo.2.Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.Idē Aen.10. Quos patre Benaco velatus arundine Clauco. Ait Seruius, Benacus est Venetiæ,dequo fluuius nascitur Mincius.Iure ergo dux Venetus fluuiū prouinciæ suæ depinxit in naui,quem Benaci filium dicit: quia ex ipso habet originem. Mant. Per colles Benace tuos, per consita oliuis.Idem.Ad vada Benaci,qui bus est piscaria nomen.penult. flectit.

BELLARIA, pen. cor. Mant. Nautica postremis hæc sint Bellaria mensis.antepenult.acuit.

BENE,pen.cor.Oui.de Trist.5.Nec tibi cessaret doctus benedicere lector.Iuue.Sat. 5.Spes bene cœnandi vos decipit esse dabit.Nam.Oui.Met.1.Deprensi toties bene nosset furta mariti.Idem 2.Vix bene desierit,currus petit ille paternos. Bene aduerbium, quia discrimen non habet, penult. acu. Bonus, non benus dicimus. ideo nō habet accētū in fine,sicut cętera.

BENEDICTVS, pen. pro.Mant. Huic nomen Benedictus erat, contraxit in vnū. penult.acu.

BENEVENTVM,pen. pro.Hor.Ser.1. Tendimus huic recta Beneuentum,vbi sedulus hospes.pen.acu.Iuue.Sat.5. Tu Beneuētani sutoris nomen habentē.pe.flect.

BENIGNVS, pen.pro. Stat.Syl.2.Tūc ego, teque diu recolam, dominamque benignæ.Tibul.1.Flore odoratis terra benigna rosis.Luca.5.Mortales optare vetat, iustisque benignus.Hor.Serm.2. Munificum esse licet,vellet bonus, atque benignus.Iuue. Sat.10. Sanguine feruentem tribuat natura benigna.penult. acu.

BEO,pen.cor.Hor.Epist.2.Fundet opes,Latiumq; beabit diuite lingua.Iuue. Sat. 1. Nunc via processus vetule vesica beatæ. Idem. Signator falsò qui se lautum, atque beatum.Prop.2.Illa sepulturæ fata beata tuæ. pen. flect. Per.Sat.3. Hinc tuba,candelæ,tandemque beatulus alto. antepenult. acu.

BELLVM, pen. pro. Iuue.Sat.10.Bellorum exuuiæ, & truncis affixa trophœis.

BERECYNTVS,pen.pro.Stat.Theb.4.Solatur. lachrimas, qualis Berecynthia mater.Claud. Nec iuga sulcabit noster Berecynthia currus. Pers. Sat.1. Claudere: sic didicit versus Berecyntius Atys.Oui. Met.10.Lætus abit, gaudetque malo Berecynthius heros.Ver.Aen.6. Felix prole virum qualis Berecynthia mater. Idē 9. Ipsa deum fertur genetrix Berecynthia mater.Ait Seruius.Berecynthia,mater deum à monte Phrygio Berecynto: cuius vltima syllaba caret aspiratione quam addimus quoties montem Deli Cinthum dicimus.Est autem tenuis discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio: nam ecce Ripæi montes Arcadiæ non scribuntur cum aspiratione,quam addimus cùm Ryphæos montes Scythicæ significamus.antepen.acuit. Grammatici ferè omnes, qui de literis scripsere, vt & nunc temporis, docent h, non esse literam, sed aspirationis notam.Tu lector audeas dicere h, literam esse aspirationis,ac figuram,vt b, literam mutæ,l,semiuocalis,& a, vocalis.Ad hoc sufficeret Fabij Quit.autoritas, qui Inst. 1.cap.de literis asserit ibi. An rursus aliæ literæ redundent præter h, aspirationis. & cap.10. apud nos potest quæri, An in scripto sit vitium, si h,litera est, nō nota. Sed vt studiosorum aures his nostris magis acquiescant, plures sequemur rationes, ac autoritates professorum rei huiusmodi:quibus h,& figuram, & literam aspirationis esse: & tandem notam esse demonstrabimus: non tamen vt Græcorum est vsus.Et priusquam argumentis, & rationibus asserentium h, notam esse aspi-

aspirationis,& nō literam, enodemus h, habētem esse figuram,qđ Fabius Quint. probat cap.de literis.An rursus aliæ literæ redundent,præter illam aspirationis, quæ si necessaria est,etiam contrariam sibi possit,sic (.) vbi ait Raphael Regius: Ex his vtrisque signis Latini aspirationis figurarunt.Idem Aldus Manutius,vbi de diuisione literarum Græcarū differit,has notas,quarum prior à Grçcis Dasea fertur,altera Psile,in vnum cogentes Romani fecerunt suam comprehēdentē vtrasque: qua cursim scribēdo vtimur,h, seu literis maiusculis:ita H, qua cursim scribendo non vtimur. Idem Pontanus, libro de figuram dedere, & inter literas notare maluerunt. quod etiā Pierius in Verg.Buc.Eclo.2. Latini ex duabus illis notis in vnam contractis, copulatisque suam conflarunt literam. Lector figurā habes aspirationis duabus lineis curuis confectam: quæ à lineando litera vocatur,nō à lituris,vt veteres dixerūt:lineis enim quæque constat litera.vnde Grammatica Geometriæ subest. Nota sumitur à Latinis multis modis. Cicero de Diuin. Notæ priscarum literarum in robore īsculptæ sunt.Idem in Part.Literatura ex notis constat literarum. Aliter à Grāmaticis,cap.de Distributione. Distributiuum nomen est signum,seu nota distributionis vt,quisq;,aliter,à Prisciano cap.de Accētibus. Aliter à Quintiliano cap.de Literis ibi,Et præter q, quæ & ipsa quorundam nominum nota est, ut qui, quæ, quod, quando, similiumque, quod nulla consonantium potest: sin aliter? Redundaret quidem Latinis habentibus c, quæ perfert vim suam omnibus. Ideo Fabius notam vocauit, quia hoc officio notatur inter literas propter u, cùm post q,liquescit, cui apponi nō potest c. Hac ratione h, nota aspirationis vocatur à Latinis, quæ & ipsa quorundam verborum nota est, reddens literarum sonos crassiores, ac vegetiores, ait Gellius,vt litera crassior differat à tenui, vt habeo,abeo homine,omine: sin aliter redundaret profectò Latinis, vt veteribus,qui, ait Fabius, parcissimè etiam in vocabulis usi sunt:qui ædos,ircosq; dicebāt:apud quos c,nota aspirationis quoddam fuerat signū Pontanus admonet: vt fit hodie à Græcis supra uocalē,qđ inter accētus habent:à Latinis vero h,inter literas notatur,quæ notat,& idicat, nescio quid speciale officium afficiēdi vocalem spiritu crassiori,qđ nulla pōt consonantium.Seruans ēt vim eius,quam Daseam vocant. Sunt eædem igitur h,figura,litera,& nota apud Latinos, inter se parū distantes penes quid nominis, nō quid rei: h,enim repræsentat spiritum quendam, quo literarum sonus fit crassior, ac vegetior: q spiritus, ait Capella, ex faucibus contractis proficiscitur per potestatē cū vocali auribus accidens:qui spiritus non est vocalis, quem vocalis animam vocat Scaliger:si aures sonorū verè sūt indicas, testante Fabio cap.de Literis,& cap.10.Illa verò non nisi aure exiguntur, q̄ fiunt per sonos. vnde h, literæ sonus apparet, vt Pierius asserit in Verg.Buc.Ecl.2.ibi. Habet præterea h,sonū propriū: nā literati his temporibus mihi, & nihil h, tm̄ inter duo illa ii intericientes scribunt, eas tñ dictiones propemodū nunciant,ac si cum h,c insertum esset,quod quidē ipsius h,literę vim,& sonum propriū ostēdit.vnde Velius Longus ait,h,& ante vocalem,post vocalem,nescio quid propriū sonare.Idē Pontanus. At h, literæ sonus non est,vt sibila serpentū, atq; auiū,quæ illiterata sunt, ac inarticulata. H,literæ quidē,vt sonus sit literatus,figura demōstrat:atq; articulatus,qui ab aliquo mentis affectu proficiscitur cū voluntate, vt Priscianus asserit.vnde elemētū apparet: qui lib.1.Ponens differentiā inter vocales,& consonantes,vocales ꝑ se mouētur ad perficiendam syllabam, & consonantes mouent secum: cōsonantes verò sine vocalibus immobiles sunt. Idem lib.17. Præterea elementorum alia sunt vocalia, quæ per se vocem perficiunt, alia sunt consonantia: quæ sine vocalibus perficere vocem nequeunt.Hæc Quint. cap.de Literis:quomodo duabus demum vocalibus in se ipsas coeundi natura sit, cùm consonantium coeat nulla, nisi alteram frangat: ac si diceret, ait Scaliger, consonantes nullas mutari à vocali sequente:

quente: sed earum sonos augeri cum voce vocalis sequentis. Vnde consonãtẽ dici, quia cum vocali propriè sonat i syllabis. Hæc Priscianus libro 1. Cum extrinsecus cedunt vocalibus fiunt consonantes: intrinsecus autem species remanent consonantium. Et si quispiam hoc non esse obiiceret, ab eodem quærerem syllabicentur, homo, habeo, herus: sine h, quidem hodie syllabicari non valerent, vt apud veteres fieri hoc poterat. ait Fabius cap. 10. Cuius quidem ratio apud veteres mutata cum temporibus est sæpius: parcissimè ea vsi sunt in vocabulis, vt oedos, ircosque dicebant. Apud nos, ait Fabius, aspirationis vsus & scribendo, & loquendo adeò subditur barbarismi vitio, vt h, est adiicienda vnde detrahitur, & abiicienda, vbi scribit. Item proferatur vnde abiicitur, & non pronuncietur vbi adiicitur. Hæc Quint. cap. 10. Barbarismos alios fieri scribendo s. adiectione, detractione, immutatione, transmutatione, alios loquendo fit diuisione, complexione, aspiratione, sono: Vt si quispiam scriberet, atque ita loqueretur, omine, à nominatiuo homo: aut homine, à nominatiuo omen: vtriusque. quidem videretur barbarismi vitium. Vnde dicendum erat, homine ab homo, & omine ab omen: nec aliter hodie vsus acceperit. Pontanus asserit h, figura, & quasi nomine minime careat: tamen si potestas ei desit quod prius Priscianus dixerat libro 1. ibi, Nihil enim habet h, litera, nisi nominis prolationem. A Pontano sanè scire vellem, quonam modo intelligat figuram, nomen, & potestatem: sciat quid docet Fabius Quint. Inst. 1. cap. 2. Sed quod in literis obest, in syllabis non nocebit: neque enim mihi illud saltem placet, quod fieri in pluribus video, vt literarum nomina, & contextum prius, quàm formas paruuli discant: & ita facientibus, ait Fabius, quid contra euenit: retro agant rursus, & varia permutatione perturbant, donec literas, qui instituuntur facie norant. Quasi dicat, in scribendis literis indigemus figuris, atque formis literarum: in loquendo verò indigemus nominibus. Ideo literarum, quæ proferuntur in oris cõcauo, figura mente percipitur: nomen verò propria cum potestate auribus accidit, vt constat optimè proferentibus, vt ait Fabius. An cuiuslibet auris est exigere literarum sonos? non hercle magis quàm neruorum. quasi dicat, nõ nisi qui peritus est i arte, instar quarum est mentis conceptu in oris aere labiis & lingua cuiusque literæ figura lineatur, vt Auerr. de Sono, & Voce, atque Arist. Periher. quæ in voce, & scripto sunt earum notæ, quæ in anima passionum. Hęc Antonius Nebriss. de Vi & potestate enodat. Audi Lector, scribens literas non loquitur, ait Fabius, & calamo literarum figuras lineat: vnde igitur non loquens figuras habet, quæ lineantur? nisi quòd Fabius suprà admonet. facie, & figura pueri prius norint literas: quas literarum formas velut depositas memoria tenerent, reddendas tandem scribentibus, & legentibus. Hæc Fabius cap. de ortographia. Hic enim est literarum vsus, ut custodiant voces, & velut depositum reddant legentibus. Itaque id exprimere debent, quod dicturi sumus. Nunquid lineæ, caracteres, aut notæ voces habent? vnde ergo habent voces, quibus mens figuras concipit? non nisi est, ut Antonius Nebriss. in Opusc. asserit. eo modo literæ verba humanis vocibus formata designat, quo verba ipsa res mente conceptas: quæ per ea significantur. Et quid aliud Verg. Aen. 6. canit. Alma uiros folijs tantùm ne carmina manda, Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. Itaque h, litera pronuncianda habet potestatem, quæ ipsa est pronunciatio, cum qua nomen proferendo auribus accidit. Tria ergo, vt aliis literis, accidunt h, aspirationis literæ, nomen, figura, & potestas: quæ tria non nisi simul in proferendo esse debent, vt auribus constat eruditis in arte. Item rursus Pontanus probat: h, non esse literam his mediis. L lenior est in se habens lenitatem, lenitas non est litera, ergo L, non est litera. Item R, asperior est, in se habens asperitatem, asperitas non est litera,

ergo

CAIVS, dictio dissyllaba est,nisi per diœre sin ex i,consonante facias vocalem in trisyllabam:tunc pen.corri. Manr. Tum Caius,qui præsul erat, Romanus in altis. Mart.9. Peruigil in pluma Caius esse iacet. Idem. Caius à prima tremebundus luce salutai. Idem. Caius & mallet vulnera mille pati. Idem. Nõ mauis quam ter Caius esse tuus. Idem 11. Caius hanc lucem gemma mihi Iulius alba. Idem Caius vt fiat Iulius, & Proculus. Idem 9. Quod debes Cai, redde inquit Phœbus, & illinc. Idem 2. Quod peto, da Cai, nõ peto consilium. Idem 10. Si donare vocas promittere, nec dare Cai. Ait Ser. in Ver. Aen. 1. ibi, Troianus origine Cæsar. hic est, qui dictus Caius Iulius Cæsar. Caius prænomen est. Hor. Ser. 2. Quinte puta, aut Publi gaude prænomine molles. Ait Britannicus: nam prænomine nemo appellari poterat q ciuis Romanus non fuerat: de quo Ascensius admonet, in Quint. cap. de Ortogr. Caius, & Caia à gaudio deducta putantur, & ideo per g, essent iure scribenda: vbi etiam quærit Fabius, quid? quæ scribuntur aliter, quã enunciantur? Nam & Caius c, litera notatur, quæ inuersa mulierem declarat: quia tam Caias esse vocitatas, quàm Caios etiam in nuptialibus sacris apparet. vnde ortographia c, sibi vendicat, pronũciatio verò sibi g, contra literarũ vsum, qui est, vt literæ custodiant voces, & veluti depositum reddant legentibus: & id exprimere debent, quod dicturi sumus. Fallit hoc tamen in Caius, & Cnæus, similibusque, quæ aliter scribuntur. & aliter proferuntur: in quo consulit Fabius. Iudicium autem suum Grammaticus interponat his omnibus: nam hoc valere plurimum debet. Ego, ait Fabius, nisi quòd consuetudo obtinuerit sic scribendum quicque iudico: quomodo sonat: hoc est ait Mosellanus: nisi consuetudo contrà obtinuerit, seu nisi, idest præterquàm quòd consuetudo obtinuerit. Non bene igitur Antonius Nebriss. lib. 3. cap. de Ortographia, vbi asserit, scribendum quodque quomodo sonat. At rectius, duce Fabio, & scribendum, & loquendum est, vt eruditorum viget consuetudo. cur enim, ait ille cap. de Consuetudine, malimus facere, vt fecerunt, quàm vt faciant. Idem cap. de literis inquit, sciat etiam Ciceroni placuisse aiio, Maiiaq; geminata i scribere, quod si est, etiam iungeretur, vt consonans. Idem Priscianus libro septimo ait, in veteribus inuenies scriptutis, quoties inter duas vocales i, ponitur, vt Eiius, Pompeiius, Vulteiius, Caiius. ergo, si Pompeius, Vulteius, in nominatiuo trisyllaba sunt, necessariò in vocatiuo bisyllaba esse debent: quod esse non potest, nisi i, loco consonantis accipiatur. quia vocatiuus omnis in i, desinens vna syllaba minor esse debet nominatiuo suo: ergo Pompei, Vuultei finalem i, habet consonantem: Hor. Epist. 1. ad Mecœnatem. Durus, ait, Vultei nimis, attentusque videris. Ita & Cai: de quo loquitur Ascensius Ciceronis ad Herennium Rhetor. primo. Tua nos Cai Herenni, vbi etiam scies, ait Cai nisi fiat diœresis, monosyllabum esset. Idem Antonius Nebriss. lib. 2. Animaduertendum est, vocatiuum hunc quandoque desinere in uocalem: quandoque in consonantem. Nam si in nominatiuo i, consonans est ante us, ablata us, relinquitur i, consonans: vt, Vulteius, ô vultei, quod si ante us est vocalis, in vocatiuo relinquitur i, vocalis: ut Caius, ô Cai. Hoc Despauterius lib. 2. Proprium est i, cõsonantis in pristinam formam redigi, & augere numerum syllabarum, vt Cai.

CAIETA, pen. pro. Sil. 8. Fundique & regnata Lamo Caieta, domusq; Iuue. Sat. 14. Littora Caietæ summa nunc Tyburis arce. Verg. Aen. 6. Tum se ad Caietæ recto fert littore portum. Idem 7. Aeternam moriẽs famam Caieta dedisti. Quæ nutrix Aeneæ nomen huic ciuitati fuit, quæ

quę illic regnauit, poteſt & à littoris cur uitate appellari. Lacones enim, vt aiunt, qui illic habitarunt ſuo idiomate nominauerunt. Hæc poeticum Dictionar. pen. flect. Seruius aliter ait, lectum eſt in Philologis, in hoc loco claſſem Troiano rum caſu concrematam vnde Caieta dicta ἀπὸ τοῦ χαίειν, quod eſt cremare.

CAICVS, pen. pro. Luca. 1. Et vos crinigeros bellis arcere Caico. Ver. Aen. 1. Aut Capit, aut celſis in puppibus arma Caici. Idem Geo. 4. Saxoſumq; ſonans Hypanis, Myſuſq; Caicus. Idem Aen. 9. Primus ab auerſa conclamat mole Caicus. Oui. Met. 2. Filia centauri quam quondã nympha Caici. pen. flect.

CAYSTRIVS, pe. cor. Oui. de Triſt. 1. Vtq; iacens ripa deflere Caystrius ales. antepe nult. acuit. Idem Met. 2. Flumineæ volucres medio caluere Cayſtro. Ver. Geo. 1. Dulcibus in ſtagnis rimatur prata Cayſtri. penult. acu.

CALABER, pen. cor. Luca. 2. Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon. Hor. Epiſt. Non quo more puri veſci Calaber iubet hoſpes. Mart. 8. Sic Maro, nec Calabri tẽtauit carmina Flacci. Idem. Qua ſaturas Calabris culta Galeſus aquis. Verg. Geo. 3. Eſt etiã ille malus Calabris in altibus anguis. antepe. acu.

CALAIS, pen. cor. Prop. 1. Hunc ſuper & Zetis, hunc ſuper & Calais. pen. acu.

CALAMVS, pen. cor. Ver. Buc. Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Idem. Tu calamos inflare leues, ego dicere verſus. Lucr. 5. Et Zephyri caua per calamorum ſibila prima. Iuue. Sat. 7. Frange miſer calamos, vigilataque prælia dele. Perſ. Sat. 3. Tunc queritur Craſſus calamo quòd pendeat humor: & calamiſtrum. de quo ait Seruius Aen. 12. ibi, Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes. Nã calamiſtrum eſt acus maior, quæ calefacta, & adhibita intorquet capillos. Etiam Cicero calamiſtrum, comam appellat frequenter. calamus antepenultima acuit.

CALATIA, pen. cor. Sil. 8. Inſula nec paruis aberant Calatia muris. antepenultima acuit.

CALATISCVS, pe. pro. Catul. Vellere vir gati cuſtodiebant calatiſci. pen. acu.

CALATHVS, pen. cor. Ouid. Faſt. 2. Ante torum calathi, lanaq; mollis erat. Idem 4. Hæc implet lento calathos è vimine nexos. Prop. 3. Lilia virgineos lucida per calathos. Verg. Geo. 3. Sub lucem exportant calathis adit oppida paſtor. Idẽ Buc. Vina nouum fundam calathis arui ſia nectar. Idem. Ecce ferunt nymphæ calathis tibi candida Nais. Ait Seruius, calathus Græcum eſt, nam Latinè quaſillum dicitur. Cicero in Philip. An non inter quaſilla pendet aurum. corripit primam. Quanuis qualus eandem producat. Tibul. 4. Sit tibi cura togæ potior, preſſumque quaſillum. antepenultima acuit.

CALCANEVM, pen. cor. Verg. in Aetna: Continuis rimis calcanea ſciſſa rigebãt. antepen. acuit.

CALCAR, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Calcaret in digito clauus mihi militis hæret. Luca. 4. Nec quãuis crebris iuſſi calcaribus addunt. Stat. Syl. 1. Impetus & tantis calcaribus ilia latè. Mant. Dixit, & amplectens haſtam calcaribus vrget. penultima acuit.

CALCEDONIVS, pen. cor. Claud. Et Calcedonias contra deſpectat arenas. Verg. Opu. Hic Calcedonias Admeti cura morata eſt. antepen. acu.

CALCES, pen. pro. Mant. Calcibus obduris & inerti mole fatigat. Iuu. Sat. 1. Palleae vt nudis preſſit qui calcibus anguẽ. pe. a.

CALCEVS, pen. cor. Hor. Ser. 1. In pede calceus hæret & eſt bonus, & melior vir. Iuue. Sat. 10. Dum iacet in ripa calcemus Cæſaris hoſtem. antepe. acu.

CALCITRO, pen. cor. Hor. Ser. 2. Cui malè ſi palpare recalcitrat vndiq; tutus. Oui. Met. 12. Calcitrat, ardeſcũt Germani cæde bimembres. Iuue. Sat. 5. Tertia ne vacuo ceſſaret calcitra lecto. Cicero pro Cœl. Eũ habere tuis copiis deuinctũ nõ potes, calcitrat, reſpuit. antepen. acu.

CALX, prod. Verg. Aen. 11. Quadrupedem neque citum ferrata calce fatigat. vbi ait Pierius, In antiquis aliquot codicibus, quadripedemque, & obſeruatum ſæpius per i, ſecunda ſyllaba: & ferrato virili genere in impreſſis codicibus aliquot

aliquot inueni: parcius, ĩ manu scriptis, qui plurimum habent, ferrata calce, genere fœmineo: vti est in Mediceo codice & ita scripsisse Verg. Nonius Marcellus attestatur: quanuis Plautus, & Varro calcem masculino genere dicere maluerint. Prætereà quæritur, dicit Probus, qua de causa Verg. nomen hoc fœminino genere pronunciauerit: factumque ideo, ait, quoniam quæcunque nomina Romana, dumtaxat inanimalia nominatiuo casu numeri singularis x, litera terminantur: & monosyllaba esse reperiuntur. hæc fœmini generis esse pronunciantur: vt & Vergilius ait. Ferrata calce fatigat Idem Aen.5. Ecce volat, calcemque terit iam calce Diores. Ait Ser. Calcem dicimus, vnde terram calcamus: ergo non propriè dixit, calcem non potuit terere. vnde à parte totum accipiendum, idest, calce pedem terebat. Acui. Cicero Tusc. Video calcem, ad quem decursum est. Idem de de Sene. A calce ad carceres reuocari. Idẽ pro Syll. Cum pugnis, & calcibus consciſsus. Idem pro Milo. In eam insulam materiam, calcem, & cęmenta conuexit.

CALCO, pen. pro Perf. Sat. 2. Hunc rapiant quicquid calcauerit, hic rosa fiat. Sta. Syl. 1. Calcabam nec opinus opes, nam splendor ab alto. Luca. 10. Calcabatur onix, hebenus Mareotica vastos. pen. acu. Oui. Met. 2. Stabat & autumnus calcatis sordibus vuis. Claud. Aut serpens calcata fuit iurata deorum. Sil. 1. Calcatus rupit lethali vulnere serpens. Idem 3. Emicet in Martem, & calcato fœdere victor. penultima flectit.

CALCVLVS, pen. cor. Iuue. Sat. 9. Computat, & calle, ponatur calculus, adsint. Sil. 12. Sic vbi perrumpit stagnantem calculus vndã. Oui. de Art. 2. Siue latrociniis sub imagine calculus ibit. Idẽ 3. Vnum cum gemino calculus hoste petit. Idem Met. 1. Calculus omnis erat, quas tu vix ire putares. Ver. Geo. 2. Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis. Ait Ser. Calculus lapis, breuis terræ admistus, dictus calculus quòd sine molestia sui breuitate calcetur: & qui in vesica fit: etiã & cultor lapideus. antepe. acu.

CALAVREA, pen. pro. Oui. Met. 7. Inde ca laureæ Latoidos aspicit arua. pen. flect.

CALCHAS, pen. pro. Oui. de Art. 2. Quantus erat Calchas extis Telamonius armis. Verg. Aen. 2. Extemplò tentanda fuga canit ęquore Calchas. Idem. Improuisi aderant, ita digerit omnia Calchas. Idem. Hanc tamen immensa Calchas attollere molem.

CALE, pen. cor. Ver. Aen. 7. Aequora quique Cales linquunt, amnisque nudosi. Ait Ser. ciuitas est Campaniæ: nã in Flaminia est, quæ Cale dicitur: est & in Gallia hoc nomine, quam Salustius captam à Persenna commemorat. Sil. 8. Quem genuere Cales, non paruus conditor vrbi. penult. acu.

CALENDAE, pen. pro. Hor. Ser. Quid nisi cùm tristes misero venere Calendæ. Ouid. Fast. 1. Vendicat Ausonias Iunonis cura Calendas. Idem. At quæ venturas pręcedit sexta Calendas. Idem de Art. 1. Siue dies suberit natalis, siue calendę. Tibul. 2. Martis Romani festę venere Calendę. Iuue. Sat. 9. Munera fœmineis tractat secreta Calendis. Calendę plurali numero, initia dicuntur mensium, à calo verbo Gręco, quod est voco: nam minor Põtifex Lunę primum obseruabat aspectũ, visam regi sacrificulo nunciabat, itaque sacrificio ab rege, & minore pontifice celebrato, idem pontifex, calata, idest vocata in capitolium plebe iuxta curiã calabram, quot numero dies à calendis ad nonas superessent. Hor. libr. Carm. Martiis cęlebs quid agam Calendis? Calendę enim fœminis dicatę sunt Martię pro beneficio habito ex triginta fœminis iam enixis de illis, quę raptę fuerant: quarum gratia facta fuit pax. Hęc Ser. in Ver. Aen. 8. ibi, Romulidis, Tatioq; seni, curibusq; seueris.

CALENVM, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Occurrit matrona potens, quę melle calenum. Sil. 13. Trifata vmbrifero generatum mente calenum. pen. flect.

CALEO, pen. cor. Ouid. Met. 7. Esse potest, tristi desiderioq; calebat. Idem 15. Vnda die gelida est, ortuque, obituque calescit. Idem 1. Dum calet, & medio sol est altissimus orbe. Idem 2. Tum primùm radiis gelidi caluere Triones. Idem. Flumineę

volucres

volucres medio caluere Cayſtro. Verg. Aen.12.Spes Italas recolent noſtro Tyberina fluenta. Luca. ſeptimo. Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror. Stat. Theb. 1. Læta calet melius votis Mæeotica fumat. Cicero in Saluſt. His vitiis & meæ,& veſtræ iam aures calent. Idem de Senect. Vna veſtita pampinis nec modico lepore calet. Idem ad Heré. In re frigidiſſima cales. antepen. acuit.

CALYDON. pen. cor. Oui. Met.6.Et nondum toruæ Calydô inuiſa Dianæ. Idem 8. Huius opem Calydon quanuis Meleagron haberet. Idem de Pont. 1. Venit Ad aſtrum Tydeus Calydone fugatus. Ver. Aen.11. Coniugium optatum, & pulchram Calydona viderem. Stat. Theb. 1. Exuiæ Calydonis honos ſtupet omine tectis.Idem 4.Et præceps Calydon, & quæ Ioue prouocat Idâ. Mart. Nuda Calydonio ſic pectora prebuit vrſo. Oui. Met.14.Hactenus Oenides Venulus Calydonia regna. Stat. Achil. 1. Aeacidem?ſordet vulgò Calydonius heros. antepenult.acuit.

CALYDNE, pen. pro. Oui. Met.8.Dextra Lebynthus erat, fœcundaque melle Calydne. Idem de Art.2.dextra Lebynthus erat,ſyluiſque vmbroſa Calydne.penultima.acuit.

CALIDVS,pen.cor.Oui.Met.14.Dirigue re oculi calidus in corpore ſanguis. Idem 1. Immaduiſſe ferunt, calidumq; animaſſe cruorem. Lucr.6. Oppleti calidis, vbi fumant fontibus auctus. Luca. 4. Conamen calidus probet cruor,oſſaque nondum. Stat. Syl. 1. Illum nec calido latrauit Syrius aſtro. antepenultima acuit.

CALIGO, pen. pro. Ver.Aen.12.Vallibus exoriens caligat nubibus aer.Idem Geo. 4.Et caligantem nigra formidine lucum Idem 2.Caligat, nubem eripiam, tu ne qua parentis.Stat.Syl.5.Te ſine,& orbatæ caligant vela carinæ. Idem Theb.12. Caligare diem & Tyrios iuga perdere montes. Sil.1. Caſtra premant lato murus caligat in hoſtem. Luca. 9. Teſtatus morſus ſubita caligine mortem. Auſo. Cæſar cognomen Caligæ cui caſtra dederunt.Iuue.Sat.6.Cùm pateant aliæ caliginesque feneſtræ. Oui. Met. 1. Terribilem picea tectus caligine vultum. Idē Cumque Deum in dicta latas caligine terras. Stat. Theb. 1. Donec ab Inachiis victa caligine tectis. Lucr.6.Vox vbi terribilis terras caligine texit. Cicero in Arat. Atque aram tenui caligans veſtiet vmbra.Idem pro Planc.Vide Nunc caligine temporum illorum. pen.flect.

CALYPSO, pen. pro. Oui. de Pont.4. An graue ſex annis pulchrum fouiſſe Calypſo. Idem.Ah quoties illum doluit properare Calypſo. Tibul 3. Non amor, & fœcunda Atlantidos arua Calypſus:De quo Quint loquitur Inſt.1. cap.10. Neque enim iam Calypſonem dixerim, vt Iunonem, quanquam ſecutus antiquos C. Ceſar vtitur hac ratione declinandi, hæc Calypſo,huius Calypſonis: ſed autoritatem conſuetudo ſuperauit. vt hæc Calypſo,huius Calypſus. Vide Arato.

CALYSTO,pe.pro.Oui. Calyſto ſacri pars fuit vna chori.prop.2. Calyſto Arcadios errauerat vrſa per agros.Catul.Lumina Calyſto vincta Lycaoniæ. Mart.7. Curre age, & illotos reuoca Caliſte miniſtros. Vnde calyſto,pen.acu. Latinè cùm ignoramus quem accentum habent verba apud Græcos, moderamur latino,ait Antonius Nebriſſ.

CALIX, pen. cor. Ver.Opuſc.Sunt cuppæ, calices, cyati,roſa,tibia,cordæ.Idem. Seu vis chriſtallo ferre nouos calices. Hor. Ser. 2. Et calices poſcit maiores vertere pallor. Idem Epiſt. 1. Fœcundi calices quem non fecere diſertum. Mant.Viſurus calices iunctis ad pectora palmis.Tibul.2. Vincta coronatus ſtabit & ipſe calix.Prop.2. Spumat & aurato mollius in calice. Iuue. Sat.1. Doctus & ad calicem uigilanti ſtertere naſo. Perſ. Sat.6.Tingat olus,ſiccat muria vafer in calice empta.penult.acuit.

CALLIMACHVS, pen. cor. Mart.10.Nec te ſcire legas Ethia Callimachi. Hor. Epiſt. 2. Quis niſi Callimachus,ſi plus ad poſcere viſus.Stat.Syl.1. Callimachusq; ſenex,vmbroque Propertius antro.Oui. de Rem. 1. Callimachi numeris non eſt

G dicen-

dicendus Achilles. Prop. 2. Intonet Angusto pectore Callimachus. Idem.3. Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ. antepenult. acuit.

Calliodorus. pen. pro. Marr. 5. Calliodorus habet censum, quis nescit? equestrem. Idem. Sextie, sed & fratrem Calliodorus habet. Idem. Artemidorus habet, Calliodorus arat. pen. flect.

Calliope, pen. cor. Mart. 4. Nec pia cum Phœbo dicere Calliope. Idem quarto. Calliope liquidas Alciden posce palestras. Ouid. de Trist. secundo. Quem mea Calliope læserit vnus ero. Idem Met. 5. Calliope querulas prætentat pollice chordas. Verg. Opusc. Carmina Calliope libris Heroica mandat. Idem 9. Vos ô Calliope, precor, aspirate canenti. Stat. Syl. tertio. Dic age Calliope socius tibi grāde sonabit. Idem Theb. quarto. Calliope, quas ille manus, quæ mouerit arma. Idem octauo. Calliope, maiorque chelin mihi tendat Apollo. antepenult. acuit. Latinè. Vide Calytic. Prop. Et defessa choris Calliopea meis. Idem. Vt reor, à facie Calliopea fuit. pen. flect.

Calliroe, pen. cor. Oui. de Rem. 1. Callirœ fecit parte recepta tori. antepenultima acuit.

Callistratus, pen. cor. Mart. 5. Sū fateor, semper q; fuit Callistrate pauper. antepen. acuit.

Callosus, pen. pro. Horat. Ser. 2. Ponere nāque marem cohibent callosa vitellus. Mant. Læta pedes, callosa humeros, neruosa lacertos. pen. flect.

Calliditas, pe. cor. Mart. 11. Despolies tanta calliditate rapis. Sil. 14. Calliditas Graia, atque æstus pollentior armis. Ouid. Fast. 2. Consilium multæ calliditatis init. Iuue. Sat. 12. Cælati biberat quo callidus emptor Olynthi Stat. Theb. 1. Callidus ambages te præmonstrante resolui. Iuue. Sat. 1. Hic petit absenti nota callidus arte. antepe. acuit.

Calo, pen. pro. Hor. Epist. 1. Lignorum & pecoris tibi calo argutus & horti. Idem Ser. 1. Hunc perminxerūt calones, quin etiam illud. Idem. Exirē, plures calones, atque caballi. Pers. Sat. 5. Sambucam citius caloni aptaueris alto. Ait Ser. Aen. vj. ibi. Classique immittit habenas. Calas dicebant maiores nostri fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad prælium. Vnde etiam calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum. vallum autem dicebant calas. penultima flectit.

Calor, pen. cor. Oui. de Pont. 2. Sed tamē ambobus debet inesse calor. Stat. Syl. 1. Præculsi minor ille calor, quo sæua tepebant. Ver. Aen. 3. Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit. Idem Geo. 1. Magnaq; cum magno venit tritura calore. Lucr. 6. At tepefacta tamen veniat commista calore. penul. acuit.

Caluinus, pe. pro. Mart. 7. Aequales scribit libros Caluinus, & Vmber. pen. flect.

Caluitium, pen. cor. Auso. Testa hominis nudum iam cute caluitium. antepenult. acuit.

Camerinus, pen. pro. Ouid. de Pont. 4. quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiam. Iuue. Sat. 7. Quod nō dant proceres, dabit histrio, tu Camerinus. Idem 8. Et metues ne tu sis Creticus, aut Camerinus. Ouid. Fast. 4. Hinc Camerina adiit, Lapsumque, & olorina tempe. Sil. 14. Et cui non licitum fatis Camerina moueri. Vbi ait Petrus Marsius, quoniam sæpius instaurata fuit, nec fata patiebantur, vt vrbs penitus moueretur. Claud. Concelebrant quas pigra vado Camerina palustri. Verg. Aen. 3. Apparet Camerina procul, campique Geloi, Et fatis nunquam concessa moueri. Ait Ser. Camerina palus est iuxta oppidum, cui quodam tempore cùm siccata pestilentiam creasset: consultus Apollo, an eā penitus exhaurire deberēt, respōdit, Camerinam ne moueas, quo contēpto exiccauerunt paludem, & carentes pestilētia, per eam partem ingressis hostibus pœnas dederunt. Nam Aen. 8. idem asserit, ibi. Nec pater omnipotens Troiam, nec fata vetabant. Fata differūtur tantū, nunquā penitus immutantur: vt, Atque immota manet fatis Lauinia coniux. Vnde antiquum est adagium apud Græcos, Camerinam

rinam ne moueas, Lippis propè iam, & tonsoribus notum vt Ptolomæus ait. Sapiens dominabitur astris. pen. flect.

CAMELVS, pen. pro. Pers. Sat. 5. Tolle recens primus piper è sitiente camelo. Hor. Epist. 2. Diuersum confusa genus panthera camelo. pen. flect.

CAMERA, pen. cor. Mant. Et super indoctos cameris pendentibus arcus. Idem lassis iter sistit qua se cameraria rura. Stat. Syl. 1. Effulget cameræ vario fastigia vitro. Hor. Ser. 2. Gaudes si camera percussi fortè penes te es. Prop. 3. Nec camera auratas inter eburna trabes. à camuris quod est curuis cameræ dicuntur, ait Seruius. antepen. acu.

CAMERTES, pen pro. Ver. Aen. 12. In medias acies formam assimulata Camertis. Sil. 8. Vel rastris laudãde Camers his Sarsina diues. pen. acu.

CAMOENA, pen. pro. Oui. Met. 15. Coniuges qui felix Nympha ducibusque Camœnis. Auso. Indulget Latiis tantùm inter castra Camœnis: Iuue. Sat. 3. Arbor & eiectis mẽdicant sylua Camenis. Idẽ 7. Solus enim tristes hac tempestate Camœnas. Hor. Ser. 1. Prima dicte mihi summa dicẽde Camœna. Ver. Buc. Auernis diceretis, amant alterna Camœne. Ait Seruius. Camœnæ, idest, Musæ, quibus à cantu nomen est inditum quasi dulcè, & amœnè canentes. pen. flect.

CAMILLVS, pen. pro. Luca. 1. Agrorum & quodam duro sulcata Camilli. Idẽ. 6. Lustrales bellis animas, flentemque Camillum. Iuue. Sat. 4. Scipiadæ, quid Fabritius manesque Camilli. Mart. 1. Qui loquitur Curios, assertoresq; Camillos. Oui. Fast. 2. Tunc licèt apposita veluti cratere Camilli. Ver. Geo. 2. Extulit hæc Decios, Marsos, magnosq; Camillos. Idem Aen. 11. Ore dabat, graditur bellum ad crudele Camilla. Idem. Nomine Casmilæ mutilata parte Camillam. Idem. Infelix fugit in iaculo stridẽte Camilla. Ait Seruius ibi, Ipse pater famulam moueo: consecro in tuum ministerium: vnde & Camilla dicta est, licet suprà & à matre dixerit esse nominatã: sed illud poeticè dictum est. Nam Camilla dicta est quasi ministra: ministros enim, & ministras impuberes Camillos, & Camillas in sacris vocabant. penult. acuit.

CAMBISES, pen. pro. Prop. 2. Non si Cambisæ redeant, & flumina Cresi. penultima acuit.

CAMINVS, pen. pro. Oui. Met. 7. Ardent, atque solent pleni resonare camini. Idẽ Fast. 4. Antraque Cyclopum positis exusta camini. Stat. Syl. 1. Fluxit opus Siculis, an conformata camini. Idem. Monstrauitque artes, ceu villis flamma caminis. Iuue. Sat. 10. Iam strident ignes, iam follibus, atque caminis. Idem 14. Incude assidua, semperque ardente camino. Hor. Epist. 1. Per brumam Tyberis Sextili mense caminus. Ver. Aen. 8. Quam subter specus, & Cyclopus exesa caminis. Idem 8. Impositam ruptis flammam expirara caminis. Sil. 14. Nam Lipare vastis subter depasta caminis. pen. flect.

CAMMARVS, pen. cor. Iuue. Sat. 5. Sed tibi dimidio constrictus Cammarus ouo. Mart. Condolor in rubra Cammare lance rubes. antepen. acu.

CAMONVS, pen. pro. Mart. 9. Effigiem pueri tantum pictura Camoni. Idem. Hæc sunt illa mei quæ ceruicis ora camoni. penult. flect.

CAMPHASVS, pen. cor. Sil. 16. Camphasus ipse asper, nec qui ceruicis amaret. Idem. Camphasus antiquo sidebat Atlante magistro. antepen. acu.

CAMPANA, pen. pro. Hor. Ser. 2. Campana solitus trulla, vappamque profectis. Mant. Aes quoq; cui nomen nostras campana per oras. Ver. Aen. 10. Et Capys hinc nomen Campanæ dicitur vrbi. Sil. 7. Campanas remeat notus populator in oras. penultima flectit. Mant. Quod veluti perhibent illud Campania primum. Oui. de Pont. 4. Quam tua rus oculis domini Campania gratum. Ait Seruius, ibi, Et Capys, hinc nomen Campanę dicitur vrbi, Iste quidem dicit a Capy dictam esse Campaniam, sed huius vult à locis campestribus dictam: in quibus sita est. Sed constat eam à Tuscis conditam viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur, vnde nominata Campania. antepenult. acuit.

CAMVRVS, pen. cor. Verg. Geo. 3. Spes

etiam, & camuris hirtæ sub cornibus aures. Cutuum significat. antepenultima acuit.

CANAANICOLA, pen.cor. Mant. Canaanicolæ iterum celeberrima nostro est. antepenult. acuit.

CANNABIS, pen.cor. Pers. Sat. 5. Tum mare transilias tibi torta cannabe fulto. antepenult. acuit.

CANALIS, pen.pro. Ver. Geo. 4. Mellaque arundineis inferre canalibus vltro. Idem 3. Currentem ilignis potare canalibus vndam. Ait Seruius. Sanè canalis melius genere fœminino, quam masculino proferimus. Ver. Opusc. Nec tamen in rigidas erit contenta canales. Stat. Syl. 1. Flumina demerso trahit intemerata canali. Mant. Florentem riguis adaquare canalibus hortum. penult. flect.

CANACHE, pen. cor. Oui. Met. 3. Et dromas & canache, stricteque, & tygris, & alce. Idem de Trist. 2. Nobilis est canache fractus amore tui. antepen. acu.

CANANEVS, pen.pro. Mant. Christophori Cananeus erit, Syriæque colonus. penult. flectit.

CANDELA, pe.pro. Mart. 14. Nomina candelæ, nobis antiqua dederunt. Pers. Sat. 3. Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto. Iuue. Sat. 3. Cuius candelæ dispenso tempore filum. Idem 9. Fuste aperire caput candela apponere valuis: penultima flectit. Mart. 14. De candelabro magna lucerna tibi. Ait Aldus, penultima est producta, licet muta sit cum liquida. Candelabrum. penultima flectit. est enim longa, quæ breuiari non licet, & vltima breuis. Vide Acetum.

CANDEO, pen.cor. Oui. Met. 1. Canduit & ventis glacies astricta pependit. antepenultima. acuit. Ver. Aen. 12. Quis candore niues anteirêt cursibus auras. Oui. Met. 1. Lactea nomen habet candore notabilis ipso. Mant. Stringit in angustum noua candicat instita lapsu. penultima acuit.

CANDIDVS, pen.cor. Oui. Fast. 4. Candidus elixæ misceetur caseus herbæ. Idem Met. 2. Candida Lampenæ subita radice retenta est. Idem. Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses. Idem 13. Candidior folio niuei Galathea ligustris. Hor. Epist. 1. Candidus imperti: si non, his vtere mecum. Iuue. Sat. 10. Exta & candiduli diuina tomacula porci. Ver. Geo. 1. Candidus auratis aperit cum cornibus annum. Idem Buc. Candidus insuetum miratur limen Olympi. Idem. Candidior postquam tondenti barba cadebat. Ait Seruius ibi, Color deterrimus albis. Aliud est candidum esse, idest quadam nitenti luce perfusum: & aliud album esse, quod pallori constat esse uicinum. antepe. acu.

CANDAVIA, pen.cor. Luca. 6. Deuia qua vastos aperit Candauia saltus. antepenult. acuit.

CANEO, pen. cor. Iuue. Sat. 14. Arbusta, est densa montem qui canet oliua. Oui. Met. 1. Nec renouatus ager grauidis canebat aristis. Ver. Geo. 3. Carpamus dum mane nouum, dum gramina canent. Idem 1. Castaneæ, phagus, ornusq; incanuit albo. antepen. acu.

CANEATVS, pen.pro. Oui. Met. 13. Promi net in pontum caneatus acumine longo. penult. flect.

CANICIES, pen. cor. Oui. Met. 1. Canicies eadem est, eadem violentia vultus. Idem de Trist. 4. Caniciem galeæ, subijcioque mea. Iuue. Sat. 3. Dum noua canicies, dum prima, & recta senectus. Ver. Aen. 6. Caniciemque sibi, & longos pro miserit annos. Idem. Canicies inculta iacet, stant lumina flamma. antepen. acuit.

CANICVLA, pen. cor. Mant. Non caput attollit sitibunda canicula venti. Oui. de Rem. 2. Nec graue te tempus sitiens canicula tardet. Hor. Ser. 2. Perstatq; abdura, ceu rubra canicula findet. Pers. Sat. 3. En quid agas, siccas insana canicula messes. Ait Seruius Aen. 3. ibi, Exurere Syrius agros. Sanè canicula, in cuius ore est, tan tùm generis fœminini est, cùm sit canis communis generis, vnde hoc nascitur: nam in diminutione mutauit genus. Quint. tamen aliter, qui Inst. 1. cap. 10. ait, Funis cuius generis sit, funiculus demôstrat: canis, in diminutione genus mutauit, quia generis est côis. antepen. acuit.

CANINVS, pen.pro. Iuue. Sat. 5. Et tremere, & sordes farris mordere canini. Idem 10.

10. Exitus ille vtcunque hominis, sed torua canino. Idem 14. Ergo miser trepidas, ne stercore fœda canino. Ouid. in Ibin. Gutturaque imbuerunt infantes lacte canino. Idem. Latrat & in foro verba caniua fore. penultima flectit. Vide Anubis.

CANIS, pen.cor. Ver. Buc. Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos. Idem Geo. 1. Taurus & aduerso cedens canis occidit austro. Idem 3. Et canibus leporē canibus venabere damas. Oui. de Trist. 2 Præda fuit canibus non minus ille suis. Mant. Quem vulgò dixere canem testata sagacem. Clau. Et iuga rimari canibus Getula videbar. Vide Canicula. Vide Syrius. pen. acu.

CANISTRVM, pen. pro. Ouid. Met. 3. Primaque, & in patulis redolentia mala canistris. Idem 2. Pura coronatis portabāt ora canistris. Idem Fast. 2. Stat puer & manibus lata canistra tenet. Iuue. Sat. 5. Vix tu consuetis audax conuiua canistris. Stat. Theb. 1. Viscera cæsarum pecudum his cumulare canistris. penultima acuit.

CANIDIA, pen. cor. Hor. Ser. 2. Canidia albuti quibus est inimica venenum. antepenult. acu.

CANO, pen. cor. Ver. Buc. Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. Idem. Siceli des Musæ paulo maiora canamus. Idem Opusc. Tristis ab euentu cecinit conuitia mortis. Idem Geo. 1. Et veterem in limo ranæ cecinere querelam. Idem 4. Martius ille æris rauci canor increpat, & vox. Lucr. 4. Paruus vt est, cycni, melior canor ille gruum quam. Mart. 4. Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cœno, quiesco. Ouid. Fast. 6. Et canere ad veteres verba iocosa modos. Idem de Pont. 1. Et cecini fausto carmina digna thoro. Stat. Syl. 1. Qui caneris, docto nec enim sine carmine cantus. Ait Seru. Geo. 2. ibi. Mollibus in pratis: sic etiam abeo, quod cano non cecini, sed cani dicebant. Vnde Salustius, Cornua obcanuerunt. Mant. Cantibus exhilarant vernis nunc omnia fœtant. penult. acu. Cicero de Nat. Cum cecinisset id carmen.

CANON, pen. cor. Auso. Is demum excessit Grammaticus canones. pen. acu.

CANONICVS, pen. cor. Mant. Canonicas modulis celebrasse suauibus horas. antepenult. acu.

CANOPVS, pen. pro. Luca. 8. In Syriæ portus tendit rates inde Canopos. Iuue. Sat. 1. Cùm Niliaci plæbis, cùm verna Canopi. Sil. 10. Memphis Amyctæo passim lasciua Canopo. Manil. 1. Conspicimus, nusquàm inuenies fulgere Canopum. Prop. 3. Fœdaque Tarpeio Canopeo tendere saxo. Verg. Geo. 4. Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi. Ait Ser. Canopus ciuitas est, iuxta Alexandriam, quā Alexander condidit instar clamydis suę. Canopus autem dicta est quasi Canobus à Canobo Menelai gubernatore illic sepulto. Idem Fabius Inst. 1. cap. 10. Nā Cicero Canopitarum exercitum dicit: ipsi Canobon vocant. penul. flec.

CONORVS, pen. pro. Iuue. Sat. 11. Forsitan expectes, & Gaditana canoro. Stat. Syl. 1. Facundum suspendis ebur? procul esse canoro. Idem. Tunc charas iniere foras, comitique canoro. Clau. Crinitos inter famulos, plebemque canoram. Hor. Epist. 2. I nunc & versus tecum meditere canoros. Ouid. Met. 2. Cæruleos habet vnda deos Tritona canorum. Idem de Art. 1. Quam versus inopes rerum, nugæq; canoræ. Verg. Aetn. Nam veluti sonitura diu Tritona canoro. Idem Geo. 4. Addidit, expediam pro qua mercede canoros. penult. flec.

CANTABER, pen. cor. Hor. Epist. 1. Cantaber Agrippæ Claudi virtute Neronis. Iuue. Sat. 15. Pro vita facienda putat, sed Cantaber vnde. Mant. Qui cōuertit iter versus Cantabrica regnat. Hor. Epist. 1. Militiam puer & Cantabrica bella tulisti. Sil. 3. Cantaber ante omnes, hyemisque, æstusque, famisque. Luca. 6. Cantaber exiguis aut longis Teutonus armis. antepenult. acuit.

CANTHARVS, pe. cor. Iuu. Sat. 3. Cantharus, & recubans sub eodē marmore Chiron. Ver. Buc. Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. antepen. acuit.

CANTATOR, pen. pro. Mart. 13. Cantator cygnus funeris ipse sui. pen. flec. Iuu. Sat. 11. Conditor Iliados cantabitur atque

Maronis. Idem 10. Cantabit vacuus coram latrone viator.

CANOR, pen. Cor. Lucr.4. Paruus vt est, cycni melior canor ille gruum quam Oui. Met.5. Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures. Græcè melos dicitur: est enim cantus, & elegantia quædam, ac consonantia. pen. acu.

CANVS, pen. pro. Oui. Met. 8. Non cani te tigere lupi dilapsa liquescunt. Stat. Theb. 7. Ecce truces oculos sordentibus oblita canis. Iuue. Sat. 14. Et cana monstrante gula cum septimus annus. Ver. Aen. primo. Cana fides, & Vesta Remo cum fratre Quirinus. Idem Buc. Ipse ego cana legem tenera lanugine mala. penultima flectit.

CANVSINVS, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Pastores & ouem Canusinam, vlmosque Falernas. Sil. 10. Iam Lainus sese Canusina in media miles. Mart. 9. Vt Canusinatus nostro Syrus assere sudet. Hor. Ser. 2. Seruius Oppidius Canusini duo prædia diues. penul. flect.

CAPANEVS, penul. cor. Ait Calepinus. Non contractum: & ita ait Fabius Inst. primo, capit. decimo. Ouid. de Pont. tertio. Notior est factus Capaneus & fulminis ictu. Idem de Trist. quarto. Cùm cecinit Capaneus subito temerarius ictu. Stat. Theb. primo. Arcados, atque alio Capaneus horrore canendus. Idem sexto. Argolicus Capaneus, ac dum nigrantia plumbo. Idem octauo. Arcas & Argolicæ Capaneu, iam maxime Turne. Idem. Alciden medio Capaneus è puluere tollit. Auso. Histrio saltauit, qui Capanea fuit. Stat. Theb. octauo. Hippomedon proculcet equo, Capaneaque pinus. Idem 12. Aure preces, causa ante alias Capaneia coniux. antepe. acu. Vide Atreus.

CAPELLA, pen. pro. Verg. Buc. Vsque adeò turbatur agris, en ipse capellas. Idē Geo. 2. Aut fœtus ouium, aut vrētes culta capellas. Idem Opusc. Protulit è stabulis ad pabula læta capellas. Mani. 1. Nubibus & mūdi nutrito rege capella. Oui. Fast. 5. Nascitur Oleniæ signum pluuiale capellæ. penult. acuit.

CAPAX, pen. cor. Lucr. 6. Maxima dissiluisse capacis mœnia mundi. Iuu. Sat. 15. Sorriti ingenium, diuinorumque capaces. penult. acuit.

CAPENVS, penul. pro. Verg. Aen. septima. Et cimini cum monte lacum, lucosq; Capenos. Iuuen. Sat. tertia. Substitit in veteres arcus madidamq; Capenam. Ouid. Fast. 6. Oppositum tectæ porta Capena uiæ. penul. flect.

CAPER, pen. cor. Ver. Buc. Si nescis, meus ille caper fuit, & mihi Damon. Auso. Nō caper, aut aries, sed scarabees erit. Oui. Fast. primo. Palmite debueras abstinuisse caper. Idem de Pont. secundo. Nec dabit intonso iugulum caper ostia Baccho. penultima acuit. Iuue. Sat. 10. Principis angusta caprearum in rupe sedentis. Horat. Ser. Vinea sum, mittit capreas, non semper edules. Oui. Met. primo. Ante nisi in damis, capreisque fugacibus vsus. Mant. Tota in capreolis it vinea tota comantem. Verg. Buc. Capreoli sparsis etiā nunc pellibus albo. Idem Aen. tertio. Caprigenumq; pecus nullo custode per herbam. Prop. tertio. Capripedes calamo panes hiante canent. Lucr 4. Hæc loca capripedes Satyros, Nymphasque tenere. antepenultima acuit. Hor. Epist. 1. Alter rixatur de lana sæpe caprina. Aesopus. Ergo mihi præstat nutriri lacte caprino. penultima flecti. Mant. Hic arauus Bernardus erat caprarius olim. antepenultima acuit.

CAPETVS, pe. cor. Oui. Met. 14. Epirus ex illo, post hunc, Capetusq;, Capysq;. antepenult. acuit.

CAPHAREVS, non contractum, pen. cor. Vide Atreus. Sil. 14. Euboici non per scopulos illisa Capharee. Ouid. Metam. 14. Quos communis hyems, importunusque Caphareus. Vergil. Aen. vndecimo. Sydus, & Euboicæ cautes, vltorque Caphareus. Ait Seruius. Eubœa insula est, in qua est mons Caphareus: circa quem Græci periere naufragio. Ouid. Met. 14. Perpetimur Danai, cumulumque Capharea cladis. Idem de Trist. quinto. Grata Capharea currere puppis aqua. Idem de Reme. secundo. Argolicæ cuperent fugisse Capharea puppes. antepenultima acuit.

CASILLVS,pen.pro.Oui.de Pont. 3. Nec torquem collo,nec habens crinale capillis. Stat. Syl.3. Tunc proprior iam cura deæ,quæ forma capillis. Ver. Geo. 1. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Idem Aen.10.Sanguine turpantem comptos de more capillos. penult. acuit.Iuue.Sat. 5. Ipse capillato diffusum Consule potat. Idem 15. Ora capillares faciūt incerta capillis. Cato. Fronte capillata post hæc occasio calua. penult. acuit.

CAPIO, pen. cor. Oui. Met.1.In mare littus, habet, plenos capit alueus amnes. Idem.Ponere duritiem, cæpere suumq; rigorem. Idem. Vicerat Esculeæ capiebat frondis honorem. Idem. Vnde suis vicibus capiebant bina quietem. Idem de Trist. 12. Sic capitur minimo thuris honore deus. Hor. Ser. 1. Non tuus hoc capiet venter plus quàm meus & si. Sil.8.Dux sibi quisque viam capito cùm spargere primus. Ver. Aen. 8. Aeneas, capitur locis, & singula lætus. Lucr. 5. Quam syluestre genus capiebat terrigenarum. Idem. Nec facile ex æstu, nec frigore quod caperetur. antepenult. acuit. Mant. Hæc Venetis instar magni captura triumphi, penultima flectit. Iuue. Sat. 14. Cum clypeis nascuntur: & horrida bella capescunt. penultima acuit. Cicero ad Att. Melitam igitur opinor capessemus. Idem in Anto. Et quod principiū putatis libertatis capessendæ. Idem pro Planc. Capiebam animo non mediocrem voluptatem.

CAPYS,pen.cor.Verg.Aen.1. Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma cayci. Item 2.Aut capys, & quorum melior sententia menti. Idem 10.Et Capys, hinc nomen Capanæ ducitur vrbi. penultima acuit.

CAPYSTRVM,pen.pro.Mart.13. Hic erat ille tuo domitus Cyparisse capystro. Mant. Vertit honestatem, duro scelus ausa capystro.Ouid. Met.10. Mollia purpureis frenabas ora capystris.Verg. Aen.3. Audiat, inque vicem det mollibus ora capystris.penultima acuit.Oui.Phyl. Ioq; capystratis tygribus alta sedet. penultima flectit.

CAPITALE,pen.pro.Hor.Ser.Ira fuit capitalis, vt vltima diuideret mors.Ouid. Fast.3.Nominis in dubio causa est, capitale vocamus.Mant. Et capitale prius factum veniale merendo.Idem.Quæ castū capitale nefas celebrare poetam.Idē.Certabunt odiis plusquàm capitalibus, vtq; pen.flect.Idem.Vel te ardenter amar,vel te capitaliter odit.antepe.acu.

CAPITO,pen.cor.Hor.Ser.1. Murena præbente domum capitone culinam. Sil. 8. Dux sibi quisque viam capito cùm spargere primus. antepe.acuit.

CAPITOLIVM,pen.cor. Oui.Met.15. Exul agam, quam me videant Capitolia regem.Luca.1. Excipit haud sacras poscunt Capitolia laurus. Idem 8.Non do mitor mundi, nec ter Capitolia curru. Stat.Syl.3. Osculor anhela meis tu cùm Capitolia nostræ.Iuue.Sat.10.Pone domi lauros,duc in Capitolia magnū. Idē 14. Et spado vincebat Capitolia nostra posides. antepe.acu.

CAPITOLINVS,pen.pro.Hor.Ser.Me Capitolinus conuictere vsus amico. Mart. quinto. Sed Capitolini cœlestia carmina belli.Idem. Sic capitolinus Iuppiter, imò tibi.Stat.Syl.quinto. Da Capitolinis æternum sedibus aurum. Iuue.Sat.2. Et capitolinis generosior & Marcellis. Ouid.Fast.sexto. A capitolino repulit arma Ioue.Iuue.Sat.sexta. An capitolinam deberet Pollio quercum. Mant. Ad Capitolinas laurum cùm victimat aras. penult.flect.

CAPPADOCES,pen.cor. Mant. Sunt qui Cappadocem,sunt qui testantur Isaurū. Idem. Cappadocum te sancte pater recitanda videtur. Idem.Cappadocum populis vrbs est antiqua Latini.Luca.secundo.Cappadoces mea signa timent,& debita sacris.Idem 3.Cappadoces duci populus nunc cultor Amani. Pers. Sat.sexta. Cappadoces rigida pingues pauisse catasta. Hor. Epist.prima. Mancipiis locuples,Egeteris Cappadocum rex. antepenul.acuit.

CAPPARIS,pe.cor.Mart. Capparis & putri, cæpas, halece natantes. Columella. Capparis,& tristes inulæ ferulæq; minaces.antepen.acu.

CAPRICORNVS,pen.prod. Verg. Opusc.

Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno. Oui. Fast. 1. Hæc vbi transierant Capricorno Phœbe relicto. Prop. 4. Lotus & Hesperia quid Capricornus aqua.

CAPRIFICVS, pen. pro. Mart. 4. Qui modò ficus eras, iam caprificus eris. Prop. 4. Vrgeat hunc supra vi caprifice tua. Pers. Sat. 1. Innata est rupto iecore exerit caprificus. penult. flect.

CAPSVLA, pen. cor. Tibul. Huc vua è mul tis capsula me sequitur. antepen. acu.

CAPTATOR, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Quod captator emat lenas Aurelia vendat. Idē 6. Mullorum iubis, & captatore macello. Idem 12. Tantis digna deis, & captatoribus horum. Idem 10. Vt captatori moueat fastigia Cosso. penul. flect.

CAPTIVVS, pen. pro. Claud. Captiuū mihi redde meum, desiste morari. Ver. Aen. 3. Nec victeris heri tetigit captiua cubile. Idem 7. Captiui pendent currus curuæque secures. Iuue. Sat. 7. Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphis. Idem 10. O plaustre & summo tristis captiuus in arcu. Hor. Epist. 1. Vendere cùm possis captiuum occidere noli. Idem 2. Captiuum. portatur ebur, captiua Corinthus. Stat. Achil. 1. Ora lupis, dominique negat captiuus inire. penult. flect.

CAPVA, pen. cor. Ver. Geo. 2. Talem diues arat Capua, & vicina Vesæuo. Auso. Nec Capuam pelago cultus, penuque potentem. Hor. Epist. 1. Sed neque qui Capua Romam petit imbre luteq;. Sil. 8. in Primis Capua, heu rebus seruare serenis. Idē 13. Vt Capuam Iliaci migrarent regna Quirini. antepenult. acu.

CAPVLVS, pen. cor. Luca. 7. Excussit cristas galeis, capulosque solutis. Idem 3. Si fatus quanuis capulum per viscera missi. Stat. Theb. 2. Vulnere tardus adhuc, capulo nam largius illi. Sil. 1. Qua capuli statuere moræ, teloque velato. Oui. Met. 12. Ter quater ora viri capulo caua tempora pulsat. Ver. Aen. 10. Ceruice orantis capulotenus abdidit ensem. Ait Seruius, Aen. 11. ibi, haud seges alij crates & molle Pheretrum. dictus est capulus, eo, quod corpus capiat. Capularis senes, ait Platus, capulo vicinus, idest, morti. antepenult. acuit.

CAPVT, pen. cor. Ver. Buc. Verùm hęc tantum alias inter caput extulit vrbes. Idē Geo. 1. Et caput obiectat querulum venientibus vndis. Oui. de Pont. 1. Concidit in domini, procubuitque caput. Idē Met. 1. Terrificam capitis concussit terq; quaterque. Hor. de Art. Humano capiti ceruicem pictor equinam. pen. acu.

CAPRIZO, pen. pro. Aesopus. Sta procul hœdus ait, caprizas gutture falso. pen. ac.

CARACALLA, pen. pro. Auso. In risu populi tu Caracalla magis. pen. acuit.

CARAVAGIVS, pe. cor. Mant. His Crema consiliis, & Carauagia tellus. antepen. ac.

CARBASVS, pen. cor. Sil. 3. Aptabat sensim pulsanti carbasa vento. Tibul. Carbasus obscura dicat ferrugine Hibera. Oui. de Art. 2. Sed nō quod dederas à littore carbasa vento. Idem Met. 6. Carbasa deducit ne qua leuis effluat arma. Idem 12. In creuisse suis, obscuraque carbasa pullo. Ver. Aen. 8. Carbasus & crines umbrosa tegebat arundo. Idem. 3. Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro. Ait Seruius, carbasus genus lini est, quod abusiuè plærunque pro velo ponitur. Sanè in numero singulari hæc carbasus dicimus, in plurali hæc carbasa. Stat. Syl. 2. Læta Paretoniis assignet carbasa ripis. Mant. Carbasa, & inuitas substrauit puppibus undas. antepenult. acuit. Sed vide Calepinum.

CARBO, pen. pro. Iuue. Sat. 13. In carbone tuo charta pia thura soluta. Lucr. 6. Carbonumque grauis vis atque odor insinuatur. Iuue. Sat. 10. A carbone, & forcipibus, gladiosque parante. penul. acuit. vide Pruna.

CARBVNCVLVS, pen. cor. Mant. Latilico quantum radians carbunculus orbi. Idē. Hesperias decorat sicut carbunculus aurum. antepenult. acu.

CARCER, pen. pro. Stat. Syl. 1. Tergeminū Aeolij non agmina carceris horret. Ver. Geo. 3. Corripuere, ruuntque effusi carcere currus. Idē. Aen. 1. Imperio premit, ac vinclis, & carcere frenat. Ait Seruius, carcer est vndecunque prohibemur exire: dictus quasi arcer ab arcendo: locum autem in qua seruantur noxii carcerem dicimus,

dicimus,numero tantùm singulari:Vnde verò erumpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tantùm plurali. Ostia sunt quibus equi arceantur, & dicuntur carceres,quasi arceres secundum Varronem,licet plærunque vsurper poeta:vt,ruunrq; effusi.pen.acu.Vide Pruna.

CARCHESIVM, pen. cor.Sil.11. Nominis angusto libar carchesia ritu. Oui. Met. 12. Inque toros inque ipsa niger carchesia sanguis.Idem 7. Tum super inuerges tepidi carchesia lactis.Ver.Geo.4. Et mater cape Mœonijs carchesia Bacchi. Idē 5.Hic duo ritè mero libās carchesia Baccho. Genus est poculorum, ait Seruius. antepenult.acuit.

CARCINVS, pen. cor.Luca.9. Pargeminis Chiron, & idem quod carcinus ardens. antepen. acuit.

CARDIACVS,pen.cor.Iuue. Sat.5.Cardiace nunquam cyathum missurus amico. Horat. Ser. 2. Non est cardiacus craterū dixisse putato. Mant.Funde mecum, bibe,cardiaco medicina dolori.antepen. ac.

CARDO,pen.pro.Oui.Fast.1.Et ius vertendi cardinis omne meum est. Idem 6.Vix pro concubitu nostro tibi cardinis esto. Ver. Aen. 3. Verum eadem verso tenuis cum cardine ventus. Idem 1. Hospitia, haud tanto cessabit cardine rerum. Ait Seruius:dictus est cardo,quasi cor ianuę, quo mouetur, & ibi, cessabit cardine rerum:ait idem, vt sit de prouerbio tractū, de quo dicitur, res est in cardine,hoc est, in articulo.penult.acuit.

CARDVVS,pen. cor.Ver.Buc. Carduus,& spinis surgit paliurus acutis.Idem Geo. 1.Carduus,intereunt segetes subit aspera sylua. antepenult. acuit.

CAREO,pen.cor.Oui.Met.15. Victima labe carens, & præstantissima forma.Idem 2. Solis equi, solitaque iugum grauitate carebat.Idem 3.Nec celanda foret,lachrymæque pudore carerent. Idem de Trist. 4. Mittite præsenti dum careamus humo. Idem.Vt patria careo, bis frugibus area trita est.Ver.Geo.1.Exactum ad mē sem pluuia, ventisque carebunt. Stat. Syl.3. Officio careat glaucarum nulla sororum. antepenult. acuit. Oui. Phedr. Quam nisi tu dederis caritura est ipsa salutem.Idem Met. 2. Et tandem niuibus Rhodope caritura,minasque.pen.flectit. Cicero in Epistolis:Te planè febri carere. Idem pro Milo. Caruit foro postea Pompeius,caruit senatu.Idem Att. Ego meo Ciceroni, quoniā Roma caremus. Idem. Neque nos te fruimur, & tu nobis cares.

CARAE,pen.pro.Oui. Met.4. Caras adit, vider hic stagnum lucētis ad imum Ver. Aen.8.Hic Lelegas,Carasque, sagittiferosque,Gelosq;. Ait Seruius Caræ insulani populi fuerunt,piratica famosi victi à Minoe.penul.acuit.

CARESVS, pen.pro.Flac.6.Nec socijs iam cura vitri dipsata caresus.penult.flect.

CAREX, pen. pro. Ver. Geo.3. Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta. Vbi ait Probus, herba quæ nascitur in paludibus.Calep.fœminini generis,herba & acuta, & durissima similis asparago, ait Seruius.Idem Buc.Tityre coge pecus, tu post carecta latebas. Qua mollissimæ texuntur cathedræ,folio ferè harundinis vliginoso, & palustri solo plurima. penult.acuit.

CARICA, pen.cor. Oui.Fast.1.Quid vult palma sibi, rugosaque carica dixi. Idem Met.8.Hic nux,hic mista est rugosis carica palmis. antepen.acu.

CARIBDIS, pen. pro. Mant. Per centum Scyllas, ad te per mille Carybdes. pen. acu. Ver. Aen. 3. Dextrum Scylla latus læuum implicata charybdis.

CARIA,pen.cor.Srar.Theb.4.Plaudentiq; habiles cariæ resonare Dianæ. Oui.de Trist. Verritur in terenā curiam,rimisq; dehiscit.antepen.acnit.

CARILLE,pen.pro.Sil.8. Misit & exhaustæ mox Pœmo Marte Carille. antepenult.acuit.

CARINA, pen.pro.Oui.Met.14.Prora velit?petitur vestra quæ terra carina?Idem Epist. Phyl. Vt qua desererer firma carina foret.Luca.1. Miris Aiax Lerias gaudet non ferre carinas. Idem.Nauitaque, & nondum sparsa compage carinæ.Stat. Syl. 1. Pastor & Ideas Helena veniente carinas.Prop.1.Qualis Thesea iacuit cedente carina.Ver.Geo.1.Seu pressæ cùm iam portum tetigere carinæ.Idē Aen.8.

Roma

Romanoque foro lautis mugire carinis. Ait Seruius. carinæ sunt ædificia facta in carinarum modum: quæ erāt intra templum telluris. Iuue. Sat. 7. Carinatis, & hunc inopem vidistis Athenæ. penultima flectit.

CARIOSVS, pen. pro. Mart. 13. De Spolentinis, quæ sunt cariosa lagœnis. Mant. Signa casæ superant puteus cariosaque ligna. penult. flect.

CARIOTA, pen. pro. Mart. 13. Aurea porrigitur Iani cariota Calēdis. penultima flectit.

CARISTOS, pen. pro. Stat. Syl. 2. Et Chios, & gaudens fluctus spectare Caristos. Luca. 5. Qua maris angustat fauces saxosa Caristos. penultima acuit. Ouid. Fast. Quaque Caristeis frangitur vnda vadis. penult. acuit.

CARMELVS, pen. pro. Sil. 7. Phœbei Soractis honor Carmelus agebat. Idem. Hūc longa multa orantem Carmelus, & altos. Mant. Inclyta Carmeli traxit te gloria montis. Idem. Istud idem Carmelus habet genus vnde virorum. Idem. Hic mons Carmelus erit mihi, numina faxint. Idem Australes alius magis it Carmelus in oras. Idem. Carmelita tuum est vulgando incumbere festo. penult. flect. Idem Scilicet abdiam Carmelicolamq; Heliseum. Idem. Viuendi genus à patribus carmelidis ore.

CARMENTALIS, pen. pro. Ver. Aen. 8. Et Carmentalem Romano nomine portā. Ait Seru. Est autem iuxta portam quæ primò à carmento carmentalis dicta est. penult. flect.

CARMANVS, pen. pro. Luca. 3. Carmanosque duces, quorum deflexus in austrum. penult flectit.

CARMEN, pen. pro. Ver. Geo. 1. Det motus incompositos, & carmina dicat, idest, hymnos, ait Seruius. Idem Buc. Aggrediar, nihil ille deos, nil carmine curat. Idem. Ille colit terreas, illi mea carmina curę. Idem Aen. 3. Postibus aduersis figo, & rem carmine signo. Ait Seruius, Et sciendum est carmen dici quicquid pedibus continetur: nam & hic vnum versum carmen dixit: vt in Buc. duos: vt, Tumulo superadite carmen. Cicero, Acad. Simul inflauit tibicen à perito carmen agnoscitur, idest, Antiopa comœdia, vel tragœdia. Idem Deor. Quod carmen artificiosa verborum cōstructione aptius? penul. flectit.

CARNIFEX, pen. cor. Ouid. de Trist. 2. Et leue carnifici, parque Catonis opus. Mant. Carnificis Dacis in prædam velut alba voraci. Mart. 10. Carnificem nudo pectore poscet auem. Idem 12. Sulfureasque color, carnificesque pedes. Luca. tertio. Verbera carnifices robur, pix, lamina, tædæ. Iuue. Sat. 8. Inter carnifices, & fabros sandapilarum. antepenultima acuit.

CAROLVS, pen. cor. Mant. Carole calmontis princeps Ambrosia proles. Idem. Ve rediisse putes Caroli Florentia magni. Idem. Carolus arma regit caldi clarissima montis. Idem. Composui Carolum fudi qui missus ab oris. Idem. Grande nefas tibi Francorum rex Carole, quod nō. Idem. Cum Carolo primis victo cōgressibus olim. antepe. acu.

CARPOPHORVS, pen. cor. Mart. 1. Fortis adhuc teneri dextra Carpophori. Idem. Quantula Carpophori portio fusus aper. Idem. Secula Carpophorum, Cæsar si prisca tulissent. Iuuen. Sat. 6. Quam & Carpophoro facies tua computat annos. antepenul. acuit.

CARPATHIVM, pen. cor. Mant. Carpathium, Ioniumq; legens pertransit Aetnam. Prop. 3. Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare. Iuue. Sat. 14. Spes lucri, nec Carpathium, Getulaque tantùm. Stat. Theb. 1. Pondera, Carpathio iussus sale quærere Cadmus. Verg. Geo. 4. Est in Carpathio Neptuni gurgite vates. Idem Aen. 11. Donec Carpathius medio de gurgite vates. Idem 5. Carpathium, Libycumq; secent, luduntq; per vndas. Ait Seruius, mare est inter Aegyptum, & Rhodum ab insula Carpatho illic posita. antepe. acu.

CAROPEIVS, pe. cor. Stat. Theb. 5. Nec de more cruor natum Caropeia coniux. antepenul. acuit.

CARPATINVS, pe. co. Catul. Culos & crepidas lingere Carpatinas. antepe. acu.

CARTALO, pe. cor. Sil. 15. Cartalo Vasidio

Libycæ

Libycæ regnator arenæ.antepe.acu.

CARPTOR,pen.pro.Iuue.Sat. 9. Carptores, quid enim dubitat componere crimen.pen.acuit.

CARPHENIA,pen.cor. Iuue. Sat.2.Damnetur si uis etiam Carphenia talem. antepenult acuit.

CARRVCA, pen.pro.Mart.5. Aurea quod fundi pretio carruca paratur.pen. flect.

CARSEOLVS,pen.cor.Oui. Fast.4.Frigida Carseolis,nec oliuis apta ferendis. antepenult.acu.Idem.Nunc quoque lex uulpem Carseolana vetat.pen. flect.

CARTHAGO,pen.pro.Sil.1.Carthago, da musa decus memorare laborum. Idem 15.Carthago putat Annibali, me Betis in oris.Luca.4. Excitat iuisas diræ Carthaginis vmbras. Idem. Inter semirutas magnæ Carthaginis arces. Iuue. Sat. 6. In castris,& cum tota Carthagine nigra. Hor. Ser.2. Auxit ad oppressa meritum Carthagine nomen. Ver. Opusc. Mœnia quos rapidos Libycæ Carthaginis horrent. Idem 1. Carthago Italiam contra, Tyberinaque longè. Idem 4. Carthago, aut antiqua Tyros, flammæque furentes Ait Seruius, Carthago ante Birsa, post Tyros dicta est, post Carthago à Carta oppido, vnda fuit Dido Tyron,& Beriton.penult.flectit.

CYANE,pen.cor.Iuue.Sat.8.Et cum venali Cyane succincta lagæna.Clau.de Rap. Alpheus Cyane totum supereminet agmen. Idem. Quo Cyane? volucres quisquis Sirenas abegit. Mart.11.Et Mynias intrant Tyaneasque nates. Declinatur Cyaneæ, cyanearum pro scopulis, ait Despaute. Sil. 13. Et Cyanes,& Anapus Ortygiæ Arethusæ.Oui.Met.5. Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas. Idem.Est medium Cyanes,& Pisææ Arethusæ.Idem.At Cyane,raptamq; deam, contemptaque fontis. Idem.Venit & ad Cyanen:ea, ni mutata fuisset. Idem 9. Cognita Cyanee præstâti corpore Nympha. Hic quadrisyllabum est prima longa:est enim filia Meandri fluminis Phrygii,vbi ait Rapael.dux Nymphæ hoc nomine à poetis donâtur:altera Sicula Proserpinæ socia, altera Mæandri filia: cùm verò Nympha Sicula est,primam, & penultimam breuiat.Ouid.Fast.4.Preterit & Cyanen, & fontis lenis Anapi. Idem de Pont.3. Quanq; suis Cyanen miscet

Ana-

Anapus aquis. Pro insulis quibusdam, seu scopulis inter se modico spatio distātibus primam producit. Flac. libro quarto. Cyaneas furor his modico concurrere ponto. Idem. Cyaneæ propiorque labor, quando adfore, quaque. Idem. Cyaneæ iuga præcipites illisa remittunt. Idē. Cyaneæ, premit vmbra ratem, scopuliq; feruntur. Luca. 2. Cyaneas tellus emisit in æquore cautes. Iuue. Sat. 15. Nam citius Scyllam, vel concurrentia saxa, Cyanes, plenos & tempestatibus vtres. Ait Ioannes Britānicus, Cyane verò nomē fontis in Sicilia apud Syracusas, iuxta quem Pluto rapuit Proserpinam, cui nomen à Cyane Nympha, quæ voluit inhibere Plutonem, ne Proserpinam asportaret. Illud autem sciendū. Cyanes pro Nympha, siue fonte primā corripere. Itē Plin. libro 3. inquit. Quāquam & Temenitis, & Achidemisa, & Margæa & Cyane fontes in Syracusano agro Cyane syracusārum fons quòd sit. Vide in lib. 4. de rebus Siculis. antepen. acu.

CIATHVS, pen. cor. Ver. Opusc. Sunt cuppæ, calices, ciathi, rosa, tibia, chordæ. Mar. Nō habilis cyathis, & inutilis vna Lyeo. Idem 1. Neuia sex cyathis, septem Iustina bibatur. Idem 8. In Priami cyathis Astianacta bibes. Iuue. Sat. 9. Et pulchrum, & dignum cyatho, cæloq; putabas. antepen. acu. Mant. Et cyathizando festas hilarare Calendas.

CIBELE, pen. cor. Stat. Syl. 2. Per Cybeles Ingentis agros, vbi marmore picto. Clau. Nec sicco Cybele, nec stabat lumine in vno. Iuue. Sat. decimaquarta. Et Cereris licèt, & Cybeles aulæa relinquas. Mart. 3. Sacra tamen Cybeles decipis ore viros. Idem. Semiuiro Cybeles cum grege iūgit iter. Verg. Aen. 3. Hinc mater cu'trix Cybeli, Corybantiaq; æra. Ait Seruius. Cybelus, mons Phrygiæ est, in quo colitur, à quo & Cybele dicta est. Alii dicunt, Cybulum sacerdotem eius primū, & ab eo Cybelem dictam. Idem decimo. Occurrit comitum Nymphæ, quas alma Cybele. Seruius inquit, Cybele Anapestus est, qui pes est ex duabus syllabis breuibus, & ex tertia longa. At potius inquam, vt Antonius Nebriss. ibi, E, ante L, in mediis syllabis, ut Cybele tum breuiare, tum producere reperitur. cùm verò producitur, per duplex l, scribi consueuit. Luca. primo. Et lotam paruo reuocāt Almone Cybellem. Stat. Syl. quinto. Appia quaq; italo gemitus Almone cybel.e. Ita & in illo Verg. Alma Cybelle. Idem Despaut. asserit. Stat. Syl. 1. Ante diem certè iam nūc Cybeleia nouit. Oui. de Art. 1. Ista iube, faciant, quo Cybeleia mater. Idem in Ibin. Attonitusq; seces, quos Cybeleia mater. Idem Met. 10. Dente premunt domito Cybeleia frena leones. antepen. acuit.

CIBIRATICVS, pen. cor. Hor. Epist. 1. Ne Cibiratica, ne Bythina negocia perdas. antepen. acuit.

CIBVS, pen. cor Oui. Met. quintodecimo. Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum est. Idem. Nec celate cibis vncos fallacibus hamos. Idem de Trist. 3. Ossa tegit macies, nec iuuat ora cibus. Idem 1. Et non æquoreis piscibus esse cibum. Stat. Theb. 2. Aeger hians, victusq; cibis, nec iam amplius iræ. Iuue. Sat. 5. Fructus amicitiæ magnæ cibus imputat hunc rex. penult. acuit. Lucr. 6. Aut alios hominum pastus. pecudumque cibatus. Idem. 1. Posse nisi à terris paulatim cuique cibatum. penult. flectit. Hor. Ser. 1. Aiunt cùm sibi sint congesta cibaria, sicut. antepen. acu.

CICADA, pen. pro. Ver. Buc. Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadę. Idem. Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis. Idem Aen. 7. Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis. Lucr. 4. Cum teretes ponunt tunicas æstate cicadæ. Oui. de Art. 1. Vere prius volucres taceāt æstate cicadæ. Iuue. Sat. 9. Et pedibus durate, atque expectate cicadas. Mant. Pascere oues poterat, neque vox humore cicadas. Oui. Philom. & cuculi cuculant, fritinit rauca cicada. penultima flectit.

CICATRIX, pen. pro. Hor. Ser. 1. Sic mutilus miniteris, at illi fœda cicatrix. Iuue. Sat. 3. At recens linum ostendit, non vna cicatrix. Oui. de Trist. 3. facta cicatricem

tricem ducere nostra fine. Idem de Pont. 1. Tempore ducetur longo fortasse cicatrix. Ver. Geo. 2. Dentis & ad morso signata in stirpe cicatrix. Stat. Syl. 4. Nunc etiam ad planctus refugit in plana cicatrix. Sil. 8. Turbati vulgi signataque men te cicatrix. pen. acu.

CICER, pen. cor. Hor. de Art. Nec si quid fracti ciceris probat vncis & emptor. Idē Ser. 1. Ad porri, & ciceris refero Laganique catinum. pen. acu.

CICERO, pen. cor. Mart. 3. Laudari debes, hoc Ciceronis habes. Iuue. Sat. 10. Eloquium, ac fama Demosthenis, aut Ciceronis. Auso. Sum dea cui nomen non Ci cero ipse dedit. Iuue. Sat. 7. Vt redeant veteres Ciceroni nemo ducentes. Idem. Ruffum, qui toties Ciceronem Allobro ga dixit. Ait Seruius in Ver. Buc. Ecl. 6. ibi. Nec Phœbo gratior vlla est. Cicero dixisse dicitur, & ad suam, & ad Vergi lii laudem. Magnæ spes altera Romæ an tepenult. acuit.

CICIRRHVS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Sarmen tis curræ pugnam, messique Cicirrhi. Idem. multa Cicirrhus ad hæc donasset iam ne catenam. pen. acu.

CYCLADES, pen. cor. Oui. Met. 2. Existunt montes, & sparsas Cycladas augent. Idē 4. Cyclades excipiunt Lesbo, post terga relicta. Idem. Hinc init Aegæum quo Cycladas aspicit omnes. Idem de Trist. 1. Cycladas Aegeas obstupuisse po to. Ver. Aen. 3. Cycladas & crebris legimus freta concita terris. Idem 8. Cycladas aut montes concurrere montibus altos. antepen. acu.

CICLOPES, pen. pro. Oui. Met. 1. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopū. Idem 3. Est aliud leuius fulmen cui dex tra Cyclopum. Idem 4. Antiphates memores, immansuetique Cyclopis. Hor. de Art. Antiphatem, Scyllamque, & cum cyclope Charybdim. Stat. Theb. 2. Cyclopes, notique operum Thelechines amica. Iuue. Sat. 15. Fingentem immanes Lestrygonas, & Cyclopas. Ver. Aen. 8. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro. Idem 3. Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris. Ait Seruius. Ciclo pum, clo habet accentum, quia Latina declinatio est: in accusatiuo quia græcè posuit Cyclopas, cy habet accentum: Sic Cyclopes, clo habebit. Contra est illud Iuuenalis supra. Sil. decimotertio. Fleuerunt freta, fleuerunt Cyclopea saxa. Ver. Aen. primo. Accestis scopulos, vos & Cyclopea saxa. antepenultima acuit.

CICONES, pen. cor. Oui. Met. 15. Flumen habet Cycones, quod potum saxea reddit. Tibul. Nam Cyconum ille manus aduersus reppulit vndis. Prop. 3. Castra decem annorum, & Cyconum mons Ismara Calpe. Verg. Geor. 4. Dona querens spretæ Ciconum quo murmure ma tres. antepen. acuit.

CICVTA, pen. pro. Hor. Ser. 2. Sed mala tollat auum vitiato melle cicuta. Iuue. Sat. 7. Nil præter gelidas ausæ, conferre cicutas. Oui. Met. 2. Coxerat ære cauo viridi versata cicuta. Ver. Buc. Est mihi disparibus septem cōpacta cicutis. Pers. Sat. 4. Dicere sorbitio tollit quæ dira ci cutæ. Lucr. 5. Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta. pen. flect.

CICONIA, pen. cor. Oui. Met. 6. Ipse sibi plaudat crepitante ciconia rostro. Iuue. Sat. 14. Moribus instituat serpente cico nia pullos. Hor. Ser. 2. Tutus erat rombus tutoque ciconia nido. Mant. Garrulus incuruo cum crure ciconia longo. Oui. Philom. Clotorat immenso de tur re ciconia rostro. antepen. acu.

CIEO, pen. cor. Iuue. Sat. 12. Vos hominum, diuumque fidem clamare ciemus. Stat. Theb. 6. Brachia vix requies, iam ciet altera remos. Ver. Geo. primo. Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua. Idem tertio. Extremosque ciet gemitus, it tristis arator. Idem Aen. 3. Condimus, & magna supremum voce ciemus. Idem 12. Et tu bella cie, conceptuque ex cute fœdus. Ait Seruius ibi. Terrificos ciet. Nam propriè ciere est alteri aut dolorem, aut lacrymas commouere. Idem tertio. Talia fundebat lacrymans, longosque ciebat. Lucr. sexto. Et monimenta virum demoliri, atque ciere. Idem quinto. Quam sepire

plagis

plagis saltum, canibusque ciere. Idem. Noscere possemus, quæ vis, & causa cieret. Idem quarto. Quærimus & magna dispersos voce ciemus. Cicero de Nat. Omne quod est calidum, & igneum cietur motu suo. Idem in Tusc. sic ex corporis totius natura vario motus cieri. Idem de Vniuer. Cuius orbis semper eodem modo ciebatur. Idem de Diuin. Absurdum sono fontes, & stagna cietis. antepenultima acuit. Vide Concito. Vide Cito.

Cydippvs, pen. pro. Ouid. Epist. Cyadip. Nil tua Cydippe facta pudoris habent. Idem. Ad quid Cydippe littera nostra redit. Idem. Hei mihi Cydippe, timeo tibi dicere verum. pen. acuit.

Cidicimos, pen. cor. Stat. Theb. 7. Cydicimon heu similes periturо in corpore vultus. antepe. acuit.

Cidon, vrbs Cretæ, prim. corripit, & eius deriuatiua, vt Cydon, Cydonis, & Cydonius. Syl. 2. Gesaque, latratorque Cydon, tectumque, focique. Hic pro cane communis est generis: nam ex hac vrbe aduehebantur optimi canes ait Petrus Marsus ibidem. Stat. Theb. 6. Isse videntur equi, credas è plebe Cydonum. Luca. 7. Illuc & Libye Numidas, & Creta Cydonas. Oui. de Art. 1. Illum Gnosiadesque, Cydoniadesque iuuencæ. Mart. 14. Si tibi Cecropia saturata Cydonia melle. Idem 10. Cælantur simili ventura Cydonia lana. Mant. Gnosiaque intrauit celerique Cydonia gressu. Ver. Buc. Ire libet Partho torquere Cydonia cornu. Prop. 3. Illis pompa fuit decussa Cydonia ramo. antepenult. acuit. Sil. 2. Crebra Cydonæo fundebat Sicula cornu. Idem 10. Ecce Cydonæa violatus arundine plantam. Oui. Met. 8. Armaque, equosq; habitusque Cydoneasq; pharetras. Stat. Theb. 4. Terga Cydonæa Corythos arũdine pulsat. penult. flect. Cydon, nomen viri proprium, primam prod. Stat. Theb. 9. Et malè dilectum miseræ Cydona sorori. Ver Aen. 10. Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon. Ait Seruius. Sane cydon quando nomen est proprium, cy, naturaliter producit, si appellatiuum est, corripit cy. vt, Parthus, siue Cydon telum immedicabile torsit. Stat. tamen Theb. 2. In proprio etiam corripit. vt, Hæc regi promissa Cydon, hæc Lampe dabamus. Quod facit abutens licentia, qua vtimur in nominibus propriis: quod refert Antonius Nebriss. sed Ioannes Despaut. ait, tu dic variari Cydon viri proprium. Stat. Theb. 9. Vt suprà. Idem 5. Quid te flaue cydon? quid te per colla refusis. Quintianus Epographia sexta, Cydon ambiguè: si vis latius scire, vide Seruium in Verg. Aen. 10. In quem non facit Despauterii illud: si Seruius sibi prętendit poetę licentiam. Cydon. penult. acuit

Cilix, pen. cor. Oui. Met. 2. Ardet Athos, taurusq; Cilix, & Tmolus, ex Oete. Stat. Syl. 2. Et Cilicum messes, Phariæque exẽpta volucri. Idem. Quod Cilicum flores, quod munere graminis Indi. Claud. In mercem veniunt Cilices Iudæa Sophonæ. Iuue. Sat. 4. Bello sic pugnas Cilicis laudabat, & ictus. Idem 8. Pyratæ Cilicum, sed quid damnatio confert. Luca. 7. Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat. Idem 4. Antiqua parat arte Cilix, passusque vacare. pen. acu.

Cilicvs, pen. cor. Hor. de Art. Nec sic incipies vt scriptor Cilicus olim. Mart. 8. Pallada ne Cilicum timeant pomaria bruma. antepen. acu.

Cilindrvs, pen. pro. Ver. Geo. 1. Area cum primis ingenti est æquanda cylindro. idest lapide tereti, inquit Seruius, in modum columnæ, qui à volubilitate nomen accepit, quod vertere sonat in Gręco. pen. acuit.

Cilissa, pen. pro. Oui. Fast. 1. Et sonet accensis spica cylissa focis. Prop. 4. Terque lauet nostras spica cylissa comas. pen. ac.

Cillarvs, pen. cor. Oui. Met. 12. Cyllare te fixit paruo cor vulnere læso. Idem Cyllaron vna tenet cultus quoque quantus in illis. Mart. primo. Hic vbi septenas Cyllarus hausit aquas. Idem 8. Ledæo poteras adducere Cyllaron astro. Idem Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit. Claud. Cyllarus, & flauum Xanthus spreuisset Achillem. Ver. Geo. tertio. Cyllarus, & quorum Graii meminere poetæ. Stat. Syl. primo. Cyllarus hic domini

domini nunquam mutauit habenas.ante pen.acuit.

CYLLENE, pen.pro.Stat.Theb.7. Cyllene secreta tubas, Minoave curat. Oui. Fast. 5. Hæc enixa iugo cupressi fere Cyllene. penultima acuit. Luca. 10. Possidet immensæ Cyllenius arbiter vndæ. Ouid. Met. 14. Pacifer huic dederat florem Cyllenius album. Idem 1. Talia dicturus vidit Cyllenius omnes. Idem 2. Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto. antepenult. acuit. Idem de Art. 3. Hac docet ornari testudine Cyllenea, penult. flect. & penult. prod. à Cyllene. ex regula quæ, à Græcis in e, longum fiunt Latinè. Hæc Antonius Nebriss. atque Ioannes Despauterius.

CIMBALVM, pen.cor. Oui. Fast. 4. Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant. Ver. Geo. 4. Tinnitusque acie. & matris quate cymbala circum. Idem Opusc. Cymbala cum crotalis pruriginis arma priapo. Iuue. Sat. 9. Cymbala pulsantis legatus fiet amici. Prop. 3. Cymbala Thebana concrepuere deo. Lucr. 2. Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum. antepen.acu.

CIMBIVM, pen. cor. Ver. Aen. 3. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. antepen.acuit.

CIMBRICVS, pen.cor. Mant. Sarmaticos habitant agros per cymbrica viuunt. antepenult.acuit.

CIMELVS, pen.pro.Oui. Met. 12. Inguine Nessei manibus coniecta Cymeli. Idem 8. Hinc humilem Myconem, cretosaque rura Cymoli. pen.flect.

CIMEVS, pen.pro. Sil. 13. Cymeo populis vox nostra sonabat in antro, penultima flectit.

CIMERIVS, pen. cor. Stat. Syl. 3. Cimeriumque chaos? starem prope bellica regis. Tibul. 3. Lethęamque ratem, Cymeriosque lacus. Oui. Met. 11. Est prope Cimerios longo spelunca recessu. antepen.acuit.

CIMEX, pen. pro. Mart. 11. Nec toga, nec focus est, nec ritus cimice lectus. Idem. Et teges, & cimex, & nudi sponda grabati Ita legit Despaut. Impressum tamen est: Et teges atque cimex. In quod est Hor. Ser. primo. Men moueat cimex pantillus aut cruciat quod.penultima acuit.

CIMINVS, pen. cor. Locus, & mons est Hetruriæ. Sil. 8. Stagna tenent, Ciminique lacu, qui Sutria tecta. Ver. Aen. 7. Et Cymini cum monte lacu, lucosque Capenos. Ait Seruius, aliquando Hercules ad hos populos venit: qui cum à singulis prouocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum, quo exercebatur: qui cum terræ esset affixus, & a nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit: vnde immensa vis aquæ secuta est, quæ Ciminum fecit. antepenult. acuit. Pro herba verò penult. prod. Hor. Epist. 1. Pallerem casu, biberem exsangue ciminum. quod nos, ait Calep. y, in u, vertentes cuminum dicimus. Pers. Sat. 5. Rugosum piper, & pallentis grana cumini. penultima flectit.

CIMODOCE, pen. cor. Stat. Syl. 2. Cymodoce, viridisque cupit Galathea lauari Ver. Aen. 5. Nysæ, Spioque, Thaliaque Cymodoceque. antepen.acuit. Idem 10. Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea. pen.flectit.

CIMOTHOE, pen. cor. Flac. 2. Cymothoe Glaucusque manu, pater ipse profundi. Sil. 3. Cymothoes ea regna vagæ, Pelagisque labores. Ver. Aen. 1. Cymothoe simul & Triton adnixus acuto. Ait Seruius. Nomina deorum plærunque de causis sunt ficta ab elementis: quæ numina dici voluere maiores vt, Cymothoe, idest, cursus fluctuum: ita sonat in Græco. antepen.acu.

CINAPE, pen. pro. Oui. de Pont. 4. Partheniusque rapax euoluens saxa Cynapes. penult.acu.

CINACHVS, pen.pro. Mant. Aequoreas naues Venetus quibus arua Cynachi. Idē Hæc vbi facta rates ineunt, iterumque. Cymachi. pen.flect.

CINAREIVS, pen. pro. Stat. Syl. 5. Corycięque comæ, Cynareiaque germina, & altis. penul.acu. Hor. Epist. 1. Quem scis immunem Cynarę mœrere proteruæ. antepen.acuit.

CINAEDVS, pen.pro. Iuue. Sat. 2. Inter Socraticos

craticos notissima fossa cynædos. Idē 4. Et tamen improbrior Satyram scribente cynædo. Mart. 2. Rideto multū, qui te sextille cynædum.pen.flect.

CINCTVTVS,pen.pro.Hor.de Art. Finge re cinctutis non exaudita Cethegis. penultima flectit.

CINGVLVM.pen.cor.Stat.Theb.6. Quisque iacit,seu frena libet, seu cingula flamnis. Flac.septimo. Defuimus data continuo, quod cingula soli. Idem tertio. Hysiphile galeam, dilectaque cingula regni. Verg.Aen.1. Aurea subnectens exertæ cingula mammæ. Idem duodecimo. Baltheus,& notis fulserunt cingula bullis. Idem vndecimo. Cingula Tyburti remulo ditissimus olim. Ait Seruius. Cingulum autem hominum generis neutri est: nam animalium fœminino genere dicimus has cingulas. Ouid.de Rem. Et noua velocem cingula lædat equum.antepenultima acuit.Ouid.Met.1. Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus. penult.acuit.

CYNICVS,pen.cor. Ouid.de Pont.primo. Non doluit patria cynicus procul esse sinopeus. Auso. Inuertor primus cynices ego quæ ratio isthæc. Hor.Epist.1. Mordacem cynicum sic eludebat,& aiunt. Iuue.Sat.13. Et qui nec cynicos, nec stoica dogmata legit.Mart.4. Non est hic cynicus Cosme quid ergo canis. Idem.Esse putas cynicū,deceptus imagine falsa. Pers. Sat.1. Si cynico barbam petulās nonaria vellat.Iuue.Sat.13. A cynicis tunica distātia,non epicurum.antepe.acu.

CINIPHIVS,pen.cor.Mant.Stragula Cyniphiæ præbebant hispida barbæ. Ouid. de Pōt,2. Cyniphiæ segetis citius numerabis aristas. Claud. Nec dem Cyniphias exercitus attigit horas. Ouid.Met.quinto. Cynipheus pelates tentanti dextera fixa est. Sil. 3. Cyniphii didicere macæ, squalentia barba.Idem. Cyniphiæq; globos dubitarim irrumpere turmæ Lucan. 9. Cyniphias inter pestes tibi palma nocendi est. Verg.Geo.tertiō. Cyniphii tōdent hirci setasque comantes. antepenultima acuit.

CYNIRAS,pen.cor.Ouid.Met.10. Cū tandem cinyras,auidus cognoscere amantē. Idem. Ista tua est cinyra denotataque pectora iungit. Idem. Nacta grauem vino cinyram male sedula nutrix. Idem. Chare vale Cinyra,causamque intellige mortis. Idem. Non essem cinyræ,cinyræ concumbere possem. Idem. Virginei cinyras hæc credens esse timoris. Idem. Dixerat at cinyras quem copia digna procorum. Idem. Inter felices cinyras potuisset haberi. Idem. Persephone licuit nobis cinyreius heros. Idem. Fixerat obliquo iuuenis cinyreius ictu. Idem. Soluerat, at virgo cinyreia peruigil igne.antepenultima acuit. Idem. In vetitis numerant turba cinyreis in illa.penultima flectit. Cinyras Pigmalionis filius myrrham genuit: quæ infando patris amore capta nutricis opera cum eo inscio concubuit. Quo errore in arborem sui nominis fuit mutata ob deorum miserationem iram paternam fugiens. hæc Raphael Regius, ibi, Editus & ille est, qui si sine prole fuisset.

CINIS,pen.cor.Ouid.de Pont.1. Bistonii cineres vngula pulset equi. Idem Met. secundo. In cinerem vertunt syluæ cū montibus ardent. Idem. Et neque iam cineres eiectatamq; fauillam. Idem. Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem. Verg.Buc. Fer cineres Amarilli foras,riuoq; fluenti. Stat.Syl.secundo. Restrinxit cineres gremio,nec lubricus ossa. Iuue.Sat.prima. Quorum flamminia legitur cinis,atq; Latina. Idem 3. Præter maiorum cineres,atque ossa volucri.penultima acuit.

CINNAMVM,pen.cor.Mart.tertio. Et fluere excusso cinnama fusa vitro. Idem 4. Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo. Idem quinto. Balsama qui semp cinnama semper olet. Ouid. Fast. tertio. Cinnama tu primus, captiuaque thura dedisti. Idem Metamor. decimoquinto. Quassaque cum fulua substrauit cinnama myrrha. Luca.10. Cinnamō externæ nec perdidit aera terræ. Mant. Cinnama, thura, Arabes lambebant sydera fumi.antepenult.acuit.

CINOSVRA,pe.pro.Luca.3. Certior haud vllis duxit cynosura carinis. Idē octauo. Arctophilax propiorque mari cynosura feretur

feretur. Mant. Vt grauis Elice Tyriis cynosura carinis. Manil. Angusta cynosura breuis torquetur in orbe. Ouid. Fast. primo. Esse duas arctos quarum cynosura petatur. Sil. tertio. Sydoniis cynosura redit fidissima nautis: pen. flect.

CIPARISSVS, penul. prod. Ouid. Metam. decimo. Gratus erat Cyparisse tibi, tu pabula ceruum. Idem. Hunc puer impru dens iaculo Cyparissus acuto. Ver. Geor. secundo. Nec salici, lotoque, nec Idæis Cyparissis. Ait Seruius. Geor. primo, ibi, Syluane cupressum. Syluanus, Deus est syluarum: hic amauit puerum Cyparissum nomine: qui habebat mansuetissimam ceruam: hanc cùm Syluanus nescius occidisset: puer est extinctus dolore: quem amator Deus in cupressum arborem eius nominis vertit. Ver. Geo. Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Cyparissus Græcum nomen est. pe nult. acuit.

CIPRIA, penult. cor. Ouid. Metamorpho. decimo. Telluris cypriæ pars optima quã mihi prisci. Mant. Nam Cypria de gente fuit demissus ab alta. antepenultima acuit.

CIPRESSIFER, penul. cor. Mant. Nunc in Taygeto cypressifera, vel in Ida. antepenultima acuit.

CIPRIGENA, pen. cor. Mant. Cyprigenæ campos, & regna per ardua Phœbi. Idẽ. Constituit Ioue Cyprigenas agitante crematus. antepen. acuit.

CIPRIANVS, pen. pro. Mant. Magne pater Cypriane tuo, verùm tua virtus. Idem. Et nobis placare deum Cypriane memẽto. pen. flect.

CIRCA, pen. pro. Verg. Geo. 4. Et circa regem, atque ipsa prætoria densæ. Horat. de Art. Nec circa vilem, patulumque mora beris orbem. Præpositio, ait Antonius Nebriss. cap de Accentibus in com. aut absolutè est, vt cùm dicimus, Circa, quæ pars est, Circa cui casui seruit. Circa est præpositio præpositiua, an postpositiua? Circa est præpositio, an aduerbiũ: in his omnibus, primam acuit, ac si nomen sit. composita verò per regimen casus omnibus grauatur syllabis. vide A, præpositio.

CIRCE, pen. pro. Verg. Aen. 7. Fecit auem Circe, sparsitque coloribus alas. penult. acuit. Iuuen. Sat. 4. Tempestate mea Circeis nata forent, an. Hor. Serm. secundo. Ostrea Circeis Miseno oriuntur echini. Verg. Aen. septimo. Proxima Circeæ raduntur littora terræ per æ, diphthongum Græcè scribitur. pen. flect.

CIRCITER, pen. cor. Hor. Epist. 1. Clarus ab officiis octauam circiter horã. Mant. Sed fluxere decem, vel circiter ista tonãtis. Idem. Nunc quoque qui viuant cen tum, vel circiter annos. Idem. Nota quater quinos, vel circiter ore nitenti. antepenultima acuit. Vide Circa, seu A, præpositio.

CIRCVITVS, pen. cor. Verg. Aen. vndecimo, Vndique circuitum, & certam quatit improbus hastã. Idem tertio. Aequore circuitu dextrum fuge littus, & vndas. Idem vndecimo. Circuit & quæ sit fortuna facillima tentat. Iuuen. Sat. nona. Circuit, & fatuos non inuenit, vnde repente. Ouid. Metamorpho. secundo. Sæuaque circuitu curuantem brachia lõgo. Mant. Sed quid circuitu pario tibi tædia lõgo. Ego quidem circumitus scriberem, circuitus proferrem: scribitur enim m, vt appareat compositio: non pro fertur propter cacephoniam, ne fiat metacismum. Hæc Quint. libro nono, cap. tertio, libro octauo, cap. tertio, libr. vndecimo, cap. 3. Sed vide Regulas nostras, vbi de m, agitur.

CIRCVLVS, pen. cor. Stat. Theb. secundo. Poscens astriferum velox iam circulus orbem. Sil. decimo tertio. Donec postremò laxatis circulus oris. Luca. 10. Exerit, & varii mutator circulus anni. Idem nono. Ostendit Libycæ finitor circulus oræ. Ouid. Meta. 2. Videritis stellas illic vbi circulus axem. Verg. Aen. 10. Accipit & molli subnectit circulus auro. antepenul tima acuit.

CIRCVMAGO, pen. cor. Iuue. Sat. 7. Circũagat madidas à tempestate cohortes. Scribitur m, non profertur: Vide Circuitus, antepen. acuit.

CIRCVMCIDO, pen. pro. Mant. More suæ gentis, quæ circumcidere natos. Cicero de Fin. Ars agricolarum, quæ circumcidat

dat. Idem. Circumcisaq; inanitate omni, & errore. pen. flect.

CIRCVMFVSVS, pen. pro. Lucr. 1. Circumfusa super suaues ex ore loquelas. Verg. Aen. 2. Circumfusa ruit, certantq; illudere capto. Cicero de Vni. Neq; erant aere circumfusa extrema mundi. pen. flectit.

CIRCINO, pen. cor. Ouid. Met. 2. Inclinat cursus, & eosdem circinat auras. antepenult. acuit.

CIRENE, pen. pro. Stat. Syl. 2. Cretaq; Cyreneque, & qua tibi cunque beato. Sil. 15. Te quoque Cyrenes vidit conterrita tellus. Verg. Geor. 4. Mater Cyrene, mater quæ gurgitis huius. Idem. Cyrene soror, ipse tibi tua maxima cura. Idem. Cyrene manibus liquidos dant ordine fontes. Luca. nono. Africa Cyrenis etiam nunc bruma rigebat. Idem. Proximus in muros, & mœnia Cyrenarum. Cicero pro Planc. Desiderarunt te, inquit, oculi mei, cùm tu esses Cyrenis. vt cyrenæ, cyrenarum: est enim Cyrene penei amnis filia & est item insigne Libyæ oppidum. penult. ma acuit.

CYRILLVS, pen. communis. Mant. Diuino elisit feruens ardore Cyrillus. Idem. Sexta dies Cyrille tuum venerabile nomen. Idem. Ex agris hyemem fert annua festa Cyrillus. Idem. Argolicis illuc nauit Cyrillus ab oris. Idem. Et pater Albertus cũ Cyrillo Megarensi. pen. acuit.

CIRVS, pen. pro. Luca. 3. Cyrus, & effusis numerato milite telis. Flac. 6. Doctus & Anchaces patulo vaga vincula Cyro. Idẽ Cyris in arma viros, plaustrisque ad prælia cunctas. caput Cyri fertur amputatum, & in vtrem humano sanguine plenum hac cum exprobratione coniectum fuisse, satia te sanguine, quem sitisti. Vergil. in Cyri. Candida concessos ascendat Cyris honores. penultima flectit. Mant. Cyriaco tunc æra sonat, tum iubilat Antonius antepen. acuit.

CISSEIS, pen. pro. Ver. Aen. 10. Cisseis regina Parin creat vrbe paterna. Idem 7. Cisseis prægnans igneis enixa, iugales. Hecuba à Cisseo patre, Cisseis à poeta fertur. pen. flect.

CISIVM, pen. cor. Auso. Vel Cisio triiugi si placet insilias. antepe. acu.

CISTIFER, pen. cor. Mart. 5. Nubere nupsisti Gallia cistifero. antepe. acu.

CITA, Citæ, pen. cor. vrbs fuit Colchidis Medeæ patria: hinc fit adiectiuũ Cytæus, a, um, à genitiuo, vnde Cytæa Medea fertur à Valerio Flacco lib. 6. Sollicitat. nec Martis amor, sed fama Cytææ. Idem. Talia certatim Minyæ, sparũq; Cytæi. Idẽ. Aspicis vt Mynias inter procerosq; Cytæos Idem. Tum iuuenem terris parcæ tenuere Cytæis. Idem 9. Postremo mores, rabiemq; Cytæidis oræ. Prop. 2. Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis. penul. acu. Idem 1. Posse Cytæinis ducere carminibus. pen. flect.

CITELLVS, pen. pro. Hor. Ser. secundo. Sume Citelle, negat, si non des, optet amator. penult. acu.

CITHARA, pen. cor. Oui. de Pont. 4. Vtq; nec ad citharã, nec ad arcum segnis Apollo. Idem Met. 1. Te coma, te citharæ, te nostræ laure pharetræ. Idẽ Epist. Brisẽ. Pugna nocet citharæ, nosque Venusq; iuuant. Ver. Aen. 3. Post alij proceres, cithara crinitus Iopas. Idem 12. Auguriũ citharamque dabat, celeresque sagittas. Mart. 14. Sume cithariaco medicatum nectare Ceston. Mant. Accubuere epulis casu cithariſtria virgo. antepen. acu. Iuue. Sat. 7. Elicerat risum citharædi cauda magistri. Hor. de Art. Quanuis est monitus venia caret & citharœdus. Iuue. Sat. 10. Sic licèt eximius citharædus, siue Seleucus. Idem 8. Res haud mira tamen citharædo principe natus. pen. flect. Apud Græcos legit citharis, ios idest, citharea Venus. citharea ipse formarem à genitiuo citharæ, vt citharea Venus: vt Cyta vrbs est Cholchidis, à cuius genitiuo Cytæ, fit Cytæa: vt Cytæa Medea, citherea tamen fertur. cithera, orum, numero tantum plurali, pen. pro. Ver. Aen. 1. Hunc ego sopitum somno super alta Cithera. Idem 10. Et Paphos, Idaliumq; tibi, sunt alta Cithera. Idem. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cithera. Ait Seruius insula est Veneri consecrata: dicimus autem hæc Cithera, sicut hæc Solyma, hoc Artaxata, vt Aeneid. sexto. ibi, Tunc egomet tumulum. Græci per ει, diphthongon scribunt: nos, verò

verò in e, longum vertimus: vt, Citherea. Mart. vndecimo. Quod Citherea sua scribere gaudet acu. Vergil. Aen. primo. Parce metu Citherea, manent immota tuorum. Ouid. de Art. 2. Præcipuè Citherea iubet sua sacra taceri. Idem. Nũc mihi si quãdo puer, & Citherea fauete. Stat. Syl. primo. Suadeat? hoc mallet nasci Citherea profundo. Idem 3. Nonne leues pueros, non te Citherea pudebat. Peculiare est Veneris cognomentum à Citheris insula impositum: in quam illa primùm concha marina dicitur aduecta. penultima flectit. Mart. secundo. Læuior ò conchis Galle citheriacis. Ouid. Metam. quarto. Exigit indicii memorem Citheriea pœnam. Idem. Sæpe Cythariaco deducit pectine crines. Idem. Mercurio puerum diua, & Cithareide natum. Ait Seruius in Ver. Geo. quarto, ibi. Ipse caua solans ægrum testudine amorem. periphrasis est, citharæ, cuius vsus repertus est hoc modo. Cũ regrediens Nilus in suos meatus varia in terris reliquisset animalia, relicta etiam est testudo, quæ cùm putrefacta esset, & nerui eius remansissent extenti intra corium, percussa à Mercurio sonitum dedit: ex cuius imitatione cithara est composita. antepenultima acuit.

Cithaeron, pen. pro. Ouid. Metam. secundo. Didymaq; & Mycale, natusque ad sacra Cithæron. Idem tertio. Vadit vbi festus facienda ad sacra Cithæron. Vergil. Geo. tertio. Rumpe moras, vocat ingenti clamore Cithæron. Idem Aen. 4. Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron. Flac. quinto. Thias & infelix exuperet vidisse Cithæron. Ait Seru. Geor. tertio. Cithæron autem pars est Parnasi. Geographi multò secus asserunt: est enim mons à Parnaso discretus, & ab eo plusquàm triginta passuum millibus dissitus: qui Libero patri sacer erat, in quo eius sacra tertio quoque anno celebrabantur, quæ Trieterita dicebantur. penultima acuit.

Cithisvs, pen. cor. Verg. Buc. Florentem Cythisum, & salices carpetis amaras. Ait Ser. Est genus fruticis, vel herba, quæ nascitur inter campos, & syluas in Cythisa ciuitate, antepe acuit.

Cito, pen. cor. Ver. Aen. duodecimo. Quadrupedes citat incusans acriore Latinos. Stat. Syl. primo. Limen Amicleos ad frena citauit olores. Idem Theb. octauo. Tunc iras, tunc arma citat, sic decidat hostis. Ouid. Fast. 5. Siue ego te feci testem, falsòve citaui. Mart. 4. Nec pauidos tristi voce citare reos. penultima acuit. Stat. Syl. primo. Indulsit natura sibi nemora alta citatis. Idem Theb. sexto. Intonsæ sub nube comę, tunc ritè citatos. Lucan. 6. Euenos Calydona secat, ferit omne citato. Verg. Aen. duodecimo. Ora citatorum dextra detorsit equorum. Iuue. Sat. 1. Maiorum cęsu dum peruolat axe citato. Sil. decimo. Insultarat equo, vel si resupina citato. penultima flect. Stat. Theb. primo. Ilicèt igne iocus, lapsasq; citatior astris. Sil. decimo. Hemonia borea dux, penna citatior ibat. antepenultima acuit. Ouid. de Pont. secundo. Sæpe citæ lõgis visæ sermonibus ore. Idem quarto. Ante citos quantum Pegasus ibat equus. Vergil. Aen. 1. Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris. penultima acuit. Et à cico secundæ coniugationis est participium. Verg. Aen. octauo. Haud procul inde, citæ Metium in diuersa quadrigæ. Ait Seruius cõtra Donatum, hic citæ quasi diuisæ, vnde metrum non staret, quoniam citus cùm diuisus significat, ci, longa est. Hic ergo citæ veloces significamus. Hæc Prisc. lib. decimo. cap. de præterito perfecto quartæ coniugationis, cieo, cies, ciui, vel cii, citum: corripit penultimã: quando verò à cio, cis, quod quartę est coniugationis, citum producit eãdem. Cieo, cies, secundæ coniugationis. Verg. Aen. 4. Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo. Vnde citum primam corripi: à cio, is, quartæ coniugationis primam producit. Ouid. de Trist. 1. Accitus toties in genus omne ioci. Vergil. Aen. tertio. Excitum ruit ad portus, & littora complent. penultima flectit. A secunda coniug. primam corripi. Hor. de Art. Pes citus, vnde etiam trimeter accrescere iussit. Ouid. de Pont. primo. Quique dolet citius, quàm dolor ipse cadet. Idẽ secundo. Cyniphiæ segetis citius numerabis

rabis aristas. Idem Met. decimo. Serius, aut citius sedem properamus ad vnam. Stat. Syl. 1. Occupat auxilium, citius non arte refertus. Idem 3. Inuenit, hybernos citius numeraueris imbres. antepen. acuit. Cicero pro Quint. In hac re te, inquam, testem Næui citabo. Idē pro Sest. Equester ordo reus à consulibus citaretur. Idem pro Flac. Citat præco maxima voce legatos Aemonenses.

CITRVM, pen. pro. Luca. 9. Sed citri contēta comis viuebat & vmbra. Mart. duodecimo. Et Maurusiaci pondera rara citri. Verg. Geor. 2. per periphrasim ostendit hanc arborem citrum, eius supprimēs nomē. ibi, Medica fert tristes succos, tardū sapotem, felicis mali: hæc arbor citrus fœcunda est pomorum: vbi ait Ser. apud Medos nascitur quædam arbor ferens mala, quæ medica vocantur, hanc plærique citrum volunt, quod Apuleius admonet: quidam ad malam crucem ferebatur, & secundo malum medicum comedens. Hęc arbor citrus omni penè tempore plena est pomis, quæ in ea partim matura, partim acerba, partim adhuc in flore sunt posita: ideo felicis mali dixit poeta. penult. acuit.

CYTORVS, pen. pro. Verg. Geo. 2. Et iuuat vndantem buxo spectare cytorum. Montem Macedoniæ dixit, ait Ser. in quo abundat buxus, quę vento mota ęstus imitatur vndarum. pen. flect.

CITRA, pen. pro. Hor. Ser. 1. Quos vltra, citraq; nequit consistere rectū. Quē accentum habet. Vide A, præposi. seu Circa.

CIVIS, pe. pro. Luca. 1. Quis furor ò ciues, quæ tanta licentia ferri. Ver. Buc. Barbarus has segetes? en quo discordia ciues. Stat. Syl. 3. Mōtis hyems trepidas exhausit ciuibus vrbes. Idem 1. Tu ciuile nefas, tu tardum in fœdera montem. Oui. Met. 15. Pace data terris animū ad ciuilia vertet. Clau. Ciuiles abole notas sciat orbis eous. Idem. Et quanuis præsens tumor p ciuilia nuper. Luca. 1. Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ. Hora. Epist. Ibitur, hic stabit ciuilibus exitus armis. Ver. Aen. 6. Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu. penultima flectit. Ouid. Metamor. duodecimo. Exercet memores plusquàm ciuiliter iras. Iuue. Sat. 5. Posci mus, vt canes, ciuiliter hoc face, & esto. antepen. acuit.

CIVICVS, pen. cor. Oui. Fast. 1. Ciuica pro tepidis cùm tulit arma reis. Sil. 8. His su per internæ labes, & ciuica vulnus. Hor. Epist. 1. Seu linguam causis acuis, seu ciuica iura. antepe. acu.

CIZICVS, pen. cor. Flac. 2. Cyzicus Aemonios proceres tandem excipit aula. Idem 3. Cyzicus, ecce super foribus Bellona reclusis. antepe. acu.

CLADES, pen. pro. Luca. 2. Ergo vbi concipiunt quātis sit cladibus vrbi. Idem. Noscaut venturas vt dira per omnia clades. Idem 1. Non tum Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus autor. Iuu. Sat. 4. Quis comes vtilior si clade & peste sub illa. Ouid. Metamor. 7. Erumpit clades, obsuntque autoribus artes. Idem de Trist. 5. Cumque aliis fugerent subitæ contagia cladis. Idē Metam. 14. Nunc quoque se tetigeri nec tātæ cladis ab illo. Mar. Cladibus, & lucris damnatum infamibus omni. Sil. 7. Vincendi statuit, tumefactum cladibus ille. penult. acuit.

CLAMO, pen. pro. Ver. Buc. Et cùm clamarem, quo nūc se proripit ille. Mart. 2. Declamas bellè, causas agis Attale bellè. Cicero pro Cluē. cùm & de suo ex de vxoris interitu clamaret. Idem in Verr. Rex deos, hominesq; cōtestans clamare cœpit Luca. 2. Conclamata iacet, nec mater crine soluto. Flac. 1. Vela notis, plenasque malis clamoribus vndas. Ouid. Metam. 1. Sufficit vt clamor pressus grauitate regētis. Verg. Aen. 12. Quisque ruit tantus diuersa clamor ab vrbe. Idem Geo. 1. Et Cererem clamore vocant in tecta, neque ante. Idem 4. Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostē. Stat. Syl. 3. Aut intrant census clamosi turba theatri. Iuuen. Sat. 9. Securum iubeant clamoso insistere circo. Mart. 10. Hic olidam clamosus ages in retia vulpem. Stat. Syl. 4. Te quoq, clamosæ quænam plaga mitior vrbi. penultima flectit.

CLANDESTINVS, pen. pro. Lucr. 1. Naturam clandestinam cæcamque adhibere. Manil. 1. Et clandestinis surgentia fraudibus arma. Sil. septimo. Ceu clandestino

traheretur fœdere bellum. Lucr. 2. Significant clandestinos cæcosq; subesse Mar. clandestina manu poterat quę dona pien ti. penult. flectit.

CLANGOR, pen. pro. Luca. 10. Vllius clangore tubæ temere omnia sequi. Ver. Aen. 3. Harpyiæ, & magnis quatiunt clangori bus alas. pen. acu.

CLANIVS, pen. cor. Ver Geo. 2. Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus acerris. Ait Seruius, Acerre, ciuitas est Campaniæ haud longe à Neapoli, quàm Clanius præterfuit fluuius, cuius inundatio eam exhaurit. antepen. acu.

CLANIS, pen. cor. Syl. 8. Et Clanis, & Rubico, & Senonum de nomine sene.

CLARVS, pen. pro. Stat. Syl. 5. Clara rudimenta, & castrorum dulce vocaret. Oui. Met. 13. Clara parens hęc est, dicet Pria meia coniux. Idem 14. Nomina cùm sceptro clarus subit ecce Latino. Idem de Trist. 1. Non vt Alexandri claram delatus in vrbem. Luca 5. Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu. Iuue. Sat. 2. Traditur ecce viro clarus genere atque opibus vir. penultima flectit. Mant. Clarior Erigone Phœbo lucetior ipso. Oui. de Trist. primo, Nec tantum clario Lyde est dilecta poetæ. Ver. Geo. 1. Hinc capere incipiam, vos ô clarissima mundi. antepe. ac.

CLARANVS, pen. pro. Mart. 10. Et vix clarantis quid, rogo, teste iuuat. pen. flect.

CLARISONVS, penul. cor. Catul. Clarisonas imo fudisset pectore voces. antep. ac.

CLAROS, pen. cor. Oui. Met. 1. Et Claros, & Tenedos, Patereaq; regia seruit. pe. ac.

CLASSICVS, pen. cor. Luca. 6. Classica nul la sonant, inuisaque tela vagantur. Idem 4. Vlla vocant certos non rumpunt classica somnos. Stat. Theb. 2. Fossor, & hostiles inimicent classica turmas. Ver. Geo. 2. Nec dum etiam audierant Inflari classica nec dum. Mart. 2. Si tamen inuitus vadis, cur classice vadis. Idem. Si non mę tiris Classice, dispeream. antepen. acu.

CLATVRVS, pe. pro. Mant. Hic obiter quæ sit nomen clatura di-rum. pen. flect.

CLAVDIVS, pen. cor. Mant. Cum regeret terrarum olim Nero Claudius orbem Iuue. Sat. 5. Boletus domino, sed qualem. Claudius edit. Idē. Respice riuales diuorũ Claudius audit. Oui. Fast. 4. Claudius & bello, te quoque cepit Eryx, Idem. Claudia quinta genus clauso referebat ab alto. Idem. Claudia pręcepit læto cęle bertima vultu. antepen. acu.

CLAVA, pen. pro. Sil. 2. Agmina vastabat claua nihil indigus ensis. Oui. Fast. 1. Occupat Alcides, adducta claua trinodis. Idem Phræd. Ossa mei fratris claua per fracta trinodi, Ver. Aen. 10. Immanemq; Gyan sternentes agmina claua. Iuu. Sat. 16. Milia clauorum quis tam procul ab sit ab vrbe. Hor. Ser. 2. Vixit inæquales clauum, ut mutaret in horas. pen. flect.

CLAVDICO, pe. cor. Lucr. 4. Et libella aliqua si ex parte claudicat hylum. Idem 3. Claudicat ingenium, delirat linguaque mensque. Idem 6. Et quod ī Aegypto est, qua mundi claudicat axis. Mant. Claudi cet, & diuos non experiatur inertes. Idē. Claudicat arrepto redit in delubra bacil lo. Oui. Fast. 1. Rident, percusso claudicat ille genu. Cicero de Off. Nec in ullo offi cio claudicare. Idem de Or. Si quid in oratione claudicat. Idem de N. Resq; tota vacillat, ac claudicat. Idē de Cla. Tū etiā ineptiis claudicabar. antepen. acu.

CLAVDO, pen. pro. Oui. Met. 14. Cum tamen agrestum metuens pomaria claudit. Iuue. Sat. 3. Numen aqua viridi si margine clauderet vnda. Idē 6. Et pecus, & dominos communi clauderet vmbra. Luca. 9. Clauderet exesis austrum scopulosa cauernis. Cicero pro Flac. Cū L. Flacco portas tota Asia claudebat. Idem Epist. Quam adhuc meus pudor mihi clausit. Idem ad Att. Cæsar claudere mihi videtur maritos exitus. Idē Quin. Fr. Adhuc clausum mare scio fuisse. pen. acu.

CLAVIS, pen. pro. Oui. Fast. 1. Et clauem ostendens, hæc ait, arma gero. Idem. Ille tenens baculum dextra, clauemque sinistra. Stat. Syl. 3. Notus adhuc tantùm maioris munere claui. pen. flect.

CLARESCO, pen. pro. Mant. Claruerat segnis à tempestate recentum. pen. flect.

CLAVIGER, pen. cor. Oui. Met. 15. Clauiger alloquitur lapidosas Cæsaris vndas. Idem 7. Clauigeram vidi Vulcani occumbere prolem. Sil. 3. Exin clauigeri veneratus numinis aras. Oui. Fast. 1. Clauigerum

rum verbis alloquor ipse deum. Idem 4. Clauiger, & tanto est Albula puta deo. antepen.acu.

CLAZOMENES, pen.cor.Hor. Ser.1. Clazomenis etiam lites cum rege molestas. Ait Seruius Aen.4.ibi.Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo. Clazomene ciuitas Asiæ,iuxta hanc nemus est Gryneum,ubi Apollo colitur. antepen. acu.

CLEANTES, pen.pro.Iuue.Sat.2. Et iubet archetypos pluteum seruare Cleant. penult. acuit. Pers. Sat.5. Fuge Cleantea, petite hinc iuuenesq;,senesque. pe.flect.

CLEMENS,pen.pro. Mart.10.Si prior Eugeneas Clemens,Heliconis in oras.Mart. Mox autem ritu Clemens discessit ab illo.penult. acu.Oui. Met.9.Nec dubitat, nec quæ sit clementissimus amnis. Mant. Nuntius afflicta rex clementissimus vrbem. Oui.de Pont.1.Cum subit Augusti quæ sit clementia credo. Idem de Trist. 5. Sæpe refert, sit quanta dei clementia cuius.Stat. Syl.1. Ipse etiam cunctos gra uis inclementia facti. Claud. Danubius ripas eadem clementia sæui. Auso.Burdigala est natale solum clementia cæli. Luca.octauo. Labitur,emollit gentes clemẽtia cæli. Ver.Geo.tertio.Et labor,& duræ rapit inclementia mortis: Idem Aen.12. Recta fides hilaris clementia cauta potestas.antepen.acu.

CLEOPHAS,pen.cor.Mant.Nascitur ardẽtes Cleophan veneramur ad aras. Idem. Insidiis captus Cleophas occiditur anno. Idem. Dum Cleopha Lucam Christum vidisse latentem.antepen.acu.

CLEONAEVS,pen. pro. Claud.Vna Cleonæum poscebat sylua leonem. Stat. Syl. 4. Tota Cleonæi iuba syderis, exue curis.Idem 5.Arma Cleonæusque acies impelleret arcus.Sil.3.Ora Cleonæi patulo cælantur hiatu.Luca.4. Vlla Cleonæo iã tempora clausus hiatu.pen. flect.

CLEOPATRA,pen. prod.Iuue.Sat.2.Mœsta nec Actiaca fecit Cleopatra carina. Mart. 3. Miserat in nodos se Cleopatra lacus. Stat. Syl.1. Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.Luca.10.Inuasit Cleopatra domum, nec prodita tantum est. Idem.Expugnare semen potuit Cleopatra venenis.penult. acu. At rectius antepenult.muta enim, & liquida iuuant metrum,ait Seruius.

CLERVS,pen.pro.Mant.Propterea cleri insidias & plurima passus.pen. flect.

CLETVS, pen. pro. Mant.Prætulerim ipse sibi geminus, Cletumq;, Linumque.penult.flectit.

CLIENS,pen.cor.Iuue.Sat.1.Vestibulis abeunt veteres,lassique clientes.Pers.Sat. 3. Et piper, & pernæ Marsi monumenta clientis. Ver. Aen.6. Pulsatusve parens, & fraus innexa clienti. Ait Seruius.Cliẽtes dicuntur quasi colentes,qui patricios colant,à quibus defenduntur: patroni dicuntur quasi patres.pen.acu.

CLYMENE, pen. cor. Oui. Met. 4.Diligis hanc vnam,nec te Climeneque,Rhodūque.Idem 1.Et tulit ad Clymenem Epaphi conuitia matrem. Idem Ambiguum est Clymene precibus Phaethontis an ira.Idem 5. Ense iacet Clymeni Proteno ra percutit Hypseus. Flac.1.Tum valida Clymenus percusso pectore tonsa. Ver. Geo.quarto.Inter quas Clymene curam narrabat inanem.Oui.Epist.Helen.Cætera per socias Clymenem, Aethramque loquemur. Idem secundo.Quo simul acclиuo Clymeneia limite proles.Vide Seruiũ in Verg.Aen.10.ibi. Nanque ferunt luctu cycnum Phaethontis amati.antepenult.acu.

CLYNAMEN,pen.pro.Lucr.secundo.Id facit exiguum Clynamen principiorum. penult.flectit.

CLINICVS, pen.cor.Mart.9.Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro.antepenult.acuit.

CLIO, pen. pro. Ver. Opusc. Clio gesta canens transactis tempora reddit. Idem Geo. quarto. Clioque, & Beroe soror oceanitides ambæ. Oui.de Art.1. Nam mi hi sunt visæ Clio,Cliusque sorores. Iuue.Sat.septima. Vallibus, esuriens migra ret in atria Clio.Stat.Syl.primo. Fronte verecũdo Clio nea ludit etrusco. Claud. Tu iuga Taygeti frondosaque Menala Clio.penult.acu.

CLYPEVS,pen.cor.Oui.de Trist.1.Et quanquam sero clypeum post vulnera sumo. Stat.Syl.primo. Nubigeros clypeos intãtaque cædibus arma. Mant. Ligna volant

tecti clypeis,& in aere pugnant. Ver.Aeneid. 10. Tot paribus streperet clypeus, tot stringeret enses.Idem 12. Sydereo flagrans clypeo,& cœlestibus armis. Idem. Postquam habitus lateri clypeus, loricaque tergo est.antepe.acu.Clau. Quis de cor in cædis quoties clypeatus, & auro. Ouid. Met.3. Existant, crescitque seges clypeata virorum.penult.flect.Ver.Aen. 9. Dat tellus gemitum,vt clypeum super intonat ingens. Ait Ser. Nam lectum est etiam hoc clypeum,vt probat Caper, qd magis debemus accipere. De quo vide,& quod satis est,Pierium Aen.2. ibi. Mutemus clypeos:& ibidem quid Charisius,atque Grammaticorum vsus.

CLITAEMNESTRA,pe.pr.Pro.3.Quidve Clytæmnestræ propter quam tota Mycenis.Iuue.Sat.6.Mane Clytemnestrã nullus non vicus habebit.pen.acu.

CLITELLA,pen.pro.Hor.Ser.1. Hinc muli capitæ clitellas tempore ponũt.penultima acuit.

CLYTIVS,pen.cor.Ver.Aen.10. Dũ sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydõ. Oui.Met.4. At Clytium quamuis amor excusare dolorem.Idẽ. Quæq; tuos Clytie quamuis despecta petebat.Idẽ 5.Dũq; manum fortuna iuuat,Clytiumque, Danumque.antepe.acu.

CLITORIVS,pen.cor.Oui.Met.15.Clitorio quicunque sitim de fonte leuauit.antepen.acuit.

CLYTON,pen.cor.Ouid.Metamo.septimo. Maior habet Clyton, & Euten pallente creatos.pen.acu.

CLYTVMNVS,pen pro. Sil.8. Clytumnus taurum,namque albescentibus vndis. Iuue.Sat.12.Læta,sed ostendens Clytumni pascua sanguis.Vergil.Geo.1. Hinc albi Clytumne greges,& maxima taurus.Ait Ser.Vocatiuus ẽ Clytumne:Clytumnus autem fluuius in Meuania, quæ pars est Vmbriæ partis Tusciæ: de quo fluuio, vt dicit Plinius in historia naturali,animalia quæ potauerint albos fœtus creant.penult.acuit.

CLIVVS,pen.pro.Sil.15.Ardua saxosa perducit semita cliuo.Ouid. Fast.1. Arduus in valles per fora cliuus erat.Ver Geo.2. Nam ieiuna quidẽ cliuosi Glarea ruris. Idem. 1. Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam.Iuu.Sat.5.Cliuosæ veheris dum per monimenta Latinæ, pen.flect. Oui. Met.14.Erigitur serpens, summoque acclinia malo. antepe.acu.

CLOACA,pen.pro.Iuue. Sat.5. Vernula riparum pinguis torrente cloaca. Hor, Ser.2.Illud idem in rapidum flumen,iaceretque cloacam.Mant.Siue fimum ferri e stabulis haurire cloacas.pen.flect.

CLOANTHVS,pen.pro.Ver.Aen.5. Centauro inuehitur magna,Scyllaq; Cloanthus Idem. Turba inter fremituq; Gyas, quem deinde Cloanthus Idem,Summa clamore Gyas reuocabat,& ecce Cloanthũ. Idem. Solus iamque ipso superest in fine Cloanthus Idem. Ni palmas ponto tendens vtrasque Cloanthus.pen.acu.

CLOELIA,pe.cor. Ver.Aen.8 Et fluuium vinclis innaret Cloelia ruptis. De qua nobili virgine Romana Seruius loquitur.In tantam autem obsidionis necessitatem populus venerat, vt etiam obsides daret,ex quibus Cloelia inuenta occasione transnatauit fluuium, & Romam reuersa est,redditaque rursus est,pacis legẽ eam Porsenna repetente, qui admiratus virtutem puellæ,dedit ei optionem vt cum quibus vellet, rediret;illa elegit virgines: vnde Porsenna hoc quoque miratus, concessit: & rogauit per literas populũ Romanum, vt ei aliquid virile decerneretur: cui data est statua equestris, quam in sacra via hodieque conspicimus antepen.acuit.

CLODOVEVS,pen. pro. Mant. Stirpe Clodouei Francorum regis, & omnes.pe.ac.

CLOTHO, pen. pro. Stat. Syl.1. Estis Io superi, nec inexorabile Clotho. Oui.In Ibin.Dixerat, & Clotho iussit promissa valere. Ver. Aen. 9. Aequoris esse deas quales Nereia Clotho. Iuue. Sat.9.Hæc exempla para felicibus at mea Clotho. penult.acuit.

CLVDO,pen.pro.Stat.Theb.4.Scilicet heu superi cùm tu cludare minaci.Verg.Aen. 12. Viribus haud ullis valuit discludere morsus.Oui.Met.13.Ora patentis erant, Nec intercluserat vnda.Cicero de N.Mare terram littoribus cludit.pen.flec.

CLODIVS,pen.cor.Mant.Cætera quæ tendunt

dunt ad Clodia littora Cæsar. Iuue. Sat. 2. Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum. antepe. acuit.

CLVNIS, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Semesum leporem, atque aliquid de clunibus apri. Idem secundo. Clunem agitant, ego te ceuentem Sexte verebor. Manil. secundo. Clunibus & geminos pedibus testudine cancrum. Ait Seru. Aen. 2. ibi, Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum. Omnia Latina nomina in anima, simplicia, & à verbo non venientia, nis, syllaba terminata masculina sunt: inanima propter canis: simplicia propter bipennis, à verbo non venientia propter finis: ergo clunis Iuue. Sat. 9. bene dixit ibi. Ad terram tremulo descendant clune puellæ. Hor. ergo Serm. 1. probat. Quòd pulchræ clunes, breue quod caput ardua ceruix. Hãc regulam quoque Prisc. adfert. libro 5. vt bipennis fœminei generis, finis atq; clunis communis generis vsurpauit autoritas. Vide Finis.

CLVSINVS, pen. pro. Mart. 13. Imbue plebeias Clusinus pultibus ollas. Hor. Epis. 1. Clusinis, Gabiosque petunt, & frigida rura. Sil. 8. Clusinum vulgum, cum Porsena magna iubebat. Idem 10. Clusina vene re domo, si Porsena fando. Verg. Aen. 10. Qua rex Clusinis aduectus Osinius oris. pen. flect.

CLVPEA, penul. cor. Luca. quarto. Et Clupeam tenuit stationis littora notæ. antepenult. acuit.

CLVSIVS, pen. cor. Ouid. Fast. 1. Et modò sacrifico Clusius ore vocor. Ver. Aen. 10. Sub quo mille manus iuuenum, qui mœnia Clusi. Ait Ser. Clusi pro Clusij, nam Clusium dicitur, & est dictum per syneresim, sicut nec cura peculi, pro peculii. Clusium autem oppidum est iuxtà Massicum. antepe. acuit.

CLVVIENVS, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Qualécũque potest, qualis ego, vel Cluuienus. penul. flectit.

COACERVO, pen. pro. Catul. Cui teres excelso coaceruatum aggere bustum. penul. flect. Cicero contra Rul. Videntis constitutam, & coaceruatam pecuniam. Idẽ. Pecuniæ coguntur, & coaceruantur.

COAGVLVM, pen. cor. Oui. Fast. 4. Mox expulas ponũt liquefacta coagula lacte. Idẽ Met. 14. Mellaq; vimq; meri & cum lacte coagula passo. Idem 13. Seruatur: partem liquefacta coagula durant. Tibul. 1. Et miscere nouo docuisse coagula lacte. antepen. acuit.

COALESCO, pen. pro. Oui. de Art. 1. Dum nouus in viridi coalescit cortice ramus. penult. acuit.

COAX, pen. pro. Ouid. Philom. Garrula limosis rana coaxat aquis.

COCALVS, pen. cor. Oui. Met. 8. Dædalon & sumptis pro supplice Cocalus armis. antepe. acuit.

COCCINVM, pen. cor. Mart. 14. Si Veneto, Prasinove faues, quid coccina sumus. Idẽ 1. Si fuerit sanus coccina quid faciet. Idẽ. Coccina famosæ donas, & Hyacinthina mœchæ. Iuue. Sat. 3. Atque mero feruens fouet hunc quem coccina læna. antepenultima acuit.

COCYTVS, pen. pro. Ver. Geo. 3. Cocyti metuet, tortosque Ixionis angues. Idem 4. Cocyti, tardaq; palus inamabilis vnda. Idem Aen. 6. Aestuat, atque omnem cocyto eructat arenam. Idem. Cocyti stagna alta vides, stygiamq; paludem. Idem. Cocytusque sinu labens circumuenit atro. Stat. Theb. 1. Cocyton iuxta, resolutaq; vertice crines. Idem 8. Cocytos Phlegethonque, & styx periuria diuum. penultima flectit.

COCHLEA, pen. cor. Mart. 8. Magnanimis loquimur cochlea cùm mittere posse. Hor. Ser. 2. Potorem cochlea, nam lactuca innatat acri. antepen. acu. Mart. 8. Magna nimis loquimur, vel cochleare mihi. Idem. Nonus aculeolos in cochleare tulit. Idem 14. Nunquid scis potius cur cochleare vocer. penult. flect. Et cochlear, ait Calep. per apocopen finalem flecti, vt nostras, quæ syncopen est. est enim cochlea testa limacis.

COCLES, pen. pro. Iuue. Sat. 8. Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ. Ver. Aen. 8. Aspiceres, pontemq; auderet, qđ vellere Cocles. Ait Ser. & modo cocles s hoc homine, de quo dicit, propriũ est nomen, in aliis appellatiuũ: nam luscos coclites dixerũt antiqui. vnde & Cyclopas, & Coclitas legimus dictos: quòd vnum

oculum habuisse perhibent. nam Horatius, qui contra Porsennam cum ingentibus copiis per ligneum pontem transire conantem solus hostilem impetum sustinuit, donec à tergo pons solueretur à sociis. Cocles iam dictus est, ex eo, quòd in alio prælio oculum amiserat. Vnde Coclites ex eius familia dicti sunt: sicut Cornelius Scipio dictus est ex eo, quòd patri luminibus capto scipionis vice fuit, & iter eius per vrbem dirigebat. Est enim scipio baculus ille, cui senes innitentes gradum stabiliunt: hæc cognométa ex uariis causis hoïnibus euenire, ait, Quint. Inst. primo cap. octauo. ibi. Iam Cotta Scipiones, Lenates, Cicerones, Coclites, Serani. Vide Cognomen. Declarat Antonius Nebriss. libro tertio, in com. ibi, Vt Scipio cognomen, quo in ea familia. sic omnes cognominabantur: quod in illo primo scipione fuit agnomen, quod alicui primùm aliquo imponitur euentu, sine origine. Vnde posteris descendit in cognomē: vt Lenates, Serani, Scipiones: vt Cicero Epis. 2. Canni. Salust. Rhodum Ciceronum causa puerorum accessurū puto. de filio, ac nepote locutus. Itē pnomen, cognomē, agnomē, quia propria sunt nominis eiusdem substantiæ, eodem casu sine copula leguntur in vsu. Vsurpatiuè tamen cognomen in ablatiuo plurali cum a, præpositione legitur originem indicāte, à quo descendunt cognationes in posteros, vt Scipiones à primo Scipione, vt Serani, à primo Serano, vt Christoph. Scobar. Dom. sanctorum à votis. & in Plin. nat. primo Epist. qui precibus eruditi fratris Nicolai a Pratis. Itē in lucub. in Orat. Cic. extat epist. vbi pro A. Clu. Reuerēdis. D. Ioāni à Latharingia Frācifcus Syluius salutem. Item in Orat. pro Marco Marc. Clarissimo viro Ioanni a Barra Pariensi præfecto, Syluius salutem. Item pro Cæl. Ioannes Tislinus V. D Iacobo, & Gulielmo à Sauigny salutem. A, quidem præpositio significat efficientem causam, autorem, & originem. Hæc Scoppa, & Lancilottus lib. octauo. cap. 83. atque Ioan. Despaut. in Syntaxi: & ponens differentiam, de significat materiā. Vnde negat posse Dici Ioannes de Gandauo, tacens de A, præpositione originem significante: dici igitur Ioannes Planus, & à Planis. at primum usitatius.

Coctilis, pe. cor. Oui. Met. Coctilibus muris cinxisse Semiramis vrbem. antepenult. acuit.

Coctona. Iuue. Sat. 3. aduectus Romam, quò pruna, & coctona vento. antepenultima acuit.

Codex, pen. pro. Iuue. Sat. 7. Qui venit ad dubium grandi cum codice nomen. Idē 2. Horrida quale facit residens in codice pellex. penult. acu.

Codon, pen. pro. Sil. 8. Spicula bina gerunt caput his codone ferino. codon significat pellem feræ crudam. pen. acu.

Cœnum, pen. pro. Oui. de Pont. 4. In cœno Marius iacuit, cannaque palustri. Ver. Geo. 1. Cœnumque, Iapetumque creat, sæuúque Typhoea. Iuue. Sat. 3. Parthenea nec sperat cœnosi gurgitis aluum. pe. acu.

Coeo, pen. cor. Hor. Epist. 1. Sit qui dicta foras eliminat vt coeat par. Idem de Art. Et frugi, castusque, verecundusque coibat. Oui. Met. 2. tum digiti coeunt, & qui nos alligat vngues. Idem. Huc coeamus, ait, nullique libentius vnquam. Idem 3. Ethice de studio similes coeamus in vnū. Ver. Aen. 10. Non aliter socium virtus coit omnis in vnum. Stat. Syl. 1. Sæua Machaonio coierunt vulnera succo. Idē. secundo. Et longum coiere faces sanctus que pudicæ. Idem 3. Vix operire capax, huc omnis turba coimus. Lucr. 6. Sanguine, & vlceribus vocis via septa coibat. Idem 5. Quæ quanto magis inter se perplexa coibant. Cicero ad At. Cæsar cum eo coire cogitat. Idem. Heri aliquot adolescentuli coimus in piræum. Idem de Nat. Pinna cum squilla societatem coit. Idem pro Clu. Dixi habito statim de eo, qui coisset. antepen. acu.

Cœno, pen. pro. Mart. decimoquarto. Dic, quotus es, quanti cupias cœnare? nec vnam. Idem 11. Cœnabit bellè, non habitabit aper. Iuue. Sat. prima. Secreto cœnauit auus? nunc sportula primo. penultima flectit. Mart. 10. Paruus onyx vna ponetur cœnula mensa. Iuue. Sat. tertia. Seruorum ventres, & frugi cœnu-

cœnula magno. Idem decimo. Tota cohors rarus venit in cœnacula miles. Idē primo. At mea Vipsanás spectant cœnacula laurus. Horat. Epist. primo. Quid pauper. vide, mutat cœnacula, lectos. Iuuen. Saty. septimò. Surgat, & algentem rapiat cœnatio solem. antepenultima acuit. Cicero Epistol. Ego eo die casu apud Pompeium cœnabam. Idem Ad Quint. Fr. Apud Pompeium in eius nuptiis eram cœnaturus. Idem pro. Deio. At eodem te, cum cœnauisses, reditu- rum dixeras. Idem in Vat. Quis vnquàm in funere familiari cœnauit cum toga pulla.

Coerceo, pen. cor. Luca. primo. Credita sunt quantum volucres cum bruma coercent. Idem. Membra ducis riguere comæ gressusque coercens. Iuue. Sat. 9. Sed vigilat consul, vexillaque vestra coercet. Hor. de Art. Multa dies, & multa litura coercuit, atque. Lucr. 6. Denique quàm circum colli lorica coercet. Cicero de Nat. Mundus omnia complexu suo coercet. Idem Tusc. Hoc præcipitur, ut ratio coerceat temeritatem. antepenultima acuit.

Coelebs, pen. pro. Catul. Desertum in lecto cœlibe perpetitur. pen. acu.

Coemo, pen. cor. Hor. Ser. primo. Omnia conductus coemēs obsonia nummis. Cicero in Ver. Non modò non vendebant, sed etiam coemebant. Idem Epist. Sylla omnia bona coemit. antepenultima acu. Iuue. Sat. decimaquarta. Frumenti dominus clamat, piperisque coemptor. penult. acuit.

Coenobium, pen. cor. Mant. Grandia cœnobiis meminit Trinacria Roma. In cœnobita. pen. prod. Despaut. pen. flect. cœnobium. antepen. acu.

Coenis, pen. pro. Oui. Met. 12. Aut fuerat promissa tuæ, nec Cœnis in vllos. Idem. Magnum Cœnis, ait, facit hæc. iniuria votum. penultima flectit. Idem Quis fuerit Cœneus, cur in contraria versus. Idem. Inque cruentatus Cœneus Elateius ictu. Non contractum antepenultima acuit. Vide Orpheus.

Coepi, pen. pro. Oui. Met. primo. Sydera cœperunt toto fulgescere cœlo. Idem Cœperat, irridet primo pia vota Lycaon. Idem tertio. Cœperat, & virides aspergine tinxerat herbas. Cicero ad Att. Caietam si quando abundare cœpero, ornabo. Idem. Sed antiquiores literæ quàm ruere cœpit. Idem in Epist. Si latro rursus in Italiam se recipere cœperit. Idem de Clar. Qua iu vrbe primùm literis oratio est cœpta mandari. pen. acu.

Cognatus, pen. pro. Oui. Met. 2. Impetus est in equam, cognataque pectora vertor. Idem Fast. primo. Nunc incognatas disiliebat aquas. Idem 2. Proxima cognati dixere caristia chari. Ver. Aen. 12. Victus amore tui cognato sanguine victus. Luca. 1. Cognatasque acies, & rupto fœdere regni. Iuue. Sat. 11. cognatorum aliquis titulo ter consulis, atque. Hor. Ser. 2. Ex more imponens cognata vocabula rebus. Stat. Achil. primo. Per te chare puer, cognata per æquora iuro. pen. flect. Mart. 9. Chare daret solenne tibi cognatio munus. antepen. acu.

Cogito, pen. cor. Ver. Opusc. Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat. Oui. Met. decimoquarto. Cogitat, & dubia est, de te Babylonia narret. Hor. Epist. 2. Non fraudem socio puero, non cogitat vllam. Idem de Art. Cogitat, vt speciosa dehinc miracula promat. Idem. Nam scelus intra se tacitum qui cogitat vllum. Cicero. Att. De hortis toto pectore cogitari. Idem. Sed me hercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis. Idem Epist. Si insulam Britanniam cœpero cogitare. Idem pro Milo. Clodius nihil de extremis Milonis comitibus cogitauit. Idem contra Rul. Vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. antepenultima acuit.

Cognitus, pen. cor. Oui. Met. secundo. Cognita res vatis meritam Achæides vrbes. Iuue. Sat. 12. Eiusdem pars dira quidem sed cognita multis. Idem 9. Nil faciet longi mensura incognita nerui. Oui. Met. decimoquarto. Quam mihi cognitius, qui sum mutatus ab illis. Iuue. Sat. sexta. Intonat horrendum Iam cognitione peracta. Idem 7. Rara tamen

merces quæ cognitione Tribuni. Idem 16. Cognitio est igitur de milite nec mi hi deerit. antepen. acu.

COGNOMEN. pen. p. o. Hor. Ser. 1. Tardo cognomen pingui damus, hic fugit omnes. Idem. Cui canis exuero dictum cognomen adhæret. Mant. A domino cognomen habet, quia morte perempta. Idem Ianus ei cognomen erat de nomine fractum. Ver. Aen. primo. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Ait Seruius: si proprie loqueretur, agnomen diceret, non cognomen, sed magis ad familiam respexit: quia omnis gens Iulia inde originem ducit. Idem 11. Ille vrbem Argirypam patriæ cognomine gentis. Idem sexto. Corde dolor tristi, gaudet cognomine terra. Ait Seruius: fecit autem hic & hæc cognominis: nam in Plauto lectum est, cum vna de Bacchidis diceret, illa mea cognominis fuit: quod autem communi genere in e, misit ablatiuum, metri necessitate fecit: nã hic adiectiuũ est, hic, & hæc cognominis, & hoc cognomine, cognomini facit ablatiuum. vt omni. felix in i, & in e, nihil enim simile habet cum neutro, cognomine legimus, vbi substantiuum est. cognomen pen. flectit. Vide Cocles.

COGO, pen. pro. Ver. Buc. Nil nostri miserere, mori me denique cogis. Idem Geo. primo. Ventus agit nubes? quid cogat, & humidus auster. Idem. Aen. 3. Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames. Idem Opusc. Cogor inire vices, ita dum me charior ipso. Luca. 3. Pacis ab exhaustæ spolium non cogit egestas. Catul. Cogor inops ardens amenti cæca furore. Iuue. Sat. 3. Cogimur & cultis augere peculia seruis. Idem 5. Cogaris pressoq; diu stridere molari. Idem 15. Arma coegerunt tam detestabile mõstrum. Hor. Ser. 1. Cogeris aut pictis tan quam gaudere tabellis. Lucr. sexto. Atque labore pudor quem sic cogebat obire. Cicero pro Do. Fieri particeps alieni sceleris inuitus cogor. Idem Ad At. Vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem. Idem. Nec duces simus, nec agmen cogamus. Idem Epist. Quam citò senatum coegerim. Idem in Ver. Cogere pecuniam à ciuitatibus. Cogo. penultima flect.

COHASTES, pen. pro. Flac. 6. Maximus hos inter stygia venit arte Cohastes. penult. acuit.

COHIBEO, pen. cor. Mant. Acta senex quam do lemures cohibere superbi. Iuue. Sat. 5. Seruator domino dextram cohibere memento. Ver. Aen. 12. O cohibete iras ictum iam fœdus & omnes. Stat. Achil. 1. Et picturato cohibet vestigia limbo. Luca. 9. Quæ cohibet virus, retinetque in vulnere pestem. Lucr. 2. Quæque in se cohibent palatia sydera passim. Idem. Corpora cælare, & varias cohibere figuras. Idem 6. Quos opere in tali cohibet vis magna vocare. Cicero Off. Cohibere motus animi turbatos. Idem in Ant. Vtcius furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus. Idem Acad. Sapientem assensus omnes cohibiturum. Idem. Prudentes Academicos à rebus incertis assensionem cohibuisse. cohibeo. antepen. acuit. Lucr. 3. Corpore qui nostro varius magis, incohibescit. pen. acu.

COHORS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Atque ederis redimita cohors, vt tollat ouãti. Flac. 1. Sæua cohors, montemque Calybs iterataque muris. Luca. 3. Massiliam delere vocat, gaudete cohortes. Ver. Geo. 2. Vt sæpe ingenti bello cum longa cohortes. Iuue. Sat. 5. Inter uos quoties libet torumque cohortem. pen. acu.

COITVS, pen. cor. Mant. Irascente deo coitum mala sydera in vnum. Oui. Fast. 4. Perque suos coitus continet omne genus. Lucr. 1. Seminis ad coitum, è nihilo si crescere possent. pen. acu.

COLAPHVS, pen. cor. Iuue. Sat. 9. Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Hor. Epist. 1. Smyrna quid, & Colophon maiora, minora ne fama? antepenult. acuit.

COLINVS, pen. pro. Mart. 1. Si sapis, vtaris totis Coline diebus. Idem 4. Ferre nec hanc possis, possis Coline, nec illam. penult. flectit.

COLLATINVS, pen. pro. Ver. Aen. 6. Hic collatinas imponent montibus arces. penult. flectit.

COLLATVS, pen. pro. Iuue. Sat. 15. Vt collata

lata daret fiducia protegere armis. Ver. Aen. 11. Tu Tyrrhenum equitum collatis excipe signis. pen. flect.

Collega, pe. pro. Iuue. Sat. 11. Censoris mores etiam collega timeret. Idem octauo. Nobilis ornatur lauro collega secunda. Idem 3. Nec prior Albinam, & Modiã collega salutet. Hor. Epist. 2. Collegam lepidũ quo duxit Lollius anno. pen. flec.

Collibet, quod tantùm in tertiis personis legitur, à libet, pen. cor. Hor. Ser. 1. Quicquam proficeret si collibuisset ab ouo. Salust. in Cic. quod alteri collibuisset. antepen. acu.

Colligo, pen. cor. Iuue. Sat. 11. Percutit euentum viridis quo colligo panni. Idẽ 4. Quæ tenui muro spatiosum colligat orbem. Oui. Met. 1. Colligit os rabiem soliræque cupidine cedis. Idem 2. Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes. Mart. 4. Colligat hunc tenui verbere eau da leuis. Ver. Geo. 1. Luna reuertentes cùm primum colligit ignes. Idem Aen. 5. Colligere arma iubet, validisque incumbere remis. Idem duodecimo. Substitit Aeneas, & se collegit in arma. Luc. sexto. Collegit & magnum conamen sumit eunti. Idem 3. Nam si materiam nostram collegerit ætas. Cicero in Catil. Catilina ex agris magnum numerum perditorum hominum collegerat. Idem de Clr. Curio nullam memoriam antiquitatis collegerat. antepen. acu.

Collinus, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Annibal & stantes collina in turre mariti. Oui. Fast. 4. Templa frequentari collinæ proxima portæ. Sil. 4. Collinum gelida viridi, quem facinus antro. Luca. 2. Aut collina tulit stratas quot porta cateruas. penult. flectit.

Coliphium, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. antepenult. acuit.

Collyrium, pen. cor. Hor. Ser. 1. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus. Iuue. Sat. 6. Angulus, in specta genesi collyria poscit. antepen. acu.

Collis, pen. pro. Flac. 10. Collibus ex celsis Mulieteion, has memus altũ. Ver. Geo. 2. Bacchus amat colles, aquilonem & frigora taxi. Idem. Collibus, an plano melius sit ponere vites. pen. acuit. Lucr. 4. Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipsis. Mart. 12. Credis colliculis, arboribusq; meis. antepen. acu.

Collisus, pen. pro. Hor. Epist. 1. Græcia Barbariæ lento collisa duello. pen. flect.

Colloco, pen. cor. Ver. Geor. 4. Collocat ipsa procul nebulis obscura recessit. Cicero Quin. Fr. Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus collocaret. Idem de Or. Suo quicq; loco collocare. Idem pro Cecin. Pecuniam in prædiis collocare. antepen. acu.

Colloquium, pen. cor. Ver. Aen. 7. Colloquio, atque vnis Acheronta affatur auernis. Prop. 4. Colloquiumque sua fretus ab vrbe dedit. Stat. Syl. primo. Colloquia & docti norunt audire penates. antepenult. acuit.

Colludo, pen. pro. Hor. de Art. Signat humũm gestit paribus colludere & ira. Ver. Geo. 1. Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Cicero in Ver. Nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset. pen. flect.

Colluuies, pe. cor. Mant. Colluuies, Cybele periit sua Dyndima coniux. Luca. 4. Colluuies immota iacet, cadit omnis in haustus. antepen. acu.

Collυceo, pen. cor. Lucr. 6. Collucet, quoque cùm mutans impellitur auris. Cicero de Vn. Vt mundus omnibus colluceret. antepen. acuit.

Colo, pen. cor. Oui. Met. 1. Sponte sua fine lege fidem, rectumque colebat. Idem. Rus habet Ortygiam studiis, ipsamque colebat. Idem 2. Quæ colat elegit contraria flumina flammis. Idem. Fast. secundo. Inde Deum colimus, deuectaque sacra Pelasgis. Idem de Pont. secũdo. Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis. Ver. Aen. 4. Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent. Idem 11. Quem primi colimus, cui pineus ardor aceruo. Stat. Syl. 1. Incolitis, Tybrimque nouis attollitis vndis. Flac. 2. Qui recolant, qui sceptra gerant, tunc triste nefandæ. Mart. 9. Ante celebratis votis, & sanguine largo. Stat. Theb. 8. An dubitent? age dum inferias, & busta colamus Lucr. 4. Atque in eo refert, quo victu vita colatur. Iun. Sat.

2.Talia secreta coluerunt orgia teda. Cicero pro S.R. Maiores nostri suos agros studiosè colebant.Idem. Quod aliis prædia coluit,non sibi. Colo,las.penul.pro. Lucr.6.Percolatur enim virus retroque remanat. Mart.in Apol. Frigidior colo, non salit vnda tuo.Manil. Et colere vagos in dictis retibus amnes. penultima flectit.

Colocynthis,pen.pro. Mant. Aequora iussisti succo colocynthida amaro.penul. acu.Obliqui antepe.acu.

Colocasia,penul.cor.Mart.8. Lenta minus gracilis ridenti colocasia filo. Ver. Buc. Mistaq; ridenti colocasia fundat acantho.antepen.acuit.

Colonia,pen.cor.Mant. Vrbs Aquileia potens magnæq; Colonia Romæ.Tibul. Munus hoc mihi maximi da Colonia ritus.antepe.acuit.

Colonus,pen.pro.Hor.Ser.secundo.Iam Venusinus erat finem sub vtrumq; colonus.Mant.Christophori Cananeus erat, Syriæque colonus.Quid.Metamorph.decimoquinto. Mandere vos vestros scite & sentire colonos. Idem 7. Quodq; suâ securus arat Cremyona colonus. Idem de Trist.3.Huc quoque Miletos missi venere coloni.Idem de Pont.3.Vana laborantis si fiant vota coloni.Verg.Geo.primo.Ante Iouem nulli subigebant arua coloni.Luca.1.Longa sub ignotis extendere rura colonis. Idem. Limes ab Ausoniis disterminat arua colonis. penultima flectit.

Colophon,pen.cor. Hor.Epist.1. Smyrna quid,& Colophô? maiora,minorane fama.Luca.8.Et placidi Colophona maris spumantia patuæ.Ouid.Met.6.Clara sed ante fuit pater huic Colophonius Idmon.Verg.in Cyri.Quæ Colophoniaco Syllę dicuntur Homero.antepenultima acuit.

Color,pen.cor.Iuuen.Sat.5.Impleri, panisque tui nouisse colorem.Verg.Geo.4. Vsque coloratis amnis deuexus ab Indis. penultima flect.Ouid.Metamor. primo. Nuncia Iunonis varios induta colores. Idem secundo. Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.Idem.Ducere purpureum nondum matura colorem.Idem Fast.1.Hic color,hæc facies,hic decor oris erat.Idem quarto. Iam color vnus inest rebus, tenebrisque teguntur.Idem Met. decimoquinto. Omnibus à nigro color est mutatus in albuni.Verg.Geo.4. Antè nouis rubeant quàm prata coloribus ante.Idem secundo.Et quisquis color,it scel eratum exquirere frigus.Ait Seru.Tunc enim r,in s,mutatur, cùm longa opus est syllaba: vt color, colos, labor, labos, honor,honos.Lucr.6. Purpureusque colos conchyli mergitur vno.Quint.Inst.primo cap.de literis. ita arbos,labos,vapos, & clamos, ætatis fuerunt. penultima acuit.

Colossus,pen.pro.Stat.Syl.1.Quæ super impofito moles geminata colosso. Idem. Lusit,& enormes manus est experta colossos. Mart.1.Hic vbi sydereus propius videt astra colossus.Idê. Nec te detineat miri radicata colossi. pen.acu.

Colostrum,pe.pro. Mart.13.De primo matrum lacte colostra damus.penultima acuit.

Coluber,pen.cor.Ouid.Metamorph. vndecimo.Ecce latens herba coluber fugiêtis adunco. Idem quarto. Mouit vt obstantes reiecit ab ore colubros.Mant. Limite signato pulsi res mira colubri. Luca.sexto.Inque pruinoso coluber distenditur aruo.Iuuen.Sat.sexta.Dic aqua Typhone? quibus exagitare colubris. Vergil.Geor.secundo.Candida venit auis lôgis inuisa colubris. Idem tertio. Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ. Idem Aeneid.secundo. Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus. Ouid.Metamorpho.quinto. Torua colubriferi superauit lumina monstri. Luca. nono. Lata colubriferi rumpens confinia colli.Colubra,bræ etiam legitur.Nonius Marc.de Propr. serm.ait, colubra fœminin.gen.Lucilius Sat.libro secundo. Iam vt Marsus colubras disrumpit cantu, venas non extenderit omnes. Turpilius Leucadia.Arripuit colubram mordicus. Varro Eudæmonibus. Quid dubitatis, vtrum nunc sitis cercopitheci, an colubræ,an beluæ.Iuue.Sat.quinta. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ.antepen.acuit.

COLVMEN, penul. cor. Sil. decimoquinto. Ausonii columen regni, sed dextera nostræ. Mant. Tu generis columen tu viua parentis imago. antepe. acu.

COLVMELLA, pe. pro. Mart. 11. Lucilli Columella hic situs Metrophanes. penultima acuit.

COLVMBA, penult. prod. Ouid. de Trist. primo. Terrentur minimo pennæ strido re columba. Idem Metamorpho. decimo tertio. Parue columbarum, demptusve cacumine nidus. Vergil. Buc. Chaonias dicunt, Aquila veniente, columbas. Stat. Syl. primo. Numinis hic nostræ deflexit, fata columbæ. Sil. quinto. Colligit accipitrem cernens in nube columba. Iuuen. Sat. secunda. Dat veniam coruis, vexat censura columbas. Ouid. Fast. primo. Vritur in calidis alba columba focis. Iuuen. Sat. tertia. A pluuia molles vbi reddunt oua columbæ. Catul. Nec tantùm niueo gauisa est vlla columbo. Columbus, & columba in singulari versatur in autorum vsu: in plurali columbas dicimus. Vergil. Aeneid. quinto. Quali spelunca subitò commota columba. Vbi ait Seruius, vbique de his domesticis columbas Vergilius dicit. Persius verò Sat. tertia ait, Teneroque columbo: nam agrestes palumbes vocantur. Idem Buc. Ipse locum aeriæ quo congessere palumbes. penultima acuit. Hor. Ser. secundo. Viua columbino limum bene colligit ouo. penultima flecti.

COLVMNA, penult. prod. Ouid. de Pont. tertio. Templa manent hodie vastis innixa columnis. Idem Metamorph. secundo. Regia solis erat sublimibus alta columnis. Mant. Tantùm fama dabat passim, viditque columnæ. Vergil. Georg. tertio. Nilum nauali surgentes ære columnas. Stat. Syl. tertio. Templaque & innumeris spatia inter stricta columnis. Iuuena. Saty. prima. Semper & assiduo ruptæ lectore columnæ. penultima acuit.

COLVRNVS, penul. pro. Verg. Geo. 2. Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Mant. Arida de calatho promebat fragra colurno. pen. acu.

COLVS, pen. cor. Claud. Ambitiosa colus, vel cuius pectinis arte. Flac. secundo. Nō fama, non arte colus, non laude pudoris. Tibul. primo. Deducat plena stamina longa colo. Ouid. Epist. Briss. Et minuent plenas stamina nostra colos. Stat. Syl. primo. Tendatis iam fila colos, nec fulminis atri. Idem Theb. sexto. Extrema iam fila colo, datur ordo senectæ. Idem octauo. Fatorum deprensa colus, visoque pauentes. Vergil. Aeneid. octauo. Cui tolerare colo vitam tenuiq; Minerua. Vbi inquit Seruius, colo, hunc sequimur, nam huius coli dicimus: non vt Statius dicit, huius colus, qui Theb. tertio, ait. Nigræque sororum Iurauere colus, manet hæc ab origine mundi, Fixa dies bello. Idem nono. Hinc plenæ tibi parue colus, Iouis vnde seueri. Cicero quartæ etiam declinationis ponit (testante Nonio Marc.) libro secundo de Oratore. ibi, Quid tu Decilla mea, quando aduenis cum tua colu, & lana. Colum genus vasis, morbique intestinorum, atque orationis membrum dicunt: quod Græcè per o, magnum scribitur: vnde primam producit, & pro oppido Græciæ, ait Ioannes Despauter. ex Statii. Theb. septimo, atq; Quintianus, Qui Colon, densamque iugis Eteonon iniquis. Itaque colus generis fœminini secundæ, & quartæ fit declinationis. Colum. Vergil. Georg. secundo. Colaque prælorum fumosis deripe tectis. penultima flectis. Vide Acetum.

COMA, penult. cor. Vergil. Aeneid. quinto. Omnibus in morem tonsa coma pressa corona. Ouid. de Pont. tertio. Nexaque nodosis angue Medusa comas. Idem 2. Imposuitque comæ radios præsagaque luctus. Luca. primo. Membra ducis, rigue re comæ, gressuque coercens. Iuuen. Sat. secunda. Atque supercilio breuior coma verius ergo. penultima acu. Ait Cornucopiæ, cæsaries est, & à Græco deducitur: nam quemadmodum nos cæsariem à cædendo, ita Græci comam appellant ἀπὸ τοῦ κομεῖν, quod cædere est: à coma fit comatus, non participium

cipium, sed nomē adiectiuum, ea forma, qua à tunica, tunicatus, à galea, galeatus, à capillo, capillatus. teste Seruio Aen. 6. ibi, O virgo, noua mi facies, inopinave surgit. Vnde galeatus, & tunicatus non ina comprobantur: nullum enim verbum horum originis reperitur. Luca. primo. Crinibus effusis toti prælate comatæ. à coma tam apud Græcos, quàm apud Latinos fit como verbum tertiæ coniugationis significans compono, orno. Comatus. penul. flect.

COMO, is, pen. pro. Auso. Comere quæ pari bus potuit fastigia conis. Stat. Theb. 6. Irrubuit primo bellorum comitur illo. Idē Syl. primo. Comere nec pingui crinem deducere amomo. Idem 2. Fluctiuagus volucrem comebat Persea dictis. Idem. Inuidia illa genas, & adultum comere crinem. Ouid. Metamorpho. primo. Et quid si comantur, ait, videt igne micantes. penult. flectit.

COMANS, participium est sine verbo: non enim legitur como, comas: sed vt euidens hoc fit, quot versus apud Vergilium rei huius legūtur, huc adferre sum conatus. Ver. Geo. 3. Cinyphii tondent hirci, setasque comantes. Idem 4. Cresceret in vētrem cucumis, nec sera comantem. Idem Aen. tertio. Et conum insignis galeæ, cristasque comantes. Idem secundo. Arma dabunt ipsi, sic fatus, deinde comantem. Idem duodecimo. Tum demum mouet arma leo, gaudetque comantes. Idem. Pu beribus caulem foliis, & flore comantem. Idem. Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt. Flac. 1. Duxit opus bis Taygeton, syluasque comantes. Mant. Te cultore leuat conum sublime comantem. Stat. Theb. 9. Hasta redit Lycus excelso terrore comantem. Sil. 16. Scipio contor quens hastam cudone comantes. penultima acuit.

COMAGENVS, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Tracta to Armenius, vel Comagenus aruspex. penult. flect.

COMARVS, pen. cor. Mant. Venit & Ausoniis Comarus conscendit in oris. antepe nult. acuit.

COMEDO, pen. cor. Iuue. Sat. 13. Si verò pa ter est, comedam, inquit, flebile nati. Idē 2. Luctantur pauxæ, comedunt coliphia paucę. Mart. 9. Inspexit molles pueros, oculisq; comedit. Iuue. Sat. 1. Antiquis vina comedunt patrimonia mensa. Idem 3. Sutor, & elixi veruecis labra comedi. Cicero de Clar. Hodie te istic muscæ comedissent. Idem pro Sest. Vt bona solus comesset. Idem ad Heren. Comeditur cū domo sua, & aufertur. antepen. acu. Iuue. Sat. 1. Et citò rapturus de nobilitate comesa. Cicero in Salust. Patrimonio non comeso, sed deuorato. penul. flect.

COMES, penul. cor. Ouid. Metamor. 3. Aut comes, inquit, ero, dixit, dextraque molarem. Idem. Prospicio, comitesq; voco, repetoque carinam. Idem Fast. quinto. Ibat & interior si comes vnus erat. Mart. secundo. Tu comes alterius, iam sumus ergo pares. Stat. Theb. quinto. Ferte citi comites saxo omnis fabula temni. Iuuen. Sat. 1. Cùm populum gregibus comitum promit hic spoliator. Ver. Aen. secundo. Defuit, & comites, natumq;, virumq; fefellit. Idē 5. Assueti syluis comites senioris Acestæ. pen. acu.

COMESSATIO, pen. cor. Mart. 12. Non Albana mihi sit comessatio tanti. antepenultima acuit. Idem quinto. At nunccō uiua est, comessatorque libellus. Idem quarto. Qui nec leno potes, nec comessator haberi. Idem nono. Atque oluere lares comessatore Lyæo. pen. flect.

COMETA, pen. pro. Stat. Theb. primo. Bella quibus populis mutent quę sceptra cometæ. Mant. Sunt qui fatidico dirum fulgore cometam. Flac. primo. Cretæus gemino fouit pater amne cometes. Luca. primo. Syderis, & terris morantem signa cometem. Iuuen. Sat. sexta. Comete tunicas tardè venisse Liburnus. Ouid. Metamor. duodecimo. Oppressit spatio stantem propriore cometē. Sil. 9. Regnorum euersor rubuit letale cometes. Ver. Geo. primo. Fulgura nec diri toties arsere cometæ. Idem Aeneid. decimo. Non secus ac liquida siquando nocte cometæ. Cometæ ait Seruius, crinitæ appellantur. pe nult. flectit.

COMIS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Comis, et Vrbanus fuerit limatior idem. pen. fle. Oui. Fast. 2. Comiter excipitur sanguine cunctus

ctus erat.antepen.acu.

COMBVRO,pen.pro.Lucr.sexto. Turbine ventorum comburens impete magno.Cicero de Diu. Comburamus annales. Idē Quin.Fr.Aliquem fumo comburi. Item Comburere aliquem viuum.Idem Tusc. Calanus Indus sua voluntate viuus combustus est.pen.flect.

COMICVS,pe.cor.Ver.Opusc.Comica lasciuo gaudet sermone Thalia. Hor. de Art. Versibus exponi Tragicis res comica non vult.Idem Ser.secūdo.Non etiam sileas Dauus sis comicus,atque. Manil.5. Comica componet lætis spectacula ludis.antepen.acu.

COMINVS,pen.cor.Luca.4. Cominus obliquis,& rectis eminus hostis.Idem. primo. Aestiferæ Lybies viso leo cominus hoste.Stat.Theb.2.Cominus erigitur serpens cui subter inanes.Ver.Geo.3.Cominus obtruncat ferro grauiterque rudentes. Idem Aen.7. Leuas cetra tegit falcati cominus enses.Oui.de Pont.1.Aspicit hirsutos cominus vrsa Getes.Idem Met. 3. Cominus ense ferit iaculo cadit eminus ipse.antepen.acu.

COMITOR,pen.cor. Ver. Aen. 11.Debentem vano mœsti comitamur honore, Idem 4. Quid tu? sola fuga nautas comitabor ouantes. Luca.1. Audax venali comitatur Curio lingua.Stat. Theb.10. Corde deus flagrant comitari, & iungere casus.Oui.Met.decimoquarto. Nostra que adulantes comitant vestigia donec. Idem de Pont.secundo. Pyrithoum Theseus stygias comitauit ad undas. Idem tertio.Occidit & Theseus,& qui comitauit Orestem. Archismos vetustè aliquid dictum est significans. comitatur enim nunc dicimus.antepenultima acuit.Oui. Fast.5.Venit & Alcides turba comitatus Achiua. Idem Epist. Brist.Laerteque satus per quos comitata redirē. Luca.quarto. Signa suum comitata iubam, non fusior villi.Stat.Syl.secundo. Nec senior Peleus natus comitatus in arma. penultima flectit. Cicero de Fin. An est aliquid per se ipsum flagitiosum, etiam si nulla comitetur infamia. Idem de Inuen. In itinere quidam proficiscentem ad mercatum quendam est comitatus.Idem Tusc. Sceleraque, quæ comitantur huic vitæ. antepen.acuit.

COMAEDVS, pen. pro.Iuue.Sat.6.Hæc de Comœdis te consulit, illa Tragœdum. Idem 3.Vxorem Comœdus agit, vel Dorida nullo. Idē. Ratio comœda est,rides maiore cachinno.pen.flect.

COMOEDIA,pen.cor. Manī. Sordida produxit vetitos Comœdia ludos. Hor. de Art. Incertum tamen & vocem Comœdia tollit. Idem Successit vetus his Comœdia non sine multa. antepenultima acuit.Latinē.

COMMERCIA, pen. cor.Luca.sexto. Spernendique timor cuius commercia pacti. Idem octauo.Fœdera vulgati supra commercia mundi.Ver.Aen.decimo. Gnatis parce tuis belli commercia Turnus. antepenult.acuit.

COMMEMORO,pen.cor.Oui.Met.5. Agmina commemorat, nec cōniugalia Festa. Lucr. 6. Commemora, quod in primo quoque carmine claret. Idem secundo. Commemorat speciem lachrymas effundere falsas.Cicero de Orat. De cuius memoria commemorauit Antonius. Idem Quint. Fr. Omnes de tua virtute commemorant. Idem Epist. Omnes enim causæ, quas commemoras, iustissimæ sunt.Idem pro Deio. Multo magis commemorabuntur in gregibus. antepe.acu.

COMMINVO, pen. cor. Hor. Ser. 1.Quod si comminuas vilem redigatur ad assem. Cicero in Pison. Illi statuam istius deturbant, affligunt, comminuunt. Idem pro Quint. Nullum officium tam sanctum est, quod non auaritia comminuēre, atque violare soleat. Idem Off. Quem C.Lælius prætor fregit,atq; comminuit.antepen.acu.

COMMITTO, pen.pro. Iuue. Sat. 9. Quid modò secretum commiserat,ardet,& odit Cicero pro Dom. Qui se populo commiserant. Idem pro Sest. Ro. Cum per eius fidem læditur, cui se commiserit. penult.acuit.

COMMODO,pen.cor.Iuue. Sat.septima.Successus recites, maculonus commodat ædes.Idem 9.Commoda pręterea iungunt multa caducis.Oui.de Art.2. Visa est humanis cōmoditate viri. Cicero in Verr.

At publicè commodasti tritici modium. Idem ad Heren. Ait se ædes cuidam ad nuptias commodasse. Idem Epist. Quibus tu quæcunque commodaueris. antepenult. acuit.

COMMOTVS, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Nã mihi commota iam dudum mulio virga. penult. flectit.

COMMVNE, pen. pro. Oui. Met. 1. Quã commune mihi genus, & patruelis origo. Vergil. Aen. 12. Et solus ferro crimen cõmune refellam. Claud. Communes semper licui communio nobis. pen. flec. Communio. antepe. acu.

COMPAGES, pen. pro. Ver. Aen. 1. Iura dabunt diræ ferro compagibus arctis. Ait Seruius, Ambages, & compages antiquitus est in nominatiuo, vnde genitiuus ambegis, & compagis, nam ambago, & cõpago vsurpatur. Vnde non est ambaginis, & compaginis. Declarat ipse clarius in alia impressione cum Pierio, ita ambages, & compages, antiqui tantùm dicebant: posteritas admisit, vt etiam compago dicatur. sed non quia varius esse potest nominatiuus, debeat etiam declinatio mutari; quemadmodum nec in istis nominibus arbor, arbos: vomer, vomis: nam arboris, & vomeris, tantùm facit: ergo compages, compagis, quoniam compago vsurpatum est: compaginis enim nemo penitus dicit. Quod declarat Ioannes Despauter. libro secundo, de nominum recta declinatione ibi. In vsu sunt nominatiui ambago, & compago, magis quàm ambages, & compages: contrà in vsu sunt magis horum, quàm illorum obliqui: hoc est, obliqui ambagis, & compagis horum, scilicet ambages, & compages in vsu magis sunt, quàm obliqui ambaginis, & compaginis illorum scilicet ambago, & compago: sed quoniam pro ambages, & compages posteritas admisit ambago, & compago: ita pro ambaginis & compaginis obliquis posteritas admisit etiam ambagis, & compagis obliquos. Et hoc ipsum Seruius explicare conatus est; quod exemplis enodemus. Verg. Aeneid. primo. Iura dabunt, diræ ferro compagibus arctis. Idẽ. Vicit hyems, laxis laterum compagibus omnes. Idem secundo. In latus, inque feri curuam compagibus aluum. Iuuen. Saty. tertia. Fixa catenatæ siluit compago tabernæ. Luca. primo. Nauitàque & non dum sparsa compage carinæ. Idem. Nec se roma ferens sic cum compage soluta. Idem tertio. At postquàm ruptis pelagus compagibus hausit. Idem quinto. Compages humana labat, pulsuque deorum. Idem. Intonuit, notaque poli compage laborant. Idem septimo. Effudere suas victis compagibus vrnas. Idem decimo. Esse putant, magnosque cauæ compagis hiatus. Idem. Non id agenre deo, quasdam compage sub ipsa. Ouid. Metamor. tertio. Efficiens humilem lapidum compagibus arcum. Pers. Sat. tertia. Stertis adhuc, laxumque caput compage soluta. Stat. Theb. octauo. Arguit ille autem supera compage soluta. Cicero de Senect. Dum sumus in his inclusi compagibus corporis. Exempla autem, ait Despaur. quæ Beroaldus contrà Seruium attulit, illa sunt. Ouid. Metamorph. primo. Atque ita disparibus calamis compagine ceræ. Plin. Nullarum egens compaginum. Manil. primo. Interdum æquali laterum compagine ductus. Seneca 14. Epist. Siue flam marum violentia compaginem. Putes, credasque lector Seruium fortasse hæc exempla non legisse? & legit, vidit, que, & tanquàm recepta quibusdam sciuit. Constat igitur compagis Latinis frequentior genitiuus in vsu. Compago, penult. flectit.

COMPARO, penul. cor. Iuuen. Sat. decimaquarta. Comparat Antiphares trepidi laris, ac Polyphemus. Idem decimotertio. Piscibus inuentis, & fœtæ comparo mulæ. Horat. Serm. primo. Turbæ comparet hunc, atque hunc superare laboret. Iuue. Sat. decima. Conuiuam caueo, qui me sibi comparat & res. Ouid. Fast. primo. Cõparat indigno vimque, metumque toro. Cicero de Natu. Et ego me ad respondendum compararim. Idem pro Quint. Subsidio mihi diligentiam comparaui. Idem in Ver. Sibi hoc remedium comparat. Idem pro Cluen. Comparare insidias alicui per aliquem. Idem pro Do mi. Quæso pontifices, & hominem cum ho-

hominе, & tempus cum tempore, & rem cum re comparate. antepenultima acuit.

COMPAREO, pen.cor. Lucr. 6. Comparebat auis, nec tristia secla ferarum. Cicero in Ver. Quærite nunc vestigia, quibus exitus illorum loco compareant. Idē pro Syl. Vt tamen à natura inchoata cōpareant. antepen.acu.

COMPAR, pen.pro. Mant. Ius ierat mater tanquam sine compare turtur. Obliqui antepen.acu.

COMPERIO, pe.cor. Catul. Qui stellarum ortus comperit atque obitus. Luca.octauo. Comperit, vt regē casio se monte tenere. Cicero ad Att. scripsit se id certis autoribus comperisse. Idem pro Clu. Quod ego ex multis audiui, comperi. Idem pro S. Ros. Posteaquàm comperit eum posse viuere. Idem in Ver. vt comperi remotas esse literas societatis. antepen.acu.

COMPILO, pen.pro. Hor. Ser. primo. Nec te compilent fugientes hoc iuuat horū. Idē. Compilasse putes verbum non amplius addam. Cicero in Ver. Verres apertissimè prouinciam compilauit. Idem. Vno imperio hostiatim totum oppidum compilauit. Idem de Or. Malo cōpilari, quàm venire. pen.flect.

COMPLEO, pen.cor. Verg. Geo. 4. Complebuntque foros, & floribus horrea texent. Flac. 5. Fata laborāti frigus compleuerat æui. Lucr. 6. Inde vbi per fauces pectus cōplerat, & ipsum. Cicero pro Clu. Gradus theatri accusator hominibus seditiosis complerat. Idem contra Rull. Tu locū compleas numero. Idem de Natu. Cùm sol terras larga luce compleuerit. Idem in Orat. Vt plangore, & lamentatione compleremus forum. antepenultima acuit.

COMPELLO, penul.prod. Verg. Buc. Compulerat greges Corydon, & Thyrsis in vnum. Cicero in Piso. Me domo mea expulistis, Pompeium domo sua compulistis. Idem Academ. Cur eam in tantas angustias compellimus. penultima acuit.

COMPITA, pen.cor. Stat. Syl. primo. Fronde virent postes, & feruent compita flammis. Mant. Compita cursabant stolidi sine veste Luperci. Ver. Geo. secundo. Præmiaque ingentes pagos, & compita circū. Iuuen. Sat. decimaquinta. Sentirent positis ad templa, & compita mensis. Idem 5. Deducit trepidas ramosa in compita mē tes. Horat. Ser. secundo. Imposuere mihi cognomen compita siccus. Idem. Frigidus à nostris manat per compita rumor. antepen.acuit.

COMPONO, pen.pro. Catul. At qui nec diuis homines componier æquum. Sil. septimo. Cōposuit nunc irriguis citus extulit hortis. Luca. primo. Compositis plenæ gemuerunt ossibus vrnæ. Verg. Geor. primo. Det motus incompositos, & carmina dicat. Iuue. Sat. 6. Compositique luto nullos habuere parentes. Pers. Sat. secūda. Compositum ius, fasque animi, sanctosque recessus. Cicero de Vn. Atque is quidem, qui cuncta composuit. Idem ad Quint. Fr. Poema ad Cæsarem, quod cōposueram. Idem Att. Testamentum composuit. pen.flectit.

COMPRIMO, pen.cor. Stat. Syl. secundo. Libertas ex mente fuit, ne comprime fletus. Cicero pro Milo. Qui dicendo comprimat tribunitios furores. Idem in Pisō. Meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas. antepenultima acuit.

COMPVTO, pen.cor. Stat. Theb. 8. Protinus & fectum genetrix mihi computat annū. Iuu. Sat. 9. Computat, & ceuet, ponatur calculus, adsint. Idem 1. Sed cùm summus honos finito computat anno. Cicero in Ant. Compellarat hospitem præsens, cōputarat. antepe.acu.

CONAMEN, pe.pro. Oui. Met. 3. Sustulit & magnum magno conamine misit Idē 15. Constitit adiunctisque aliquo conamine neruis. Ver. Aen. 12. Aestuat, & multa insidians conamine miscet. Luca. 4. Conamē calidus præbet cruor, ossaq; nondū. Stat. Syl. tertio. Terreat ipse adero & conamina tanta iuuabo. Flac. quartò. Languentique mouet frustra conamina dextræ. penult. flect.

CONCAVVM, penul.cor. Verg. Geo. 4. Aut vbi odor cœni grauis, aut vbi concaua pulsum. Pers. Saty. 1. Coruos quis olim con-

concauum salutare. 2. Concaua rauci-sonoque mirantur cornua cantu. antepenultima acuit.

CONCEDO, pen. pro. Hor. Ser. 2. Quod nisi concedas, habeare in suauis acerbus. Oui. Metamor. duodecimo. Si modo naturæ formam concedimus illi. Lucr. 5. Vt muliebribus id manibus concedere vellent. Idem 2. Concedamus vt hic terrarum di ctitet orbem? Cicero in Verr. Vos, quæso, date hoc, & concedite pudori meo. Idē pro Quint. Artes, quibus tu magnus es, tibi concedo. Idem Att. Et si de cupiditate nemini concedam. pen. flect.

CONCHYLIVM, pen. cor. Stat. Syl. 4. Rubrica qua recubant conchylia mollius alga. Horat. Ser. secundo. Misceueris elixa simul conchylia turdis. Idem. Nos, inquā, cœnamus aues, conchylia, pisces. Mart. vndecimo. Mentiar, vt venias, pisces conchylia sumet? Iuue. Sat. octaua. Nummorum Spartana chlamys conchylia coa. antepenultima acuit. Lucr. sexto. Purpureusque colos conchyli mergitur vno. penultima flectit.

CONCIDO, à cædo, pen. pro. Verg. Geor. 2. Excoquere, & magnos scrobibus concidere montes. Iuue. Sat. quarta. Quid nam igitur censes conciditur absit ab illo. Cicero de Orato. Cùm omnem autoritatē Senatus in conspectu populi Rom. concideret. Idem in Ant. Vos decretis vestris Antonium concidistis. Idem Quint. Fr. Vatinium arbitratu nostro concidimus. penultima flectit. A cado. antepen. acuit. Lucr. 6. Concidere vt penos qui morbus mittere sueuit.

CONCHA, pen. pro. Lucr. 2. Concharumq; genus parili ratione videmus. penultima acuit.

CONCILIVM, pen. cor. Stat. Syl. 3. Concilium, vt lenis non obstrepat vnda præcanti. Idem quinto. Concilia heroum iuxta manesque beatos. Idem Theb. tertio. Concilia, & nigri pater indignatur auerni. Flac. 1. Concilium fremere, & legem defendere cuncti. Ouid. Metamorph. primo. Conciliumque vocat tenuit mora, nulla vocatos. Vergil. Aen. vndecimo. Ergo concilium magnum, primosque suorum. Lucr. tertio. Iunctum cum concilio sæuas tolerare procellas. antepenultima acuit.

CONCILIO, pen. cor. Mart. Iste tibi dominam conciliauit amor. Stat. Theb. octauo. Concilies, & quæ populis proferre parabas. Catul. Hostia cælestes conciliasset heros. Ouid. de Art. 1. Quò veniunt alii conciliante viri. Lucr. 3. Illum cui possint in commoda conciliari. Horat. de Art. Ille bonis faueatq; at conciliatur cunicis. Verg. Aen. primo. Tu mihi quodcūque hoc regni, tu sceptra, Iouemque. Ait Seruius. Non enim Iuppiter conciliatur Aeolo, sed Aeolus Ioui, quasi superiori conciliantur: conciliantur autem noui, conciliantur antiqui. antepenult. acuit. Cicero de Orat. Vt conciliemus nobis eos, qui audiunt. Idem Acad. Quas primas homini natura conciliat. Idem pro Mur. Magnitudo negocii conciliat gloriam. Idem. Largitio æquitatis conciliat gratiam. Idem pro Arch. Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat ab omnibus Stat. Syl. primo. Conciliata cadit dubitataque sydera cernit. Mant. Accepere nouum, quæ conciliatus olympo. Iuue. primo. Non ex vllorū conuentu conciliata. Idem. Conseruare omnem, quæcunque est conciliata. penultima flectit.

CONCINO, pen. cor. Catul. Qualia sub densis ramorum cōcinit vmbris. Stat. Theb. 10. Cōcinitur vulgo Cadmum, atq; Amphiona suprà. Cicero de Fin. Videsne, vt hæc concinant? Idem Tusc. Hæc cū pressis, & stabilibus modis concinuntur. antepenult. acuit.

CONCIPIO, pen. cor. Oui. Met. 1. Ingentes animos, dignas Ioue concipit iras. Idem. Conciperet flammas, totusq; ardesceret axis. Idem. Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. Idem. Buccina quæ in medio concepit vbi aera ponto. Idem Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus. Idem 2. Concipias animos delubraque ditia donis. Ver. Geo. 1. Concipiunt, hinc ille auium cōcentus in agris Sil. 1. Hæc tua sit laus, nate velis age, concipe bella. Iuue. Sat. octaua. Vt te conciperet, quæ sanguine fulget Iuli. Cicero de Or. Nulla materia nisi admoto igni ignem

ignem concipere potest. Idem de Do. Vtrum igitur, cum conceperit mula, an cum peperit? Idem pro Syl. Quod flagitium non cum Antonio concepisti? Idē de Nat. Ita necesse fuit, aut hæc flagitia animo concipere. Idem de Leg. Principio quasi adumbratas quasdam intelligentias animo, & mente concipimus.antepenult.acuit.

CONCISVS, pen.pro. Iuue.Sat.tertia. Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat. penult.flect.

CONCITO, Frequentatiuum à concieo, pe. cor. Oui.de Arr. primo. Fertur, & Aonio concita bacca deo. Idem Fast.primo. Reiicit, & fugiens concitat amne nemus. Idem Met. 14. Concitat Antiphates, coeunt, & saxa, trabesque. Idem tertio. Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis. Idem sexto. Pectora pectoribus cum tento concita neruo. Flac. primo. Concitus omne dei rapidis nemus ingemit alis. Ver. Aen. decimosecundo. Qualis apud gelidi cum flumina concitus Hebri. Cicero Epist.2. Vt quam expectationem de te concitasti, Idem in Ver. Concitare inuidiam in aliquem. Idem de Do. A corpore distractus animus diuino instinctu concitatur. antepenultima acuit. A concio, is, quartæ Coniugationis, pen. pro. Flac. secundo. Terga ferens coit è sparso concita Mapali. penult.flectit.

CONCLAVE, pen. pro. Mant. Sola alio foribus clausis conclauia regis. Hor. Ser. 2. Currere per totum pauide conclaue, magisque.pen.flect.

CONCRETVS, pen. pro. Ver. Geo. primo. Cærulea glacie concretę atque imbribus atris. Idem 2. Concretam patitur, & radicem affigere terræ. Idem 3. Et lac concretum cum sanguine potat equino. Idem Aen.6. Multa diu concreta modis inolescere miris.pen.flect.

CONCLVSVS, pen. pro. Hor. Ser. primo. At tu conclusas hircinis follibus auras. penult.flect.

CONCVBITVS, pen.cor. Oui.de Art.2. Ipsos concubitus, ipsum venere licebit. Idē 1. Hæc ad concubitum fit sedula tardior illa. Idem Fast.9. Vix pro concubitu nostro tibi cardinis esto. Idem de Trist.secūdo. Nec qui concubitus nō tacuere suos. Idem Met.14. Concubitusque fugis, nec te coniugere curas. Idem 10. Post quot concubitus illato lumine uidit. Hor. de Art. Concubitu prohibere vago dare iura maritis. Ver.Geo.3. Atque vbi concubitus primos iam noxa voluptas. Iuue. Sat. 2. Concubitu qui tunc leges reuocaret amaras. Prop.4. Queris concubitus inter vtranque fui. Stat.Syl.tertio. Concubio gauisa domus, nec pignora longe. antepen.acuit.

CONCVTIO, pen.cor. Flac.6. Concutiens, Scythiæque super tentoria sistit. Luca.5. Concutiunt fragiles animas sic tempore longo. Hor. Set.1. Concute num, qua tibi vitiorum inseuerit olim. Iuue.Sat. 3. Concutitur, flet, si lachrymas conspexit amici. Oui. Met.secundo. Omnia concutiens paulum subsedit, & infra. Idem. Aegida concuteret, subit hanc arcana profana.antepen.acuit. Cicero in Ant.15. Leges Cæsaris vt rempub. concutere posset, euertit.antepen.acu.

CONDILVS, pen.cor. Mart.9. Tot dominos at tu Cōdile, nec dominum. Idem. Cinnamus hoc dicit, Condile, nemo tibi. antepenult.acuit.

CONDITIO, pen. cor. Mart. 11. Conditio melior si tibi nulla, veni. Verg.Opuscu. Conditio nobis vitæ quæ durior esset. Idem. Conditio possem tantos finire dolores. Prop. secundo. Conditio, cineri nunc medicina datur. Hor. Ser. secundo. Hæc est conditio viuendi, aiebat eoque. Idem Epist. primo. Cui sit conditio dulcis sine puluere palmæ. Idem secundo. Conditione super communi quia etiam lex.antepen. acu.

CONDITVS, pen. pro. à verbo condio, is Hor. Ser. secundo. Nec male conditum ius apponatur, & omnes.penult.flect. Iuue. Sat. 14. Boletum condire, & eodem iure natantes. Cicero Offi. Sale conditus, & facetiis Cæsar. Idem pro Clu. Quæ à natura habet artificio quodam malitiæ condiuit. Idem At. Hilaritate tristitiam temporum condiebamus. antepenult.acuit.

CAVEO, pen. pro. Stat. Theb. 6. Condidit

haud aliter collis scrutator Iberi. Mant. Condimus,& tales ritus encęnia dicunt. Oui.Met. primo. Condidit & profugam per totum terruit orbem. Idem secundo. Condiderat vultus & si modò credimus vnum. Idem decimoquinto. Condidit,& nomen tumulati traxit in vrbem. penultima acuit. Idem secũdo. Repperit ossa tamen peregrina condita terra. Idẽ. Vberibus fœcundus aquis vbi conditus antro. Ver. Aen. tertio. Condimus & magna supremum voce ciemus. Vbi vide Seruium quæ sentiunt philosophi de animarum sepultura. Idem Geo. primo. Conditus in nubem, medioquè refulserit orbe. Iuue. Sat. secunda. Turgida non prodesse in pixide condita Lydæ. Idem vndecimo. Conditor Iliados cantabitur atque Maronis. Idem decimoquinto. Principio indulsit communis conditor illis. Hor. de Art. Dictus & Amphion Thebanę conditor vrbis. Oui. Fast. sexto. Nanque ait ouantes Romani conditor anni. Idem de Trist. quinto. Sumque argumenti conditor ipse mei. Cicero de Nat. Neq; homines murium, ac formicarum causa frumentum condunt. Idem Tusc. Metrodorus omne bonum in visceribus, medullisq; condidit. pen.acu.conditor.antepen.

CONDOLEO, pen.cor. Hor. Ser. primo. Aut si condoluit tentatum frigore corpus. antepenultima acuit. Cicero de Or. Nanq; latus ei dicenti condoluisse.

CONDONO, pen. pro. Claud. Cùm placet australis Gildo condonat habenas. penultima flectit. Cicero pro. Qui. Ro. Suam partem Roscius suo nomine condonare potuit flauio. Idem pro Mil. Vt crimen hoc nobis condonetis.

CONDVCO, pen. pro. Iuue. Sat. septima. Balneolum Gabiis Romę cõducere furnos. Oui. Met. primo. Nubila conducit, summisque aspergine syluis. Cicero pro Cælio. Cælius conduxit domum in palatio. Idem ad At. Asiatici de censoribus nimium magno conduxerunt. Idem in Ant. Cæsar exercitum inuictum ex Hispanis militibus conduxit. pen. flectit.

CONFOEDERO, pen. pro. Aesopus. Rana si bi filo murem confœderat, audet.

CONFICIO, pen. cor. ex con, & facio: a, breue in i. breue mutato ex Quintiliani regula, declinatio, & præpositio mutat verbi positionem: confacio enim non legitur, sed conficio, confeci: se longa est, ex præteritorum regula. bissyl. Ver. Geo. secundo. Sed nos immensum spatiis confecimus æquor. Lucr. secundo. Conficimus ferrum vix aruis suppeditati. Idem primo. Conficeret, nisi materies æterna teneret. Cicero in Ver. Mulier isti strangulã confecit. Idem ad Hæren. Exclamatio conficit significationem doloris. Idẽ pro. Se. Ro. Per quos homines tantum facinus conficere potuit. Idem ad At. Sic enim annuum tempus conficitur. Idem Ep. Cum tu hæc leges ego iam annuum munus confecero. antepen. acn.

CONFIDO pen. pro. Ver. Aen. I. Ausus, & afflictis melius confidere rebus. Vbi ait Seruius. Fido, & confido datiuum regit, vt & fidere nocti: sanè optima figura est: quæ nunquam à principalitate discedit. vt, Atque humiles habitare casas. accusatiuo iunxit: quia habeo domum dicimus: vnde est habito frequentatiuum. Vide Habito. Iuue. Sat. 12. Confisus ligno digitis amore remotus. Idem decimo. Cõfisus periit, admirandisque lacertis. penultima flectit.

CONFERBEO, pen. cor. Hor. Ser. primo. Velatumque stola mea cùm conferbuit ira. antepenult. acu.

CONFINIVM, pen. cor. Flac. 4. Vix repetant primæ celeres confinia terræ. Luca. 9. Lata colubriferi rumpens confinia belli. Idem 2. Longior Italia donec confinia pontus. Ouid. de Art. I. Hunc Venus è tẽplis, quæ sunt confinia, ridet. antepen. ac. Mart. 2. Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum. pen. flect.

CONFITEOR, pen. cor. Mart. 9. Confiteor, sed tu bis denis grandia libris. Lucr. 5. Confiteri credas centauros posse, neque esse. Oui. Met. 2. Non dare confiteor, solum hoc tibi nate negarem. Idẽ de Rem. I. Nec tamen, vt verum cõfiteamur, erãt. Idem de Art. secundo. Hac ego, cõfiteor, non sum profectus in arte. Cicero de Nat. Vir sapiens peccatum suum confiteri maluit. Idem in Ant. Cum homines

nefarii

nefarii de patriæ parricidio confiterentur. Idem pro Do. de criminibus obiectis non confiteri. antepenult. acu.

CONFLATVS, pe. pro. Luca. 2. Agmina con flato sæuas ergastula ferro. pen. flect.

CONFORMATVS, pen. pro. Stat. Syl. 1. Fluxit opus Siculis, an conformata camini. penult. flect.

CONGELO, pen. cor. Oui. Met. 15. Vertitur in lapides, & congelat aere tacto. Idē 11. Congelat, & patulos, vt erant, indurat hiatus. Mart. decimoquarto. Quid prodest, si te congelat vxor anus. Cicero Epist. Congelasse amicum nostrum, lætabar, ocio. antepen. acu.

CONGEMINO, pen. cor. Flac. 2. Congeminat, qua primus Athos, & Ponthus, & ingens. Ver. Aen. 11. Congeminat, nullus calido rigat ora cerebro. antepen. acu.

Decus, decoris, neutri generis, pe. cor. Sta. Theb. 7. O mihi solicitum decus, ac suprema voluptas. Idem Syl. Decus, emissæ cui per via semper. Sil. 5. Vt nequeam, & decoris contentus parte quiescam. Verg. Aen. 5. Oblitus decorisque sui, sociumq; salutis. Sil. 3. Scilicet id satis est decoris memorandaque virtus. Idem 15. Seruandi decoris quonam se fine minanti. Et decor, decoris, adiectiuum. pen. cor. Vnde fit decoro verbum, & decorus, pen. cor. Hor. Epist. 1. Designatorem decorat, littoribus atris. Sil. 10. Assequitur tali fure re, ac decorare labores. Idem 10. Prçcedēs prisca exequias decorabat imago. Ouid. Fast. 4. Frondibus & flexis, decorentur ouilia ramis. Mant. Corde diem tali decorauit nomine sanctam. Stat. Terrarum decora alta viri, decotique iugales. Et indecor indecoris. pen. cor. Stat. Theb. 10. Sed neque te indecorem sacris, dignumque iuberi. Ver. Aen. 10. Nec tandem indecorem tua te regina reliquit. Idem 12. Nec genus indecoris si me hçc haud mollia fatu. Idem 11. Tempestas cur indecores in limine primo. Vbi ait Seruius decor, decoris facit, sicut author, authoris: decus, decoris, sicut pectus, pectoris. similiter facit in compositione indecor, in decoris: ergo in neutro co, breuis est: in masculino producitur. Verg. Aen. 5. Est Dorycli cōiux, diuini signa decoris. Stat. Syl. 1. Formarit vultus, multum de patre decoris. Idem. Vincla diu quæsita soue, sic damna decoris. Idem 2. Sola verecundo

do deerat prætexta decori. Idem. Forsan & ipse dabit moresque, habitumque decoris. vnde fit decoro verbum, & decorus adiectiuum. Stat. Syl. 2. Parthenopæus erat, simplexque horrore decoro. Ver. Aen. 13. Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro. Idem 11. Causa mali tanti, atque oculos deiecta decoros. Idem 5. Ductores longe efulgent, ostroque decori. Idem. Tutatur fauor Eurialum, lacrymæque decoræ. Vnde apparet indecores systolem fecisse Vergilium: nam idecores nominatiuus pluralis est, á masculino ab eo, quod est indecor: nam non potest hic indecus dici, neutrum enim in vs, terminatum masculinum ex se non facit, aut certè dicamus, indecores declinationem esse, cuius nominatiuus singularis non inuenitur. Idem in Aen. 7. ibi, Non erimus regno indecores, nec vestra feretur. adiectiuum. Salustius. equis, & armis decoribus multis: sed hic indecor dicimus, hic indecus non possumus dicere: vnde indecores cùm co breuis sit, aut systole est, aut certè dicimus nominatiuum non inueniri: ut in multis nominibus fit, nam indecus lectum non est, quod & melius est: nam systole in exemplis fieri non debet. Hæc Seruius. ex his omnibus patet, ait Calepinus, quòd plus est decus, quam decor: & plus est dedecus, quàm indecorus, ac decoro, pen. cor. quam, decoro, pen. prod. quoniam decoro pen. cor. significat honorifico, decoro pen. prod. pulchrum visu, aut auditu reddo. vnde decorum, & indecorum minus est, quàm decus, & dedecus. Addit Cornucopiæ, à decus decoro, à decet decor, à quo decorum, decorè, & decoro penul. prod. ex Regulis pones ac centus. Sil. 16. Vittaque maiorum decoramen fronte sine illo. pen. flect.

DECADES, pen. cor. Mant. Et decados luci fecere vocabula quinque. antepe. acuit.

DECANTATVS, pen. pro. Hor. Epist. 1. Et maribus curiis, & decantata camillis. penult. flect.

DECEDO, pen. pro. Ver. Geo. 4. Vicina inuitet decedere ripa colori. Idem 2. Plura domum tardis decedere plaustra iuuencis. Idem 1. Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ. Hor. Ser. 2. Et decedet odor neruis inimicus, at illa. Hoc etiam emenso cum iã decedet olympo. Cicero pro S. Ro. Tamen de meo iure decedam. In Ver. Act. Quantum de iure nostro decesserimus. pen. flect.

DECEM, pen. cor. Mant. Tris, nouiesque decem, propter vada vitrea fontis. Hor. Ser. 1. Se decem seruos modò reges, atque tetrarchas. Ver. Buc. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. penult. acuit.

DECEMBER, pen. pro. Oui. Fast. 3. Acceptus genijs illa Decẽber habet. Idem de Trist. 1. Aut hęc me gelido tremerem cum mense Decembri. Idem 2. Talia luduntur formoso mense Decembri. Mant. Aduentasse hyemem subito gelidumque Decembrem. Idem. Annua festa Thomæ vigesima prima Decembris. penul. acu.

DECERPO, pen. pro. Pers. Sat. 5. Et tecum prima epulis decerpere noctes. Cicero pro Mar. Nihil præfectus decerpit. Idem de Orat. Ne quid iocus de grauitate decerperet. pen. acu.

DECET, pen. cor. Oui. Met. 1. Nondum laurus erat, longoque decentia crine. Idem Duxerat, ista decent humeros gestamina nostros. Idem Fast. 2. Hoc ipsum decuit, lacrymæ decuere pudicam. Idem de Trist. 1. Vade sed incultis qualem decet exulis esse. Idem 2. Quæ si non esset cælebs te uita deceret. Iuue. Sat. 4. Nam quod turpe bonis titio, Serieque decebat. Idem 2. Si videas. quæro, an deceant multitia testem. Hor. Epist. 1. Quem tenues decuere togæ. nitidique capilli. Lucr. 6. Et quibus è portis occurri cuique deceret. penult. acuit. Cicero Offi. Quid deceat, & quid aptum sit personis. Idem. Quem non decet. Idem de Prou. Hoc decet me.

DECIANVS, pen. pro. Mart. 1. Quod fecisse velim, te, Deciane, facis. Idem. Dispeream, si non hic Decianus erit. Idem 2. Si valeam, si non totis Daciane diebus. penult. flectit.

DECIDO, à cado pen. cor. Luca. 2. Decidat in fundum penitus stagnantis auerni. Oui. Met. 10. In quem decidimus quic-

quicquid mortale creamur. Alias recidimur. Idem 1. In mare lassatis volucris vaga decidit alis. Idē Fast. 1. Repullit è summo decidit ille toro. Stat. Theb. 8. Tunc iras, tunc arma citat, si decidat hostis. Hor. de Art. Sic veluti merulis intentus decidit auceps. Idem Ser. 1. Ad mortem cęsus fugiens hic decidit acrem. Luca. 9. Sanguinis in terram paruus cùm decidit infans. antepenult. acu.

**Decido**, à cædo pen. pro. Mart. 9. Decidat tecum qua pater ipse deum. Ver. Aen. 10. Te decisa suum Laride dextera quærit. Idem 11. Ingentem quercum decisis vndique ramis. Hor. Epist. 1. Et lucis & post decisa negocia campis. Stat. Syl. 1. So la nitet flauis Nomadū decisa medullis. Cicero pro S. Ro. Magno tuam dimidiam partem decidisti. pen. flectit. Oui. Met. 8. Contremuit, gemitumque dedit decidua quercus. antepen. acuit.

**Decies**, pen. cor. Hor. de Art. Perfectum decies non castigauit ad vnguem. Iuue. Sat. 10. Sternitur, & ritu decies centena dabuntur. Idem 14. Vt non ter decies respiret? conscia matri. Oui. de Trist. 2. Vsque decem, decies inspicienda viri. Idem Fast. 2. Luna nouum decies implerat cornibus orbem. Mart. 1. Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam. Mant. Millia ter decies hominum demortua noctem. antepenultima acuit.

**Decimus**, pen. cor. Mart. 1. Ipse salutabo decima, vel serius. Ver. Geo. 1. Septima post decimam felix, & ponere vites Stat. Syl. 1. Alterum factura pedem, decimamque videri. Idem. Plectra, nec Aonias decima cum Pallade diuas. antepenult. acuit.

**Decipio**, pen. cor. Oui. Met. 1. Atque oculos idē, qui decipit, incitat error. Idē. Decipere & calamo salientes ducere pisces. Idem Fast. 2. Mollia mendaci decipitorque nota. Idem de Pont. 1. Aut vbi decipior melioris imagine somni. Mart. 1. Nec te decipiat ratibus naualis Enyo. Stat. Theb. 9. Decipiio neutu subitus, neue arma tenenti. Cicero de Diu. Nam illa amphibologia, quæ Crœsum decepit. Idem Att. Quod te de Troiano negocio decepisse scribis. antepenult. acuit.

**Decius**, pen. cor. Mant. Sub Decio Paulus. cùm iam vigesimus isset. Luca. 2. Devotum hostiles Decium pressere cateruæ. Iuue. Sat. octaua. Plæbeiæ Deciorum animæ plæbeia fuerunt. Idem 14. Quantus erat patriæ Deciorum in pectore quantum. Stat. Syl. 4. Laus animo, atque aliis Decij, reducesque Camilli. Ver. Geo. 2. Extulit hæc Decios, Marios, Magnosque Camillos. vbi ait Seruius, Decii autem duo fuerunt, quorum vnus bello Italico, alter Gallico se deuouere pro repub. Calepinns Decios tres numerat, qui sunt pater, filius, & nepos. Decij dicti fuere, qui pro patria se deuouerunt, pater bello Gallico, filius bello Hetrusco, nepos bello Pyrrhi. Itaque Decius dicitur à deuoueo. Nomen proprium plurali numero carere Grammatici præcipiunt: quos conturbant autores. cùm apud eos propria pluraliter legantur: facilè Latini respondent nomen gentile, & gentis, & familiæ declarat, ait Antonius Nebriss. Hoc proprium quod prius fuerat cuiusdam personæ, cognomen totius cognationis, & familiæ effectum est, vel species, vt Cæsar, teste Plinio, à cæso matris vtero dictus est, vnde Cæsones, appellati sunt, & Cesares: & duce Fabio, Scipiones, Lenates, Serani dicti sunt: & Scaliger, à decore, vt Decius. quod nomen, similiaque vt prioris est proprium, vt Scipio, Cicero, Nasica, Africanus, plurali carens numero: successoribus tamen posterisque species fuit, eritque pluralem numerum habēs. vt Decij Catones. Serani. Vbi ergo apud autores nomina propria pluraliter leguntur, cognationis, atque familię species sunt. Decius antepenult. acu.

**Declamo**, pen. pro. Iuue. Sat. septima. Declamare doces, ò ferrea pectora vecti. Mart. 4. Declamas in febre Mathon hanc esse phrenesin. Iune. Sat. 15. Declamatoris Muticensis corde Vagelli. penultima flectit. Idem decimo. Vt pueris placeas, & declamatio fias. antepenultima acuit.

Cicero

Cicero Att. Qui etiã declamare me coegerunt. Idem in Ant. Ipse interea decem & septem dies de me declamauit.

DECLARO, pen. pro. Lucr. 5. Vt ratio declarat eorum, qui loca cæli Catul. Dona ferunt præ se declarant gaudia vultu. Mãt. Stultitiam declarat hyems, sapientius vrbes. Cicero. Qui declarauit quãti me faceret, Idem pro Dom. Is nullam beneuolẽtiam insignem in rempub. declarat. Idem de Vn. Qui eatenus se nobis declarant. penult. flect.

DECLINO, pen. pro. Stat. Syl. 3. Qualia pallentes declinant lilia culmos. Verg. Aen. 4. Stridens, nec dulci declinat lumina somno. Oui. Met. 2. Neu te dexterior tortum declinet ad anguem. Mant. Mittere declinare ictus, hostemque ferire. Lucr. 2. Nec declinando faciunt primordia motus. Idem. Declinamus item motus, nec tempore certo. Cicero Tusc. Sic à malis naturâ declinamus. Idem de fin. Declinare de via ad dexteram. Idem Att. non arbitrantur Antonium à Capua declinaturum. Idem pro Plan. Vrbem illam declinaui. penult. flect.

DECLIVIS, pen. prod. Ouid. Fast. 4. Stella Lycaonia vergit decliuis ab arcto. Idem 2. Et modò summa petunt, modò per decliua, viasq; Luca. 4. Tunc freta feruentur, dum se decliuibus vndis. Sil. 15. Inde alacer quam munitum decliuis ab alto. penultima flectit. Ouid. Met. 1. Flammaque obliquis cinxit decliuia ripis. antepen. acuit.

DECOQVO, pen. cor. Ver. Geo. 1. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Iuue. Sat. 15. Victrix turba nec ardenti decoxit aheno. Hor. Ser. 2. Decoquere tur holus solui quicquid sum ego quanuis Cicero in Ant. Tenesve memoria prætextatũ te decoxisse. Idem Att. Sciebam eum agrum decoquere quoto anno. antepenult. acuit. Iuue. Sat. 5. Frigidior Geticis petitur decocta pruinis. penult. acuit.

DECOLOR, pen. co Cr. laud. Decolor, & macies occursu læderet omnes. Ver. Aen. 8. Deterior donec paulatim, ac decolor ætas. Iuue. Sat. 6. Aethiopis fortasse pater mox decolor hæres. Idem 7. Quot stabant pueri, cum totus decolor esset. antepen. acuit.

DECREVI, pen. pro. Mart. 1. Decreuit stygios Festus adire lacus. Luca. 1. Decretũ est genero partiri non potes orbem. penult. acuit.

DECVRRO, pen. pro. Verg. Aen. 11. Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem. Ait Seruius, bene autem ait, decurrere, non decucurrere, namque verba, quæ in præterito perfecto primam geminant, curro, cucurri: tendo, tetendi: cùm composita fuerint, geminari non possunt, nã decurri, & detendi, exceptis duobus do, & sto. pen. acu. Vide Dedisco.

DECVTIO, pen. cor. Verg. Geo. 4. Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas. Oui. Met. 5. Decutit ense caput, quod ꝓtinus incidit aræ. antepe. acu.

DECRETVM, pen. pro. Luca. 1. Decretum est genero partiri non potes orbem. Mãtu. Ventum erat ad loca supplicio decreta supremo. Idem. Iam bello decreta dies variauerat ortum. penul. flectit.

DEDECVS, pen. cor. Hor. Ser. 2. Grande ferunt vnà cum damno dedecus adde. Iuue. Sat. 3. Dedecus hoc Montanus ait testa alta paretur. Verg. Aen. 10. Sese mucrone ob tantum dedecus amens. Luca. 8. Dedecori est fortuna prior, qui quæ ne secundi. Sil. 5. Dedecus, & mẽtem nimio mutata pauore. Claud. Dedecoris, multisq; gemũt incudibus æra. Vide Decus. antepen. acuit.

DEDICO, pen. cor. Lucr. 3. Hæc quoque res etiam naturam dedicat eius. Idem 1. Corpus enim per se communes dedicat esse, ex de, & dico, cas. pen. cor. antepenultima acuit. At ex de, & dico, cis. penult. flectit. Cicero in Ver. Marcellus duo templa dedicaturum se Romę vouerat. Idem pro Flac. Adhæc prædia incensa dedicauisti.

DEDOCEO, pe. cor. Stat. Theb. 2. Dedoceas, patiensque fugæ mereare reuerti. antepe nult. acuit. Cicero de Fin. Quàm illam etiam ipsum dedocere. Idem. Vt coercendi magis quàm dedocendi esse videantur.

DEDIGNATVS, pen. pro. Flac. 3. Quem tibi con-

bi coniunctio tot dedignata dicauit. penultima flectit.

Dedo, pen. pro. Ouid. Met. 13. Miles adest, & ni dedantur, bella minatur. Luca. 2. Titillare magis sensus, quàm dedere possint. Verg. Aen. 7. Deditur hic subitò tro iana per agmina rumor. Idem 4. Dede neci melior vacua sine regnet in aula. Mant. Dederis uobis, fer opem, & mi serere tuorum. Cicero de Or. Ei studio se excellentissimis ingeniis homines dediderunt. Idem. Quis musicis penitus se dedidit. Idem. Cùm se ad scribendum maiore opera dediderit. Idem. Primùm Sceuolæ te dedidisti. Idē Tusc. Dedere se totum alicui. pen. flect.

Deduco, pen. pro. Verg. Geo. 3. Aenio rediens deducam vertice musas. Iuue. Sat. 14. Quæsitum ad fontem solos deducere verpos. Idem 3. Me quem Luna solet deducere & breue lumen. Cicero de Natu. Eloquētia deducimus præteritos à timore, & consolamur afflictos. Idem in Cat. Siquis me de hac animi lenitate deduxerit. Idem Acad. Cuius maiestatem deducitis vsque ad apium perfectionem. Deduco. pen. flect.

Defendo, pen. pro. Ouid. de Pont. 3. Nec factum defende meum, mala causa silēda est. Idem de Trist. secundo. Neve peregrinis tantùm defendat ab armis. Iuue. Sat. prima. Cur timeam, dubitemve locum defendere, quanuis. Verg. Aen. 12. Defendentum armis aditus, inque arma ruentum. Vbi ait Seruius, Ideo defendētum, & ruentum, quia ad masculinum refert, & hi defendentes facit: quod & de fœmino dicimus. Si autem de neutro loquamur, defendentium dicamus, necesse est: quia hæc defendentia facit, & vt suprà diximus, genitiuus pluralis nominatiuo plurali non debet esse minor: quod si fortè minorem eum aliquando inuenerimus, metri necessitas facit: & incipit etiam pathos esse, non declinatio. Cicero pro Sylla. Hortensius Syllam de ambitu defendit. Idem pro Mil. defendere vitam ab inimicis. Idem. Vim tui illatam defendere. Idem de Sen. Vua vestita pampinis nimios solis defendit ardores. penult. acuit.

Defero, pen. cor. Iune. Sat. 6. Interdum & pueri faciat, quod deferat ipse. Hor. Epi sto. secundo. Deferar in vicum vendētem thus, & odores. antepenult. acuit. Ouid. de Trist. 1. Non vt Alexandri claram delatus in vrbem. Luca. secundo. Sufficiens idem pelago delatus iniquo. Mart. primo. Exulat Ausonia profugus delator ab vrbe. Idem. Et delabor habet, quod dabat exilium. Iuuen. Sat. prima. Plena, & post hunc magni delator amici. penultima flectit. Cicero pro Dom. Quem tu ad hunc honorem detulisti. Idē de Prou. Populus Rom. mihi omnes honores detulit. Idem Att. Quicquid scripsero, tibi præconium deferam. Idem pro Clu. Qui nostra consilia ad aduersarios deferunt.

Deficio, pen. cor. Mart. 1. Vltima pars aulæ deficientis erat. Ouid. de Pont. primo. Defecitq; minor factus inerte situ. Stat. Syl. quinto. Deficio medicasque manus, fomentaque quæro. Sil. 3. Deficiam montes coniux tua crede vigori. Ouid. Fast. 1. Et neque deficiat macie, neq; pinguior æquo. Iuuen. Sat. quinta. Defecisse puta, quod inani sufficit aluo. Verg. Aen. duodecimo. Pondere defecit, prædamque ex vnguibus ales. Idem 11. Deficimus cur ante tubam tremor occupat artus. antepenult. acuit. Oui. Met. 14. Defectum poterat gramen versare videri. penul. acuit. Cicero pro S. Ros. Tamen animo non deficiam. Idem in Verg. Leontina ciuitas me defecit. Idem pro Cæl. Dies iam me deficiet. Idem de Art. Ne patres auxilio diminuti deficiantur. Idem de Am. Si à virtute defeceris. Idem de Somn. Olim deficere sol hominibus visus est.

Defigo, pen. pro. Verg. Aen. 11. Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant. Idem Geo. secundo. Altius, ac penitus terræ defigitur vrbes. Cicero in Ant. Qui omnes suas curas in rei pub. salute defigunt. Idem de Or. In eo mētem, orationemq; defigit. pen. flectit.

Defleo, pen. cor. Stat. Syl. 1. Numinis hic nostræ defleuit fata columbæ. Verg. Aen. 11. Hæc vbi defleuit, tolli miserabile corpus. antepenultima acuit. Idem 6. Fit gemitus, tum membra toro defleta reponunt. vbi ait Seruius, defleta participiū

ab eo, quod est fleor, si támen inueniatur, aliàs sine verbi origine esse dicemus. Cicero de Cla. Sæpe enim inter nos impedentes casus defleuimus. Idem pro Do. Defleui coniugis miseræ discidium. penult. flectit.

DEFLVO, pe.cor. Hor. Ser. 1. Rusticius tóso toga defluit, & malè laxus. Cice. de Ami. Ne quid excidat, aut defluat in terram. Idem in Or. Hoc totum è Sophistarum fontibus defluxit in forum. antepenultima acuit.

DEFOSSVS, pen.pro. Iuue. Sat. 10. Defossa in loculis, quos sportula fecit amicos.

DEFORMIS, pen.pro. Oui. de Pont. 3. Tristia deformes pariunt absynthia campi. Idem Met. 14. In deforme viros animal mutauit, vt idem. Sil. 2. Deforme alitibus liquere cadauer Iberis. pen. acu.

DEFRVTA, pen.cor. Verg. Geó. 4. Defruta vel psythia passos de vite racemos. Ait Seruius Geo. 2. ibi, & passos psythia. Defrutum dictum est, quod defraudatur, & quasi fraudem patitur. antepe. acu.

DEFVNCTVS, pe.pro. Mart. 4. Nam sibi defunctus charis dum viuit amicis. Vergil. Aen. 6. O tandem magnis pelagi defuncte periclis. ait Ser. Non liberate pelago, sed marinis periculis, nam adhuc nauiga turus est, fine vllo discrimine, defuncte autem liberate: nam dicimus functos officio, qui officia debita complerunt: vnde est, & honoribus functi: hinc defunctos, mortuos dicimus, qui compleuerunt vitæ officia. Vide Vallam, lib. 5. cap. 5.

DEGENER, pe.cor. Stat. Theb. 9. Ante tuos confossa pedes, nec degener ille. Mar. Hæc tulit illustres, nec auitæ degener artis. Oui. de Pont. tertio. Ne caue degeneres, vt sint præconia nostra. Verg. Aen. quarto. Degeneres animos timor arguit, heu quibus ille. Luca. 1. Degenerem patiere togam, regnumque Senatum. Idem 10. Degeneres passus latebras, nec tota vaca bat. Iuue. Sat. decimaquarta. Semper & à magno non degenerare culino. Vergil. Geo. secundo. Pomaque degenerant succos oblita priores. Idem. Degenerare tamen, niuis humana quotánis. Stat. Theb. tertio. Degenerat, sed lassa situ fortuna neque addunt. Claud. Verteret, & patri non degeneraret Achilli. Mant. Ipsum cerne patrem, non degenerauit ab illo. Cicero in Ant. Frater tuus, qui à vobis nihil degenerat. Idem de Prou. Vtinam filii nó degenerassent à grauitate paterna. Idem de Diu. Panæus degenerauit à stoicis. antepenul. acuit.

DEGO, pen.pro. Luc. 3. Cùm validis ventis ætatem degere possum. Luca. 4. Degere quam tribuis campis prostrata iacere. Lucr. secundo. Degitur hoc æui quodcumque nonne videtis. Idem sexto. Nec facile est placidam, ac pacatam degere vitam. Mart. 5. Accola iam nostræ degis Grammatice vitæ. Cicero de Fin. Degere vitás cum virtute. Idem pro S.R. Degere ætatem inter feras. Idē. Degere vitam in egestatem. pen. flect.

DEGRAVO, pen.cor. Oui. Met. 5. Degrauat Aethna caput sub qua résupinus arenas. antepenul. acuit.

DEGVSTO, pen.pro. Oui. de Pont. quarto. Nec degustanti lotos amara fuit. Vergil. Aen. 11. Loricam & summū degustat vulnere corpus. Cicero de Parad. Degustabis genus hoc. Idé pro Clu. Qui aliquid ex eius sermone speculæ degustarat. Idē Att. Vellem aliquid degustasses de fabulis. penult. acuit.

DEHISCO, pen.pro. Verg. Aen. 1. Hi summo in fluctu pendent, his vnda dehiscés. Idem octauo. Non secus, ac si qua penitus in terra dehiscens. Luca. 1. Humano natura lues terræ ne dehiscent. Ouid. de Trist. 2. Cunctaq; fortuna rimam facien te dehiscunt. penult. acuit.

DEHINC, pen.cor. Vergil. Aen. 12. Ipse dehinc auro squallentem, alboque orichalco. Idē Geo. 3. Ceruici subnecte dehinc vbi libera colla. penultima acu. teste Fabio, in bissyllabis: prior est enim præpositio per compositionem sequens regularem accentum. Horat. de Art. Cogitat, vt speciosa dehinc miracula promat. Quan doque per synæresin fit. Vide Deinde.

DEIPHOBVS, pen.cor. Verg. Aen. secundo. Insidiæ, iam Deiphobi dedit ampla ruinam. Idem sexto. Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora. Idem. Deiphobus contrà: ne sæui magna sacerdos. Idem. Omnia Deiphobo soluisti, & funeris vmbris.

bris. Ouid. Metamorphos. duodecimo. Sed neque Deiphobum, nec Polidamanta, nec ipsum. Mart. tertio. Cùm sit salua tibi mentula Deiphobi. antepenultima acuit.

DEINDE, pen. pro. Verg. Aen. 9. Ignaros de inde in muris, Martemque cientes. Idem duodecimo. Sic prior Aeneas sequitur, sic deinde Latinus. Iuue. Sat. prima. Sportula deinde forum, iurisq; peritus Apollo. Idem tertio. Pelidæ cubat in faciem, mox deinde supinus. Idem. Tantundem est, pariter feriunt vadimonia deinde. Idem. Deinde clamore pari concurritur, & vice teli. Contrahuntur à poetis dehinc, deinde, proinde: quarum primam acutam Prisc. profert. Vide Aliquando. At Antonius Nebriss. penultimã acuit. ex Fabii præcepto, qui libro Inst. 1. cap. 10. ibi, Inde olympo, & tyranno, acutam mediam syllabam dederunt: quia duabus longis sequentibus primam breuem acui noster sermo non patitur. Vide Aliquando.

DEIANIRA, pen. pro. Ouid. Met. 9. Deianira tuos quondam pulcherrima virgo. Idem. Deianira tuas, quæ veris addere falsa. penult. flect.

DEIDAMIA, pen. pro. Ouid. de Art. 1. Auctorem stupri Deidamia tui. Prop. secundo. Scyria nec viduo Deidamia viro. Sta. Achil. 1. Deidamia chori, pulchrisq; sororibus obstat. Idem. Deidamia virũ; sed opertæ conscia culpæ. per ei, scribi diphthon. pen. flect.

DEIICIO, pen. cor. Verg. Geo. 1. Deiicit, ingeminant austri, & densissimus imber. Ouid. Metamorph. 1. Deiicit, & maculat præruptam sanguine rupem. Horat. Episto. secundo. Præsidium regale loco deiecit, vt aiunt. Idem Serm. primo. Euandri manibus tritum deiecit ob hanc rem. Ouid. Metamorpho. duodecimo. Mœnia deiecit, vel cum Tenedoque, suoque. Vide Reiicio. antepenultima acuit. Præter. pen. Cicero in Orat. Nos sæpe aduersarios nostros de statu omni deiecimus. Idẽ pro Quint. De saltu deiicitur Quintius. Idem in Ant. Nec à rep. deiiciebam oculos.

DEIOTARVS, pen. cor. Luca. 8. Deiotarũ, qui sparsa ducis vestigia legit. Idẽ 5. Deiotarum, & gelidæ dominum racipolin oræ. antepe. acu.

DEIPHILA, pen. cor. Stat. Theb. 2. Deiphile, sed iussa patris, tutiq; regressus. antepenult. acuit.

DEILOCHVS, pen. cor. Stat. Theb. 8. Pectora Deilochi, Clonii latus ilia torui antepenult. acuit.

DEITAS, pen. cor. Mant. Cui deitas vnita fuit regnator olympi. Idem. Visibilis deitas homini coniuncta sub illo. Idem. Rura peragrauit posito deitatis honore. antepenult. acuit.

DELABOR, pe. pro. Luca. 2. Vndafacit, Rutubamq; cauum delabitur inde. Ouid. Met. 1. Quam cupiens falsam summo delabor Olympo. penultima flectit. Iuuen. Saty. 3. Ad quam Gorgonei delapsa est penna caballi. penultima acu. Cicero de Ora. Vt in istum sermonem delaberer. Idem de Am. Ad vulgares amicitias oratio vestra delabitur.

DELASSO, pen. pro. Hor. Serm. 1. Delassare valet Fabium, te ne morer audi. penultima acuit.

DELECTO, pen. pro. Hor. de Art. Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ. Idem Ser. 2. Si quem delectat barbatum amentia verfat. Iuue. Sat. 8. Nomina delectant omnem Titanida pugnam, pen. acu. Mãt. Iam graue, & horrendum, sic delectabile cælo. Cicero Quint. Fr. Literæ tuæ incredibiliter me delectauerũt. Idem de Am. Itaque libris me delecto.

DELEO, pen. cor. Sil. 3. Bella Palestinæ primo delebit in æuo. Lucan. tertio. Massiliam delere vacat, gaudete cohortes. Stat. Theb. sexto. Deducti delet sulcos iterata priores. Tibul. primo. Torreat, & liquida deleat amnis aqua. Iuuen. Sat. quinta. Deleuit multa veteris fuligine teste. Mã. Concurrunt Itali Libici, & delebitur ingens. Idem. Sidoniæ Didonis opus delebitur omne. Mart. septimo. Casibus hic nullis, nullis delebilis annis. Mant. Rursus & ætatis decus indelebile uostræ. antepenultima acuit. Mant. Quo sterit illa loco, sed mox deletus Amilcar. Manil. primo. Deletiq; sacerdotes in publica vota. Sil. 15. Vrbis deletæ fremit amens

corde sub vno. Luca.2. Si libet vlcisci dele tæ funera gentis. Ver. Aen. 11. Deletas Volscorum acies cecidisse Camillam. pe nult.flect. Cicero ad Her. Imagines sicut literæ delentur. Idem Epist. Delere epistolam lachrymis. Quint.fr. deleuit mihi omnem molestiam recentior epistola. antepenult.acu.

DELIA, pen.cor. Ver.Buc. Setosi caput hoc apri tibi Delia paruus. Idem. Notior, vt iam sit canibus non Celia nostris. Oui. de Pon. 4. Quam grata est igitur Larone Celia tellus. Idem Fast. 5. Creuerat immensum comitem sibi Celia sumpsit Idem Met. 1. Celius hunc super victo serpente superbus. Manil. 1. His modò post illis apparet Celia terris. Tibul. 1. Nõ ego laudari cupio mea Delia tecum. Idem. Ipse boues mea si tecum Delia, te cum. Flac. 1. Delius, ingrato Steropen quod fuderat arcu. antepen.acu.

DELIBERO, pen. cor. Mart. 9. Scis quid in asartia Pacorus delibetet aula. Iuue.Sat. 7. Quicquid id est, de quo deliberat, an petat vrbem Cicero Att. De geographia etiam, atque etiam deliberauimus. Idem Potius quàm per literas de salute nostra fortunisque deliberauissem. antepenultima acuit.

DELIBO, pen. pro. Oui. Fast. 1. Quisque suas artes ob idem delibat agendo. Lucr. 3. Res animi pacem delibat tempore in ullo. Cicero pro Sest. Vt omnes vndique flosculos carpam, atque delibem. Idem de Inuen. Nonne de sua gloria delibari putant? Idem ad Her. Ille nulla voce de libaris insitam virtutem. Lucr. 6. Delibata deum per te tibi nomina sancta. penult.flectit.

DELICTVM, pen. pro. Oui. de Pont. 3. Ipse ego librorum video delicta meorum. penult.acuit.

DELICIAE, pen.cor. Ver.Buc. Delicias domini, nec quid speraret, habebat. Mart. 14. Delicias paruæ si vis audire Catellæ. Idem 7. Gloria conspicuæ, diliciumque domus. Stat. Syl. 1. Delicias, quas ipse suis digressus Athenis. Iuue.Sat. 4. Delicias viduæ tantum aspernatur adulter. Idem 6. Delicias hominis Tarpeium li men adora. Catul. Hæc studia, atque omnes delicias animi. antepen.acu.

DELIGO, pe.cor. Ver.Geo. 4. Delige & in tacta totidem ceruice iuuencas. Flac. tertio Dii precor hunc regem, aut æquè delegerit alta. Mant. Delegit castrensem hominem toruo imperiosum. Idem. Delegere domos tacitas Carursia restis. Cicero de Inue. Ille autem quinque delegit. Idem pro Plan. Populus Rom. deligit Magistratus. Idem contra Rul. Quem vnum ex cunctis delegissetis. antepenultima acuit.

DELIRO, penult.prod. Hor. Epist. 1. Empedocles, an Stertinii deliret acumen. Idem. Quicquid delirant reges, plectũtur Achiui. Ver. Opusc. Partubus vt coeat nihil vt deliret amussis. Lucr. 3. Claudicat ingenuus, delirat linguaque, mensque. Idem 1. Quod mihi cum vanum tum delirum esse videtur. Hor. Epist. 2. Prætulerim scriptor delirus, inersq; videri. Idem Ser. 2. Auersus mercaturis delirus, & amens. Idem. Aegrum ex præcipiti mater delira necabit. penultima flectit. Oui. Met. 10. Quærat & ambages, deliramentaque vanum. Mant. O miseri non ne hæc deliramenta videtis. Idem, & lachrymæ insanæ deliramenta iuuentæ. Idem. Thusci etiam quædam deliramenta tenebant. penultima acuit. Cicero de Diu. In extis totam Hetruriam delirare. Idem de Natur. Omnes ne tibi delirare visi sunt.

DELITEO, pen. cor. Ouid. de Trist. 3. Priuato liceat delituisse loco. Ver. Geo. 3. Vipera delituit, cælumque exterrita fugit. Stat. Syl. 3. Delituisse cælum & subditis lux candida cessit. Oui. de Art. 2. Fertur & in parua delituisse casa. Mant. delituere diu subter caua Thetios antra. Idem. Delituit saltu turma comitatus equestri. Idem. Delituit criptis, tunc Marcellinus & ipse. Cicero de Nat. Bestiæ in cubilibus delitescunt. Idem pro Cæl. Serui in balneis delituerunt. Idem pro Cecin. Caue in ista tam frigida calumnia delitescas. antepenultima acuit.

DELOS, pen. pro. Clau. Hæsit Apollineo Delos Latonia partu. Oui. de Art. 2. & Paros, & Clario Delos amata deo. Idem Met.

Met. 2. Fortè petens Delon Chiæ telluris ad oras. Idem 15. Traderet anhelo Delo, Cretaque relictus. penult. flectit. Latinè.

Delphicvs, pen. cor. Oui. Met. 1. Quem fugias, ideoque fugis, mihi Delphica tellus. Idem Fast. 3. Qua sterili terrę. Delphicus edat opem. Mart. 11. Quam quæ Delphitico lapsa est armilla cinædo. antepenult. acuit.

Delphinvs, pen. pro. Manil. 1. Tu quoq; de ponto surgit delphinus ad astra. Iuu. Sat. 6. Consulit ante phalas, delphinorumque columnas. Idem 10. Quanto Delphinis balæna Britanica maior. Oui. Met. 1. Nereides syluas que tenent delphines & altis. Idem 2. Tollere consuetas audet delphines in auras. Stat. Achil. 1. Exierantque ingo fessi delphines herili. Ver. Buc. Orpheus in syluis inter delphinas Orion. Vbi ait Seruius, in delphinas, nas, ideo breuis est quia Græca declinatio est: sicut archas: accensos monitu. nam omnia Græca, quæ nominatiuum pluralem es terminãt, vt Arcades, delphines, Naiades, accusatiuum pluralem corripiunt. Idem Geo. 1. ait: nam Actin, & Actis dicunt, delphin & delphis, eulesin & eulesis: sed verius in n, definunt, quod in obliquis habẽt, vt Actinos, Eulesinos, delphinos. Idem Aen. 5. Delphinum similes, qui per maria humida nando.: vbi ait Seruius, aut venit abeo quod est delphin, delphinis, à delphine: aut delphinum pro delphinorum posuit. penult. flectit.

Delvbrvm, pen. pro. & ita apud poetas legi. inquit Aldus, quia vocales natura longas non posse vnquam corripi sequente muta cum liquida, sed produci semper & in prosa, & in carmine. Oui. Met. 1. Ad delubra deæ quorum fastigia turpi. Idem Fast. 3. Parua licet videas captæ delubra Mineruę. Luca. 2. Deposuit, mœstaque tenent delubra caterua. Stat. Theb. 1. Archades his tua nec pudor est delubra nefastis. Iuue. Sat. 12. Sertaque delubris, & farra imponite cultris. Idem 13. Culmine delubri tanquam in mare fluxerit amnis. Ver. Aen. 2. At gemini lapsu delubra ad summa dracones. Vbi ait Seruius, Delubrum dicitur, quod vno tecto plura complectitur numina. quia vno tecto diluitur, purgatur: vel delubrum esse locum ante templum, vbi aqua currit, à diluendo. Idem 4. Principiò delubra adeunt, pacemque per aras. ait Seruius. delubrum dictum propter lacum, in quo manus abluuntur, vel propter tectum coniunctum, aut certè simulacrum ligneum delubrum dicimus à libro, hoc est raso ligno factum. Idem. Quid delubra iuuant, est mollis flamma medullis: Idem Geo. 3. Ad delubra iuuant: cæsosque videre iuuencos. penult. flectit.

Delvsvs, pen. pro. Mant. Sed delusa fuit, quia quanquam venerit, vt nos. Oui. Met. 3. Huius ait linguæ quàm cùm delusa potestas. penult. flect.

Demens, pen. pro. Luca. 2. Heu demens non te fugiunt me cuncta sequuntur. Oui. de Pont. 4. Quid facis, ah demens, cur si fortuna recedat. Ver. Opusc. Arcanum demens detegit ebrietas. Idem Buc. Quem fugis, ah demens, habitarunt dii quoque syluas. Stat. syl. 2. Mulceat insano gemitus stat pectore demens. penult. acuit. Ver. Buc. Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cæpit. Idem Geo. 4. cũ subita incautum dementia cæpit amantem. Claud. Concidit exiguæ dementia vulnere chartæ. Oui. Met. 8. Victoris placidi fecit dementia multis. antepenult. acuit.

Demeritvs, pe. cor. Stat. Syl. 5. Felix demeritos habet admissura parentes. antepen. acuit.

Demersvs, pen. pro. Oui. Met. 14. cœpit & in Tusci demersus fluminis vndis. penult. acuit.

Demeto, pen. cor. Hor. Ser. Demeteret ferro iure omnes Galba negabat. antepenultima acuit. Cicero de Nat. Tempestiuè demetere percipereque fructus. Idem de Sen. Demetere, & percipere fruges.

Demissvs, pen. pro. Oui. Met. 8. Icare, ait moneo ne se demissior ante. penultima acuit.

Demo, pen. pro. Oui. Met. 14. Edidit in iuuenem rediit, & animalia demit. Stat. Syl. 1. Ergo age? iunge toros, atque otia

deme iuuentæ. Idem. Vel non abtutos tibi demet Hamadryadas annos. Idem. Ire sed amatas multùm sibi demere vires. Ouid. de Pont. 2. Nec mea si tantum peccata nouissima demas. Idem Fast. 4. Aurea sit Cato redimicula demite collo Idem de Trist. primo. Demite naufragium, Mars mihi nuncius erit. Hor. Epistol. 1. Quæ lædunt oculos festinas demere, si quot. Cicero de Fin. Cui nihil dempsit ius. Idem in Ver. Demit de capite Medimna.

DEMOCRITVS, pen. cor. Claud. Quicquid Democritus risit, dixitque tacendo. Iuue. Sat. 10. Democritus, quanquàm non essent vrbibus illis. Lucr. tertio. Democriti quod sancta viri sentẽtia ponit. Idem. Denique Democritum postquàm matura vetustas. Hor. Epist. 2. Si foret in terris rideret Democritus seu. Mant. Democrates Spartæ teneris nutritus ab annis. antepen. acuit.

DEMOLEOS, pen. cor. Ver. Aen. 5. Loricam quam demoleo detraxerat ipse. Idem. De moleos cursu palantes Troias agebat. antepenul. acuit.

DEMOPHOON, pen. cor. Prop. secũdo. Quæris Demophoon, cur sis tam mollis in omnes. Ouid. Phil. Hospita Demophoõ, tua te Rhodopeia Phylis. Idem. Demophoon ventis, & verba, & vela dedisti. Idem. Phylli, fac expectes Demophoonta tuum. antepenul. acu. Vide Phyllis. Thermodoon, Triton.

DEMOROR, pen. cor. Sil. 15. Nec tenuit voces, nil vos iam demoror vltra. Ver. Aen. secundo. Demoror ex quo me diuum pater, atque hominũm rex. Idem vndecimo. Tutue, sed infelix Teucros quid demoror armis. Cicero de Or. Ne diutius vos demorer, exponam. antepenultima acuit.

DEMORSVS, pen. pro. Perf. Sat. 2. Nec pluteum cedit, nec demorsos sapit vngues. penult. acuit.

DEMOSTHENES, pen. cor. Iuue. Sat. 10. Eloquium, ac famam Demosthenis, ac Ciceronis. Prop. 1. Persequar, vt studium linguæ Demosthenis arma. Mãt. Rhetor eras totam sapiens Demosthenis artem. antepen. acuit.

DEMVM, pen. pro. Ver. Geo. 1. Illa seges demum votis respondet auari. Idem Aen. 2. Sic demum socios consumpta nocte reuiso. Idem Geo. tertio. Hinc demum Hippomanes verò quod nomine dicunt. Idẽ Aen. sexto. Sic demum lucos Stygios ob mutuit ore. Idem duodecimo. Tum demum mouet arma leo, gauderque comantes. Hor. Ser. 1. Fuste dolat quarta vix demum exponimur hora. Auso. Is demum excessit Grammaticos canones. penultima acuit.

DENARIVS, pen. cor. Mart. secundo. Vnus sæpe tibi tota denarius arca. Idem 11. Hunc volo, quam redimit totam denarius alter. Idem. Denariis tribus inuitas & mane togatum. Idem. Denariis tamen hanc non amo Basse tribus. antepenultima acuit.

DENIQVE, pen. cor. Oui. in Ibin. Denique quicquid ages ante os, oculosque volabo. Idem Penel. Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuis. Verg. Geo. primo. Denique quid vesper serus vehat vnde serenas. Claud. Denique si princeps castris hærere nequibo. Perf. Sat. prima. Dictarunt proceres non quicquid denique crudi. antepe. acu.

DENTATVS, pen. pro. Mant. Sicinius dentatus erat, vel fortis, & audax. Clau. Qui dare dentatis annos, Fabiisque solebat. Iuue. Sat. tertia. At liceat paucis cum dẽtibus inde reuerti. Verg. Geor. 1. Binę aures, duplici aptantur dentalia dorso. penult. flectit.

DENTISCALPIVM, pen. cor. Mart. 7. Bis senos triplices, & dentiscalpia septem. antepen. acuit.

DENVDO, pen. pro. Verg. Aen. vndecimo. Denudantque gregem, & flammis, verubusque remittit. pen. flect. Cicero de Or. Spoliare, atque denudare aliquem suo ornatu. Idem in Verr. ne excitetur Verres, ne denudatur à pectore.

DENVNCIO, pen. cor. Verg. Geo. 1. Cæruleus pluuiam denunciat igneus eurus. Idem Aen. tertio. Prodigium canit, & tristes denunciat iras. Cicero de Diuin. Hector moriens propinquam Achilli mortem denunciat. Idem pro Cecin. At illi denũciat fundum illum suum esse. Idem in

in ant. At ille inimicitias mihi denunciauit.

Denvs, penult. prod. Mart. primo. Bis denas pariter perdomuisse feras. Idem septimo. Bis denos puerum numerantem perdidit annos. Manil. tertio. Dene quater stadia exoriens, duplicataque ducit. penultima flectit. Vide in Valla, lib. tertio, cap. 5.

Depastvs, pen. pro. Ver. Buc. Hybleis apibus florem depasta salicti. Iuue. Sat. 4. Depastumque diu viuaria Cæsaris inde. penult. acuit.

Depello, pen. pro. Verg. Buc. Pastores ouium teneros depellere fœtus. Cicero in Catil. Non facilè tantam molem mali à ceruicibus nostris depulissem. penult. ac.

Dependeo, pen. cor. Ver. Aen. 1. Atria dependent Lychni laquearibus aureis. ante penult. acuit.

Depono, penul. prod. Hor. Ser. primo. Furtim de fossa timidum deponere terræ. Ouid. de Pont. tertio. Creditur his Phœbe deposuisse locis. Luca. primo. Constitit vt capto iussus deponere miles. Iuue. Sat. prima. Pœna tamen præsens cùm tu deponis amictum. Idem tertio. Ille metit barbam, crinem hic deponit amanti. penultima flectit. Hor. Epist. primo. Depositum laudes ob amici visa pudorem. Claud. Depositum teneris quantum sol igneus ambit. Ver. Aen. secundo. Illa hęc, deposita tandem formidine, fatur. Iuuen. Sat. 13. Nunc sic depositum non inficietur amicus. Cicero in Ant. Cùm in gremiis mimarum, mentumque deponeres. Idem pro Cęl. Obliuiscor iniurias, depono memoriam doloris.

Depopvlo, pen. cor. Mant. Oppida depopulant, & quod fuit ante relictum. Flac. quarto. Depopulant, ipsosque dapes prę dantur ab ore. antepenultima acuit. Vide Populor.

Depleo, pen. cor. Stat. Achil. 1. Tu modò si veteres digno depleuimus haustu. ante penult. acuit.

Deploro, penul. prod. Ouid. Metamor. quarto. Deplorauit Atyn quos ille tetenderat arcus. Idem tertio. Et deploratæ limen adire domus. Cicero de Orat. Quæ de altera deplorentur. Idem Att. Nam ita deplorat primis versibus mansionem suam. Idem in Verr. De iniuriis deplorare, ac conqueri. penultima flect.

Deprecor, penul. cor. Ouid. Metamorphos. secundo. Deprecor hoc vnum quod vero nomine pœna. Vergil. Aen. duodecimo. Protendens equidem merui, nec deprecor, inquit. Cicero Tusc. Qui nullum supplicium deprecatus est. Idem in Verr. Is nullam ab sese calamitatem poterit deprecari. Idem contra Rul. Nullæ sunt imagines, quæ me à vobis deprecentur. antepen. acu.

Deprendo, penult. pro. Iuuen. Sat. 4. Ostrea callebat primo deprendere morsum. penul. acuit.

Deprimo, pen. cor. Ouid. Metamorphos. decimoquarto. Et ne deprimeret fluctusque, lapisque carinam. Cicero in Piso, Etiam nè vos meam fortunam deprimitis. antepen. acuit.

Depromo, penult. prod. Vergil. Aen. vndecimo. Hæc cape & vltricem pharetra deprome sagittam. Idem quinto. Pro se quisque viri, & depromunt tela Pharetris. Cicero de Orat. Vnde statim possint argumenta depromere. Idem. Illa deprome nobis. Idem Offici. Altera ex virtute depromitur. penultima flec.

Depvlsvs, pen. pro. Verg. Buc. Depulsos à lacte domi, quæ clauserat agnos. penultima acuit.

Derideo, penult. corr. Iuuen. Sat. secunda. Loripedem rectus derideat Aethiopem albus. Cicero de Oratore. Quare istos omnes deridete, atque contemnite. Idem pro Flac. Pergameni te deriserunt. antepen. acuit.

Deripio, pen. cor. Verg. Opusc. Corpora deripiant, varioq; absolueret arcu. Idem Geo. 2. Colaq; prælorum fumosis deripe tectis. Ouid. Met. 10. Pendenti niridũ vagina deripit ensem. Sta. Syl. 2. Deriperet, celsusq; duasve hęrere per vrbes. antepenultima acuit.

Derisor, penul. pro. Hor. de Art. Derisor verò plus laudatore mouetur. Idem. Inniala derisum semel, exceptumque sinistrè. Idem Ser. 2. Semper eris derisor ad omnes exagitent me. Idem Epist. 1. Derisor lecti sic nutum diuitis horret. Mart.

1. Qua Thymelem spectes, derisoremq; Latinum. penul. flect.

DERIVO, pen. pro. Lucr. 2. Deriuare queūt animum, curamq; leuare. Cicero in Ver. Domitius aliò responsionem suam deriuauit. Idem Tusc. Iustitia nihil in suam domum inde deriuat. pen. flect.

DEROGO, pen. cor. Luca. 9. Inuidus annoso qui famā derogat æuo. Cicero pro Flac. Non ego nationi huic fidem derogo. Idē pro S. Rosc. Non enim mihi tantum derogo. antepe. acu.

DESCENDO, pen. pro. Ouid. Met. 1. Montibus in liquidas pinus descēderat vndas. Cicero Tusc. Vt enim in inferiorem ambulationem descendimus. pen. acu.

DESERO, pen. cor. Ouid. de Pont. 2. Cæpta tene, quæso, nec in æquore desere nauē. Idem Met. 15. I, pete diuersas patrias, age, desere sedes. Idem 2. Desere, clamauit, liceat quod tangere non est. Vergil. Buc. Sparge marite nuces, tibi deserit hesperus Aetan. Luca. 1. Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno. Idem. Desertis ripas, & apertum gentibus orbem. Idem. Desereris, nox vna tuis non credita muris. Catul. Deseritur Scyros linquunt Phtiotica tempe. Hor. de Art. Nec facundia deseret hunc? nec lucidus ordo. Ouid. Met. 1. Sic vbi deseruit madidos septemfluus agros. Mart. 12. Deseris vrbanas, tua prędia Pannice lites. Lucr. 3. Corpore, qui nobis moribundos deserit artus. antep. acuit. Prop. 1. Languida desertis Gnosia littoribus. Ver. Geo. 3. Sed me Parnasi deserta per ardua dumos. Idem Aen. 12. Desertorem Asiæ, sedeant, spectemque Latinis. pen. acu. Cicero in Verr. Aratores agros desererent. Idem Quint. Fr. Amici partim deseruerunt me. Idem de Fat. Vigila Chrysippe, ne causam tuam deseras.

DESES, desidis, pen. pro. Stat. Syl. 3. Pollius, & causas designat desidis anni. Idem. Pax secura locis, & desidis oria vitæ. Idem 5. Iamq; aliò moliris iter, nec deside passu. penult. acu.

DESIDERO, pen. cor. Oui. de Trist. 1. Scire meos casus si quis desiderat omnes. Idem de Pont. 1. Denique Cæsareo quid non desiderat ipse. Idem Met. 11. Nulla nisi Halcyone est, & cùm desiderat vnā. Idem 7. Esse potest tristi desiderioque colebat. Catul. Vim desiderio veteres renouamus amores. Hor. Epist. 1. Incutiunt vrbis desiderium video, & quod Mart. 7. Si desiderium Cęsar, populiq;, patrumque. Idem 12. Tu desiderium dominę mihi nō cius vrbis. Cicero de Senec. Neque nunc vires desidero adolescentis. Idē pro Plāc. Desiderarunt te, inquit, oculi mei. antepenult. acuit.

DESIDIA, pen. cor. Ouid. de Trist. 3. Ergo desidiæ remoue doctissima causa. Verg. Geo. 4. Desidia, latamque trahens inglorius aluum. Idem 9. Desidiæ cordi, iuuat indulgere Chorei. Idem Opusc. Atqui desidiam, laxumque sequeris inertem. Stat. Syl. 4. Desidia & solidos nouus exul tabis in actus. Iuue. Sat. 4. Desidia tardus, & longo frigore pingues. Manr. Desidia, torpor grauis exarmauerat imbre. Sil. 11. Desidia populum, ac resolutam legibus vrbem. antepe. acu. Luca. 9. Desidiosa thymum, cum si sonus increpat æris. Mant. Nec te lenta quies, nec desidiosa voluptas. Mart. 12. Esse tibi videor desidiosus eques. Idem 8. Dic mihi, quid melius desidiosus ages? Idem 1. Scribe aliquid magnum, desidiosus homo es. pen. flect.

DESIDO, pro. pro. Stat. Syl. 3. Cur vada desident, & ripa coerceat vndas. Mart. 5. Desidet, atque aliqua semper in aure sonat. A sedeo fit: nam à sido, si longa est. penult. flect. Desideo antepen. acuit. Cicero de Do. Cùm ad infinitam altitudinem terra desedisset. Idem. Multis locis labes facta sit, terræ desederit. Vide Vallam, libro quinto, cap. 6.

DESIGNATOR, pen pro. Hor. Epist. 1. Designatorem decorat littoribus atris. penult. flectit.

DESILIO, pen. cor. Ouid. Met. 3. Desilit in terras illic tegimenque remouit. Luca. 1. Desilit in fluctus deserta puppe magister Hor. Ser. 1. Desiliat mulier miseram se socia clamet. Stat. Theb. 9. Desilit in valles, ipsum nemora alta tremiscunt. antepen. acu. Cicero pro Mil. Milo de rheda reiecta penula desiluit.

DESINO, pen. cor. Verg. Buc. Desinet, ac toto surget gens aurea mundo. Idem. Sed tu desine plura puer, successimus antro. Idem.

Idem. A te principium tibi desinet, accipe iussis. Idem Geo. 3. Desinit ante decem, post quattuor incipit annos. Claud. Herculeos conferre tuis iam desinat actus. Oui. Fast. 4. Fallit & in nympha Sagarithide desinit esse. Idem. Met. 2. Vix bene desierat, currus petit ille paternos Idem 13. Desierat Galatea loqui, cætuque soluto. Idem 8. In quo desiuimus, quo sacri currimus amnes. Idem Fast. 4. Desierat, cædi cur huic genus acre leonum. Idem 6. Vix bene desierat, complent vlulatibus auras. Prop. 2. Desine, & ad molles membra resolue toros. Idem 4. Atque vt viuamus, viuere desinimus. Luca. 5. Desinis ipsa loqui, tandem conterrita virgo. Cicero Att. Iandiu fieri desierunt. Idem de Som. Nunquam moueri desinit. Idem de Fin. recte contra eos desitum est disputare. Idem Epist. Qui primus est papisius vocari desitus. antepenult. acuit.

DESIPIO, pen. cor. Lucr. 5. Desipere est, nam cur hic posset sancta notare. Iuuen. Sat. 6. Et solea pulsare nates quod desipis, inde. Hor. Ser. 2. Aiax immeritos dum occidit, desipit, agnos. Idē 1. Quod si non odio peccantis desipit augur. Cicero Epist. 2. Quod nimio gaudio penè desiperem. Idem pro Planc. Licèt me desipere dicatis. antepen. acu.

DESISTO, pen. pro. Lucr. 5. Desistit, & multo spatio defessa vetusto. Iuue. Sat. 8. Hęc iuuenes esto desisti nępe nec vltra. Hor. Ser. 1. Iniussit nunquam desistat, Sardus habebat. Oui. Fast. 2. Ter conata loqui, ter destitit, ausaque quartò. Cicero Epist. 1. Pompeium. Hortari, & orare non desistimus. Idem pro Quint. Auctionem Quintus velle facere destitit. Idem Tusc. Verbo de sententia destitisti. penultima acuit.

DESOLO, pen. pro. Ver. Aen. 11. Vidimus ingentes, & desolauimus agros. Stat. Theb. 6. Iugera, dilectas cui desolauimus vrbes. Sil. 12. Desolata metu cuncta, & suadente pauore. Oui. Met. 1. Et desolatas agere alta silentia terras. Ver. Aen. 12. Disiectique duces, desolatique manipli. pen. flect.

DESPERO, pen. pro. Hor. Epist. 1. Et quia desperes inuiti membra Glyconis. Idem de Art. Desperat tractata nitescere posse relinquit. Oui. Fast. 5. Cur ego desperem fieri sine coniuge mater? Luca. 1. Desperare diem qualem fugiente per ortus. Cicero Epist. Rhodii nos, & rempub. valde desperauerunt. Idem pro Mur. Vt honorem desperare videatur. Idem Att. Repub. causa dequa desperaui. Idem Quint. Frat. Cum iam ab aliis desperata res esset. pen. flect.

DESPICIO, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos. Idem 5. Asparagis quā despiciat conuiua cauda. Ver. Geo. 2. Despicere hunc summis liquuntur rupibus annos. Stat. Syl. 1. Talia despiciat, fas & componere magnis. Idem 3. Despicit, & tacite ridet mea numina Iuno. Cicero in Verr. Tu sic ordinem senatorium despexisti? Idem de Sen. Despici ab omnibus. Idē Quint. fr. Si tuam solitudinem, communemque calamitatem nemo despexerit. antepen. acuit.

DESPVMO, pen. pro. Ver. Geo. 1. Et foliis vndam tepidi despumat aheni. Pers. Sat. 3. Stertimus indomitum, quod despumare Falernum. pen. flect.

DESTINO, pen. cor. Mart. 9. Destinet æthereus cui sua serta pater. Oui. Fast. 1. Mox honor eripitur, matronaque destinat omnis. Ver. Aen. 2. Compositò rumpit vocem, & me destinat aræ. Idem Opusc. Destinet ac ferri cupidum repetiuit in vsum. Sil. 3. Quis pater æthereis cælestum destinat oris. Iuue. Sat. 10. Destinat optimus hic & formosissimus idē. Idem Sat. 4. Destinat hoc monstrum Cymbæ Liniique magister. Stat. Theb. 8. Destinat, heu celeres parcæ, Iam palpitat aruis. Cicero Offi. Cū eorum alteri Dyonysius diem necis destinasset. Idem pro Sex. Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus. antepen. acuit.

DESPVO, pen. cor. Pers. Sat. 4. Despuat in mores, penemque, arcanaque lumbi. antepen. acuit.

DESTITVO, pen. cor. Sil. 9. Annibal est iræ tibi, destituemus ad ipsas. Mart. 7. Thesea Pirithoi destituisset amor. Idem 1. Destituit primos virides Demetrius annos.

annos. Cicero in Ant. Qui ne forti quidem fortunas nostras destituit. Idē Att. Ira sum destitutus. antepen. acu.

Desvetvs, pen. pro. Ver. Aen. 1. Iam pridem resides animos, desuetaque corda. Oui. Met. 14. Visaque sunt resides, & desuetudine tardi. pen. flect.

Desvm, pen. pro. Stat. Syl. 3. Nec desunt variæ circum oblectamina vitæ. Idem 1. Augustum spoliare nemus, Clymeneaque deesse. Luca. 1. Hesperia est, desuntque manus poscentibus aruis. Iuue. Sat. 2. Indulsit pueris non vnquam deerit amator. Ver. Aen. 7. Diuitis vber agris Troiæve opulentia deerit. Ouid. Met. 1. Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset. Stat. Theb. 11. Deest seruitio plebes hos ignis egentes. Cicero de Clar. Paucæ sententiæ ad consulatum defuerunt. Idem contra Rul. Oratio ad eius rei disceptationem non deerit. Idem de Clar. Splendor ei non defuit. pen. acuit.

Desvper, pen. cor. Luca. 1. Transtulit Aemathias acies nunc desuper Alpis. Ver. Aen. 1. Desuper, horrentique atrum nemus imminet vmbra. Idem 4. Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo. Idem 12. Desuper altus equo graniter ferit, atque ita fatur. antepenultima acuit.

Detego, pen. cor. Stat. Theb. 1. Detegis, assistas operi, tuaque omnia firmas. Ver. Opusc. Arcanum demens detegit ebrietas. Oui. Met. 2. Detegeret culpam non exorabilis index. antepen. acu.

Detergo, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Saucius, & rubra deterges vulnera mappa. penultima acuit.

Deterior, pen. cor. Ver. Geo. 4. Deterior, qui visus eum, ne prodigus obsit. Idem Aen. 8. Deterior donec paulatim, ac decolor ætas. Oui. Met. 1. Auro deterior, fuluo pretiosior ære. Idem de Pont. 1. Iam mihi deterior canis aspergitur ætas. Iuu. Sat. 3. Deterius credas horrere incendia lapsus. Idem. Deteret exiguis aliquid, proponimus illuc. Hor. Ser. 1. Deterius nihilo dominæ ius esse negabat. Stat. Syl. 5. Sic ego nec furias, nec deteriora videbo. antepen. acu.

Detestabilis, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Exemplum in nostro iam detestabile sexu. Idem 13. Si nullum in terris tam detestabile factum. Idem 15. Arma coegerunt tam detestabile monstrum. Mant. Dedecus incurrit tam detestabile regnū. antepenult. acu.

Detineo, pen. cor. Sil. 5. Vrget amor cælum clausis dum detinet hostem. Ver. Aen. 4. Detinet, infandum si fallere possit amorem. Oui. de Pont. 4. Detinur, dicam curas, tempusque fefellit. Idem de Trist. 2. Sæpe oculos etiam detinuere tuos. Mart. 5. Detineat cultis aut elegia comis. Oui. Epist. Vela diu vultus detinuere meos. Idem Met. 1. Detinuit sermone diem, iunctisque canendo. Cicero Att. Tamen suspensum me detines. Idem Lent. Epist. In suspicionem detinuisse nos. Idem ad Her. Cum aliquo maiore negocio detinemur. antepen. acu.

Detraho, pen. cor. Luca. 1. Detrahimus dominos vrbi seruire paratæ. Hor. Ser. 2. Detrahere, & pellem nitidus qua quisque per ora. Cicero de Amic. In quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt. Idem Epist. Nihil enim tibi detraxit senatus. Idem. Absenti mihi unius mensis labor detractus est. antepenultima acuit.

Detrimentvm, pen. pro. Mant. Detrimenta, famem, morbos, incendia, mortes. Hor. Ser. 2. Detrimenta fugax seruorū incendia ridet. pen. acu.

Detrvdo, pen. pro. Mant. Qui lemures ausos regem detrudere olympo. Hor. Epist. 1. Qui male parentem in rupes detrusit asellum. Oui. de Pont. 1. Vt careo vobis Sythicas detrusus in horas. Cicero de Vn. Et ita dextra detrusit in leuā partem oculorum. Idem Att. Qui comitia in aduentum cæsaris detrudat. pen. flect.

Devcalion, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Ex quo Deucalion nymbis tollentibus æquor. Oui. Met. 1. Hic vbi Deucalion, nam cætera texerat æquor. Prop. 2. Et cùm Deucalionis aquæ fluxere per orbem. Idem Et post antiquos Deucalionis aquas. Ver. Geo. 1. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. Idem Opusc. Deucalionis aquæ, & pisces extrema figura. antepe-

tepenult. acuit. Oui. Met. 7. Deucalioneas effugit inobrutus vndas. penultima flectit.

DEVEHO, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Aeacus vnde alius furtiuæ deuehat aurũ. Cicero in Ant. Atque ego celeriter Veliam deuectus sum. antepen. acuit.

DEVENIO, pen. cor. Stat. Theb. 2. Deueniunt peritura cohors, hostemque superbum. Hor. Epist. 1. Ire tamen restat Numa quo deuenit, & Ancus. Cicero de Orat. Cum ad ipsa ridiculorum genera deueuerimus. Idem Att. Nolebam illum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. antepen. acu.

DEVENERATVS, pen. pro. Oui. Phyl. Sum prece thuricremis deuenerata focis. penultima flectit.

DEVICTVS, pen. pro. Ver. Aen. 10. Per ducis Euandri nomen deuictaque bella. penult. acuit.

DEVITO, pen. pro. Hor. Epist. 1. Quanto deuites animi, capitisque labore: Cicero in Ver. Procellam temporis deuitauit. Idem Att. Ne Cæsar se à me deuitatum putat. penult. flect.

DEVIVS, pen. cor. Oui. Met. 2. Cum iuuenes placido per deuia lustra vagantes. Idem de Pont. 3. Quam procul hæc regio est ab omni deuia cursu. Stat. Syl. 3. Donatur, testesque vlulant per deuia nymphæ. Sil. 1. Is fuit, exuberant astu, sed deuius æqui. Iuue. Sat. 14. Nutrit, & inuēta per deuia rura lacerta. Oui. Met. 1. Hac agit, vt pastor per deuia rura capellas. Luca. 6. Deuia qua vastos aperit Candauia saltus. antepen. acu.

DEVOLO, pen. cor. Hor. Ser. 2. Siue aliud primum dabitur tibi deuolat illuc. Cicero ꝓ Quint. Ab afflicta amicitia fugere, & ad florentem aliam deuolare. antepenult. acuit.

DEVORO, pen. cor. Oui. Brisei. Deuorer ante precor subito telluris hiatu. Idem de Trist. 5. Deuoret, atque suis ad stygia mittat aquis. Idem Fast. 4. Deuorat immersam, visceribusque tenet. Claud. promittunt, quas quisque petat, quas deuorat vrbes. Cicero Epist. Sed hanc ipsam recētem nouam deuorauit. Idem in Ant. Et paucorum dierum molestiam deuorate. Idem pro Flac. Quod erat spe lucrum deuoratum. antepe. acu.

DEVOVEO, pen. cor. Ouid. de Pont. 2. Quis non Antiphatem Lestrigona deuouet, aut quis. Idem Phyl. Thesea deuoui, quia te dimittere nollet. Idem Fast. 5. Carmina deuoueo, Pieridesque meas. Vergil. Aen. 11. Deuoueo, solum Aeneas vocat, & vocet, oro. Idem 12. Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris. Hor. Ser. 2. Quid si quis gnatam pro muta deuouet agna. Ouid. in Ibin. illum ego deuoueo quem mens intelligit, Ibin. Cicero de Nat. Quidam Imperatores pro re pub. deuouerunt. Idem in Ant. Decius pro alieno se ære deuouit. antepen. acuit. Verg. Opusc. Isthic Scipiadesq; duces deuota triumphis. Idem Aen. 1. Præcipuè infelix pesti deuota futurę Tibul. primo. Tunc me discedens deuotum fœmina dixit. Iuue. Sat. 14. Deuotusq; cliens vxor tua virgo maneret. Stat. Theb. 10. Deuotumque caput vilis, ceu mater alebat. Seruius Aen. 4. inquit, ibi. Sol qui terrarum: vnde & deuotor, & deuotrix dicitur. penultima flect.

DEVNX, pen. cor. Pers. Sat. 5. Nutritios per aguut auidos suadere deunces. penultima acuit.

DEVS, pen. cor. Ouid. Metamorphos. secundo. Cui Deus, elige ait, nullam patiere repulsam. Idem primo. Cui Deus, at quoniam coniux mea non potes esse. Idem. Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum. Verg. Buc. O Melibœe, Deus nobis hæc ocia fecit. penultima acuit. Flac. 3. Dii precor hunc regem, aut æquè delegerit alta. Idem quarto. Dii tibi progresso propius, dii forsitan ipsi. Ouid. Metamor. 9. Dii melius, dii nempè suas habuere sorores. Verg. Dii aliter visum. synæresis fit solum in carmine, extra carmen non deprehendas, tunc Dii bissyllabum est proferendum: quæ plurima sunt Dii, ii, iidem, iisdem, dehinc, dein, deinde, proinde & similia, quæ in prosa syllabæ veris literis proferuntur, in carmine synerizātur. dii est a nomine dius, dia, diū. Vide cui. Vide Desp. li. 1. versi. si. 430. Vide Maior.

DIADEMA, pen. pro. Mant. Cælituum tutela

tela inopum diadema,pedumque. Idem. Neptunum,& reliquos,qui tum diadema ferebant. Claud. Accipe fortunam generis diadema resume. Mart.8. Cui diadema daret marmore picta nemas. Idem sexto. Talis supplicibus tribuit diadema ta Dacis. Stat. Syl.2. Troica, & Euphrate supra diademata felix. Auso. Come serenatam duplici diademate frontem. Luca. 5. Cingere Pellæo pressos diademate crines. Iuue. Sat.13. Sumeret agrestem posito diademata falcem. Diadema. pen.flect. plurali verò antepe.acuit.

DIADVMENVS,pen.cor. Mart.6. Basia da nobis Diadumene pressa quotannis. Idē 3. Hoc tua sæue puer Diadumene basia fragrant. Idem 5. Vt te sæpe rogem, cedo Diadumene sæpe. antepe.acu.

DIALECTICA,pen.cor.Ver.Opusc. Hinc omnis certat dialectica tuba sophorum. antepe.acuit.

DIALIS,pen.pro.Ouid.Fast.6. Nam mihi sic coniux sancta Dialis ait. pen.flect.

DIANA,pen.pro. Ouid.Met.14. Quæque colunt Scyticæ stagnum memorale Dianæ. Idem 1. Virginitate frui dedit hoc pater ante Dianæ. Idem. Virginitate deam ritu quoque cincta Dianæ. Idem Fast.2. Inter Amadryadas, iaculatricemq; Dianam. Stat. Syl.1. Exuuias Diana tholo, captiuaque tela. Verg. Aen.1. Exercet Diana choros, quàm mille secutæ. Luca. 6. Parua Myceneæ, quātum sacrata Dianę. Hor.de Art. Aut phanaticus error, & iracunda Diana. Iuue. Sat.3. Me quoque ad Eluinam Cererem, vestramque Dianam. penult.flectit,

DIAPASMA,pen.pro.Mart.1. Quid quod alet grauius mixtum Diapasmate virus. penult.acuit.

DIARIVM,pen.cor.Hor.Epist.1. Cùm seruus vrbana diaria rodere mauis. Mart. 11. Sed lupus vsuram, puerîq; diaria poscunt. Mant. Par huic exemplum, Roma diaria volue. antepe.acuit.

DIATHECA,pen.pro.Mart.12. O quantū diatheca valent,& quinq; comati.penultima flecti.

DIAVLVS,pe.pro.Mart.1. Chirurgus fuerat, nunc & vespillo Diaulus. Idem. Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus. penul acu.

DIAETA,pen.pro. Stat. Sil.1. Vna tamen cunctis procul eminet vna diætis. penultima flectit.

DICAX,pen.cor.Hor.de Art. Verum ita risores, ita commēdare dicaces. penult.acu. Dicacis flectit.

DICARCHAEVS,pen.pro.Stat.Syl.2. Celsa Dicarchæis speculatrix villa profundi. Idem. Inde Dicarchæis multùm veneranda colonis. Idem 3. Prima Dicarchæis pharium grauis intulit annum. Idem 5. Quosque Dicarchæis portus, Baianaque mittunt. Idem Theb. octauo. Prole Dicarchæa multo cum milite Graia. penultima flectit.

DICO,dicis,pen.pro.Ver.Buc. Vrbē, quam dicunt Romam, Melibœe putaui. Vide Buthrotum. Idem. His vbi Grinei nemoris dicatur origo. Tibul.4. Solus vtroque idem diceris magnus in vrbe. Iuue. Sat.3 Accipit Andromeden, si dixeris, æstuo, sudat. Idem. Dicere si tentes aliquid, tacitusve recedas. Idem 4. Et semel aspecti littus dicebat Echini. Pers. Sat.1. At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. Ait Ser. Aen.4. ibi, Dulce caput magicas in vitam, accingier artes: vt ad infinitum er addatur, ratio metri efficit, nam cùm in eo vltima sit longa, addita er syllaba breuis fit, vt audiri, audirier: dici, dicier. Pers. Et verum inquis, amo, verum mihi dicito de me. Mant. Dicitur antiquus quondam posuisse Bianor Flac. 9. Dicite Pierides, qua non ratione per oram. Mart. 14. Dicor ab indoctis ligula Grammaticis. Ouid. Met.1. Ossa reor, dici, iacere hos post terga iubemus. Mart. 14. Hoc didici per me dicere, Cæsar aue. Prop.3. Dicite, quo pariter, carmen tenuastis in antro. Oui. Met.1. Talia dicturus vidit Cyllennius amnis. Idē de Pōt. 4. Hæc vbi dixeritis seruat sua dona rogate. præteritum subiunctiui breuiari. Iuuen. Sat.1. Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. pen.flect. Verg. Aen.11. Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis. Vbi inquit Ser. Edice autem plenus est imperatiuus: nam ab omniū coniugationum infinito, detracta re syllaba, fit imperatiuus: vt amare, ama: docere,

re, doce; legere, lege, audire, audi. cum an tem fac, vel dic dicimus, apocopen verba patiuntur. Quint. Inst. 1. de eo sic loquitur, iis adiciat face, & dice, & similia, recta & hæc via, quis negat? sed alia est & mollior, & magis trita: vt dic, & fac, vt à nominibus differant dice, & face, duc à duce, fer ab infinitiuo. Iuue. Sat. 7. Dic igitur, quid causidicis ciuilia præstent. Pers. Sat. 2. Dic age dum stato, proh Iuppiter ò bone clamet. Oui. Fast. 1. Dic age frigoribus quare nouus incipit annus. Mart. 1. Ecce tacent omnes, Neuole dic aliquid. Stat. Syl. 3. Dic age Calliope socius tibi grande sonabit. Mart. 9. Dic vbi Palladium sit tibi chare decus. Dic, & dico flecti. fac, & fer acui. Ver. Aen. 1. Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat. Ait Seruius, dicto citius, idest citius quàm dici potest. Cicero de Orat. Dicam tibi Catule. Idem Att. Dic mihi, Antonius vult ne. Idem de Orat. Quid de illis dicat. Idē pro Cor. Cum Quint. Metallus causam de pecuniis repetundis diceret.

DICO, dicas, pen. cor. Ver. Aen. 1. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Idem 4. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Stat. Syl. 1. Certus ait mas terras, & quæ tibi templa dicamus. Idem 2. Astra salutantem dominus sibi mente dicauit. Idem Theb. 6. Nanque illi, & pharetras breuior quæ tela dicarat. Flac. 3. Quę tibi coniugio tot dedignata dicauit. Sil. 5. Magnanimos fœcunda viros, huic fata dicarint. Cicero Tusc. Cignus non sine caula Apollini dicatus est. Idem Att. Rectum censuisti, vt aliquid dicarem. Idem de Leg. Nam hunc totum tibi dicamus diem. pen. acu.

DICTAMVS, dictamum, & dictamnus. pe. pro. Ver. Aen. 12. Dictamū genitrix Cretæa carpit ab Ida. Vbi ait Seruius, dictamum herba est, quæ licet vbique nascatur, tamen melior est in Creta. Stat. Syl. 1. Dictami florentis opem quoque anguis abundat. eius uirtutem Seruius in Verg. & Plin. lib. 25. Dioscor. libro. 3. enodant. pen. flect.

DICTAEVS, pen. pro. Hor. Epist. 2. Dictææ nymphæ nemorum iam claudite saltus. Ver. Geo. 4. Dictæo cæli regem pauere sub antro. Idem 3. Ausonias, Dictæa negat tibi Iuppiter arua: ait Ser. Dictæus mons est Cretæ dictus à Dicte nympha, quæ illic colitur: à quo dicitur aliquis Iuppiter. pen. flect.

DICTATVM, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Cultello donec peragat dictata magistri. Idem. Famosos equitum cum dictatore magistros. Idem 11. Castrorum imperiis, & dictatoris honore. Sil. 7. Dictatore viget, raptim mutata Latinis. Pers. Sat. 1. Ten cirratorum centum dictata fuisse. Idem. Cum trepida ante boues dictaturam induit vxor. Hor. Epist. 1. Perdocet, hæc recinunt iuuenes dictata, senesque. penult. flect. Idem. Dictitet occultam febrem sub tempus edendi. Lucr. 2. Concedamus vt hic terrarum dictitet orbem. Cicero de Orat. ex numero eorum, qui causas dictitarunt. Idem pro Dom. Boni vir dictitabant. antepen. acu.

DYDIME, pen. cor. Oui. Met. 7. Et non Oliaros, Dydimeque, & Tenos, & Andros. Lūca. 4. Hiberaque, & Didymen, Agrigētaque, Taurominumque. Mart. 10. Barbatus labris, Didyme fio tuis. Idem. 5. Velle tuum nolo, Didyme nolo, volo. Idem Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet. Oui. Fast. 4. Effugit & curæ Dindyma summa petit. Idem. Dindymon, & Cybelen, & amœnam fontibus idem. Stat. Syl. 1. Dindymon, & cæsis decreuit frondibus Ida. Flac. 3. Si vocet & votis vlulantia Didyma sacris. Mant. Fert aurora patres Didymum dixere quod ipso. Idem. Hac ratione Thomam Didymum dixere Pelasgi. Flac. 3. Hāc ego magnanimis spolium Didymaonis hasta. Ver. Aen. 5. Et clypeum efferri iussit Didymaonis artes. antepen. acu.

DINDYMA, penult. cor. Flac. 1. Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis. Ver. Aen. 10. Alma parens Idæa deum cui Dindyma cordi. Idem 9. Dindyma vbi assuetis biforem dat tibia cantum. antepen. acu. Vide Didyme.

DIDO, pen. pro. Oui. Epist. Dido. Alter habendus amor tibi restat, & altera Dido. Sil. 2. Condebat primæ Dido Carthaginis arces. Ver. Aen. 4. Vritur infelix Dido, totaque vagatur. Idem. Speluncam

Dido,

Dido, dux & Troianus eandem. Quod à Phoca ita declinari Dido, Didois, Didoi, Didoem Seruius Aen. 4. inquit, ibi, Supplicia hausurum scopulis, & nomine Didò, Sæpe vacaturum: potest Dido, hic & vocatiuus esse, & accusatiuus: in accusatiuo, Ouid. Epist. Dido. Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis. Idem. Certus es ire tamen, miseramque relinquere Dido. Vbi ait Ascēsius, Seruius docet quòd Græcorum in ò, vtimur tribus, aut quatuor casibus, nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo in o, & genitiuo in vs, aut in oòs, vt hec Dido, huius Didus, vel didoos; hanc dido, ò dido: multi tamen hoc nomen Latinè declinant dicentes huius Didonis, huic didoni, hanc didonem, quod etiam sequar, licèt non continuè dixere huius Saphonis, sed, Saphus & hanc Sapho. vt illud extat Quintiliani. Inst. 1. cap. 10. Neque enim iam Calipsōnem dixerim, vt Iunonem: quanquàm secutus antiquos C. Cæsar vtitur hac ratione declinandi, sed consuetudo autoritatem superauit. Hoc dixit Quint. postquàm varios Latinorum vsus declinandi dedit: fuerunt quidam adeò veterum amatores, vt negarent quicquam ex Latina ratione esse mutādum: subdit ille, nunc recentiores instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare, vt Anneus Cornutus in Maronis cōmmentariis inquit, Hospitio Didus exceptum esse Aeneam. & apud Ouid. vt supra, quod ait Fabius: tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem, inquit, placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor: non ideo sufficit Græcam declinationem ex autoritate sequi, nisi consuetudine superante. ideo Ascensius dixit, quod etiam sequar, Didonem Latinè declinari: sed quoniam Didus in genitiuo legitur, edam vnde hi casus oriuntur. Didus in genitiuo ex quarta contractorum fit declinatione Græca, ut Didoos, Didus. Dido in accusatiuo per synęresin, vt Didoa, Dido. de quo vide Antonium Nebr. libro secundo. Ioannem Despaut. secundo. Pierium in Maronis commentariis ibi. Supplicia. Vide Hiarbas, vbi scies quæ de nomine Dido Seruius opinatus sit, contra quem se offert Vbertinus apud Ouidium Epist. Dido. ibi, Nec consumpta rogis inscribar, Elisa Sichæi. Quia Dido propriè Elisa dicebatur, Didonem tamen ex aliis Viraginem esse dictam, quia dux fuit tot viris secum euntibus, & vrbem in alieno loco condidit. Vnde Vergilius de ea, quasi per admirationem tanti animi dixit, Dux fœmina facti. penultima acuit.

DIDVCO, pen. pro. Oui. Met. 4. Nulla dies à me, nec me diducat ab isto. Iuue. Sat. 13. Fingit in occasu vestem diducere summam. De quo Seruius inquit. Aen. primo. Ibi: Despiciens mare velivolum, terrasque iacentes. Notandum sanè quia si despiciens dixerimus, diligenter inquirens significamus, sicut deduco, & diduco: Nam deduco, est prosequor, diduco verò est diuido. Cicero in Or. Cum autem diduxerat pugnum, & manu dilatauerat. Idem in Arat. Et subditis auris diduxerit ara. Idem de Orat. Riuis est diducta oratio non fontibus. penult. flect.

DIES, pen. cor. Stat. Syl. 1. Dum Romana dies, huc & sub nocte silenti. Idem. Ergo dies aderat Parcarum conditus albo. Idē. Testis ego, attonitus quantum me nocte, dieque. Lucr. 6. Scilicet ad mediam regionem eiecta diei. Idem 5. Cessant, dum veniat, radiat insigne diei. Oui. Met. 3. Expectanda dies homini est, dicique beatus. Idem 1. Filius ante diem patrios inquirit in annos. Ver. Aen. 9. Auderet voluenda dies, en attulit vltro. Idem. Nunc adeò melior, quoniam pars acta diei. Idē 5. Quam nec lōga dies, pietas nec mitigat vlla. vbi ait Ser. nec lōga dies, idest, tps: de quo licèt melius fœminini no genere dicamus, tamen & masculino dicimus: nam de certo die masculino tantùm vtendum est. Idem in primo. ibi, Et soror, & coniux vna cum gente tot annos: Licenter in istis locutionibus & accusatiuo vtimur, & ablatiuo: dicimus enim et tota nocte legi, & totam noctem legi: honestior elocutio est per accusatiuum, de quo ait idem. ibi, Et

me: fæuus equis oriens afflauit anhelis. Dies est plenus, qui habet horas viginti quatuor, nam & nox pars diei: dicimus autem die à parte meliore. vnde & vsus est, vt sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum. Hic autem dies secundum Aegyptios inchoat ab occasu solis: secundum Persas ab ortu solis: secundum Etruscos, & Athenienses à sexta hora diei: secundum Romanos à media nocte. Idem asserit in io. ibi, Stat sua cuique dies. dies, idest tempus vitæ: nam fœminino vsus est genere: cũ enim masculino vtimur: re vera, diem significamus. Idem Valla libro.4. Ex muliebri fit diecula. ex masculeo hesterno fit die, atque crastino, non autem hesterna die, nec crastina qui ait libro tertio. cap. 53. Nam illud quod aliqui dicunt tempus continuatum & solidum significari per accusatiuum, secus verò plerique per ablatiuum, planè falsum est. Cicero atque Verg. sæpius accusatiuo: & quidem indifferenter vtuntur; posteriores vero plerique ablatiuo: de quo Marius Nizolius in Ciceronis obseruationes inquit, dies pro luce in genere muliebri, contra Vallam. Cicero in L. Catil. Postera die, & hesterna die. Idem in Tuscul. multa prima die, cùm de ipsa morte quæreremus. Idem de Clar. Socios illa die quæstione liberatos fuisse. Idem Att. Vel vna dies mihi erit vtilis. Idem pro Cecinna. Cecinna ad constitutam diem, tempusque venit. Vergil. Aen. secundo. Venit summa dies, & ineluctabile tempus. Antonius Nebriss. libro secundo inquit, Dies pro tempore certo, & incerto, in singulari reperitur, vel mascul. vel fœminin. Sed in plurali semper mascul. idem Raymundus Palasinus in eodem, ex quo dicendum est, quòd dies fœmininum pro incerto tempore dici, & pro certo: sed dies mascul. pro certo tantùm. Idem Donatus in singulari hic, vel hæc dies, in plurali. hi dies. Eruditorum consensus est hodie ex differentia pro spatio viginti quatuor horarum masculini esse generis: pro tempore incerto generis esse fœminei. Cicero Epist. primo. Et consiliis tuorum amicorum, & ipsa die, idest ipso tempore, ait Vbertinus: nam & si dies in fœminino genere significat spatium viginti quatuor horarum, tamen propriè ponitur pro tempore. Tibul. Longa dies homini docuit parere leones. Iuue. Longa dies igitur quid contulit. Die in genitiuo, & datiuo pro diei ex veterum vsu fit. Ouid. Metamor. 3. Prima fide, vocisque ratæ tentamina sumpsit. Idem 6. Vtque fide pignus, dextras vtrasque poposcit. Vergil. Geor. primo. Libra die, somnique pares vbi fecerit horas. Vbi ait Seruius. In die, non fit apocope pro diei, sed secundum antiquos singularis est genitiuus: nam secundum illos, obliqui casus non debent esse maiores nominatiuo plurali: quod verum esse Salustius in primo. Histor. demonstrat, dubitauit acie pars. Sed modò dies, diei dicimus: vnde iuxta præsentem vsum, die posuit pro diei, quam veterum regulam ipse comprobat Aeneid. primo, ibi, Flectit equos, curruque volans dat lora secundo; non enim est apocope facta pro currui, sed ratio artis antiquæ: quia omnis nominatiuus pluralis regit genitiuum singularem. Hor. primo Carmin. Ode xxxiiij. Cogor relictos, nanque Diespiter metrum est habens finales duos dactylos. Diespiter antepenultima acuit. dies penultima.

DIFFIBVLO, pen. cor. Stat. Theb. 6. Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro. antepenul. acuit.

DIFFICILIS, pen. cor. Ver. Geo. 2. Difficiles primùm terræ, collesque maligni. Hor. de Art. Difficile est propriè communia dicere, tuque. Idem. Difficilis querulus laudator temporis acti. antepenultima acuit.

DIFFIDO, pen. prod. Ouid. de Art. 1. Diffidet miseræ protinus illa sibi. Idem Metamor. primo. Diffidũt monitis, sed quid tentare nocebit. Lucr. quinto. Qui numero diffidebant, armisque vacabant. Idem. Nec diffidere, nec terras æterna teneret. Cicero de Fin. Qui autem diffidit perpetuitati bonorum. Idem pro Cluen. 15. Certè potius qui sibi alia ratione diffideret. Idẽ de Prou. Sed homines diffisi sunt sibiipsi. pen. flect.

DII-

DIFFITEOR, pen.cor. Auso. Quem fateare bonum, diffiteare parem. antepenultima acuit.

DIFFLVMINO, pen.cor. Sil.5. Exarsere nodis furit, & diffluminat omnem. antepenultima acuit.

DIFFVGIO, pen.cor. Vergil. Geo.3. Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther. Idem Aen.12. Diffugimus visu exāgues, illi agmine certo. Cicero Epist. Diffugiūt qui sunt motu oblato. Idē pro Dom. Ministros partim gladiis ereptis diffugisse. antepe.acuit.

DIFFVSVS, pen.pro. Iuue. Sat.5. Ipse capillato diffusum consule potat. pen.flectit. Lucr.5. Sic igitur cum se leuis, ac diffusilis æther.

DIGERO, pen.cor. Ouid. de Pont. 1. Nam mea per longos si quis mala digerat annos. Idem Fast. secundo. Cui pater est vivax, qui matris digerit annos. Idem primo. Tempora digereret cùm conditor vrbis in anno. Luca. decimo. Sol rapuit atque vnde plusquàm quod digerat aer. Cicero pro R. P. Demetrius rempubl. Athenis optimè digessit. Idem de Prat. si quis omne ius ciuile i genera digerat. Idem Quin. Fr. Vt mea mandata digeras. antepen.acuit.

DIGITVS, pen.cor. Ouid. de Trist.1. In digito qui me fersque, refersque tuo. Idem 2. Vtque refert digitis, sæpe est nutuque locutus. Idem de Art.1. Nil opus est digitis, per quos arcana loquaris. Verg. Geo. 2. Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo. Idem Aen.5. Constitit in digitos extemplò arrectus vterq;. Idem 10. Semianimesq; micant digiti, ferūtq; retractant. Luca.3. Sed quia tot digiti p quos numerare solemus. Oui. Met.9. Dixerat, & summo digitorū vincula collo. antepen.acu.

DIGNOR, pen.pro. Oui. Met.1. Quos quoniam cæli nondum dignamur honore. Lucr.5. Hunc hominem numero diuum dignarier esse. Verg. Aen.1. Tune Venus: haud equidem tali me dignor honore. Stat. Theb.7. Dignaris, dum castra silent suspensaque bellum. Cicero de Or. Quę tamen simili laude dignentur. Idem in Arat. Aeterno cunctas æuo qui nomine dignant. penult.acu. Stat. Syl.3. Inde furor ventis, indignatæque procellæ. Verg. Buc. Nec deus hunc mēsa, dea nec dignata cubili est. penul.flect.

DIGREDIOR, pen.cor. Iuue. Sat.16. Digredimur, lentaque fori, pugnamus arena. Cicero pro Syl. Nūquam est à me digressus. Idem Part. Paululùm digredi de cursu. Idem Att. Timebam ne à me digredi non posset. antepe.acu. Iuue.3. Quamuis digressu veteris confusus amici.

DILACERO, pen.cor. Stat. Theb.9. Dilacerant, nonne Hyrcanis bellare putatis. Cicero de Nat. Distractione humanorum animorum discerpi, & dilacerari deum. antepen.acuit.

DILANIO, pen.cor. Oui. Met.6. Dilaniant pars inde cauis exultat ahenis. Clau. Dilaniant vno tot corpore pila tepescunt. Vide Lanio. Cicero pro Mil. tu cadauer P. Clodii nocturnis canibus dilaniādum reliquisti. antepe.acu.

DILAPSVS, pen.pro. Hor. Ser.2. Nam vaga per veterem dilapsa est flamma culina. Ouid. Met.7. Non cani tetigere lupi, dilapsa liquescunt. Idem de Pont. quarto. At mihi dilapsis inter noua gaudia curis. penult.acuit.

DILATO, pen.pro. Verg. Opusc. Leuat opus, palmisque suum dilatat in orbem. Clau. Dilato mucrone parat, pro sæuior ense. Hor. de Art. Dilator, spe longus iners, auidusque futuri. Iuue. Sat.13. Proxima tempestas veluti hoc dilata sereno. Ouid. de Trist.3. Vel pœna in mortis tēpus dilata fuisset. Cicero pro Flac. Sed non dilatabo orationem meam. Idem Parad. Neque dilatat argumentum. Idē de Nat. Hæc enim quæ dilatantur à nobis. penult.flect.

DILIGO, pen.cor. Oui. Met.3. Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset. Idem de Trist.1. Seu me diligitis, tantos compescite fluctus. Stat. Theb.8. Nupsi equidē peperique nefas, sed diligo tales. Mart. 4. Fac rata vota patris sic te tua diligit vxor. idem 7. Diligo præstantem non odi Cinna negantem. Iuue. Sat.6. Gestibus autonoes hunc diligit ælia pauperi Idem 14. Dilexit Thebas, si Græcia vera Mecœnas. Ver. Aen.8. Quam Venus aute

te alios astrorum diligit ignes. Cicero Epist. Dilexi te quo die cognoui. Idē de Nat. Te ab eo mirificè diligi intelligebam. Idem Epist. Qui me admodum diligunt. antepenult. acu. Ver. 9. Pinea sylua mihi multos dilecta per annos. Idem 4. Anna refert, ò luce magis dilecta sorori. penult. acuit.

DILITIGO, pen. cor. Hor. de Art. Iratusq; Chremes tumido dilitigat ore. antepen. acuit. Vide Litigo.

DILVO, pe. cor. Mar. octauo. Pallada quam rubri diluit vnda croci. Oui. de Pont. 2. Diluit, & lachrymis mœrens vnguenta profusis. Idem 4. Cæruleus vix est, diluiturque color. Ver. Geo. 1. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Idem. Diluit implentur fossæ, & caua flumina crescunt. Pers. Sat. 5. Diluis helleborum certo compescere puncto. Hor. Ser. 2. Diluit insignem baccam, qui sanior, ac si. Flac. 3. Diluerat gratos auidus procumbit ad amnes. Cicero pro Cæl. Quę tu diluas, oportet. Idem de Clar. Diluere crimina aduersariorum. Idem ad Her. Alterutra pars diluitur. antepenultima acuit. Pers. Sat. tertia. Dilutas queritur, geminet quod fistula guttas. Catul. Nam simul in factum est mulcis diluta labella. Hor. Ser. 2. Nec biberis diluta foris est pronus & atrum. pen. flect.

DILVDIVM, pen. cor. Hor. Epist. 1. Displicet iste locus clamo, & diludia posco. antepen. acuit.

DILVVIVM, pen. cor. Manr. diluuio humani stabat submersa cruoris. Idem. Aequore diluuium passus qui fugit in altos. Lucr. Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur. Idem. Omnia diluuiate ex alto gurgite ponti. Flac. 6. Diluuio tali, paribusque ariasmenus vrget. Oui. Met. 1. Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti. Ver. Aen. 7. Diluuio ex illo tot vasta per æquora verti. idem 12. Diluuio miscens, cælomve in tartara soluat. antepenul. acuit.

DIMANTIS, pen. pro. Oui. Met. 13. Ergo alijs latrasse dymantida flebile visum. Stat. Theb. 10. Excipie ossa Dymas per ego hæc vaga Sydera iuro. penultima acuit.

DIMENSVS, pen. pro. Ver. Geo. 1. Idcircò certis dimensum partibus orbem. penult. acuit.

DIMICO, pen. cor. Oui. de Rem. 1. Victricus, & gladiis, & acuta dimicet hasta. ait Seruius Aen. 1. ibi, Infelix puer, atque impar congressus Achilli. Congredior tibi, Antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi: hodie dicimus, congredior tecum, dimico tecum. Cicero de Nat. Cū A. Posthumius cum Octauio Manilio prælio dimicaret. Idem. Off. Cū Pyrrho de imperio dimicabatur. antepenultima acuit.

DIMIDIVM, pen. cor. Oui. Fast. 4. Dimidium curæ debet habere tuæ. Idem de Trist. 1. Dimidia certè parte superstes ero. Idē in Ibin. Iam mihi dimidium nominis huius adest. Mart. 1. Qui mauult, mauult perdere dimidium. Idem. Dimidium donare Lino quam credere totum Hor. Epist. 1. Dimidium facti, qui cæpit habet, sapere aude. Iuue. Sat. 5. Dimidia breuior tanti ne iniuria cænę. Idem. Sed tibi dimidio cōstrictus gammarus ouo Idem 8. Et Cirrios iam dimidios, nasumque minorem. Gellius Libro 3. cap. 14. Illam adfert differentiam inter dimidium & dimidiatum: dimidiatum nisi ipsum, quod diuisum est dici haud conuenit. Cicero 5. Tusc. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis ferè. Idem in Ver. Exemit ex anno vnum dimidiatumque mensem. Dimidium verò est, non quod ipsum dimidiatū est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Cicero Att. Ex ea pecunia partem dimidiam ferè exegit. Idem in Ver. Emptores accederent ad dimidias partes emendas. Idem. Ex eo agro dimidio plus abstulerit, quàm populo Romano miserit. Dimidium quasi per medium diuisum: Cicero de Nat. Luna maior quàm dimidia pars terræ. Est itaque dimidiatum totum in duas æquas diuisum partes. Vt, scyphus argenteus communis cum alio, in partes duas si fit diuisus, dimidiatum dicemus, non dimidium. nisi scyphi addemus, vt sit dimidium scyphi: vt dimidiatū panē comedi, vel dimidiū panis comedi: dimidiatū li-

brum legi: vel dimidium libri legi. Itaq; cum dimidiato totum significans additur: cum dimidio vero pars quam genitiuus indicat, vt exemplis patet. Dimidium antepen.acu. Dimidiatū.pen. flect.

DIMITTO, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Galla mea est, inquit, citius dimitte, moraris? Idem 6. Mox lenone suas iam dimitten te puellas. Hor. de Arte. Segnius irritant animos dimissa per aurem. Oui. Phyl. Thesea deuoui, quia te dimittere nollet. Cicero pro Planc. Libertatem meam neque dimisi vnquàm, neque dimittam. Idem Att. Ego non dimittam istam curam. Idem Off. Sed dimittamus fabulas. pen acu.

DIMINVO, pen. cor. Lucr. 1. Vnde neque auelli, quicquam nec diminui iam. Idem 5. Diminuunt, radiisque retexens aetherius sol. Oui. de Trist. 1. Diminui si qua numinis ira potest. Cicero Quint. Fr. Ne quid de bonis L. Flauij diminueret. Idem pro Syl. Tantum se de huius praesidijs diminuturum sperauit. antepenultima acuit.

DINOMACHES, pen. cor. Pers. Sat. 4. Dinomaches ego sum, suffla, sum candidus, esto. antepen. acu.

DINVMERO, penult. cor. Ver. Aen. 6. Tempora dinumerans, nec me mea cura fefelli. Oui. Phyl. Tempora si numeres, bene quae numeramus amantes. Cicero Off. Etiā si dinumerare se stellas posse putet. Idem Att. Octauius centurias Capuae dinumerat. antepen. acu.

DIODORVS, pen. pro. Mart. 10. Nemo tamen natum te Diodore putat. Idem Natali Diodore tuo cōuiua Senatus. Idem 1. Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat. Auso. Languenti Marco dixit Diodorus aruspex. pen. flect.

DIOGENES, pen. cor. Auso. Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes. ante penultima acuit.

DIOMEDES, pen. pro. Hor. Ser. 2. Aut si disparibus bellum incidat, aut Diomedi. Idem. Qui locus à forti Diomede est cōditus olim. Ver. Aen. 8. Mittitur, & magni Venulus Diomedis ad vrbem. Idem 11. Ecce super moesti magni Diomedis ab vrbe. Mant. Insula, & italiae quicquid Diomedis ab oris. Idem. Ad Diomedeae sibi proxima littora terrae. Oui. Met. 15. Et Diomedeos Aeneas fugerat enses. Stat. Syl. 3. Et Diomedeas concedere iussus in arces. pen. flect.

DIONE, pen. pro. Ver. Buc. Ecce Dionaei processit Caesaris astrum. Idem Aen. 3. Sacra Dionaeae matri, diuisque ferebam. Stat. Theb. 7. Nisa Dionęisque auibus circumsona Thisbe Idem Sil. 3. Ipse Dionaea monstrauit Apollo columbae. penultima acuit.

DIONYSIVS, pen. cor. Mant. Cecropides. nono Phoebi Dionysius ortu. Idem. Littus & istorum pollens Dionysius armis. Idem. Persuadente viam fecnit Dionysius vltra. Hor. Ser. 1. Tu ne Sirydima, aut Dionysius filius audes. antepen. acu. Sil. 3. Ac nebrissa Dionyseis conserta thyrsis.

DIORES, pen. pro. Ver. Aen. 5. Regius egregia Priami de stirpe Diores. Idem. Post Helymus subit, & nūc tertia palma Diores. Idem. Adiuuat & magna proclamat voce Diores. Idem 12. Turnus equo deiectum Amycum fratremq; Diorem. Vide Authores. penultima acu.

DIPSADES, pen. cor. Luca. 9. Dipsades, & peragunt ciuilia bella ceraste. Mant. Dipsadas, & iaculas celeres, hydrasque, nepasque. antepen. acu.

DIPHTHONGVS, Vide Maior.

DIRIGO, pen. cor. Pers. Sat. 1. Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno. Idem 3. Est aliquid, qua tendis, & in quo dirigis arcum. Ver. Aen. 5. Quo tantum mihi dexter abis, huc dirige cursum. Claud. Scis quo more Cidon, qua dirigat arte sagittas. Sil. 3. Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno. Luca. 8. Aut quotus in plaustro Libyā bene dirigat ignis. Iuue. Sat. 4. Ille igitur nunquam direxit brachia contra. Oui. Fast. 4. Diriget in medio quis mea vela freto. Flac. 2. Dirigimus, nec me tantum Tritonia cursus. Cicero de Clar. Antonius nihil non ad rationē, & tanquā ad artem dirigebat. Idē Acad. Et meas cogitationes sic dirigo. Idem Att. Me, sine, ad hanc opinionem dirigere puerum. antepen. acu. Oui. Met. 15. Tendere vesica solet, aut directa bicornis. penult acu.

DIRIGEO, pen. cor. Oui. Met. 14. Diriguere oculi, calidusque in corpore sanguis. Stat. Theb. 7. Cuspide diriguit visu Cyllenia proles. Luca. 1. Diriguere metu gelidus pauor occupat artus. Oui. Met. 2. Diriguisse pedes ad quam conata venire. Ver. Aen. 3. Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit. antepen. acu.

DIRIMO, pen. cor. Luca. 1. Arma ducum dirimens miserando funere Crassus. Idem 10. Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura. Idem. Qua dirimunt nostrum rubro cōmertia ponto. Oui. Met. 1. Hanc deus, & melior litē natura diremit. Sil. 1. Condidit & pugnas erepta luce diremit. Idem 4. Haud mora iam tantum cāpi dirimebat ab ictu. Verg. Aen. 5. Cedo deo, dixitque, & prelia voce diremit. Claud. Et iustis dirimit sontes, quos nolle fateri. Auso. Quenque suo longo dirimat prouintia tractu. Cicero de Diui. Cur pulmo incisus in extis dirimat tempus. Idem pro Cael. Appius Claudius pacem Pyrrhi diremit. antepen. acu.

DIRIPIO, pen. cor. Ver. Aen. 4. Diripientque rates, alii naualibus ite. Idem 1. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. Idem 13. Viscera diripiunt, & caesim in frusta trucidāt. Idem Geo. 4. Diripuere ipsae, & crates soluere fauorum. Ouid. de Art. Hyppolitū rapidi diripuistis equi. Idem Fast. 5. Cum constet natis diripieris equis. Stat. Theb. 2. Diripuit, confessus auum, dirique nepotis. Idem 4. Diripitur, modo lene virens, & gurgite puro. Flac. 1. Diripiat, laceretque senem nec mēbra sepulchro. Lucr. 5. Et nec opinātes à tergo diripiebant. Cicero in Ant. Omnia diuexare, & diripere cupiens. Idem pro Syl. Sed quantum de autoritate mea diripuisset. Idem postquàm domus mea diripiebatur. antepen. acu.

DIRVO, pen. cor. Hor. Epist. 1. Diruit, aedificat, mutat quadrata rotūdis. Iuu. Sat. 14. Diue Maurorū Attegias castella Brigantū. Sil. 5. Arrecti muros Corithi nūc diruat arcē. Oui. Met. 3. Moenia diruerent, ignis, ferrumq; sonarēt. Flac. 9. Diruet, ac pedibus calcabit adultera colla. Cicero de Inuē. Vrbē igit diruamus. antep. ac.

DIRVS, pen. pro. Oui. Met. 7. Cùm facerem natis mugitus victima diros. Stat. Syl. 3. Non adeo vesuuinus apex, & flāmea diri. Sil. 4. Descendisse ducē diros canit īproba motus. Luca. 1. Hac mercede placēt diros Pharsalia cāpos. Ver. Geo. 1. Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido. Idē. Fulgura nec diri toties arsere cometae. Idem Aen. 2. Et dirę vltrices, & dii morientis Elissae. Iuue. Sat. 4. Tpibus diris tractāda putabat inermi. Idē. Caecus adulator, dirusq; à ponte satelles. Idem 7. Quaque die miserum diris caput Annibal impiet. pen. flectit.

DIS, pro. Stat. Syl. 1. Gallicus es caelo, dis, es Germanice cordi. Oui. Met. 3. Ditis, ait, quo non alius conscendere summas. Idē 2. Et ditē sumpto quo auara poposcerat auro. Hor. Ser. 1. Nil obstat tibi, dū ne sit ditior alter. Prop. 3. Roma deus Caesar dites meditatur ad Indos. Verg. Geo. 2. Sed neque Medorum syluae ditissima terra. Idem 4. Tenarias etiam fauces alta hostia Ditis. Idem. Lustrabat, raptam Euridicen, atq; irrita Ditis. Idē Aen. 6. Perq; domos ditis vacuas, & inania regna. flec. Vbi ait Ser. Quia ditem patrem emersisse ab inferis putent, dicimus autem & hic dis, & hic ditis.

DISCEDO, pen. pro. Verg. Aen. 2. Moliri & longo fessi discedere bello. Idem Geo. 3. Vel scaena vt versis discedat frontibus, vtque. Pers. Sat. prima. Me ite, discedo, secuit Lucillius vrbem. Ouid. Metamor. primo. Discedunt, velantque caput, tunicasque recingunt. Idem. Mota dea est, sortemque dedit, discedite templo. Cicero in Ant. Qui ab armis discesserat. Idem Offic. Vt nihil a naturae statu discedas. Idem Att. Modo audiui quartanam à te discessisse. penul. flect.

DISCIPVLVS, penul. cor. Iuuen. Sat. 11. Pergula discipulus Tripheri doctoris apud quem. Idem secundo. In tabulā Scyllae si dicant discipuli tres. Idem decimo. Maura die quot discipulos inclinet Amillus. Idem 13. Tu venam, vel discipulo cōmitte Philippi. Idem 14. Discipulum securus abi, vinceris, vt Aiax, Marc. Discipulorum vrgens illic Academica fecit. Idem. Et quae discipulis fidei documenta reliquit. Ouid. de Trist. 4. Haec de discipulo

1. Qua Thymelem spectes, derisoremq; Latinum.penul.flect.

DERIVO,pen.pro.Lucr.2.Deriuare queũt animum,curamq; leuare.Cicero in Ver. Domitius aliò responsionem suam deriuauit.Idem Tusc. Iustitia nihil in suam domum inde deriuat. pen.flect.

DEROGO,pen.cor.Luca.9.Inuidus annoso qui famã derogat æuo. Cicero pro Flac. Non ego nationi huic fidem derogo.Idẽ pro S.Ros. Non enim mihi tantum derogo.antepe.acu.

DESCENDO,pen.pro.Ouid.Met.1. Montibus in liquidas pinus descẽderat vndas. Cicero Tusc.Vt enim in inferiorem ambulationem descendimus. pen.acu.

DESERO,pen.cor.Ouid.de Pont.2. Cæpta tene, quæso, nec in æquore desere nauẽ. Idem Met.15. I,pete diuersas patrias,age,desere sedes.Idem 2.Desere,clamauit, liceat quod tangere non est.Vergil. Buc. Sparge marite nuces, tibi deserit hesperus Aetan.Luca.1.Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno.Idem. Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.Idem.Desereris,nox vna tuis non credita muris.Catul.Deseritur Scyros linquunt Phthiotica tempe.Hor.de Art. Nec facundia deserat hunc ? nec lucidus ordo.Ouid. Met. 1. Sic vbi deseruit madidos septemfluus agros.Mart.12.Deseris vrbanas,tua prędia Pannice lites. Lucr. 3. Corpore, qui nobis moribundos deserit artus. antep. acuit. Prop.1. Languida desertis Gnosia littoribus. Ver.Geo.3.Sed me Parnasi deserta per ardua dumos.Idem Aen.12.De sertorem Asiæ,sedeant, spectemque Latinis.pen.acu.Cicero in Verr. Aratores agros desererent. Idem Quint.Fr. Amici partim deseruerunt me.Idem de Fat. Vigila Chrysippe,ne causam tuam deseras.

DESES,desidis,pen.pro.Stat.Syl.3.Pollius, & causas designat desidis anni.Idem.Pax secura locis,& desidis otia vitæ. Idem 5. Iamq; aliò moliris iter,nec deside passu. penult.acu.

DESIDERO,pen.cor.Oui.de Trist.1.Scire meos casus si quis desiderat omnes. Idem de Pont. 1. Denique Cæsareo quid non desiderat ipse. Idem Met. 11. Nulla nisi Halcyone est,& cùm desiderat vnã.Idem 7.Esse potest tristi desiderioque colebat. Catul. Vim desiderio vereres renouamus amores. Hor.Epist.1.Incutiunt vrbis desiderium video,& quod Mart. 7. Si desiderium Cęsar,populiq;, patrumque. Idem 12.Tu desiderium dominę mihi nũcius vrbis.Cicero de Senec.Neque nunc vires desidero adolescentis.Idẽ pro Plãc. Desiderarunt te,inquit, oculi mei. antepenult.acuit.

DESIDIA,pen.cor.Ouid.de Trist.3. Ergo desidiæ remoue doctissima causa. Verg. Geo.4.Desidia, latamque trahens inglorius aluum.Idem 9.Desidiæ cordi, iuuat indulgere Chorei.Idem Opusc. Atqui desidiam, laxumque sequetur inertem. Stat.Syl.4.Desidia & solidos nouus exultabis in actus.Iuue.Sat.4.Desidia tardos, & longo frigore pingues.Manr. Desidia, torpor grauis exarmauerat imbre.Sil.11. Desidia populum, ac resolutam legibus vrbem.antepe.acu.Luca.9. Desidiosa thymum, cum si sonus increpat æris.Mant. Nec te lenta quies, uec desidiosa voluptas.Mart.12.Esse tibi videor desidiosus eques. Idem 8.Dic mihi, quid melius desidiosus ages?Idem 1.Scribe aliquid magnum,desidiosus homo es.pen.flect.

DESIDO,pro.pro.Stat.Syl.3.Cur vada desident,& ripa coerceat vndas.Mart.5.Desidet,atque aliqua semper in aure sonat. A sedeo fit: nam à sido, si longa est. penult.flect.Desideo antepen.acuit.Cicero de Do. Cùm ad infinitam altitudinem terra desedisset.Idem. Multis locis labes facta sit, terræ desederit.Vide Vallam,libro quinto,cap.6.

DESIGNATOR,pen.pro.Hor.Epist.1.Designatorem decorat littoribus attis. penult.flectit.

DESILIO,pen.cor. Ouid.Met.3. Desilit in terras illic tegimenque remouit.Luca.1. Desilit in fluctus deserta puppe magister Hor.Ser.1.Desiliat mulier miseram se socia clamet.Stat.Theb.9.Desilit in valles, ipsum nemora alta tremiscunt. antepen. acu.Cicero pro Mil.Milo de rhedâ reiecta penula desiliuit.

DESINO,pen.cor.Verg.Buc. Desinet,ac toto surget gens aurea mundo. Idem. Sed tu desine plura puer, successimus antro.

Idem.

Idem. A te principium tibi definet, accipe iussis. Idem Geo. 3. Desinit ante decem, post quattuor incipit annos. Claud. Heculeos conferre tuis iam desinat actus. Oui. Fast. 4. Fallit & in nympha Sarithide desinit esse. Idem. Met. 2. Vix bene desierat, currus petit ille paternos Idem 13. Desierat Galatea loqui, cætuque soluto. Idem 8. In quo desiuimus, quo sacri currimus amnes. Idem Fast. 4. Desierat, cædi cur huic genus acre leonum. Idem 6. Vix bene desierat, complent vlulatibus auras. Prop. 2. Desine, & ad molles membra resolue toros. Idem 4. Aequæ vt viuamus, viuere desinimus. Luca. 5. Desinis ipsa loqui, tandem conterrita virgo. Cicero Att. Iandiu fieri desierunt. Idem de Som. Nunquam moueri desinit. Idem de Fin. recte contra eos desitum est disputare. Idem Epist. Qui primus est papisius vocari desitus. antepenult. acuit.

Desipio, pen. cor. Lucr. 5. Desipere est, nam cur hic posset sancta notare. Iuuen. Sat. 6. Et solea pulsare nates quod desipis, inde. Hor. Ser. 2. Aiax immeritos dum occidit, desipit, agnos. Idē 1. Quod si non odio peccantis desipit augur. Cicero Epist. 2. Quod nimio gaudio penè desiperem. Idem pro Planc. Licèt me desipere dicatis. antepen. acu.

Desisto, pen. pro. Lucr. 5. Desistit, & multo spatio defessa vetusto. Iuue. Sat. 8. Hęc iuuenes esto desisti nēpe nec vltra. Hor. Ser. 1. Iniussit nunquam desistat, Sardus habebat: Oui. Fast. 2. Ter conata loqui, ter destitit, ausaque quartò. Cicero Epist. 1. Pompeium. Hortari, & orare non desistimus. Idem pro Quint. Auctionem Quintus velle facere desistit. Idem Tusc. Verbo de sententia destitisti. penultima acuit.

Desolo, pen. pro. Ver. Aen. 11. Vidimus ingentes, & desolauimus agros. Stat. Theb. 6. Iugeta, dilectas cui desolauimus vrbes. Sil. 12. Desolata metu cuncta, & suadente pauore. Oui. Met. 1. Et desolatas agere alta silentia terras. Ver. Aen. 12. Disiectique duces, desolatique manipli. pen. flect.

Despero, pen. pro. Hor. Epist. 1. Et quia desperes inuiti membra Glyconis. Idem de Art. Desperat tractata nitescere posse relinquit. Oui. Fast. 5. Cur ego desperem fieri sine coniuge mater? Luca. 1. Desperare diem qualem fugiente per ortus. Cicero Epist. Rhodii nos, & rempub. valde desperauerunt. Idem pro Mur. Vt honorem desperare videatur. Idem Att. Repub. causa de qua desperaui. Idem Quint. Frat. Cum iam ab aliis desperata res esset. pen. flect.

Despicio, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Pensilibus plumis, atque illinc despiciat nos. Idem 5. Asparagis quā despiciat conuiua cauda. Ver. Geo. 2. Despicere hunc summis liquuntur rupibus annos. Stat. Syl. 1. Talia despiciat, fas & componere magnis. Idem 3. Despicit, & tacite ridet mea numina Iuno. Cicero in Verr. Tu sic ordinem senatorium despexisti? Idem de Sen. Despici ab omnibus. Idē Quint. fr. Si tuam solitudinem, communemque calamitatem nemo despexerit. antepen. acuit.

Despumo, pen. pro. Ver. Geo. 1. Et foliis vndam tepidi despumat aheni. Pers. Sat. 3. Stertimus indomitum, quod despumare Falernum. pen. flect.

Destino, pen. cor. Mart. 9. Destinet æthereus cui sua serta pater. Oui. Fast. 1. Mox honor eripitur, matronaque destinat omnis. Ver. Aen. 2. Compositò rumpit vocem, & me destinat aræ. Idem Opusc. Destinet ac ferri cupidum reperiuit in usum. Sil. 3. Quis pater æthereis cælestum destinat oris. Iuue. Sat. 10. Destinat optimus hic & formosissimus idē. Idem Sat. 4. Destinat hoc monstrum Cymbæ Liniique magister. Stat. Theb. 8. Destinat, heu celeres parcæ, Iam palpitat aruis. Cicero Offi. Cū eorum alteri Dyonysius diem necis destinasset. Idem pro Sex. Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus. antepen. acuit.

Despuo, pen. cor. Pers. Sat. 4. Despuat in mores, penemque, arcanaque lumbi. antepen. acuit.

Destituo, pen. cor. Sil. 9. Annibal est iræ tibi, destituemus ad ipsas. Mart. 7. Thesea Pirithoi destituisset amor. Idem 1. Destituit primos virides Demetrius annos.

annos. Cicero in Ant. Qui ne forti quidem fortunas nostras destituit. Idē Att. Ita sum destitutus. antepen. acu.

DESVETVS, pen. pro. Ver. Aen. 1. Iam pridem resides animos, desuetaque corda. Oui. Met. 14. Visaque sunt resides, & desuetudine tardi. pen. flect.

DESVM, pen. pro. Stat. Syl. 3. Nec desunt variæ circum oblectamina vitæ. Idem 1. Augustum spoliare nemus, Clymeneaque deesse. Luca. 1. Hesperia est, defunctque manus poscentibus aruis. Iuue. Sat. 2. Indulsit pueris non vnquam deerit amator. Ver. Aen. 7. Diuitiis vber agris Troiæve opulentia deerit. Ouid. Met. 1. Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset. Stat. Theb. 11. Deest seruitio plebes hos ignis egentes. Cicero de Clar. Paucæ sententiæ ad consulatum defuerunt. Idem contra Rul. Oratio ad eius rei disceptationem non deerit. Idem de Clar. Splendor ei non defuit. pen. acuit.

DESVPER, pen. cor. Luca. 1. Transtulit Aemathias acies, nunc desuper Alpis. Ver. Aen. 1. Desuper, horrentique atrum nemus imminet vmbra. Idem 4. Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo. Idem 12. Desuper altus equo grauiter ferit, atque ita fatur. antepenultima acuit.

DETEGO, pen. cor. Stat. Theb. 1. Detegis, assistas operi, tuaque omnia firmas. Ver. Opusc. Arcanum demens detegit ebrietas. Oui. Met. 2. Detegeret culpam non exorabilis index. antepen. acu.

DETERGO, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Saucius, & rubra deterges vulnera mappa. penultima acuit.

DETERIOR, pen. cor. Ver. Geo. 4. Deterior, qui visus eum, ne prodigus obsit. Idem Aen. 8. Deterior donec paulatim, ac decolor ætas. Oui. Met. 1. Auro deterior, fuluo pretiosior ære. Idem de Pont. 1. Iam mihi deterior canis aspergitur ætas. Iuu. Sat. 3. Deterius credas horrere incendia lapsus. Idem. Deferet exiguis aliquid, proponimus illuc. Hor. Ser. 1. Deterius nihilo dominæ ius esse negabat. Stat. Syl. 5. Sic ego nec furias, nec deteriora videbo. antepen. acu.

DETESTABILIS, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Exemplum in nostro iam detestabile sexu. Idem 13. Si nullum in terris tam detestabile factum. Idem 15. Arma coegerunt tam detestabile monstrum. Mant. Dedecus incurrit tam detestabile regnū. antepenult. acu.

DETINEO, pen. cor. Sil. 5. Vrget amor cælum clausis dum detinet hostem. Ver. Aen. 4. Detinet, infandum si fallere possit amorem. Oui. de Pont. 4. Detinuit, dicam curas, tempusque fefellit. Idem de Trist. 2. Sæpe oculos etiam detinuere tuos. Mart. 5. Detineat cultis aut elegia comis. Oui. Epist. Vela diu vultus detinuere meos. Idem Met. 1. Detinuit sermone diem, iunctisque canendo. Cicero Att. Tamen suspensum me detines. Idem Lent. Epist. In suspicionem detinuisse nos. Idem ad Her. Cum aliquo maiore negocio detinemur. antepen. acu.

DETRAHO, pen. cor. Luca. 1. Detrahimus dominos vrbi seruire paratæ. Hor. Ser. 2. Detrahere, & pellem nitidus qua quisque per ora. Cicero de Amic. In quibus de suis commodis viri boni multa detrahunt. Idem Epist. Nihil enim tibi detraxit senatus. Idem. Absenti mihi unius mensis labor detractus est. antepenultima acuit.

DETRIMENTVM, pen. pro. Mant. Detrimenta, famem, morbos, incendia, mortes. Hor. Ser. 2. Detrimenta fugax seruorū incendia ridet. pen. acu.

DETRVDO, pen. pro. Mant. Qui lemures ausos regem detrudere olympo. Hor. Epist. 1. Qui malè parentem in rupes detrusit asellum. Oui. de Pont. 1. Vt careo vobis Sythicas detrusus in horas. Cicero de Vn. Et ita dextra detrusit in leuā partem oculorum. Idem Att. Qui comitia in aduentum cæsaris detrudat. pen. flect.

DEVCALION, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Ex quo Deucalion nymbis tollentibus æquor. Oui. Met. 1. Hic vbi Deucalion, nam cætera texerat æquor. Prop. 2. Et cùm Deucalionis aquæ fluxere per orbem. Idem Et post antiquos Deucalionis aquas. Ver. Geo. 1. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. Idem Opusc. Deucalionis aquæ, & pisces extrema figura. antepe-

tepenult. acuit. Oui. Met. 7. Deucaliôneas effugit inobrutus vndas. penultima flectit.

DEVEHO, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Aeacus vnde alius furtiuæ deuehat aurũ. Cicero in Ant. Atque ego celeriter Veliam deuectus sum. antepen. acuit.

DEVENIO, pen. cor. Stat. Theb. 2. Deueniunt peritura cohors, hostemque superbum. Hor. Epist. 1. Ire tamen restat Numa quo deuenit, & Ancus. Cicero de Orat. Cum ad ipsa ridiculorum genera deuenerimus. Idem Att. Nolebam illum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. antepen. acu.

DEVENERATVS, pen. pro. Oui. Phyl. Sum prece thuricremis deuenerata focis. penultima flectit.

DEVICTVS, pen. pro. Ver. Aen. 10. Per ducis Euandri nomen deuictaque bella. penult. acuit.

DEVITO, pen. pro. Hor. Epist. 1. Quanto deuites animi, capitisque labore: Cicero in Ver. Procellam temporis deuitauit. Idem Att. Ne Cæsar se à me deuitatum putat. penult. flect.

DEVIVS, pen. cor. Oui. Met. 2. Cum iuuenes placido per deuia lustra vagantes. Idem de Pont. 3. Quam procul hæc regio est ab omni deuia cursu. Stat. Syl. 3. Donatur, testesque vlulant per deuia nymphæ. Sil. 1. Is fuit, exuberant astu, sed deuius æqui. Iuue. Sat. 14. Nutrit, & inuēta per deuia rura lacerta. Oui. Met. 1. Hac agit, vt pastor per deuia rura capellas. Luca. 6. Deuia qua vastos aperit Candauia saltus. antepen. acu.

DEVOLO, pen. cor. Hor. Ser. 2. Siue aliud primum dabitur tibi deuolat illuc. Cicero ꝓ Quint. Ab afflicta amicitia fugere, & ad florentem aliam deuolare. antepenult. acuit.

DEVORO, pen. cor. Oui. Brisei. Deuorer ante precor subito telluris hiatu. Idem de Trist. 5. Deuoret, atque suis ad stygà mittat aquis. Idem Fast. 4. Deuorat immersam, visceribusque tenet. Claud. promittunt, quas quisque petat, quas deuorat vrbes. Cicero Epist. Sed hanc ipsam recẽtem nouam deuorauit. Idem in Ant. Et paucorum dierum molestiam deuorare. Idem pro Flac. Quod erat spe lucrum deuoratum. antepe. acu.

DEVOVEO, pen. cor. Ouid. de Pont. 2. Quis non Antiphatem Lestrigona deuouet, aut quis. Idem Phyl. Thesea deuoui, quia te dimittere nollet. Idem Fast. 5. Carmina deuouéo, Pieridesque meas. Vergil. Aen. 11. Deuouéo, solum Aeneas vocat, & vócet, oro. Idem 12. Ille quidem ad superos, quorum se deuouet aris. Hor. Ser. 2. Quid siquis gnatam pro muta deuouet agna. Ouid. in Ibin. illum ego deuoueo quem mens intelligit, Ibin. Cicero de Nat. Quidam Imperatores pro re pub. deuouerunt. Idem in Ant. Decius pro alieno se ære deuouit. antepen. acuit. Verg. Opusc. Isthic Scipiadesq; duces deuota triumphis. Idem Aen. 1. Præcipuè infelix pesti deuota futuræ Tibul. primo. Tunc me discedens deuotum fœmina dixit. Iuue. Sat. 14. Deuotusq; cliens vxor tua virgo maneret. Stat. Theb. 10. Deuotumque caput vilis, ceu mater alebat. Seruius Aen. 4. inquit, ibi. Sol qui terrarum: vnde & deuotor, & deuotrix dicitur. penultima flect.

DEVNX, pen. cor. Pers. Sat. 5. Nutritios per aguut auidos suadere deunces. penultima acuit.

DEVS, pen. cor. Ouid. Metamorphos. secundo. Cui Deus, elige air, nullam patiere repulsam. Idem primo. Cui Deus, at quoniam coniux mea non potes esse. Idem. Victa remollescunt, si flectitur ira Deorum. Verg. Buc. O Melibœe, Deus nobis hæc ocia fecit. penultima acuit. Flac. 3. Dii precor hunc regem, aut æquè delegerit alta. Idem quarto. Dii tibi progresso propius, dii forsitan ipsi. Ouid. Metamor. 9. Dii melius, dii nempè suas habuere sorores. Verg. Dii aliter visum. synæresis fit solum in carmine, extra carmen non deprehendas, tunc Dii bissyllabum est proferendum: quæ plurima sunt Dii, ii, iidem, iisdem, dehinc, dein, deinde, proinde & similia, quæ in prosa syllabæ veris literis proferuntur, in carmine synerizãtur. dii est a nomine dius, dia, diũ, Vide cui. Vide Desp. li. 1. versi. fi. 430. Vide Maior.

DIADEMA, pen. pro. Mant. Cælituum tutela

tela inopum diadema,pedumque. Idem. Neptunum,& reliquos, qui tum diadema ferebant. Claud. Accipe fortunam generis diadema resume. Mart. 8. Cui diadema daret marmore picta nemas. Idem sexto. Talis supplicibus tribuit diademata Dacis. Stat. Syl. 2. Troica, & Euphrate supra diademata felix. Auso. Come ferenatam duplici diademate frontem. Luca. 5. Cingere Pellæo pressos diademate crines. Iuue. Sat. 13. Sumeret agrestem posito diademata falcem. Diadema. pen. flect. plurali verò antepe. acuit.

DIADVMENVS, pen. cor. Mart. 6. Basia da nobis Diadumene pressa quotannis. Idē 3. Hoc tua sæue puer Diadumene basia fragrant. Idem 5. Vt te sæpe rogem, cedo Diadumene sæpe. antepe. acu.

DIALECTICA, pen. cor. Ver. Opusc. Hinc omnis certat dialectica tuba sophorum. antepe. acuit.

DIALIS, pen. pro. Ouid. Fast. 6. Nam mihi sic coniux sancta Dialis ait. pen. flect.

DIANA, pen. pro. Ouid. Met. 14. Quæque colunt Scyticæ stagnum memorale Dianæ. Idem 1. Virginitate frui dedit hoc pater ante Dianæ. Idem. Virginitate deam ritu quoque cincta Dianæ. Idem Fast. 2. Inter Amadryadas, iaculatricemq; Dianam. Stat. Syl. 1. Exuuias Diana tholo, captiuaque tela. Verg. Aen. 1. Exercet Diana choros, quàm mille secutæ. Luca. 6. Parua Mycenææ, quātum sacrata Dianæ. Hor. de Art. Aut phanaticus error, & iracunda Diana. Iuue. Sat. 3. Me quoque ad Eluinam Cererem, vestramque Dianam. penult. flectit.

DIAPASMA, pen. pro. Mart. 1. Quid quod alet grauius mixtum Diapasmate virus. penult. acuit.

DIARIVM, pen. cor. Hor. Epist. 1. Cùm seruus vrbana diaria rodere mauis. Mart. 11. Sed lupus vsuram, puerīq; diaria poscunt. Mant. Par huic exemplum, Roma diaria volue. antepe. acuit.

DIATHECA, pen. pro. Mart. 12. O quantū diatheca valent, & quinq; comati. penultima flecti.

DIAVLVS, pe. pro. Mart. 1. Chirurgus fuerat, nunc & vespillo Diaulus. Idem. Nuper erat medicus, nunc est vespillo Diaulus. penul. acu.

DIAETA, pen. pro. Stat. Sil. 1. Vna tamen cunctis procul eminet vna diætis. penultima flectit.

DICAX, pen. cor. Hor. de Art. Verum ita risores, ita commēdare dicaces. penult. acu. Dicacis flectit.

DICARCHAEVS, pen. pro. Stat. Syl. 2. Celsa Dicarchæis speculatrix villa profundi. Idem. Inde Dicarchæis multùm veneranda colonis. Idem 3. Prima Dicarchæis pharium grauis intulit annum. Idem 5. Quosque Dicarchæis portus, Baianaque mittunt. Idem Theb. octauo. Prole Dicarchæa multo cum milite Graia. penultima flectit.

DICO, dicis, pen. pro. Ver. Buc. Vrbē, quam dicunt Romam, Melibœe putaui. Vide Buthrotum. Idem. His vbi Grinei nemoris dicatur origo. Tibul. 4. Solus vtroque idem diceris magnus in vrbe. Iuue. Sat. 3 Accipit Andromeden, si dixeris, æstuo, sudat. Idem. Dicere si tentes aliquid, tacitusve recedas. Idem 4. Et semel aspecti littus dicebat Echini. Pers. Sat. 1. At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. Ait Ser. Aen. 4. ibi, Dulce caput magicas in vitam, accingier artes: vt ad infinitum er addatur, ratio metri efficit, nam cùm in eo vltima sit longa, addita er syllaba breuis fit, vt audiri, audirier: dici, dicier. Pers. Et verum inquis, amo, verum mihi dicito de me. Mant. Dicitur antiquus quondam posuisse Bianor Flac. 9. Dicite Pierides, qua non ratione per oram. Mart. 14. Dicor ab indoctis ligula Grammaticis. Ouid. Met. 1. Ossa reor, dici, iacere hos post terga iubemus. Mart. 14. Hoc didici per me dicere, Cæsar aue. Prop. 3. Dicite, quo pariter, carmen tenuastis in antro. Oui. Met. 1. Talia dicturus vidit Cyllenius amnis. Idē de Pōt. 4. Hæc vbi dixeritis seruat sua dona rogate. præteritum subiunctiui breuiari. Iuuen. Sat. 1. Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. pen. flect. Verg. Aen. 11. Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis. Vbi inquit Ser. Edice autem plenus est imperatiuus: nam ab omniū coniugationum infinito, detracta re syllaba, fit imperatiuus: vt amare, ama: docere,

re, doce; legere, lege, audire, audi. cum an tem fac, vel dic dicimus, apocopen verba patiuntur. Quint. Inst. 1. de eo sic loquitur, iis adiciat face, & dice, & similia, recta & hæc via; quis negat? sed alia est & mollior, & magis trita: vt dic, & fac, vt à nominibus differant dice, & face, duc à duce, fer ab infinitiuo. Iuue. Sat. 7. Dic igitur, quid causidicis ciuilia præstent. Pers. Sat. 2. Dic age dum stato, proh Iuppiter ò bone clamet. Oui. Fast. 1. Dic age frigoribus quare nouus incipit annus. Mart. 1. Ecce tacent omnes, Neuole dic aliquid. Stat. Syl. 3. Dic age Calliope socius tibi grande sonabit. Mart. 9. Dic vbi Palladium sit tibi chare decus. Dic, & dico flecti. fac, & fer acui. Ver. Aen. 1. Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat. Ait Seruius, dicto citius, idest citius quàm dici potest. Cicero de Orat. Dicam tibi Catule. Idem Att. Dic mihi, Antonius vult ne. Idem de Orat. Quid de illis dicat. Idẽ pro Cor. Cum Quint. Metallus causam de pecuniis repetundis diceret.

DICO, dicas, pen. cor. Ver. Aen. 1. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Idem 4. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. Stat. Syl. 1. Certus aras terras, & quæ tibi templa dicamus. Idem 2. Astra salutantem dominus sibi mente dicauit. Idem Theb. 6. Nanque illi, & pharetras breuior quæ tela dicarat. Flac. 3. Quę tibi coniugio tot dedignata dicauit. Sil. 5. Magnanimos fœcunda viros, huic fata dicarint. Cicero Tusc. Cignus non sine causa Apollini dicatus est. Idem Att. Rectum censuisti, vt aliquid dicarem. Idem de Leg. Nam hunc totum tibi dicamus diem. pen. acu.

DICTAMVS, dictamum, & dictamnus. pe. pro. Ver. Aen. 12. Dictamũ genitrix Cretæa carpit ab Ida. Vbi ait Seruius, dictamum herba est, quæ licet vbique nascatur, tamen melior est in Creta. Stat. Syl. 1. Dictami florentis opem quoque anguis abundat. eius uirtutem Seruius in Verg. & Plin. lib. 25. Dioscor. libro. 3. enodant. pen. flect.

DICTAEVS, pen. pro. Hor. Epist. 2. Dictææ nymphæ nemorum iam claudite saltus. Ver. Geo. 4. Dictæo cæli regem pauere sub antro. Idem 3. Ausonias, Dictæa negat tibi Iuppiter arua: ait Ser. Dictæus mons est Cretæ dictus à Dicte nympha, quæ illic colitur: à quo dicitur alicus Iuppiter. pen. flect.

DICTATVM, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Cultello donec peragat dictata magistri. Idem. Famosos equitum cum dictatore magistros. Idem 11. Castrorum imperiis, & dictatoris honore. Sil. 7. Dictatore vigẽt, raptim mutata Latinis. Pers. Sat. 1. Ten cirratorum centum dictata fuisse. Idem. Cum trepida ante boues dictaturam induit vxor. Hor. Epist. 1. Perdocet, hæc recinunt iuuenes dictata, senesque. penult. flect. Idem. Dictitet occultam febrem sub tempus edendi. Lucr. 2. Concedamus vt hic terrarum dictitet orbem. Cicero de Orat. ex numero eorum, qui causas dictitarunt. Idem pro Dom. Boni vir dictitabant. antepen. acu.

DYDIME, pen. cor. Oui. Met. 7. Et non Oliaros, Dydimeque, & Tenos, & Audros. Luca. 4. Hiberaque, & Didymen, Agrigẽtaque, Taurominumque. Mart. 10. Barbatus labris, Didyme fio tuis. Idem. 5. Velle tuum nolo, Didyme nolo, volo. Idem Plus babuit Didymus, plus Philomelus habet. Oui. Fast. 4. Effugit & curæ Dindyma summa petit. Idem. Dindymon, & Cybelen, & amœnam fontibus idem. Stat. Syl. 1. Dindymon, & cæsis decreuit frondibus Ida. Flac. 3. Si vocet & votis vlulantia Didyma factis. Mant. Fert auro ra patres Didymum dixere quod ipso. Idem. Hac ratione Thomam Didymum dixere Pelasgi. Flac. 3. Hãc ego magnanimis spolium Didymaonis hasta. Ver. Aen. 5. Et clypeum efferri iussit Didymaonis artes. antepen. acu.

DINDYMA, penult. cor. Flac. 1. Dindyma sanguineis famulum bacchata lacertis. Ver. Aen. 10. Alma parens Idæa deum cui Dindyma cordi. Idem 9. Dindyma vbi assuetis biforem dat tibia cantum. antepen. acu. Vide Didyme.

DIDO, pen. pro. Oui. Epist. Dido. Alter habendus amor tibi restat, & altera Dido. Sil. 2. Condebat primæ Dido Carthaginis arces. Ver. Aen. 4. Vritur infelix Dido, totaque vagatur. Idem. Speluncam Dido,

Dido, dux & Troianus eandem. Quod à Phoca ita declinari Dido, Didois, Didoi, Didoem Seruius Aen. 4. inquit, ibi, Supplicia hausurum scopulis, & nomine Dido, Saepe vacaturum: potest Dido, hic & vocatiuus esse, & accusatiuus: in accusatiuo, Ouid. Epist. Dido. Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis. Idem. Certus es ire tamen, miseramque relinquere Dido. Vbi ait Ascēsius, Seruius docet quòd Graecorum in ò, vtimur tribus, aut quatuor casibus, nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo in o, & genitiuo in vs, aut in oos, vt hec Dido, huius Didus, vel didoos, hanc dido, ò dido: multi tamen hoc nomen Latinè declinant dicentes huius Didonis, huic didoni, hanc didonem, quod etiam sequar, licèt non continuè dixere huius Saphonis, sed, Saphus & hanc Sapho. vt illud extat Quintiliani. Inst. 1. cap. 10. Neque enim iam Calypsonem dixerim, vt Iunonem: quanquàm secutus antiquos C. Caesar vtitur hac ratione declinandi, sed consuetudo autoritatem superauit. Hoc dixit Quint. postquàm varios Latinorum vsus declinandi dedit: fuerunt quidam adeò veterum amatores, vt negarent quicquam ex Latina ratione esse mutādum: subdit ille, nunc recentiores instituerunt Graecis nominibus Graecas declinationes potius dare, vt Annaeus Cornutus in Maronis commentariis inquit, Hospitio Didus exceptum esse Aeneam. & apud Ouid. vt supra, quod ait Fabius: tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem, inquit, placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor: non ideo sufficit Graecam declinationem ex autoritate sequi, nisi consuetudine superante. ideo Ascensius dixit, quod etiam sequar, Didonem Latinè declinari: sed quoniam Didus in genitiuo legitur, vedam vnde hi casus oriuntur. Didus in genitiuo ex quarta contractorum fit declinatione Graeca, ut Didoos, Didus. Dido in accusatiuo per synerisin, vt Didoa, Dido. de quo vide Antonium Nebr. libro secundo. Ioannem Despaut. secundo. Pierium in Maronis commentariis ibi. Supplicia. Vide Hiarbas, vbi scies quae denomine Dido Seruius opinatus sit, contra quem se offert Vbertinus apud Ouidium. Epist. Dido. ibi, Nec consumpta rogis inscribat, Elisa Sichaei. Quia Dido pro prie Elisa dicebatur, Didonem tamen ex aliis Viraginem esse dictam quia dux fuit tot viris secum euntibus, & vrbem in alieno loco condidit. Vnde Vergilius de ea, quasi per admirationem tanti animi dixit, Dux foemina facti. penultima acuit.

DIDVCO, pen. pro. Oui. Met. 4. Nulla dies à me, nec me diducat ab isto. Iuue. Sat. 13. Fingit in occasu vestem diducere summam. De quo Seruius inquit. Aen. primo. Ibi, Despiciens mare velivolum, terrasque iacentes. Notandum sanè quia si despiciens dixerimus, diligenter inquirens significamus, sicut deduco, & diduco: Nam deduco, est prosequor, diduco verò est diuido. Cicero in Or. Cum autem diduxerat pugnum, & manu dilatauerat. Idem in Arat. Et subditis auris diduxerit ara. Idem de Orat. Riuis est diducta oratio non fontibus. penult. flect.

DIES, pen. cor. Stat. Syl. 1. Dum Romana dies, huc & sub nocte silenti: Idem. Ergo dies aderat Parcarum conditus albo. Idē. Testis ego, attonitus quantum me nocte, dieque. Lucr. 6. Scilicet ad mediam regionem eiecta diei. Idem 5. Cessant, dum veniat, radiat insigne diei. Oui. Met. 3. Expectanda dies homini est, dicique beatus. Idem 1. Filius ante diem patrios inquirit in annos. Ver. Aen. 9. Auderet voluenda dies, en attulit vltro. Idem. Nunc adeò melior, quoniam pars acta diei. Idē 5. Quam nec lōga dies, pietas nec mitigat vlla. vbi ait Ser. nec lōga dies, id est, tps: de quo licèt melius foemini no genere dicamus, tamen & masculino dicimus: nam de certo die masculino tantùm vtendum est. Idem in primo. ibi, Et soror, & coniux vna cum gente tot annos: Licenter in istis locutionibus & accusatiuo vtimur, & ablatiuo: dicimus enim et totā nocte legi, & totam noctem legi: honestior elocutio est per accusatiuum, de quo ait idem. ibi, Et

me saeuus equis: oriens afflauit anhelis. Dies est plenus, qui habet horas viginti quatuor, nam & nox pars diei; dicimus autem dié a parte meliore. vnde & vsus est, vt sine commemoratione noctis numerum dicamus dierum. Hic autem dies secundum Aegyptios inchoat ab oc casu solis: secundum Persas ab ortu solis: secundum Etruscos, & Athenienses à sexta hora diei: secundum Romanos à media nocte. Idem asserit in 10. ibi, Stat sua cuique dies. dies, idest tempus vitae: nam foeminino vsus est genere: cũ enim masculino vtimur: re vera, diem significamus. Idem Valla libro.4. Ex muliebri fit diecula. ex masculeo hesterno fit die, atque crastino, non autem hesterna die, nec crastina: qui ait libro tertio. cap. 53. Nam illud quod aliqui dicunt tempus continuatum & solidum significari per accusatiuum, secus verò plerique per ablatiuum, planè falsum est. Cicero atque Verg. saepius accusatiuo: & quidem indifferenter vtuntur: posteriores vero plerique ablatiuo: de quo Marius Nizolius in Ciceronis obseruationes inquit, dies pro luce in genere muliebri, contra Vallam. Cicero in L. Catil. Postera die, & hesterna die. Idem in Tuscul. multa prima die, cùm de ipsa morte quaererémus. Idem de Clar. Socios illa die quaestione liberatos fuisse. Idem Art. Vel vna dies mihi erit vtilis. Idem pro Cecinna. Cecinna ad constitutam diem, tempusque venit. Vergil. Aen. secundo. Venit summa dies, & ineluctabile tempus. Antonius Nebriss. libro secundo inquit, Dies pro tempore certo, & incerto, in singulari reperitur, vel mascul. vel foeminin. Sed in plurali semper mascul. idem Ray mundus Palatinus in eodem, ex quo dicendum est, quòd dies foemininum pro incerto tempore dici, & pro certo: sed dies mascul. pro certo tantùm. Idem Donatus in singulari hic, vel haec dies, in plurali. hi dies. Eruditorum consensus est hodie ex differentia pro spatio viginti quatuor horarum masculini esse generis: pro tempore incerto generis esse foeminei. Cicero Epist. primo. Et consiliis tuorum amicorum, & ipsa die, idest ipso tempore, ait Vbertinus: nam & si dies in foeminino genere significat spatium vigintiquatuor horarum, tamen propriè ponitur pro tempore. Tibul. Longa dies homini docuit parere leones. Iuue. Longa dies igitur quid contulit. Die in genitiuo, & datiuo pro diei ex veterum vsu fit. Ouid. Metamor. 3. Prima fide, vocisq; ratae tentamina sumpsit. Idem 6. Vtque fide pignus, dextras vtrasque poposcit. Vergil. Geor. primo. Libra die, somnique pares vbi fecerit horas. Vbi ait Seruius. In die, non fit apocope pro diei, sed secundum antiquos singularis est genitiuus: nam secundum illos, obliqui casus non debent esse maiores nominatiuo plurali: quod verum esse Salustius in primo. Histor. demonstrat, dubitauit aciei pars. Sed modò dies, diei dicimus: vnde iuxta praesentem vsum, die posuit pro diei, quam veterum regulam ipse comprobat Aeneid. primo, ibi, Flectit equos, curruque volans dat lora secundo: non enim est apocope facta pro currui, sed ratio artis antiquae. quia omnis nominatiuus pluralis regit genitiuum singularem. Hor. primo Carmin. Ode xxxiiij. Cogor relictos, nanque Diespiter, metrum est habens finales duos dactylos. Diespiter. antepenultima acuit. dies penultima.

DIFFIBVLO, pen. cor. Stat. Theb. 6. Emicat, & torto chlamydem diffibulat auro. antepenul. acuit.

DIFFICILIS, pen. cor. Ver. Geo. 2. Difficiles primùm terrae, collesq; maligni. Hor. de Art. Difficile est propriè communia dicere, tuque. Idem. Difficilis querulus laudator temporis acti. antepenultima acuit.

DIFFIDO, pen. prod. Ouid. de Art. 1. Diffidet miserae protinus illa sibi. Idem Metamor. primo. Diffidũt monitis, sed quid tentare nocebit. Lucr. quinto. Qui numero diffidebant, armisque vacabant. Idem. Nec diffidere, nec terras aeterna teneret. Cicero de Fin. Qui autem diffidit perpetuitati bonorum. Idem pro Cluen. c 5. Certè potius qui sibi alia ratione diffideret. Idẽ de Prou. Sed homines diffisi sunt sibi ipsi. pen. flect.

DIFFITEOR,pen.cor.Auso. Quem fateare bonum,diffiteare parem. antepenultima acuit.

DIFFLVMINO,pen.cor.Sil.5.Exarsere nõ ũis furit,& diffluminat omnem. antepenultima acuit.

DIFFVGIO,pen.cor.Vergil.Geo.3.Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther. Idem Aen.12.Diffugimus visu exãgues, illi agmine certo.Cicero Epist.Diffugiũt qui sunt motu oblato.Idẽ pro Dom.Ministros partim gladiis ereptis diffugisse. antepe.acuit.

DIFFVSVS,pen.pro.Iuue.Sat.5.Ipse capillato diffusum consule potat. pen.flectit. Lucr.5.Sic igitur cum se leuis,ac diffusilis æther.

DIGERO,pen.cor. Ouid.de Pont.1. Nam mea per longos si quis mala digerat annos.Idem Fast.secundo. Cui pater est viuax, qui matris digerit annos.Idem primo.Tempora digereret cũm conditor vt bis in anno.Luca.decimo. Sol rapuit atque vnde plusquàm quod digerat aer. Cicero pro R. P. Demetrius rempubl. Athenis optimè digessit. Idem de Prat. si quis omne ius ciuile i genera digerat. Idem Quin.Fr. Vt mea mandata digeras.antepen.acuit.

DIGITVS,pen.cor.Ouid.de Trist.1.In digito qui me fersque,refersque tuo. Idem 2.Vtque refert digitis, sæpe est nutuque locutus.Idem de Art.1.Nil opus est digitis,per quos arcana loquaris. Verg.Geo.2.Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.Idem Aen.5. Constitit in digitos extemplò arrectus vterq;. Idem 10.Semianimesq; micant digiti,ferũtq; retractant. Luca.3. Sed quia tot digiti p quos numerare solemus. Oui.Met.9. Dixerat,& summo digitorũ vincula collo. antepen.acu.

DIGNOR,pen.pro.Oui.Met.1. Quos quoniam cæli nondum dignamur honore. Lucr.5.Hunc hominem numero diuum dignarier esse.Verg.Aen.1.Tune Venus: haud equidem tali me dignor honore. Stat.Theb.7.Dignaris, dum castra silent suspensaque bellum.Cicero de Or.Quę tamen simili laude dignentur. Idem in Arat. Aeterno cunctas æuo qui nomine dignant.penult.acu.Stat.Syl.3. Inde furor ventis,indignatæque procellæ.Verg. Buc. Nec deus hunc mẽsa, dea nec dignata cubili est.penul.flect.

DIGREDIOR,pen.cor.Iuue.Sat.16. Digredimur, lentaque fori, pugnamus arena. Cicero pro Syl. Nũquam est à me digressus.Idem Part. Paululùm digredi de cursu.Idem Att. Timebam ne à me digredi non posset.antepe.acu. Iuue.3.Quanuis digressu veteris confusus amici.

DILACERO,pen.cor.Stat.Theb. 9. Dilacerant,nonne Hyrcanis bellare putatis.Cicero de Nat. Distractione humanorum animorum discerpi,& dilacerari deum. antepen.acuit.

DILANIO,pen.cor.Oui.Met.6.Dilaniant pars inde cauis exultat ahenis. Clau. Dilaniant vno tot corpore pila tepescunt. Vide Lanio.Cicero pro Mil. tu cadauer P.Clodii nocturnis canibus dilaniãdum reliquisti. antepe.acu.

DILAPSVS,pen.pro. Hor. Ser.2. Nam vaga per veterem dilapsa est flamma culina.Ouid.Met.7.Non cani tetigere lupi, dilapsa liquescunt.Idem de Pont. quarto.At mihi dilapsis inter noua gaudia curis.penult.acuit.

DILATO,pen.pro.Verg.Opusc. Leuat opus,palmisque suum dilatat in orbem. Clau.Dilato mucrone parat, pro sæuior ense.Hor.de Art.Dilator,spe longus iners,auidusque futuri.Iuue.Sat.13.Proxima tempestas veluti hoc dilata sereno. Ouid.de Trist.3.Vel pœna in mortis tẽpus dilata fuisset. Cicero pro Flac. Sed non dilatabo orationem meam. Idem Parad. Neque dilatat argumentum. Idẽ de Nat. Hæc enim quæ dilatantur à nobis.penult.flect.

DILIGO,pen.cor.Oui.Met.3.Hic qui diligitur, vellem diuturnior esset. Idem de Trist.1. Seu me diligitis, tantos compescite fluctus.Stat. Theb. 8.Nupsi equidẽ peperique nefas, sed diligo tales. Mart. 4. Fac rara vota patris sic te tua diligit vxor.idem 7.Diligo præstantem non odi Cinna negautem. Iuue. Sat.6.Gestibus autonoes hunc diligit ælia pauperi Idem 14.Dilexit Thebas,si Græcia vera Mecœnas.Ver.Aen.8.Quam Venus aute

te alios astrorum diligit ignes. Cicero Epist. Dilexi te quo die cognoui. Idē de Nat. Te ab eo mirificè diligi intelligebam. Idem Epist. Qui me admodum diligunt. antepenult. acu. Ver. 9. Pinea sylua mihi multos dilecta per annos. Idem 4. Anna refert, ò luce magis dilecta sorori. penult. acuit.

DILITIGO, pen. cor. Hor. de Art. Iratusq; Chremes tumido dilitigat ore. antepen. acuit. Vide Litigo.

DILVO, pe. cor. Mar. octauo. Pallada quam rubri diluit vnda croci. Oui. de Pont. 2. Diluit, & lachrymis mœrens vnguenta profusis. Idem 4. Cæruleus vix est, diluiturque color. Ver. Geo. 1. Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho. Idem. Diluit implentur fossæ, & caua flumina crescunt. Pers. Sat. 5. Diluis helleborum certo compescere puncto. Hor. Ser. 2. Diluit insignem baccam, qui sanior, ac si. Flac. 3. Diluerat gratos auidus procumbit ad amnes. Cicero pro Cæl. Que tu diluas, oportet. Idem de Clar. Diluere crimina aduersariorum. Idem ad Her. Alterutra pars diluitur. antepenultima acuit. Pers. Sat. tertia. Dilutas queritur, geminet quod fistula guttas. Catul. Nam simul in factum est multis diluta labella. Hor. Ser. 2. Nec biberis diluta foris est pronus & atrum. pen. flect.

DILVDIVM, pen. cor. Hor. Epist. 1. Displicet iste locus clamo, & diludia posco. antepen. acuit.

DILVVIVM, pen. cor. Mant. diluuio humani stabat submersa cruoris. Idem. Aequore diluuium passus qui fugit in altos. Lucr. Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur. Idem. Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti. Flac. 6. Diluuio tali, patribusque ariasmenus vrget. Oui. Met. 1. Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti. Ver. Aen. 7. Diluuio ex illo tot vasta per æquora verti. idem 12. Diluuio miscens, cælumve in tartara soluat. antepenul. acuit.

DIMANTIS, pen. pro. Oui. Met. 13. Ergo alijs latrasse dymantida flebile visum. Stat. Theb. 10. Excipit ossa Dymas per ego hæc vaga Sydera iuro. penultima acuit.

DIMENSVS, pen. pro. Ver. Geo. 1. Idcircò certis dimensum partibus orbem. penult. acuit.

DIMICO, pen. cor. Oui. de Rem. 1. Victricus, & gladiis, & acuta dimicet hasta. ait Seruius Aen. 1. ibi, Infelix puer, atque impar congressus Achilli. Congredior tibi, Antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi: hodie dicimus, congredior tecum, dimico tecum. Cicero de Nat. Cū A. Posthumius cum Octauio Manilio prœlio dimicaret. Idem. Off. Cū Pyrrho de imperio dimicabatur. antepenultima acuit.

DIMIDIVM, pen. cor. Oui. Fast. 4. Dimidium curæ debet habere tuæ. Idem de Trist. 1. Dimidia certè parte superstes ero. Idē in Ibin. Iam mihi dimidium nominis huius adest. Mart. 1. Qui mauult, mauult perdere dimidium. Idem. Dimidium donare Lino quam credere totum Hor. Epist. 1. Dimidium facti, qui cœpit habet, sapere aude. Iuue. Sat. 5. Dimidia breuior tanti ne iniuria cænę. Idem. Sed tibi dimidio cōstrictus gammarus ouo Idem 8. Et Cirrios iam dimidios, nasumque minorem. Gellius Libro 3. cap. 14. Illam adfert differentiam inter dimidium & dimidiatum: dimidiatum nisi ipsum, quod diuisum est dici haud conuenit. Cicero 5. Tusc. Apparebat epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis ferè. Idem in Ver. Exemit ex anno vnum dimidiatumque mensem. Dimidium verò est, non quod ipsum dimidiatū est, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Cicero Att. Ex ea pecunia partem dimidiam ferè exegit. Idem in Ver. Emptores accederent ad dimidias partes emendas. Idem. Ex eo agro dimidio plus abstulerit, quàm populo Romano miserit. Dimidium quasi per medium diuisum: Cicero de Nat. Luna maior quàm dimidia pars terræ. Est itaque dimidiatum totum in duas æquas diuisum partes. Vt, scyphus argenteus communis cum alio, in partes duas si fit diuisus, dimidiatum dicemus, non dimidium, nisi scyphi addemus, vt sit dimidium scyphi: vt dimidiatū panē comedi, vel dimidiū panis comedi: dimidiatū li-

brum legi: vel dimidium libri legi. Itaq; cum dimidiato totum significans additur: cum dimidio vero pars quam genitiuus indicat, vt exemplis patet. Dimidium antepen. acu. Dimidiatū. pen. flect.

DIMITTO, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Galla mea est, inquit, citius dimitte, moraris? Idem 6. Mox lenone suas iam dimitten te puellas. Hor. de Arte. Segnius irritant animos dimissa per aurem. Oui. Phyl. Thesea deuoui, quia te dimittere nollet. Cicero pro Planc. Libertatem meam neque dimisi vnquam, neque dimittam. Idem Att. Ego non dimittam istam curam. Idem Off. Sed dimittamus fabulas. pen acu.

DIMINVO, pen. cor. Lucr. 1. Vnde neque auelli, quicquam nec diminui iam. Idem 5. Diminuunt, radiisque retexens aetherius sol. Oui. de Trist. 1. Diminui si qua numinis ira potest. Cicero Quinc. Fr. Ne quid de bonis L. Flauij diminueret. Idem pro Syl. Tantum se de huius praesidijs diminuturum sperauit. antepenultima acuit.

DINOMACHES, pen. cor. Pers. Sat. 4. Dinomaches ego sum, suffla, sum candidus, esto. antepen. acu.

DINVMERO, penult. cor. Ver. Aen. 6. Tempora dinumerans, nec me mea cura fefelli. Oui. Phyl. Tempora si numeres, bene quae numeramus amantes. Cicero Off. Etiā si dinumerare se stellas posse putet. Idem Att. Octauius centurias Capuae dinumerat. antepen. acu.

DIODORVS, pen. pro. Mart. 10. Nemo tamen natum te Diodore putat. Idem Natali Diodore tuo cōuiua Senatus. Idem 1. Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat. Auso. Languenti Marco dixit Diodorus aruspex. pen. flect.

DIOGENES, pen. cor. Auso. Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes. antepenultima acuit.

DIOMEDES, pen. pro. Hor. Ser. 2. Aut si disparibus bellum incidat, aut Diomedi. Idem. Qui locus à forti Diomede est cōditus olim. Ver. Aen. 8. Mittitur, & magni Venulus Diomedis ad vrbem. Idem 11. Ecce super moesti magni Diomedis ab vrbe. Mant. Insula, & italiae quicquid Diomedis ab oris. Idem. Ad Diomedeae sibi proxima littora terrae. Oui. Met. 15. Et Diomedeos Aeneas fugerat enses. Stat. Syl. 3. Et Diomedeas concedere iussus in arces. pen. flect.

DIONE, pen. pro. Ver. Buc. Ecce Dionaei processit Caesaris astrum. Idem Aen. 3. Sacra Dionaeae matri, diuisque ferebam. Stat. Theb. 7. Nisa Dionęisque auibus circumsona Thisbe Idem Sil. 3. Ipse Dionęae monstrauit Apollo columbae. penultima acuit.

DIONYSIVS, pen. cor. Mant. Cecropides nono Phoebi Dionysius ortu. Idem. Littus & istorum pollens Dionysius armis. Idem. Persuadente viam fecit Dionysius vltra. Hor. Ser. 1. Tu ne Sirydinia, atte Dionysius filius audes. antepen. acu. Sil. 3. Ac nebrissa Dionyseis conscia thyrsis.

DIORES, pen. pro. Ver. Aen. 5. Regius egregia Priami de stirpe Diores. Idem. Post Helymus subit, & nūc tertia palma Diores. Idem. Adiuuat & magna proclamat voce Diores. Idem 12. Turnus equo deiectum Amycum fratremq; Diorem. Vide Authores. penultima acu.

DIPSADES, pen. cor. Luca. 9. Dipsades, & peragunt ciuilia bella cerastae. Mant. Dipsadas, & iaculas celeres, hydrasque, nepasque. antepen. acu.

DIPHTHONGVS, Vide Maior.

DIRIGO, pen. cor. Pers. Sat. 1. Non secus, ac si oculo rubricam dirigat vno. Idem 3. Est aliquid, qua tendis, & in quo dirigis arcum. Ver. Aen. 5. Quo tantum mihi dexter abis, huc dirige cursum. Claud. Scis quo more Cidon, qua dirigat arte sagittas. Sil. 3. Spicula dirigere, & ferrum infamare veneno. Luca. 8. Aut quotus in plaustro Libyā bene dirigat ignis. Iuue. Sat. 4. Ille igitur nunquam direxit brachia contra. Oui. Fast. 4. Diriget in medio quis mea vela freto. Flac. 2. Dirigimus, nec me tantum Tritonia cursus. Cicero de Clar. Antonius nihil non ad rationē, & tanquā ad artem dirigebat. Idē Acad. Et meas cogitationes sic dirigo. Idem Att. Me, sine, ad hanc opinionem dirigere puerum. antepen. acu. Oui. Met. 15. Tendere vesica solet, aut directa bicornis. penult acu.

DIRIGEO, pen. cor. Oui. Met. 14. Diriguere oculi, calidusque in corpore sanguis. Stat. Theb. 7. Cuspide diriguit visu Cyllenia proles. Luca. 1. Diriguere metu geli dus pauor occupat artus. Oui. Met. 2. Diriguisse pedes ad quam conata venire. Ver. Aen. 3. Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit. antepen. acu.

DIRIMO, pen. cor. Luca. 1. Arma ducum dirimens miserando funere Crassus. Idem 10. Qua dirimunt Arabum populis Aegyptia iura. Idem. Qua dirimunt nostrum rubro cōmertia ponto. Oui. Met. 1. Hanc deus, & melior litē natura diremit. Sil. 1. Condidit & pugnas erepta luce diremit. Idem 4. Haud mora iam tantum cāpi dirimebat ab ictu. Verg. Aen. 5. Cedo deo, dixitque, & prelia voce diremit. Claud. Et iustis dirimit sontes, quos nolle fateri. Auso. Quenque suo longo dirimat prouintia tractu. Cicero de Diui. Cur pulmo incisus in extis dirimat tempus. Idem pro Cael. Appius Claudius pacem Pyrrhi diremit. antepen. acu.

DIRIPIO, pen. cor. Ver. Aen. 4. Diripientque rates, alii naualibus ite. Idem 1. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. Idem 13. Viscera diripiunt, & caesim in frusta trucidāt. Idem Geo. 4. Diripuere ipsae, & crates soluere fauorum. Ouid. de Art. Hyppolitū rapidi diripuistis equi. Idem Fast. 5. Cum constet natis diri pieris equis. Stat. Theb. 2. Diripuit, confessus auum, dirique nepotis. Idem 4. Diripitur, modo lene virens, & gurgite puro. Flac. 1. Diripiat, laceretque senem nec mēbra sepulchro. Lucr. 5. Et nec opinātes à tergo diripiebant. Cicero in Ant. Omnia diuexare, & diripere cupiens. Idem pro Syl. Sed quantum de autoritate mea diripuisset. Idem postquàm domus mea diripiebatur. antepen. acu.

DIRVO, pen. cor. Hor. Epist. 1. Diruit, aedificat, mutat quadrata rotūdis. Iuu. Sat. 14. Diruet Maurorū Attegias castella Brigantū. Sil. 5. Arrecti muros Corithi nūc diruat arcē. Oui. Met. 3. Moenia diruerent, ignis, ferrumq; sonarēt. Flac. 9. Diruet, ac pedibus calcabit adultera colla. Cicero de Inuē. Vrbē igit diruamus. antep. ac.

DIRVS, pen. pro. Oui. Met. 7. Cùm facerem natis mugitus victima diros. Stat. Syl. 3. Non adeo vesuuinus apex, & flāmea diri. Sil. 4. Descendisse ducē diros canit īproba motus. Luca. 1. Hac mercede placēt diros Pharsalia cāpos. Ver. Geo. 1. Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido. Idē. Fulgura nec diri toties arsere cometae. Idem Aen. 2. Et dirae vltrices, & dii morientis Elīsae. Iuue. Sat. 4. Tēpibus diris tractāda putabat inermi. Idē. Caecus adulator, dirusq; à ponte satelles. Idem 7. Quaque die miserum dirus caput Annibal implet. pen. flectit.

DIS, pro. Stat. Syl. 1. Gallicus es caelo, dis, es Germanice cordi. Oui. Met. 3. Ditis, ait, quo non alius conscendere summas. Idē 2. Et ditē sumpto quo auara poposcerat auro. Hor. Ser. 1. Nil obstat tibi, dū ne sit ditior alter. Prop. 3. Roma deus Caesar dites meditatur ad Indos. Verg. Geo. 2. Sed neque Medorum syluae ditissima terra. Idem 4. Tenarias etiam fauces alta hostia Ditis. Idem. Lustrabat, raptam Euridicen, atq; irrita Ditis. Idē Aen. 6. Perq; domos ditis vacuas, & inania regna. flec. Vbi ait Ser. Quia ditem patrem emersisse ab inferis putent, dicimus autem & hic dis, & hic ditis.

DISCEDO, pen. pro. Verg. Aen. 2. Moliri & longo fessi discedere bello. Idem Geo. 3. Vel scaena vt versis discedat frontibus, vtque. Pers. Sat. prima. Me ite, discedo, secuit Lucillius vrbem. Ouid. Metamor. primo. Discedunt, velantque caput, tunicasque recingunt. Idem. Mota dea est, sortemque dedit, discedite templo. Cicero in Ant. Qui ab armis discesserat. Idem Offic. Vt nihil à naturae statu discedas. Idem Att. Modo audiui quartanam à te discessisse. penul. flect.

DISCIPVLVS, penul. cor. Iuuen. Sat. 11. Pergula discipulus Tripheri doctoris apud quem. Idem secundo. In tabulā Scyllae si dicant discipuli tres. Idem decimo. Maura die quot discipulos inclinet Amillus. Idem 13. Tu venam, vel discipulo cōmitte Philippi. Idem 14. Discipulum securus abi, vinceris, vt Aiax. Maut. Discipulorum vrgens illic Academica fecit. Idem. Et quae discipulis fidei documenta reliquit. Ouid. de Trist. 4. Haec de disci-

 pulo

pulo dona magister habet. Hor. Ser. I. Discipulorum inter iubeo plorare cathedras. antepen. acu.

DISCIPLINA, pen. pro. Mant. Disciplina nouo fidei te asperserat imbre. Idem. Disciplina velut pratum quod temperat vnda. Idem. Relligio patrum sic disciplina sepulta est. Idem. Disciplina vetus, gymnasmata aperta palestræ. Ver. Opusc. Hinc etiam placidis schola consona disciplinis. pen. flect.

DISCLVDO, pen. pro. Ver. Buc. Tu durare solum, & discludere Nerea ponto. Idem Aen. quarto. Verum hæc ipse equidem spatijs disclusus iniquis. Cicero Tusc. Separare noluit iram, & cupiditatem, quas locis disclusit. penultima acuit.

DISCORDIA, pen. cor. Oui. Met. I. Quin lanient mundum, tanta est discordia fratrum. Ver. Geo. secundo. Flexit, & infidos agitans discordia fratres. Idem. Aen. 9. Tum magis increscunt animis discordibus iræ. antepen. acuit.

DISCOLOR, pen. cor. Hor. Epist. I. Discolor infido curræ distabit amicus. Oui. de Trist. 3. Discolor, vt recto crassetur limite miles. Stat. Syl. 2. Et Ionis, & Phœbi frondes, & discolor vmbra. Idē. Theb. 4. Nec teretes arcus, maculis nec discolor atris. antepenult. acu.

DISCO, pen. pro. Oui. Met. tertio. Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis Echo. Idem 14. Magnanimi Anchise didicit quoque iura locorum. Iuue. Sat. 14. Mergere ficedulas didicit nebulone parente. Idem 7. Spes nulla vlterior didicit, nam diues auarus. Idem 13. Nec iactare iugum vita didicere magistra. Mart. I. Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit: Stat. Syl. I. Carmina, quæ iuuenes, quæ non didicere puellæ. Idem 5. Dedidici, fugere meos Parnasia crines. Vide Decurro. Cicero de Clar. Eloquentia loqui penè dedidicit. Prisc. 8. In compositione præterita non geminari, vt pendeo, pependi: dependeo, dependi: dedisco tamen dedidici, sicut vetustissimi detotondi protulerunt. Sil. 3. Cynyphij didicere Macæ, squalentia barba. Flac. 6. Paruimus, patuique etiam didicere nepotes. penult. acuit. Cicero de Sen. Vt ego feci, qui senex Græcas literas didici. Idem Epist. Et didici ex tuis literis.

DISCRIMEN, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Omnia nec minimo sine discrimine refert. Flac. 7. Spem mihi promissam per quæ discrimina rursus. Iuue. Sat. 10. Erexit causas discriminis, atque laboris. Oui. de Art. 2. Compositum discrimen erit, discrimina lauda. Mart. 5. Nec trepidant gressus, sed de discrimine palmæ. Ver. Aen. 10. At nunc dura dedit vobis discrimina Pallas. Idem 11. Ordine flammarum, & latè discriminat agros. ait Seruius. vnde & discrimen capitis muliebris dicitur. discrimen pen. flect.

DISCRIMINO, pen. cor. Claud. Vtraque perpetuo discriminat æquora tractu. Idē. Splendet & Othrysijs Asiam discriminat oris. Ver. Aen. 11. Ordine Flammarum, & latè discriminat agros. Stat. Theb. 5. Quantus ab arctois discriminat æthera plaustri. Luca. 2. Stat thorus, & picto vestis discriminat auro. Mant. Circuit omnipotens ita res discriminat autor. Cicero in Ant. Hetruria discriminat Cassia. antepen. acu.

DISCREPO, pen. cor. Ver. Aen. 10. Hinc cōtra Lausus, nec multùm discrepat ætas. Hor. de. Art. Sortilegis non discrepuit Sententia Delphis. Idem Ser. I. Sic me defendam longè mea discrepat istis. Idem 2. Vndique dicatur meritum, quid discrepat istis. Idem Epist. 2. Discrepat & quātum discordet parcus auaro. Pers. Sat. 6. Discrepet his alius geminos horoscope Varo. Cicero de Or. Si qua iure discrepauit ab Antonii diuisione nostra partitio. Idem Off. Quæ multùm ab humanitate discrepant, antepen. acu.

DISCREVI, pen. pro. Ver. Aen. II. Fecerat, & tenui telas discreuerat auro. Idem 10. Indiscreta suis, gratusque parentibus error. pen. flect.

DISCVMBO, pen. pro. Luca. 10. Discubuere toris reges, maiorque potestas. Cicero Att. Discubuimus omnes præter illam. Idem de Inuen. Cœnati discubuerunt ibi. pen. acu.

DISCVRSVS, pen. pro. Flac. 3. Cyzicus hic aciem vanis discursibus implet. pen. acu.

DISCVTIO, pen. cor. Ver. Geo. 3. Tum sol pallentes haud unquam discutit vmbras. Iuue. Sat. 10. Discutienda valent sterilis mala robora fici. Oui. Met. 11. Discutiant tamen has prebentiue micantia lumen. Lucr. 3. Discutiunt, sed naturæ species, ratioque. Idem sexto. Discutit in festo preclaras fulmine sedes. Idem Obuia discutiat plagis, itinerque sequatur. Cicero pro Dom. Cum eorum aduocationem manibus, ferro, lapidibus discussisti. antepenult. acu.

DISGLVTINO, pen. cor. Mant. Vos ergo Ausonii vos vel disglutinat vlla. Idem. Insilit, & velatam ostro disglutinat arcam. Idem. Conuulses magno montes disglutit hiatu. antepen. acu.

DISPENSATOR, pen. pro. Mart. 5. Dispensatorem fallax spoliauit amica. Idem 11. Te dispensator, te domus ipsa pauet. penult. flectit.

DISPAR, pe. pro. Hor. Epist. 1. Vt mattona meretrici dispar erit, æque. Ver. Buc. Est mihi disparibus septem campacta cicutis. Vide Par. pen. acu.

DISPERBO, pen. cor. Catul. De me dispeream me nisi Lesbia amat. Idem. Assiduè verum disperea nisi amo. Mart. 9. Si scio dispeream, quis sit Athemagoras. Idem 2. Si non mentiris Classice dispeream. Idem 1. Dispeream, si non hic Dacianus erit. Cicero contra Rul. An caput vestræ pecuniæ disperire patiemini. antepe. acu.

DISPONO, pe. pro. Ver. Aen. 3. Disponunt ensem, & scuta latentia condunt. Iuue. Sat. 7. Ordinis & magnas comitum dispo nere voces. Cicero Or. Verba ita disponunt, vt pictor varietatem colorum. Idē Att. Quam tyrannio mihi libros disposuit. penul. flect. Iuue. Sat. 14. Dispositis prędiues hamcis vigilare cohorte. Pers. Sat. 5. Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ. antepe. acu.

DISPLICEO, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Si fur displiceat Verri, homicida Miloni. Hor. Epist. 1. Displicet iste locus: clamo, & diludia posco. Ver. Geo. 3. Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo. Cicero Att. Mihi, quæ adhuc acta sunt, displicent. Idem. Vereor ne tibi mea consilia displiceant. antepen. acu.

DISQVIRO, pen. pro. Hor. Ser. 2. Verum hic impransi mecum disquirite, cur hoc. penult. flectit.

DISSIMILIS, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Dissimilis viris quanto præstantius vltor. Idē 15. Illis dissimiles, & nostro tempore natæ. Hor. Epist. 1. Multum dissimiles ad cætera penè gemelli. antepen. acu.

DISSIPO, pen. cor. Stat. Theb. 4. Iussa facit carmenque ferit, quo dissipet vmbras. Sil. 1. Perque ipsum regmen crepitantia dissipat ossa. Oui. Met. 2. Dissipat & medio, spargit pulmone venenum. Flac. 6. Dissipat, hic pariter telorum immanis in vnum. Cicero de Orat. Libidines totum dissipauerunt. Idem in Vat. Subsellia dissipauit. Idem de Diu. Simia vrnam euertit, sortes dissipauit. antepen. acu.

DISSIDEO, pe. cor. Hor. Epist. 1. Trita sub est tunicæ, vel si toga dissidet impar. Oui. Met. 15. Dissidet, & variat sententia, parque negandum. Cicero in Ver. Dissident à nobis animo, & voluntate. Idem de Orat. Ita à sententia scriptum dissideat. antepenult. acuit.

DISSILIO, pen. cor. Oui. Met. 2. Dissilit omne solum, penetratque in tartara rimis. Ver. Geo. 3. Aeraque dissiliunt vulgò, vestesque rigescunt. Idem Aen. 3. Dissiluisse ferunt, cùm protinus vtraque tellus. vbi ait Seruius, Hinc apparet bene dictum, vnctos saluere per vtres: nam & dissilui, & salui facit. Cic. in Melon. Cum hic de rheda reiecta penula dissiluisset. est enim positio salio, salis, salui. Item in compositio dissilio, dissilui. Stat. Theb. 1. Dissiliant, da tartarei regina barathri. Idem 7. Dissiluere foros Hircano in sanguine pulcher. Oui. Met. 9. Dissiluit strin gens vterum membrana, fluuntque. ante penult. acuit.

DISSIDIVM, pen. cor. Stat. Syl. 4. Dissidia, & solidos nouus exultabis in actus. Catul. Sed fratris chari flebile dissidium. Prop. 1. Multis ista dabunt littora dissidium. Idem 2. Dissidiū vobis proximus annus erit. Mart. 10. Dissidium non est hoc proculea lucrum est. antepen. acu.

DISSITVS, pen. cor. Ver. Opusc. Ob ritum morti misit cui dissitus omnis. Mant. De sita, & omnino nostris extincta diebus.

Lucr.4.Per membra, atque artus animai dissita vis. Idem 3. Cætera pars animæ per totum dissita corpus.antepe.acu.

Dissimulo,pen.cor.Iuue.Sat.9. Verùm vt dissimules, vt mittas cætera quanto. Idem 16.Audeat imò,& si pulsetur, dissimulet nec.Oui.de Art.1. Vir malè dissimulat rectus,& illa caput. Verg. Aen.4. Dissimulare etiam sperasti perfide tantũ. Flac.2.Dissimulant,donec resides Tirinthius horos.Stat. Theb.9. Regis Achionii,seu dissimulauerat ardẽs. Cicero pro Planc.Cæteri vera beneficia etiam minora dissimulant. Idem Offi.Et dissimulat appetitum voluptatis.antepen.acu. Stat. Syl.4. Dissimulatus honos talem quoq; Barbarus hostis.Ouid.in Epist.Sed tamẽ apparet dissimulatus amor.Hor.Epist.1. Dissimulator opis propriæ mihi commodus vni.Mart.5.O frustra locuples,ò dissimulator amice.Idẽ 4.Nã mihi iam motus dissimulator eris. pe.fle. Oui.de Art. 1. Lecticam dominæ dissimulanter adi. penult.acuit.

Dissonvs,pen.cor.Stat.Syl.2.Seu nostrã ille chelyn,seu dissona nectit. Idẽ Theb. 6.Dissonus,ambiguumq; sanis cunctantur Adrasti.Flac.3.Dissona peruigili plãctu vada qualiter arces. antepe.acu.

Dissocio,pen.cor.Hor.Epist.1.Cõtinui montes nisi dissocientur opaca. Cicero de Ami.Morum dissimilitudo dissociat amicitias.antepe.acu.Oui.Met.1. Dissociata locis concordi pace ligauit.Stat.Syl.1.Ex ponũt fluuii,sic dissociata pfundo.pe.fle.

Distribvo,pen.cor.Oui.Fast.6.Romulus in partes distribuitque duas. Lucr.5. Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse.Mant.Cætera distribuit pietas alimenta ministret. Cicero Att. Sanè cõmodè Pompeius distribuit binos singulis partibus familiarũ.Idẽ in Cat.Tribui sti partes Italiæ.antepe.acu.

Disertvs,pe.pr.Mart.5. Caussas,inquis, agam Cicerone disertius ipso. Idem 1. Hac ratione potest nemo non esse disertus.Hor.Epist.1.Fœcundi calices quẽ nõ facere disertum? penu.acu.

Distineo,pe.cor.Lucr.5. Et mare, quod latè terrarum distinet omnis. Verg. Aen. 11.Quæ tutò tibi magna volant,dum distinet hostem.Ait Ser.significat arcet, repellit,& propriè extra tenet: nã dis separantis est, vnde & diduco,& distraho dicimus. Cicero Att. Quãta occupatione distinear. Idem Epist. Nã antea distinebar maximis occupationibus.antepe.acu.

Distichon,pe.cor. Mart.7. Disticha q̃d belle pauca Sabelle facis. Idem 6. Si breuiora probas,disticha sola legas. Idem 3. Cur in te factum distichon esse putas.antepen.acuit.

Disteritas,pen.cor.Lucr.4. Tantaque in his rebus distantia disteritas quæ est. antepe.acu.

Distraho,pen.cor.Stat.Syl.2.Distrahor hinc anni stantes in limine vitæ. Cicero in Ant. Quid ego illũ ab eo distrahere coner.Idem Att.Antequàm copiæ illius nos à nobis distrahant. antepe.acu.

Disto,pen.pro Oui.Met.13. Iuppiter est, totidemq; gradus distamus ab illo. Cicero de Orat. Multùm inter se distant istæ facultates. Idem. A quo genere ne illud quidem plurimùm distat.

Dissvadeo,pen.cor. Luca. 4. Vt dexteræ iusti gladius dissuasit,adhæsit. Vide Suadeo. Cicero Offi. Cũ præsertim de captiuis dissuasurus esset. Idem contra Rul. Quis vnquàm legem agrariã suasit, quã ego dissuasi.antepe.acu.

Dissvtvs,penul.pro.Pers.Sat.3.Oscitat hesternum dissutis vndique malis. penultima flectit.

Distvli,pen.cor.Flac.5. Distulerant,sed bella horum,tum frontis,& Argus. Luca.10.Distulit vlterius, sed quã nõn debuit ira. Cicero Epist.Seruilius rogatus rem distulit.Idem in Vat.Quod promulgasti misericordiæ ad crudelitatis tẽpus, distulisti,à differo.antepe.acu.

Ditio,pen.cor.Ver.Aen.1.Qui mare qui terras omni ditione tenerent. Oui.Met. 14.Inde sub Ascanii ditione binominis Albã.Clau.Confidunt apices gemini ditionis Eoæ.Auso. Totus sub vestra iam ditione fluo.Ait Ser.Aen.1.ibi. Post alii proceres. sanè proceres,de his est quę nominatiuum in vsu non habent, & vt victor ditione tenebat: nam nec hoc in vsu habet nominatiuum, licet in compositione dicamus conditio; quod licet

cèt à dis ditis deriuetur, contra naturã tamen primitiui corripit cuius declinatio à genit.fit.antepe.acu.

DITO,penul.pro.Mart.8. Et ditant Latias tertia de na tribus. Clau.Ditari, subitoque trabes lucere metallo. Stat.Syl.quinto.Mœnides, quantumq; pios ditarit agrestes.Idem Theb.7.Ditantur flammç, nonnunquàm opulentior illo. Horat.de Art.Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum.Mant.In patriam Venetis opibus ditescite quando.Stat.Theb.5. Nota sit,& Getico nuper ditata triumpho. Ouid.de Pont.2. Ditata est spoliis perfida turba meis.Cicero Offi. Vt omnium rerum affluentibus copiis ditetur.Idem ad Heren.vrbs triumphis ditatã.pen.flect.

DIVELLO,pen.pro.Ouid.de Trist.3. Atq; ita diuellit, diuulsaq; mẽbra per agros. Idem Met.14.Monstrauit,iussitq; suo diuellere trunco.Cicero pro Planc. Nemo eum à me diuellat.Idem Mil. Magno dolore à te diuellor.penult.acu.

DIVERSORIVM, pen. cor. Hor. Epist.primo.Mutandus locus est,& diuersoria nota. antepen.acu.

DIVERSVS,pen.pro.Ver. Geo.1.Temporibusque parem diuersis quattuor annum. Iuue.Sat.3. Respice nunc alia,ac diuersa pericula noctis. Oui. Met. 1. Cum sua quisque regat diuerso flamina tracti. Idẽ diuersorum operum fugat hoc, facit illud amorem.pen.acu.

DIVERTICVLVM, pen.cor. Iuue. Sat.15. A diuerticulo repetatur fabula postquã. antepen.acuit.

DIVES, pen. pro. Ver.Aen.10.Mantua dites auis,sed non genus omnibus vnum. Idem 2.Insula diues opum Priami dum regna manebunt. ait Seruius Aen. 2.Ibi insula diues opum. hic genitiuo iungitur: Statius,quod rarũ est,& ablatiuo,vt satis ostro diues & auro Cicero.Off.crassus cùm cognomine, tùm copijs diues. Sil,13.Diues vbi ante omnes colitur Feronia luco. Oui. Met. Diuitibus procis non me cõtemne,petebat. Idem. Diuitis his altus,herbosaque pascua Nelei: Mart. 1. Diuitior Crispo Thrasea constantior ipso.Iuue.Sat.3.Quæ nec diuitibus gens acceptissima nris. Oui.Met.2. Ditis,ait,

quo non alius conscendere summas.Idẽ. Et ditem sumpto, quod auara poposcerat auro.penult.flect.

DIVIDO,pen.cor.Stat.Syl.1. Diuidit alternas seruant prætoria ripas. Idem 5.Præterea fidos dominus si diuidat enses. Idẽ Theb.3.Diuidere & tanti consortia rupere leti. Verg. Aen.4.Atq; animũ nũc huc celerem, nunc diuidit illuc. Idem 12. Diuidit haud quanquam dictis violentia Turni. Claud. Agmina fraternas ex quo si diuidat æstas. Lucr.3. Ipse sui miseret, neque enim se diuidit hylum. Luca 1. Diuiditur ferro regnum,populique potẽtis.Hor.Ser.1. Albuci senis exẽplo dum numina didit.Idem. Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.Luca.2. Fatorum immoto diuisit limine mundũ. Oui Fast 3 Diuidere,hæc populo copia grata fuit. Idem de Põt.Atque tuis toto diuidor orbe rogis.Idẽ Fast.6.Didius hostiles ingeminauit opes. Idem Met.3.Et qua pocinas via diuidit vda paludes. Flac.1. Diuiditur, celer Asterion quem matre carente.Lucr.6.Corpus, vt est per membra sacer cum diditur ignis.Idem 5. Primitus, inde omnis flammarum diditur ardor.Idem. Si diderũt quoniam prç claro nomine Athenæ. Idem 4.Preterea partes in cunctas diuiditur vox. Cicero Att.Amantis Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit.Idem in Part.Ea incõfirmationem, & in confutationem diuiduntur.antepen.acu.

DIVIDVVS, pen. cor. Claud.Saucia diuiduis clarescunt nobile sulcis.Sil.14 Aeolio nã diuiduas se scindit in oras. Hor. Epis.1.Et mihi diuiduo findetur munere quadr.Oui.de Ar.1.Per loca diuiduos amne sequunẽ equos.Stat.Theb.8.Tpa dĩuiduiq; cadũt in brachia crines.antep.ac.

DIVINVS,pe.pr.Ver.Buc.Fagina cælatum diuini opus Alcimedõtis.Idẽ Aen.4. Ex quo relliquias,diuiniq; ossa patẽtis.Mãt. Diuinasq; canens vsq; ad Titania laudes. Sil.3.Fibrarũ,& pennæ,diuinarumq; sagacem.Catul. Talia diuino fuderunt carmine fata.Iuue.Sat.3.Et diuina Opici rodebãt carmina mures. Idẽ 15. Sortiti ĩgeniũ,diuinorũq; capaces.Hor.Ser.2. Diuinare etenĩ magnus mihi donat Apollo.

Mant. Et quod scire nequis ne diuinare labora. Cicero Att. Non quidem hoc diuinaui. Idem pro Quint. Nemo diuinare poterat te postulaturum. pen. flec. Vergil. primo. Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis. Lucr. 1. Quanquàm multa bone, ac diuinitus inuenientes. antepe nult. acuit.

DIVISVS, pen. pro. Ver. Buc. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Idem Geo. 2. Diuisæ arboribus patriæ, sola India nigrum. pen. flect.

DIVITIAE, pen. cor. Ouid. de Trist. 1. Nō ego diuitias auidus sine fine parandi Idē 3. Et quas diuitias incola pauper habet. Idem Met. 15. Prodiga diuitias, alimentaque mitia tellus. Iuuen. Sat. 1. Vincant diuitiæ, sacro nec cedat honori. Auso. Cōcussus dixit, quid tibi diuitiæ. Verg. Aen. 6. Et qui diuitiis soli incubuere repertis. Stat. Syl. 2. O quàm diuitiis, censuq; exutus opimo. Sil. 11. Diuitiis probrosus honor, lacerabat hiantem. Mart. 6. Hic nostræ mihi sunt Castrice, diuitiæ. antepenult. acuit.

DIVORTIVM, pen. cor. Sil. 3. Atque æterna tenet magnis diuortia terris. Idem 14. Ex illo seruās rapidus diuortia Nereus. Idem. Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis. Luca. 2. Idem per Cythici profugū diuortia ponti. Mant. Non tulit antiquæ pietas diuortia vitæ. Verg. Aen. 9. Obiiciunt equites sese ad diuortia nota. ante penult. acuit.

DIVS, pen. pro. Flac. 10. Rustica turba vocat, peperit nam dia puella. Hor. Serm. 1. Virtute esto, inquit, sententia dia Catonis. Oui. de Art. 1. Quā breuis æquoreis dia feritur aquis. Catul. Aut vecta ratis spumosa ad littora diæ. Ver. Aen. 11. Ita lides, quas ipsa decus sibi dia Camilla. vbi ait Ser. Cuius nominis ethimologiam plærique venire volūt apo tu dios: quod si sic est, dicemus dissentire deriuationem à principalitate: nam dia, di producit, cū dios corripiat. penult. flect. Hor. de Art. Viribus, & versate diu, quid ferre recusent. Idem Epist. 1. Testa diu, quod si cessas, aut strenuus ante. Ouid. Epist. Vela diu vultus detinuere meos. Idem Met. 15. Nil equidem durare diu sub imagine eadem. Idem. Visu refert, pugnatque diu sententia secum: Lucan. 1. Stare diu, nimioque graues sub pondere lapsus. De quo ait Ser. Geo. 1. ibi. Nocte leues stipulæ melius, nocte arida prata: Nocte autē non est aduerbium, sed nomen ablatiui casus: adeò vt ei Horatius iunxerit præpositionem: Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones: nam aduerbium noctu facit, sicut diu. Salust. diu noctuq; laborare: Quint. Inst. 1. Nam vt noctu, & diu, ita dictu, & factu. pen. acuit. Verg. Opusc. prima foret letho mihi vita diutius esset. antepen. acu. Ouid. de Trist. 3. & diuturna magis sunt monimenta mei. penul. acuit.

DIVVS, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Respice riuales diuorum Claudius audi. Ouid. Met. 3. Nomine diuorum thalamos inire pudicos. Idem 1. Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit. Sta Syl. 1. Plectra, nec Aonias decima cum pallade diuas. Māt. Diua Agathe nonas mensis sua festa secū di. penult. flect.

DO, pro. Oui. Met. 2. Pignora certa petis, do pignora certa timebo. Idē. Pignora da genitor, per quæ tua vera propago. Idem Fast. 1. Da mihi te placidum dederis in carmina vires. Idem. Sic onere insueto vacuos dat in aere saltus. Do in gerundio breuis. Verg. Aen. 4. ibi, Ire iterum in lacrymas, iterum tentare precādo. Ait Ser. In hoc modo do, naturaliter breuis est. sic Terentianus. Vt vitæ dubios varios renouando dolores, plærūque à Verg. produci: vt, cantando tu illum: quod de gerūdio substantiuo intelligi; quod verbum est infinitum, & more verborum o, communem habet gerundium in o, adiectiuè vsque produci: est enim aut datiui, aut ablatiui casus. Iuuen. Sat. 8. Quos illis damus, & dedimus, quibus omnia debes. Mart. 2. Quæ datur ex Dacis, laurea tota tua est. Hor. Ser. 2. Sume Citelle, negat, si non des, optet amator. Ouid. Met. 1. Vela dabat ventis, nec adhuc bene nouerat illos. Idem Fast. 1. Et damus alternas, accipimusque preces. Idem. Et dabat exiguum fluminis vda thorum. Iuue. Sat. 4. Hic libros dabit, & forulos, mediamque Mineruam. Idem 5. Da Trebio pone ad

Tre-

Trebium, vis frater ab ipsis. Idem 1. Consilium dedimus Syllę, priuatus vt altum. Idem 3. Si trulla in uerso crepitum dedit aurea fundo. Idem 6. Priuignoque datum faciunt grauiora coactæ. Idem 10. Prouida Pompeio dederat Campania febres. Mart. 1. Denique supplicium dederat necis, ille paternæ. Oui. Met. 1. Temperiemque dedit, mista cum frigore flamma. Idem. Verba datæ sortis, secum inter seque volutant. Idem 2. Qui dederat cursus, nisi opem ferat omnia fato. Idem. plangorem dederant, & quis Phetusa sororum. Stat. Syl. 1. Et quis se totis temere se dedit hausta metallis. Idem. Militiæ quencunque hominum, diuumque dedisti. Idem. Meque dedi, viduos vt transmittare per annos. Idem. Macte pio gemitu, dabimus solatia dignis. Idem. Hoc quoque demus ait, Patriis, nec gratius vllum. Oui. Fast. 4. Detis eo gelida qui locus humet aqua. Idem. Detis, & in veteres thurea grana focos. Idem de Trist. 1. Tantaque communi terga dedere fugę. Idem Met. 6. Accepisse simul vitā dederitis in vndis. Mant. Hoc conferte dapes quicquid dederitis egeno. Ait Seruius in Ver. Aen. 8. ibi. Et vitta comptos noluit prætendere ramos. vnde cùm eius ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. hinc est illud prouerbium herbam do, idest, cedo victoriam.

DOCEO. pen. cor. Ver. Geo. 1. Includunt vdoque docent inolescere libro. Claud. Statque hosti grauius sensus aduerte docebo: Idem. Edocet assiduo cum Dorida vicerit usu. Lucr. 5. Perdocuere homines annorum tempora auerti. Stat. Syl. 1. Hic Erato iucunda doce, vocat apta mouere. Idē Theb. 6. Ordo docet casus fossis hic flumina mōstrat. Idē 11. Flexit, ego erectum subigam, & seruire docebo. Flac. secundo. Quæ mors ista doce, tendunt cur vincula palmas. Iuue. Sat. 7. Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Hor. de art. Et potuit, magnumque loqui nitidique cothurno. Mart. primo. Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit. Oui. Met. primo. Quod tamen admissum, quę sit vindicta docebo. Hor. Epist. primo. Perdocet, hæc recinunt iuuenes dictata, senesque. antepenultima acuit. Hor. Epist. primo. Virtutem doctrina paret, naturane donet. Mant. Lex diuina fides christi doctrina Senatus. Lucr. tertio. Ad de repertores doctrinarum, atque leporum. penultima flectit. Pers. Sat. sexto. Doctores Graios ita fit postquam sapere vrbi. penultima acuit. Vide Defendo. Cicero de Orat. Aut si qua est ara salis, eam nos tu potissimùm docebis. Idem in Piso. Quid nunc te asine, literas doceam. Idem Att. Docui literis hoc fieri non posse. Idem de Ort. Equidem soleo dare operam, vt de sua quisque re me ipse doceat.

DOCILIS, pen. cor. Sil. primo. Nec nota docilis pœna satiare furores. Luca. primo. Et docilis Rhetor mōstrati Belge conuini. Idem 5. Indocilis priuata loqui, tum pauper Amiclas. Flac. 6. Vadit equi docilis relegi, docilisque relinqui. Hor. de Art. Percipiant animi dociles, teneantque fideles. Idem Ser. 1. Parebit praui docilis Romana iuuentus. Oui. de Trist. 4. Indocili numero cum graue mollit opus. Idem Fast. 3. Ergo animi indociles, & adhuc ratione carentes. Mart. 1. Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto. antepenult. acu.

DOCVMENTVM, pen. pro. Oui. Met. primo. Et documenta damus, qua simus origine nati. Mant. Et qui prima dedit puero documenta modestus. Idem. Sacramēta docens populos documenta nepotes. Claud. Prima sagittiferæ pecudis documenta secutos. Idem. O bene naturæ mēmores documenta supernæ. Sil. 5. Exultans cruor, & cœlis documenta futuræ. Stat. Theb. 12. Paruane prostratis, inquit, documenta Mycenis. pen. acu.

DODONA, pen. pro. Oui. de Trist. 4. Hæc mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa. Ver. Geo. 1. Deficerent syluæ, & victū Dodona negaret. Luca. 3. Syluaque Dodones, & fluctibus aptior alnus. Flac. 1. Vocibus his istaret ducis, Dodonida quęrum. Oui. Met. 14. Vocalemque sua terram Dodonida quercu. Ver. Aen. 3. Ingens argentum, Dodoneosque lebetes. Oui. Met. 7. Sacra Ioui quercus de semine Dodonęo. pen. flect. Claud. Cesserit

in vetis Dodonia q̃rcus aristis.antepe.ac.

Dogma, pen.pro.Mart.1. Dogmata sic sequeris, saluus vt esse velis. Iuue.Sat.13. Et qui nec Cynicos, nec Stoica dogmata legit. Mant. Incipit & finit ingentes sua dogmata ferri.pen.acu. Ver.Opusc. Dogmaticas agitat placido certamine lites. antepen.acuit.

Dolabella, pe.pro. Iuue.Sat.8. Inde Dolabella est, atq; hinc Antonius, inde Flac. 2. Carm. Equos vidisse putant Dolopeia bella.pen acu.

Dolabra, pen.cor.ait Calep. Muta enim & liquida iuuant metrum, non accentum. ait Ser. Vide Peragro. Iuu.Sat.8. Si letus pigra muniret castra dolabra. antep.acu.

Doleo, pen.cor. Stat.Syl. tertio. Inficiata lyræ sæuum, ingratumque dolebas. Oui. de Pōt.primo. Quiq; dolet citius quam dolor ipse cadet. Idem. Non doluit patria Cynicus procul esse Synopæus. Idē Metamor.primo. Quoque magis doleas genitrix, ait, an ego liber. Verg.Geor. secundo. Aut doluit, miserans inopem, aut inuidit habenti. Stat.Theb.tertio. Fama subit, & bellorum extrema dolemus. Idem. Vt timeam, doleamq; rogo, sed oscula rūpet. Luca.secundo. Nam plorata suis nunquam diuersa dolebit. Cicero pro Sestio. Qui meum casum, luctumque doluerūt. Idem pro Cæl. Si egebis, tibi dolebit. Idē. Qui ex omnibus maximè Dionis mortem doluit. Idem Epis. A te peto, vt meas iniurias perinde doleas. Idem Att. Doleo vt meam vicem doleres. Apud Cicer. non legi cum ablatiuo.antepe.acu. Prop. primo. Audax ah nimium nostro dolitura periclo. Hor.Serm.1. Quid latura sibi, quid dolitura negatum. Oui.Met.9. Forte deo doliturus erit, data prǣmia nollet. penult.flect.

Dolivm, pen.cor. Ouid. Fast.5. Florent & nebulæ, dolia summa tegunt. Verg.Opusc. Horrea vti saturenr, rumeant, & dolia musto. Sil.quinto. Ingentisque lacus, & Bacchi dolia complet. Iuue. Sat.sexta. Peluis olet, nam sic tanquam alta in dolia longus. Tibul.2. Dolia dum magni deficiuntque lacus. Prop.1. Dolia virgineis idem repleuerit vrnis. antepen.acu.

Dolo, pen.cor. Lucr.5. Materiemque dolare, ac leuia radere tigna. Hor.Ser.primo. Fuste dolat quarta vix demum exponimur hora. Ver. Aen.7. Pila manu, sæuos gerunt in bella dolones. Ait Seruius Dolo nomen est, aut flagellum, intra cuius virgam latet pugio, aut ingens contus cum ferro breuissimo. Dolones autem à fallendo dicti sunt, quòd decipiant ferro, cùm speciem præferant signi. penultima acuit. Iuuen. Sat. duodecima. I nunc & ventis animam committe dolato. penult.flect.

Dolor, pen.cor. Luca.1. Non ausus timuisse palàm vox nulla dolori. Stat.Theb.secundo. Exhaurit Thoraca dolor, nec vincla coercent. Sil.1. Mens infracta manet, superat, ridetque dolores. Iuuen.Sat.9. Si numerum, si tres impleuero iuxta doloris. Ouid. Metamorpho.primo. Crura nocent sentes, & sim tibi causa doloris. penult.acuit.

Dolvs, pen.cor. Ver.Opusc. Alta dolis Ithacis virtus quod concidit icta. Idem Buc. Vlla dolum meditentur, amat bonus ocia Daphnis. Hor. Epist.primo. Seditione dolis, scelere, atque libidine, & ira. Stat.Theb.sexto. Inde dolo iuuenis, fraudique accommoda sensit. Sil.6. Nulla vocant incæpta dolis, simul omnia versat. penultima acu. Stat.Syl.primo. Quǣtum nosse licet, sic victa sopore doloso. Ouid. Metamorph.decimoquinto. Cecropum exosus, gentisque admissa dolose. Hor.Ser.secundo. Artibus, atq; modis, quid rides? iam ne dolose. Mart.14. Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolosa.pen.flect.

Dolopes, pen.cor. Verg.Aen.secūdo. Hic Dolopum manus, hic sęuus tendebat Achilles. Idem. Myrmidonum, Dolopūve, aut duri miles Vlyssi. Flac.secūdo. Carm. Equo vidisse putant Dolopeia bella. ante penult.acuit.

Dolonivs, pen.cor. Flac.5. Arte Dolonii donat velamina regis. antepe.acu.

Domesticvs, pen.cor. Oui.Fast. primo. Inuenies illic, & festa domestica nobis. Idem Metamorph.decimoquinto. Et cū Cæsarea tu Phœbe domestica vesta. Idē de Pont.quarto. Ille ego conuictor densoque domesticus vsus. Idem 2. Nunc tibi,

bi,eloqui nitor ille domesticus adsit. Iuue. Sat. 14. Corrumpunt vitiorum exempla domestica magnis. Hor. de Art. Ausi deserere, & celebrare domestica facta. antepen. acuit.

DOMINOR, penul. cor. Verg. Geor. primo. Infelix lolium, & steriles dominantur auenę. Idem Aen. primo. Seruitio premet, & victis dominabitur Argis. Idem 4. Hic domus Aeneæ, cūctis dominabitur oris. Idē septimo. Partibus ex iisdē, & summa dominarier arce. antepenultima acuit. Lucr. sexto. Insinuarit, & hinc domina tus vt extulerit se. penultima flectit. Cicero de Fin. Cleātes solem dominari, & rerum potiri putat. Idem Epist. Casus, & fortuna in bonis dominatur. Idem Offic. Heu quam dispari domino dominaris.

DOMINVS, pen. cor. Ver. Buc. Delitias domini nec quid speraret, habebat. Idem. Quid domini facient, audent cum talia fures. Stat. Syl. secundo. Astra salutantem dominus sibi mente dicauit. Luca. primo. Tunc erat exiguum, dominus commisit asylum. Idem. Detrahimur dominos vbi seruire paratę. Idem quarto. Terra fuit domino, qua sunt longissima regna. Stat. Syl. secundo. Sis felix tellus dominus ambobus in annos. antepenultima acuit. Et per syncopen domnus: nam dominus, & domina, relatiua superbum designant nomen: vt alicuius serui dominus: & alicuius domini seruus: non conueniens humilibus personis, nec ecclesiasticis: sicut ecclesiæ est vsus, vt Papa Pius Tertius seruus seruorum dei. Vnde cantant ecclesia, domnum apostolicum, & omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris: sic quidem vete. es summum Pōtificem appellabant apostolicum, vt decreti prima parte: distinctione lxxix. cap. Apostolicus autem. cui ecclesia domnum decens epitheton supponit, cæterisque ecclesiasticis personis humilitatem designans per syncopen factum à dominus domnus. sicut à domina domna: vt apud veteres ait Fabius cap. de Ortographia: quia tam Caias, esse vocitatas, quam Caios etiam in nuptialibus sacris: aboleuit vsus, cui successit mulieribus domna Antonia. Hæc admonet Catholicō. dn̄s propriè conuenit claustralibus personis, vt Domnus Abbas, Domnus prior. Domina tamen, vt vulgo, datur mulieribus superbię: Domnus igitur humilitatis gratia personis ecclesiasticis vsurpatum esse: non quia vsus sit i Latinitate, licet vtrunque sit rationis, non artis: & ita appellat Seruius Geo. primo. ibi, Virgea præterea Celei vilisque supellex. supellex, ait, vsurpatum esse: nam artis est hæc supellectilis. Idem Aen. 11. ibi. Ars fuerat, pauperque domus, nec nota parentum. hic & hæc pauper dicimus: nam paupera vsurpatum est. Idem Aen. primo. Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum. Vt, nubes, non nubs, licèt trabs, & trabes, sed hoc de his tantùm quæ legimus sunt ponenda, non enim artis sunt, sed vsurpationis: vt poetæ gratia metri minuant. sunt hæc vitia quidem in orationis virtutes: & domnus etiam barbarismi detractione per syncopen, quod proprietate tamen fit virtus: vt est epitheton proprietatis gratia, poeticè necessitatis fauore, & in oratione ornatus causa: quæ vicinitate uirtutum à figuris seperari non possunt. Hæc Fabius Inst. primo. cap. 10. Vt Cicero in Oratore ad Brutum, Suauitatis gratia licet paccari in oratione. Valla, libro secundo, cap. primo, Aspice liberos meos, qui dicor orbus. cæteraque id genus. de quadictione Domnus admonet Ioan. Despaut. lib. tertio. Domnus autem extra uersum barbarismus est, & in versu rarèter admittitur. Quocirca ridiculi sunt, qui Domni, non domini appellari volunt, & iube domne, non domine, cantant. Tu lector habes satis supra quomodo vtamur hoc nomine domnus & in prosa, & in versu vbi pluribus rationibus, & satis dictum esse, quas sequere.

DOMINICVS, penu. cor. Mant. Dominicus Hispanis qui tunc veniebat ab oris. ante penult. acu.

DOMO, pen. cor. Stat. Syl. secundo. Vrbis opus, longoque domat saxa aspera dorso. Idem.

Idem. Libertate doma, jam flendi expleta voluptas. Idē Theb.7. Et fulco Pateona domant fluuntque meatu. Hor. Epist. 2. Comperit inuidiam supremo fine domari. Verg. Geor.3. Cura domat timidi damæ, ceruique fugaces. Idem 1. Continuò in syluis magna vi flexa domatur. Mart.13. Siue leui flamma, siue domamur aqua. penult. acu. Stat. Theb.6. Ota & littoreo domitasse in puluere fertur. Sil.3. Tempore quo Bacchus populos domitabat Iberos. Mant. Si qua operis tanti domito cōsurgere ponto. Idem. Galli etiam domuere Syros, & domuere Sabæos. Idem. Clara per Italiam Gallos domitura Calabros. Ouid. Fast.3. Et domitas gentes thurifer inde tuas. Idem Met. 12. Nubigenas domitos à se pater ipse solebat. Mart.2. Nobilius domito tribuit Germania Rheno. Stat. Syl.3. Indomitusq; silex curua fornace liquescit. Luca. 8. Non domitor mundi, nec ter capitalia curru. Verg. Aen.5. Tunc Saturnius hæc domitor maris edidit alti. Idem 12. Et Messapus equū domitor Neptunia proles. Idem 7. Picus equum domitor, quem capta cupidine coniux. Ouid. de Trist.2. Nam quid de tetrico referam domitore chimeræ. Idem Met.9. Atque immune necis, nullaque domabile flamma. Verg. Geor.3. Taygetiq; canes domitrix Epidaurus equorum. Cicero de Prouin. C. Pompeius Allobroges domuit. Idem pro Mar. Domuisti gētes immanitate barbara. domito antepe. acu.

DOMVS, pen. cor. Ouid. Met.1. Tunc primū subiere domos, domus antra fuerūt. Idē, Occidit vna domus, sed non domus vna perire. Idem. Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni. Idem de Pont.1. Cùm domus ingenti subitò me lapsa ruina. Iuue. Sat.1. Nota magis nulli domus est sua, quàm mihi locus. Idem 10. Pone domi lauros duc in Capitolia magnum. Verg. Geor.2. Si non ingentem foribus domus alta superbis. Idem 4. Dat fortuna domus, & aui numerantur auorum. Ait Valla, libro 3. cap.15. Sum in domo, vel sum domi, hoc Grammaticæ est, illud verò latinitatis & elegātiæ: & ad hoc Vallæ illud offero Fabii libro 5. cap.10. In domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. Cicero Att. Clodius in domo Cæsaris quondam vnus vir fuit. Verg. Geor.3. Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ. Ait Ser. Abde domo. i. in domo. nā si aduerbialiter vellet loqui, domi diceret: frequentior tamen vsus est per genitiuum. Cicero Att. Clodius deprehensus domi Cæsaris. Idem pro Flac. Qui domi stare non poterant. Idem in Ver. Is domi apud me est. Idem Tuscu. Diodorus multos annos nostræ domi vixit. Idem de Dom. Quæ ipsa domi Phalaridis consecrauisset. Idem Epist. Nonne mauis sine periculo domi tuæ, quàm cum periculo domi alienæ esse? In quo contra Vallam quicquam non audeo. licèt in domo, & domi differentia non vacent.

DONARIA, pen. cor. Flac.10. Labuntur lacrymæ donaria Pythia largis. Ver. Geor. 4. In paribus ductos alta ad donaria currus. Ait Ser. Donaria propriè loca sunt, in quibus dona reponuntur deorum, abusiuè templa: de quo Valla, libro 1. cap. 6. Donaria non locus repositorius donorum, sed ipsa dona: licèt Seruius dicat vbi dona oblata sunt. Audi lector, Cornucopiæ donaria non in quibus dona reponuntur, vt quidam ignari sentiunt, sed ipsa dona. antepen. acu.

DONEC, pen. pro. Stat. Syl.3. Donec & hic spōsæ maturus, & illa marito. Idē Theb. 1. Donec ab Inachiis victa caligine tectis. Idem 4. Donec agris, magnumq; inducat mensibus annum. Sil.5. Donec abūdanter defuso sanguine latè. Ouid. de Amo. Donec eras simplex, animum cum corpore amaui. Prop. Donec in ægro corpore vita manet. Verg. Geo.3. Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt. Ouid. Met.13. Donec arenosi placidum Ludonis ad amnem. De hoc temporis aduerbio loquitur Antonius Nebriss. libr. 5. cap. de Accentu. ibi. Abscissa quoque sunt illa donec, pro quo antiquiores dicebant donecum, quod apud plautum in multis locis legimus, donec primam flectit. Vide Apocopen, suprà in Regulis.

DONO, pen. pro. Mart.1. Quicquid fama canit, donat arena tibi. Idem. Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo. Idem. Di

mildium donare Lino quam credere toto, Idē 7. Cætera lasciuis donauit poma puellis. Luca. 10. Oscula donabit crucibus, flammisque luemus. Idem 9. Donamusq;, nefas, sciat hac pro cęde tyrannis. Mant. Vendebant prisci quæ donabātur in æsque. Stat. Syl. 3. Donatur, testesque vlulant per deuia nympha. Idem Theb. 4. Iuppiter, ô quanta belli donabere præda. Idem 9. Limine captiuis matrem donabo pharetris. Pers. Sat. 4. Ne quicquàm populo bibulas donaueris aures. Idem 5. Bullaque succinctis laribus donata pependit. Horat. Epist. 2. Palma negata macrum, donata reducit opimum. Idem. Ne rubeam pingui donatus munere, & vna. Luca. 10. Donata est nox vna duci, vixitque Photini. Ver. Buc. Fistula Damœtas. dono mihi quam dedit olim. Idem. Geo. 3. Dona feram, iam nunc solennes duce re pompas. Stat. Syl. 1. Connubii redeūt animo iam dona, precesq;. Luca. quinto. Lælius emeritique gerens insignia doni. Cicero de Nat. Quin hominibus hæc omnia natura donauerit. Idem pro Arch. Itaque eum Tarētini ciuitate, cæterisq; præmiis donauerunt. Idem pro Rosc. Is non pauca suis adiutoribus donabat. penult. flectit.

DONYSA, penul. pro. Verg. Aeneid. tertio. Bacchatamque iugis Naxon viridemq; Donysam. Ait Seruius. Insula dicta est, à calore marmoris Lacedæmonii. penultima flectit.

DORYCLVS, penul. prod. Verg. Aen. quinto. Fit Beroe Ismariis coniux longæua Dorycli. Flac. secundo. Par tibi ne magni proles præclara Dorycli. penultima acuit.

DORICVS, penul. cor. Vergil. Aeneid. sexto. Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra. Ait Seruius, mala est compositio ab ea syllaba incipere, qua superior finitus est sermo: nam plærunque & cacephaton facit. Stat. Theb. secūdo. Iuppiter æque velis, quas Doricus alligat vndis. Iuuen. Sat. 4. Ante domum Veneris quàm Dorica sustinet ancon. antepenultima acuit.

DORYLAS, penul. cor. Stat. Theb. 2. Funera fulmineus Dorylas, quem regibus ardens. Idem 3. Et Chromis, & Dorylas, & nostris turribus æqui. Sil. secundo. Conantis Dorylæ, vinctis iam cornibus arcus. Ouid. Metamorpho. quinto. Nec Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri. Idem duodecimo. Additur his Dorylas, qui tempora tecta gerebat. antepenultima acuit.

DORIS, pen. pro. Stat. Syl. tertio. Doris Agenorei furtis blandita iuuenci. Idem 4. Et Chios, & glauca certātia Doride saxa. Luca. 9. Dorida tunc, Maleam, & apertam Tenaron vmbris. Ouid. Metamor. decimotertio. At mihi cui pater est Nereus, quem cærula Doris. Idem 2. Doridaq;, & natas penitus latuisse sub vndis. Idem. Doridaque, & natas, quarum pars nare videtur. Iuue. Sat. 3. Vxorem comedus agit, vel Dorida nullo. Ver. Buc. Doris amara suam non intermisceat vndā. penult. flectit.

DORION, pen. cor. Stat. Theb. 4. Doriō, hic fretus doctas anteire canendo. Luca. sexto. Quæ tetigit Phylace, Peleosque, & Dorion ira. oppidum Magnesiæ est. antepenult. acuit.

DORCADA, penul. cor. Mart. 13. Delitium paruo donabis dorcada nato. Mant. Dorcadas, ac totidem lepores cū pignore bino. Idem. Cum ceruis, cum dorcadibus, cum vulpibus illuc. antepe. acuit.

DORMIO, penul. cor. Mart. 5. Rex nisi dormieris, non potes esse meus. Iuuen. Sat. 1. Dormiret, stulta est elementia, cùm tot vbique. antepenultima acuit. Hor. Epist. 1. Tādem dormitum dimittitur hinc vbi sæpe. Idem de Art. Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. Idē. Aut dormitabo, aut ridebo tristia mœstum. penultima flect.

Dos, pro. Ouid. de Pont. 2. Infelix perii dotibus ipse meis. Idem de Art. 2. Hoc docet vxores, dos est vxoria lites. Idem tertio. Dotibus, & meritum faueant modò numina tento. Hor. Ser. primo. Cruribus hæc metuat doti deprensa, egomet mi. Iuu. Sat. 2. Quadraginta dedit Gracchus sextertia dotem. flecti. Hor. Epist. 1. Indotata mihi soror est paupercula mater. Oui. Met. 4. Indotata rapit tædas Hymenæus, amorque. penul. flect.

DOTO,

Doto,pen.pro.Oui.Met.13.At puto fune ribus dotabere regia virgo. penultima flectit.

Dotalis,pen.pro.Hor. Epist.2. Ne plus frumenti dotalibus emerat agris. Verg. Aen.12.Concipis, & si adeò dotalis regia cordi est.Idem 4.Dotalesque tuæTyrios permittere dextræ. Idem 9. Effatur non hæc dotalis regia amatæ.Ouid.Metamor.14.Mœnia condiderat, dotaliaq; arua tenebat.Idem 8. Dotalem patriam, finemque imponere bello.Stat.Syl.5.Odit & infaustæ regnum dotale nouercæ. Idem Theb.primo.Dotalesque argi, nec non in fœdera vitæ.Idem secundo. Harmonies dotale decus sub luce iugali. Idē quarto.Harmoniȩ dotale geram dabit aptior ista.Flac.8.Coniugio primus celebro dotalia sacra.Ouid.Fast.5. Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris. Idē 6.Et caput,& regnum factum est dotale parentis.pen.flect.

Draco,pen.cor.Stat.Theb.2.Fulminis extremi cineres,viridumque draconum. Idem duodecimo. Idaliæ volucres fuluum aspexere draconem. Ouid. Metamor.2. Infantemque vident,apporrectumq; draconem.Claud. Hi volucres tollunt aquilas,hi picta draconum.Luca.3.Roboraq; amplexos circumflexisse draconem. Idē nono.Serpitis aurato nitidi fulgore dracones.Flac.secundo.Expiet,& referam lotos in templa dracones.Verg.Aen.vndecimo.Vtque volans altè raptum cùm fulua draconem.Idem secundo. At gemini lapsu delubra ad summa dracones. Ait Seruius ibi,Horresco referēs: angues sūt aquarum, serpentes terrarum, dracones templorum.Lucr.5. Prima leo,postrema draco, media ipsa chimeræ. penultima acuit.

Drepanvm,penul.cor.Stat.Theb.4.Qui drepani scopulos,& oliferæ Sicyōis.Flac. 10.Tempore dein paruo drepanes lætissima linquit.Sil.decimoquarto. Sidonia, & drepane, atque vndæ clamosus Helorus.Māt.Aequora quæ drepano subsunt erycisque sub alto.Verg.Aeneid. tertio. Hinc drepani me portus, & illetabilis Ora.Vbi ait Seruius,Drepanum ciuitas non longè à monte Eryce trans Lilybeū, dicta vel propter curuaturam littoris,in quo sita est.Ouid. Fast.4. Antraque Cyclopum positis exusta caminis: Quiq; locus curuæ nomina falcis habet. vel quòd Saturnus post amputata virilia Cælo patri,illuc falcem proiecit,quæ Græcè Drepanos dicitur: quod quasi verisimile putatur propter vicinitatem Erycis consecrati Veneri, quæ dicitur nata ex Cæli cruore, & spuma maris. antepenultima acuit.

Dryades,pen.cor.Stat.Syl.1. Et Dryadū viduare choris algentia possit.Idē Theb. septimo. Promouet,ecce Dryas hic, cui niuea arma tridentem. Ouid.Metamor. decimoquarto. Ille suos Dryadas Latiis in montibus ortas. Idem octauo. Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas. Idem secundo.Planxerunt Dryades plāgentibus assonat Echo. Idem in Ibin. Vtque Dryantiadæ Rhodopeia regna tenenti.Ver.Geo.3.Intereà Dryadum syluas, saltusque sequamur. Idem quarto. At chorus æqualis Dryadum clamore supremos.Mart.primo.Quæq; Antenoreo Dryadum pulcherrima Fauno. antepenultima acuit.

Dryope,pen.cor.Stat.Theb.secūdo.Hunc vtero quondam Dryope Phœnissa grauato.Idem quarto.Asterion,Dryopumque trahens Erasinus aristas. Flac. secundo. Has inter medias Dryopes in imagine mœstæ.Ouid.Metamorph.octauo. Non tamen idcirco ferrum, Dryopeius illa. Verg.Aen.quarto. Cretesq;, Dryopesq; fremunt, pictique Agathyrsi.antepenultima acuit.

Dromas,pe.cor.Oui.Met.2. Et Dromas, & Canache,stricteque,& Tygris,& Alce. penul.acuit.

Drvsvs,pen.pro. Ouid. de Trist.quarto. Drusus in his meruit quondam cognomina telis.Idem Fast.primo.Tu quoque cum Druso premia fratre feres. Idem de Pont.secundo.Sic quem dira tibi rapuit Germania Drusus.Idem in Ibin.Desine de Druso læta reserua tuo. Iuuen.Sat.tertia. Plance tumens alto Drusorum sanguine tanquàm.pen.flect.

Dryidae,pe.cor.Luca.primo. Sacrorum Dryidæ positis repetistis ab armis. Strabo

bo libro quarto īquit, Apud omnes tres passim nationes eximio in honore sunt Bardi, Vaties, Dryidæ Bardi quidem lau dationibus, rebusque poeticis studēt. vaties autem sacrificiorum, naturalium que causarum curæ dediti sunt. Dryidæ præter causarum naturalium studia moralem disciplinam exercent. antepenulti ma acuit.

DVBITO, pen.cor.Ver.Geo.primo. Haud dubitat terræ referens mandare cacumen. Oui. Met. 21. Tollere sit visus, populus dubitabat, at ille. Idem 15. Ora mihi, cretenque diu dubitauit habenda Idem secundo. Ne dubita, dabitur, Stygias iurauimus vndas. Idem de Pont. 3. Quoque minus dubites, stat basis orba dea. Iuue. Sat. prima. Cur timeam, dubitemve locum defendere, quamuis. Idem tertio. Et dubitas alia Chionem deduce re sella. Idem octauo. Perditus ut dubitet Senecam perferre Neroni. Idem duodecimo. Ille nec argentum dubitabat mittere lances. Stat. Theb. 11. Nomen & Elysijs signum indubitabile regnis. Oui. Met. decimotertio. Atque ego, si uirtus in me dubitabilis esset. Idem primo. An sit mortalis: nec erit dubitabile verum. antepenultima acuit. Stat. Syl. primo. Conciliata cadit, dubitataque sydera cernit. Iuue. Sat. quarta. Non dubitaturi fugitiuum ducere piscē. pen. flectit. Cicero de Nat. Nemo de diuina ratione dubitaret. Idem pro Cecin. Non de armis dubitatur.

DVBIVS, pen. cor. Ver. Geo. tertio. Nec animi dubius verbis ea vincere magnū. Idem Aen. 11. Nunc adeò quæ sit dubiæ sententia menti. antepen. acu.

DVCARIVS, pen. cor. Sil. 5. Aduolat ora fretus, mentemque ducarius acri. antepe nult. acuit.

DVCENTI, pen. pro. Iuue. Sat. 7. Vt redeāt veteres Ciceroni nemo ducentes. penultima acuit.

DVCO, penul. pro. Stat. Syl. primo. Ipse nec Aeneas, nec magnus duceret Hector. Idē tertio. Forte diem Triuiæ dum littore ducimus vdo. Idem. Duc & ad Emathios Manes vbi belliger vrbis. Flac. decimo. Ne patris sub iuga finas, adducier orat. Ouid. Metamorph. primo. Molliriq; mora, mollitaque ducere formam. Idem de Pont. primo. Tempore ducetur longo fortasse cicatrix. Idem de Trist. primo. Quæque tibi quondam tenero ducenda palato. Verg. Geo. primo. Lumina labentem cælo quæ ducitis annum. penultima flectit. Idem Aen. quinto. Ductores longè effulgēt, Ostroque decori. Idem 2. Ductores Danaum, tot iam labentibus annis. Idem 12. Ductores auro volitant ostroque decori. penul. acuit. Ouid. Palmi tis, hoc riguæ ductile flumen aquæ. Iuue. Sat. 10. Pone domi lauros, duo ī Capitolia magnum. Verg. Geo. quarto. Due age, duc ad nos, fas illi limina diuum. Vide Dico. Ouid. Metam. secundo. Hac duce, carpe vias & qua requierit, & herba. Idē de Trist. primo. Pro duce Naritio docti, mala nostra poetæ. Idem Penel. Argolici rediere duces, altaria fumant. penultima acuit. Cicero Att. Belli initium ducetur à fame. Idem pro Deio. Qui commendationem ineūtis ætatis à scelere duxerit.

DVDVM, penul. prod. Verg. Aeneid. tertio. Iam dudum, & vario miscueri pectora me tu. Idem primo. Et pater Aeneas iam du dum erumpere nubem. Oui. Fast. 3. Dixerat, audierat iam dudum verba querētis. Vide Vallam, lib. 2. cap. 34.

DVELLVM, pen. prod. Mant. Christigenas quoties pro relligione duellū. Hor. Epi sto. 1. Græcia barbariæ lento collisa duel lo. Idem. Lento Samnites ad lumina prima duello. pen. acu.

DVLCEDO, penul. prod. Ouid. de Pont. primo. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos. Mart. septimo. Promisitque diem tanta dulcedine captos. Verg. Geo. primo. Nescio qua præter solitum dulce dine læti. Idem quarto. Venit amor, dubitaque animum dulcedine mouit. Idem. summa leues hinc nescio qua dulcedine lætæ. penultima flectit. Mart. nono. Dulce decus scenæ, ludorum fama Latinis. Lucr. secundo. Aut aliquem fructum capiam dulcedinis almæ. penultima acuit.

DVLICHIVS, pe. cor. Stat. Syl. 5. Dulichii, specieq; comam, subnexus vtraque Sil. 1. Dulichios Italis miscebat prole nepotes.

Oui.

Oui.de Trist.1. Inter Dulichias, Iliacasque domos. Idem 4. Si nona Dulichio lotos gustata palato. Idem Met.13. Dulichiæ traxere manus tamē vnius hausit. Idem Penel. Dulichii, Samiique, & quos tulit alta Zacynthos. antepen. acu.

DVLCILOQVVS, pen. cor. Ver. Opusc. Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget. antepen. acu.

DVODENVS, pen. pro. Ver. Geo.1. Per duodena regit mūdi Sol aureus Astra. Mart. 4. Vrbis sena feram bis duodena petam. Oui. Met. 13. Memnonides dictæ cùm sol duodena peregit. pen. flect.

DVO, pen. cor. Oui. Met.1. Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus Idem. Cōcipiunt, vt ab his oriuntur cuncta duobus. Ver. Geo.4. Bis grauibus cogunt fœtus duo tempora messis. penult. acuit.

DVMETVM, pen. pro. Luca.7. Vmbrarum campos gregibus dumeta carerent. Ver. Geo.1. Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci. Stat. Theb.1. Exercent dumeta iugis seu rore pudico. Mār. Per dumeta greges ibant impunè per arua. Luca. 6. Arboribus dumeta vocant hunc puluere nudo. Vide Acetum.

DVMVS, pen. pro. Stat. Syl.3. Aspersum pelago montis latus, hirtaque dumis. Ver. Geo.3. Littoraq; Halcyone resonant, & Achantida dumi. Idem. Horrentesque rubos & amantes ardua dumos. Luca. 1. Horrenda in dumis, multosque inarata per annos. Idem 6. Signa mouet, te ctusque via dumosa per arua. Ver. Buc. Dumosa pendere procul de rupe videbo. penult. flectit.

DVMMODO, pen. cor. Oui. Met.14. Dummodò des aliquid, satis est inamabile regnum. Idem in Ibin. Dummodò sint facti nomina nulla tui. antepenultima acu. yphen est.

DVPLICO, pen. cor. Stat. Theb. 6. Sponte premit, paruumque gemens duplicatur in hostem. Ver. Opusc. Aemathio celsum duplicabat vertice Olympū. Idem Buc. Et sol crescentes decedens duplicat vmbras. Iuue. Sat.14. Et qui per fraudes patrimonia conduplicare. antepenultima acuit. Oui. Met.6. Conticuit subitò duplicataque vulnere cæco est. pen. flectit. Pers. Sat.1. En quid agis? duplici in diuersum scinderis hamo. Mart.2. Illic Pompeij dona, nemusq; duplex. Ver. Aen.7. Inuocat, & duplices cæloque, Ereboque parentes. Idem 1. Baccatum, & duplicem gemmis, auroque coronam. Idem. Ingemit & duplices tendens ad sydera palmas. Vbi ait Seruius, Duas secūdum morem antiquum: nam duplices duas dicebant, vt hoc loco, & binos duos, & vtrosque pro vtrunque. vt Cicero, Binos habebam, iubeo promi vtrosque. Idem Salustius, cùm de duobus loqueretur. Hi vtrique ad vrbem Imperatores erant. pe. acuit. Cicero de Dom. Facile fuit, quas nos habemus duplicare. Idem Att. Exercitum Deiotari aduentu cum omnibus suis copiis duplicaturi eramus.

DVRICIES, pen. cor. Ver. Opusc. Duriciem reuocare suam & constringere venas. Ouid. in Epist. Phæd. Tu modò duriciē syluis depone iugosis. Idem de Pont.4. Duriciæ confers albinouano meæ. Idem Met.1. Ponere duriciem cœpere suumque rigorem. Idem 3. Duricia pellis validos cute repperit ictus. Idem. At non duricia iaculum quoque vicit eadem. Catul. Institit, ac ferri frangere duriciem. antepenultima. acuit.

DVRO, pen. pro. Oui. Fast.4. Sub Ioue durauit multis immota diebus. Ver. Buc. Tū durare solum, & discludere Nerea ponto. Stat. Syl. 1. Cæliferique attrita genu durasset Atlantis. Sil.3. Impositas durare trabesque per æuū. Idem 14. Duret Troiugenis quantos Arethusa tumores. Luca. 1. Durat magè sitis nullus semel ore receptus. Idem 5. Siccaque sanguineis durescit spuma lupatis. Ver. Buc. Vt hic durescit, & hæc vt cæra liquescit. Oui. Met. 9. Ille per aerias pendens indurruit auras. Idem 2. Oraque durueraț, signumque exangue sedebat. Ver. Geo. 1. Seu durat, magis, & venas astringit hiantes: Vbi ait Seruius, durar actiuum est hic: dicimus enim & Duro, & Duror, Duro neutraliter & Dureo. Stat. Theb.1. Sola nec in regem perduratura secundum. Verg. Buc. Et duræ quercus sudabūt roscida mella. Oui. de Pont. 2. Adiuuat in duris aliquos præsentia rebus. Idem Met.14. Acci pe

pe nec duris Titanida despice Circen. Idem 1. Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus. Idem. Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis. penultima flectit. Cicero de Sen. Is ad exiguum tem pus durat. Idem Offi. Illa delinitio multitudinis ad breue, exiguumque duratu ra est tempus. Idem de Natu. Aquilonibus, reliquisque frigoribus durescit humor.

# E



ADEM, pen. cor. In nominatiuo singulari, nominatiuo, & accusatiuo plur. Iuue. Saty. 1. Expectes eadem à summo, minimoque poeta. Idem 5. Si te propositi non pudet, atque eadem mens. Idē 3 Res hodie minor, heri quàm fuit, atq; eadem cras. Verg. Aen. 12 Hæc eadem, Aenea, terram, mare, sydera iuro. Idem 1. Hunc eadem fortuna viros tot casibus actos. Idem Geor. 4. Aut eadem sydus fugiens, vbi piscis aquosi. De quo ait Seruius Aen. quarto. ibi, Huic se forma dei vultu redeuntis eodem. Eadem autem & producit, & corripit pen. ac. Nam nominatiuus est, vt eadem mulier fecit, & ablatiuus penult. prod. vt, eadem faciente muliere. Ouid. Metamo. decimoquinto. Nil equidem durare diu sub imagine eadem. Idem decimotertio. Nec minus Idomeneos, patriaque creatus eadem. in nominatiuo antepen. acuit. ablatiuo. pen. flec. Vide Eodem.

EBRIVS, pen. cor. Iuue. Sat. 5. Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cecidit. Idem decimoquarto. Sic aliquis merito nondum ebrius, & minimum quàm. Pers. Saty. 1. Ebria veratro non si qua elegidia crudi. Idem 5. Ebrius ante fores extincta cū face canto. Hor. Ser. 1. Non magis audierit quàm Fusius ebrius olim. Idem Epist. 1. Quid non ebrietas designat? operta recludit. Oui. de Art. 1. Ebrietas vt vera nocet sic ficta iuuabit. Idem de Rem. 2. Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, vt tibi curas. Idē Epist. Pari. Creuit & ebrietas, ignis in igne fuit. Idem. Nec semel ebrietàs est simulata mihi. antepe. acu.

EBVR, pen. cor. Iuue. Sat. 11. Grande ebur & magno sublimis pardus hiatus. Idem Sat. 11. Est eboris, nec tessellæ, nec calculus ex hac. Idem 14. Atque ebore, & lata testudine dolia nudi. Oui. de Pont. tertio. Nec quod erat candens fit terebynthus ebur. Idem quarto. Cōspicuum signis, cùm premet altus ebur. Lucan. decimo. Exilium nō forma domum ebur atria vestit. Ouid. Fast. 1. Et noua conspicuum pondera sentit ebur. Verg. Aen. 1. Quale manus ebori decus, aut vbi flauo. Ait Seruius, Ebur à Barro dictum, id est Elephanto, vt Horatius, Quid tibi vis mulier nigris dignissima Barris? Sanè naturam huius nominis nec deriuatio, nec obliqui casus reseruant, & eboris, eburneus facit: non eburis sicut murmur murmuris. Idem ait Quint. Inst. primo. Oui. de Pont. tertio. Illa ducis facies in curru stātis Eborno. Idem quarto. Lemnyus extemplo valuas patefecit eburna. Stat. Theb. 1. Fulgebat stratis, Salioq; efultus eburno. Verg. Geo. 3. Hippodameq;, humeroq; Pelops insignis eburno. Stat. Syl. 3. Texitur & signis crescit torus asper eburnis. pen. acuit.

EBVSVS, pe. cor. Sil. 3. Iamq; Ebusus Phœnissa mouet, mouet Artabrus arma. ante penult. acuit.

ECCE, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Spe bene cænandi vos decipit, ecce dabit iam. Verg. Aen. decimo. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Idem secundo. Ecce manus iuuenum intereà post terga reuinctum. Idem. In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector. Vbi ait Ser. Hac particula vtimur quoties aliquid repentinum volumus indicare. pen. acu.

ECCLESIA, pen. cor. Auso. Mobilibus, celerique frequens ecclesia vico. Mant. Fauit eis tanto effecta est ecclesia damno. Idem. Virgo fuit primo fruticans ecclesia sæclo. Idem. Longius, induxitque nouas ecclesia leges. antepe. acu.

ECHINVS, penult. prod. Iuuen. Sat. quarta. Et semel aspecti littus dicebat echini. Hor. Epist. primo. Vtra magis pisces, & Echinos æquore cælent. Idem Ser. secundo. Monstraui incoquere, illutos cortillos

los Echinos. Idem 1. Pocula cum cyatho duo sustinet, altat Echinus. Mart. decimo tertio. Cortice deposito mollis Echinus erit. Claud. Mandet aquæ, quantoq; cutẽ distenuat Echino. pen. flect.

ECHION, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Accipis exo rem de qua cytharædus Echion. Oui. Metamor. 3. Quique superstitibus quorum fuit vnus Echion. Idem 14. Ecce facit me diis natas de Echione Thebis. Flac. 4. Explorare iubet, paulumq; egressus Echiõ. Idem 8. In totidem mediis, quot cernis Echinades vndis. Pro herba viperina. penul. acuit. Pro medicamento quodam, ãn tepe. acu. Ouid. Met. 3. Spernit Echionides, tamen hunc ex omnibus vnus. Luca. 6. Monstrat Echionias, vbi quondam Pẽtheon exul. Verg. Aen. 12. Nomen Echio niũ, matrisq; genus Peridiæ. Stat. Theb. 9. Regis Echionii, seu saltumque ad mœnia Cadmi. antepe. acu.

ECHO, pen. pro. Oui. Met. 3. Corpus adhuc Echo non vox erat, & tamẽ vsum. Idem. Planxerunt Dryades plangentibus assonat Echo. Pers. Sat. 1. Euiõ ingeminat reparabilis assonat Echo. Est eius fabula Met. 3. pen. acuit.

EDAX, pen. cor. Ouid. Fast. quarto. Omnia purgat edax ignis, vitiumque metallis. Idem Metamorph. decimoquarto. Ignis edax nemorum partes, & membra meorum. Idem 15. Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa vetustas. Luca. 1. Liuor edax, ti bi iuncta negar, gentesq; subactas. Clau. Aetatis spatium noa tenuauit edax. Horat. Epist. 2. Quantus sit Doriennus edacibus in parasitis. pen. acu.

EDICO, pen. pro. Hor. Ser. 2. Edicit piscator vti pomarius auceps. Idem. Si quis nunc mergos suaue edixeris assos. Verg. Aen. 3. Edico, & dira bellum cum gente gerendum. Idem Geo. 3. Incipiens stabulis edico mollibus herbam. pen. flect.

EDIPODIOMIA, pen. cor. Mant. Edipodio miæ Sphingis paradoxa videntur. antepenultima acuit.

EDISCO, pen. pro. Ouid. Met. 3. Quidq; pectam cunctos edidicisse reor. Idem Met. 2. Edidicisse fuit fatorum arcana canebar. Stat. Syl. 4. Edidici, quis namque oculis certauerit vsquam. Iuue. Sat. decimaquarta. Iudaicum ediscunt, & seruant, ac metuunt ius. Cicero de Orat. Qui istam artem facillimam non edisc ũt. Idem Epist. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum. pe nul. acuit.

EDO, edis, pen. pro. Oui. Met. 14. Et lapides visi mugitus edere raucos. Idem. Edidit & matrum miserarũ fracta peregit. Mart. primo. Boletum qualem Claudius edit edax. Stat. Syl. 2. Exedit puerile decus, ma nesque subiuit. Idem Theb. octauo. Ediderat prohibente Dea, vos præda cruenti. Iuue. Sat 3. Promptus & Isæo torrentior ede quid illum. Idem 15. Boletus do mino sed quales Claudius edit. Idem 14. Sufficiat census si quis me consulat, edã. Hor. Ser. primo. Non ego narrantem temerè edi in luce profecta. Idem secundo. Dum quæ Crispini docuit me ianitor, edo. Verg. Aen. 7. Furtiuum partu sub luminis edidit auras. Idem 12. Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ. Vbi ait Seruius, Sanè Edo, Edis, Edidi integrũ verbum est: vt Lego Legis, Nam Edo, Es, Est, esse anomalum constat: de quo idem ait Aen. 5. ibi, Relliquias Troiæ cineres atque ossa peremptæ. Sanè Edo habet & rectam, & antiquam declinationẽ, vt Edo Edis, Edit, & Anomalam, vt Edo, Es, Est, Quarum secunda, & tertia persona lõgæ sunt propter differentiam sum es, est. Idem ait quarto. Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas, est verbum est indeclinabile: nam frequenter deficit: est autem huius positio, Edo, Es, Est, inue nimus, sed quod abolitum est, Edo, Edis, Edit, Vnde est edere, & comedere quod hodie non dicimus: Nam ab eo quod est, Es, Esse, & Comesse facit, Cicero p Flac. Quasi bona comesse Romæ non liceret. Idem pro Sest. Vt bona solus comesset; Declinatur Comedo, comes, comest, infinitiuus comesse, vt esse. Quo tempore etiam pro præsenti vtimur: vt volo esse, nam in defectiuis tempora pro temporibus, vt Odi, Noui, Memini, Odisse, No uisse, Meminisse, etiam pro præsenti ponuntur, Nam Odire, Nouire, Meminere non possumus dicere. Cicero Acad. Contra suum doctorem librum etiam ederet. Idem de Clar. Vt illos de repub. libros

libros edidisti.penultima flectit. Iuuen. Sat. 4. Lucrinum ad saxum rutupinoq; edita fundo. Hor.Ser.primo. Viribus editior cedebat, vt in grege taurus. Oui. Metamor.5. Edita Limniace vitreis peperisse sub vndis. Stat.Syl.secūdo. Editus, Aeolia, nec si foret iste Creusa. antepenultima acuit.

EDOCEO, pen.cor. Vergil.Aen.5. Edocet & quæ nunc animo sententia constet. antepe.acu. Cicero. Postquàm, qui meam causam prudentibus commēdarit, imperitos edocuerit. Idem Salust.in Cic. Quem Minerua omnes artes edocuit.

EDON, pen.pro. Ver.Aen.12. Ac velut Edoni Boreæ cum spiritus alto. Vbi ait Seru. Sanè sciendum hoc loco errasse Donatū, qui dicit, Edonii esse legendum, vt Do breuis sit, secundum Lucanum, qui libro 1.ait, Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo, nanq; certum est Systolem fecisse Lucanum, vnde Edoni legendum est, vt sit Edonus, huius Edoni, & ita à Plinio Inst. libro quarto, cap.vndecimo appellatur. Sil.4. Edonis vt Pangea super Trieteride motu. Statius tamen, & Vergilium, & artem est secutus, ibi, Tristius Edonas hyemēs, Hebrumque niualem. Nō Edonias. Calepin.inquit, Edoni, penult.longa, apud Græcos enim per ω scribitur, & ω in e uertitur longum. Sic Edonis Edonidis fœmininum patronymicum, licèt poetæ Systolen fecerint corripiendo Do, quæ natura producitur, Horat.Carm.secundo. Non ego sanius bacchabor Edonis. Ouid. Protinus in syluis matres Edonidas omnes. Prop. Non minus assiduis Edonis festa choreis. ait Antonius Nebris. Propter Systolen Edon quandoque produci, quandoque breuiari. Quintianus Epographia 4. Edonis Do breuiatur, & elongatur, & vbi Seruius Lucanum falli scribit, vtinam ipse non deciperetur. Non, inquam, Seruius Lucanum reprehendit, sed systolem fecissem, quod à Poetis passim factum legitur, Verg.Aeneid. primo. Cùm subito surgens fluctu nymbosus Orion. Flac.secundo. Quæ delapsa polo reficit mare tantus Orion. nam o longa est, & à Græcis per o magnū scribitur vtrobique, ait Antonius Nebris. & tamen breuiatur. Oui.Fast.4. Ensifer Orion æquore mersus erit. Verg.Aenei. 1. Connubio iungam stabili. systolen fecit. Idem 3. Hectoris Andromache Pyrrhum connubia seruas Artem secutus est, nu enim naturaliter produci, cùm à Nubo ducatur. Cuius primam longari. Prop. secundo. Protinus & nuda choreas imitabere lura. Verg.Aeneid.6. Pars pedibus plaudūt choreas, & carmina dicunt. Systolen faciūt: Græci enim per ei diphthongon scribunt: & tamen poetæ breuiant e. Ouid.Metamorph.octauo. Immemores nostri festas duxere choreas. Idem 14. Ad numerū motis pedibus duxere choreas. Claud. Implet Cythereas, cantatricesque choreas. Oui. Opusc. Naiades, & celebrate deū, ludete chorea. qui artem secuti sunt, Lucanus verò ex licentia systolem.pen.acu.

EDVCO, is, pen.pro. Vergil.Aen.4. Educunt fœtus aliæ purissima mella. Idem sexto. Congerere arboribus, cæloque educere certant. penultima flectit. Educo, cas, penult.cor. Oui.Met.3. Educat inde datum Nimphæ Nyseides antris. Idem decimoquinto. Fœtibus arboreis æquas humus educat herbis. Catul. Nusquàm se extollit, nunquàm mitem educat vnam. Cicero de Or. Sed vt ea quæ orta sunt educet. antepen.acuit.

EFFATVS, penult.prod. Vergil.Aeneid. secundo. Aut moriere simul sic ore effata; recepit. Idem sexto. Diua parens, sic effatus vestigia pressit. Vbi ait Seruius, propriè effata sunt Augurum preces: Vnde ager post Pomeria vbi captabantur Auguria, dicebatur Effatus. penultima flectit.

EFFABILIS, pen.cor. Ver.Geo.3. Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. antepenultima acuit.

EFFERVS, pen.cor. Ver.Aen.8. Effera? Dii capiti ipsius, generique reseruent. Idem. Effera, ductores primi Mesapus & Vfens. Idem quarto. At trepida, & cœptis immanibus effera Dido. antepenultima acuit.

EFFOETVS, pen.pro. Verg.Geor.1. Effœtos cinerem immundum iactare per agros. penult.flectit.

EFFOEMINO, pen. cor. Claud. Ostentatur onus, titulumque effœminat anni. Cicero. Tusc. Nam nunc quidem cogitationibus mollissimis effœminamur. Idem de Nar. Effœminarunt autem eum. antepen. acuit.

EFFIGIES, pen. cor Iuue. Sat. prima. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est. Idem 8. Si corā lepidis male viuitur effigies quo. Idem 15. Effigies sacri nitet aurea Cercopitheci. Verg. Opus. Effigies ad eum culicis deuenit, & illi. Idem Aen. 2. Corripuere sacram effigiem, manibusque cruenti. Stat. Syl. 1. Effigies, lassum Steropem, Brontemque reliqui. Idem 5. Effigies hoc ære Ceres, hoc lucida Gnosis. antepen. acuit.

EFFICIO, pen. cor. Lucr. 1. Efficis, vt cupidè generatim sæcla propageut. Oui. Met. 2. Efficiens humilem lapidum cõpagibus arcum. Mart. 9. Non tamen efficies, vt tibi Parma cadat. Cicero Top. Sine voluntate suũ quasi opus efficiunt. Idem Att. Heri effeci epistolam ad Cæsarem. Idem de Fin. Vsus progrediens familiaritatem effecit. Idem Off. Efficitur id, quod quærimus honestum. antepen. acu.

EFFLAGITO, pen. cor. Ver. Aen. 11. Nomine quenque vocans, notumque efflagitat ensem. Stat. Theb. 10. Martius inferias, & sæuas efflagitat anguis. Cicero. Quint. Fr. Epistolam hanc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Idem in Ver. Cum iste à Dolobella efflagitasset, vt. Idem. Antequàm auxilium ab alienis efflagitabitis. antepen. acuit.

EFFRENVS, pen. pro. Ver. Geo. 3. Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro. penultima flect.

EFFODIO, pen. cor. Iuue. Sat. 16. Aut sacrum effodit medio de limite saxũ. Oui. Met. 1. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Cicero de Nat. Hi duos oculos oræ maritimæ offoderunt. Idem pro Mar. Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. antepen. acu.

EFFVGIVM, pen. cor. Sil. 15. Effugium patet, & tenui stant tramite fauces. Flac. 1. Effugia & nostras nequeat præcurrere diras. Ver. Aen. 2. Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt. Vbi ait Seruius, Et fuga, & effugium dicimus. Idem 3. Effugimus Ithacæ scopulos, Laertia regna. Idem Buc. Nunquam hodie effugies veniam quocunque vocaris. Cicero pro Pomp. Rex ipse è manibus effugit. Idem ad Her. Aut eum effugisse alias rationes commodiores propter cupiditatem. antepen. acuit.

EFFVNDO, pe. pro. Ver. Aen. 1. Non potuisse? tuaque animam hanc effundere dextra. Idem 12. Auertet, non si tellurem effundet in vndas. Idem 10. Corde premit gemitum, lachrymasque effudit inanes. Idem 5. Alloquitur, talesque effudit pectore questus. penult. acu. Iuue. Sat 6. Crinibus effusis bellum dirimente Sabina. Ver. Geo. 4. Effussus labor, atque immitis rupta tyranni. penult. flectit. Cicero de Or. Effudi vobis omnia, quæ habebam. Idem. Hæc enim ætas effudit hanc copiam. Idem pro Flac. Vox in coronam, turbamque effunditur. Idem pro Planc. Effudi plurimas lachrymas.

EFFVTIO, pen. cor. Lucr. 5. Multa licèt simili ratione effutiat ore. Hor. de Art. Effutire leues indigna Tragœdia versus. Cicero de Nat. Quidam temerè de mundo effutiunt. Idem Tusc. Vt ex tempore quasi effutire uideatur. Idem de Diu. Quorũ partim effutita sunt temerè. antepenultima acuit.

EGATHES, pen. pro. Sil. 1. Egathes cernas fusasque per æquora classe. Idem 4. Egathes inter vasto iacet obruta ponto. Idē 5. Non hic Egathes, infidaq; littora nautis. Idem. flore uirens auet Egathes abolere parentum Egathes idest signa, victoriæ, quam Romani habuerunt de Pœnis ad Egathes insulas. pen. acu.

EGEO, pen. cor. Iuue. Sat. 7. Corpus eget satur est, cum dicit Horatius, ohe. Stat. Sil. 1. Quove errore miser donis, vt solus egerem. Idē Theb. 2. Sera quies nobis dolor haud rationis egebit. Luca. 3. Vt gladiis egeāt ciuilia bella coactis. Ver. Aen. 9. Has ego Dardanio iuueni, cum classis egeret. Idem Geo. 1. Nil radicis egent alię summaque putator. Ait Seruius Aen. 1. ibi, Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos: Eget honestius genitiuo iūgiĩ, quā ablatiuo. Idē Buc. ibi, Quorum

rum indiget vsus: Sanè,& eget illa re dicimus, & eget illo Senatu, & eget illius rei. Cicero de Nat. Quæ vt fierent, ratione eguerunt. Idem, Cùm oculis ad cernendum non egeremus. Idem de Clar. C. Mater autoritate semper eguit. Idem Att. Egeo consilii. antepe. acuit.

EGENVS, pen. pro. Sil. 8. Dictator cùm multa adeo, cùm miles egenus. Ver. Aen. 6. Vsquã aberit, cũ tu supplex ĩ rebus egenis. Idem 10. Suasit equos vnum quod rebus restat egenis. Mant. Vt loculos in egenorum miserabile vulgus. Lucr. 3. Cerberus & Furiæ iã verò & lucis egenus. pe. flect.

EGERIA, pen. cor. Ouid. Fast. 3. Nos putat Egeria, siue monente sua. Idẽ. Egeria est, quæ præbet aquas Dea grata Camœnis. Hor. Ser. 1. Ilia, & Egeria est, da nomen quodlibet illi. Ver. Aen. 7. Eductũ Egeriæ lucis Hymetia circum Sil. 4. Egeriæ genitos immitis Aricia lucis. antepe. acu.

EGERO, pen. cor. Ver. Aen. 6. Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est. Ait Ser. Egerimus ri metri necessitate corripuit. Luca. 6. Egerit & totiens in campos defluit Aetna. antepen. acu.

EGESTAS, pen. pro. Iuue. Sat. 15. Extremi longæ dira obsidionis egestas. Luca. 1. In de iræ faciles, & qđ suasisset egestas. Ver. Geo. 1. Improbus, & duris vrgẽs in rebus egestas. Stat. Theb. 1. Funera, & egestas alternis mortibus vrbes. Mart. 11. Nunc sectaris anus, ò quantũ cogit egestas. pe. ac.

EGIDIVS, pen. cor. Mant. Iam vale, & Egidium fratrem, si forsitan illos. Idem. Egidio cui nomen erat dignissimus annos. antepen. acuit.

EGYPSVS, pe. pro. Oui. de Pont. 4. Non negat Egypsos quæ te subeunte recepta, pe nult. acuit.

EGO, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Hæc ego, non credam Venusina digna lucerna. Pers. Sat. 4. Dinomaches ego sum, suffla, dum candidus esto. Hor. de Art. Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor. Ver. Aeneid. 1. Ast ego quæ diuum incedo regina, Iouisque. Idem tertio. Vidi egomet duo de numero cũ corpora nostro. Hor. Ser. 2. Vt vineta egomet cedam mea cùm tibi lucrum. Idem primo. Cruribus hæc metuat doti depręsa egomet mi. Sta. Syl. tertio. Non datur, & si egomet pattio de littore raptus. Met, abiectio syllabica est: de qua loquitur Seruius Aen. primo, ibi, Durate, & vos met rebus seruate secũdis. Sciendum autem est has particulas Met, Piam, Te, Vt, Ego met, Quispiam, Tute, & similia, ornatus causa poni, sunt enim aduerbiæ: quicquid enim ab illis septem recesserit partibus, aduerbium fit, necesse est. Item quemadmodũ probamus aduerbia esse, quia dicimus doctè facio, doctè feci, doctè fecisti, & mutato verbo, remanet aduerbium. ergo si sic; & in illis particulis inuenimus, vt egomet, nosmet vt mutatis casibus, vel personis, eadẽ permanent: aduerbia sine dubio sunt: nullã enim hoc alia pars orationis admittit. Notandum sanè, quòd hæ particulæ plærunque naturam suam habent, non syllabarum: nam cum Te, & Met, lõgę sint, Tu temet Dactylus inuenitur, ne Tumet sit verbum, nec possumus harum partiũ naturam discutere, quia sub regulis non sunt. Mant. Et subit Egoceron verso te mone quadrigam. antepe. acu.

EGREDIOR, pen. cor. Stat. Syl. primo. Finẽ Nestoreæ precor egrediare senectæ. Luca. nono. Egrediens, rursus geminato verbere plangunt. Stat. Syl. 3. ibo, nec egrediar, nisi iam cedente carina. Cicero in Verr. Egredi è naui. Idem de Clar. Egredi à proposito ornandi causa. Idem Att. Nos pedem è villa adhuc egressi non sumus. Idem. Tarquinius simul è portu egressus est. Idem pro Leg. Roma egressus ad bellum. antepe. acu.

EGREGIVS, pen. cor. Stat. Syl. 4. Illic egregium, formaque, animisque videbis. Iuue. Sat. octaua. Ciuis & egregius patriæ contingis ouanti. Idem vndecimo. Egregius cænat, mediusque miserrimus horũ. Pers. Sat. quarta. Si potes egregium cum me vicinia dicat. Idem sexto. Egregios lusisse senes mihi nunc ligus ora. Verg. Aeneid. vndecimo. Ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis. Idem. Egregiusque animi, qui ne quid tale videret. Idem. Quin natam egregio genero dignisque Hymeneis. antepe. acu.

ELA, pen. pro. Stat. Syl. 1. Eia age præclaros Latio properate nepotes. Perf. Sat. 5. Mane piger stertis, surge, inquit auaritia eia age. Ver. Aen. 4. Eia age rumpe moras, varium & mutabile semper. Idem 9. Hostis adest eia, ingenti clamore per omnes. De qua Probus Grãmaticus inquit. Hortantis interiectio Eia constat Trochæo: & quia Verg. vltimam sciebat esse breuem, vbique Ei uocalem subiecit, vt, Eia age. est tamen hortantis aduerbium aliis ex Grammaticis.

ELICIO, pen. cor. Sil. 14. Eiicit angusto violentius ore propontis Mant. Eiicit, exulibus da prima habitacula nobis. antepenultima acuit. Vide Abiicio. Iuue. Sat. 3. Arbor & eiectus mendicat sylua Camœnis. Idem 13. Eiectum semel attrita de fronte ruborem. penultima acuit. Cicero de Or. Cotta eiectus est è ciuitate. Idem. Quin. Fr. Furium Flaccum Capitolini, & Mercuriale de collegio eiecerunt. Idem de Or. Ita eiiciuntur.

EIVS, pen. pro. Mant. Ipse etiam tunicas de frondibus arboris eius. Idem. Cùm libet eius enim tanta est opulentia, tantus. Vide Cui. Quia vt de Eius dicimus, ita & de cuius: seu vide Maior. eius penult. flectit.

ELABOR, pen. pro. Ver. Geo. 1. Maximus hic flexus sinuoso elabitur anguis. Iuue. Sat. 4. Elapsum veterem ad dominum debere reuerti. Ver. Aen. 5. Effugit ante alios, primusque elabitur vndis. Cicero de Or. Nihil vidi, quod tam è manibus elaberetur. Idem Att. Gener elapsus est è soceri manibus. pen. flect.

ELECTRA, pen. pro. Oui. de Trist. secundo. Qui legis Electram, vel egentem mentis Orestem. Idem Fast. 4. Siue quod Electra Troiæ spectare ruinas. Idem 6. In genus Electræ, Dardaniãque domum. Ver. Aen. 8. Electra vt Graij perhibent, Atlantide cretus. Idem. Aduehitur Teucros, Electrã maximus Atlas. De quo ait Seruius Aen. 8. Ibi. Treiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur. Iupiter cum Electra Atlantis filia Corinthi Regis Italiæ vxore concubuit, sed ex Ioue semine natus est Dardanus, ex Corithi Iasius. Dardanus profectus ad Phrygiam Ilium condidit: Iasius verò Thraciam tenuit, vbi est Samos, quam hic Samothraciam nominauit. Oui. Met. 2. De ramis Electra nouis quę lucidus amnis. Idem 5. Electro similis faciunt, auroque capillos. Ver. Buc. Pinguia corticibus sudent electra Myricæ. Iuue. Sat. 14. Electro, signisq; suis, Phrygiaque columna. Sil. 1. Electri gemino pallet de semine venæ. Ver. Aen. 8. Quod fieri ferro, liquidove potest Electro. Spondaicus est versus. In codicibus veteribus, ait Pierius, Potestur legitur. post Lucretiana tempora in potest mutatum est, vt Electrum primam productam haberet, vt Græcè per η, scribitur, & apud Poetas producta legitur. De quo loquitur Seruius, sunt tria Electri genera, Vnum ex arboribus, quod Succinum dicitur, aliud quod naturaliter inuenitur: tertium, quod fit de tribus partibus Auri, & vna Argenti, quas partes etiam si naturam resoluas, inuenies. Electri autem natura probatur veneno, quo recepto & stridorem emittit, & varios ad dissimilitudinem reddit colores. penultima acuit. Flac. 2. Tunc tenus it Lemnos, transitque Electria tellus. antepen. acu.

ELATVS, pen pro. Stat. Theb. 2. Et iã Mygdoniis elata cubilibus alto. Ver. Geo. 3. Iamque humiles, iamque elati sublime videtur. Idem Aen. 10. Elatam in iugulum saxo ferit ora Toantis. penultima flectit.

ELEGIA, pe. pro. Per Ei diphthongon Græcè scribi, quæ i i, lõgã Latinè venit. Oui. Epist. Heroi. Flendus amor meus est, elegia flebile carmen. Mart. 5. Detineat cultis, aut elegia comis. Stat. Syl. 1. Quas inter vultu petulans elegia propinquat. Oui. de Rem. 1. Blanda pharetratos elegia cantet amores. Idem. Flebilis insignes elegia solue capillos. pen. flect. Antonius Nebriss. quid solutionis habet, vide.

ELEGVS, pen. cor. Auso. Scribe elegos, nequeo Musarum, & Apollinis expers. Iuue. Sat. 1. Hic elegos impunè diem consumpserit ingens. Hor. de Art. Quis tamen exiguos elegos emiserit author. Idẽ Epist. 2. Carmina compono, hic elegos, mi-

mirabile visu Matt. 11. Lude leues elegos, tu quoque ludis idem. antepen. acu.

ELATEIVS. pe. cor. Oui. Met. 12. Clara de core fuit proles Elateia Cænis. antep. ac.

ELEMENTVM, pen. pro. Oui. Met. 1. Densior his tellus, elementaque grandia traxit. Stat. Syl. 5. Fulgentesque plagas, rerumque elementa recenses. Claud. Hic elementorum series sedesque paternas. Luca. 5. Concordes elementa moras, rursusque redire. Hor. Ser. 1. Doctores elemẽta velint, vt discere prima. Iuue. Sat. 11. Interea gustus elementa per omnia quærunt pe. acu. Vide Vindemia.

ELENCHVS, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Auribus extensis magnos cõmisit elenchos. pe. ac.

ELEPHAS, pe. cor. Elephãtus pen. pro. Ver. Geo. 3. In foribus pugnam ex auro, solidoque Elephanto. Idem Aen. 3. Dona dehinc auro grauia, sectoque Elephanto. Sil. 4. Vis Elephantorum turrito concita dorso. Iuue. Sat. 12. Quatenus hic non sunt, nec venales Elephanti. Mart. 1. Dum facilem tolli sic Elephanta putat. Lucr. 2. In genere Anguimanus Elephantos, India quorum. penult. acu. Luca. 9. Nec tutus spatio est Elephas datis omnia letho. Hor. Epist. 2. Siue Elephas albus vulgi conuerteret ora. Mant. Abbagari regis morbos Elefatiosimq;. Idẽ. Igne coquũt animi maculas Elefatiosimq;. antepe. ac.

ELEVSIS, & Eleusin, pen. pro. Oui. Met. 7. Cercynios lætũ vidit Cerealis Eleusis. penult. acuit. Ver. Geo. 1. Tardaque Eleusinæ matris voluentia plaustra. Vide Delphinus. pen. flect.

ELEVS, pen. pro. Stat. Syl. 2. Cum tribus Eleis vnam Trieterida lustris. Idem 1. Acticus Elei senior Iouis, & tua mitis. Sil. 1. Non Eleus erat campo feruentior axis. Tibul. 1. q. prior Eleo est carcere missus equus. Ver. Geo. 3. Hic vel ad Elei metas, & maxima campi. Oui. Met. 5. Tum caput eleis Alpheas extulit vndis. penul. flect. Vide Elis.

ELICE, pen. cor. Ver. Opusc. Axem scire elyces, & tristem nosse cometem. antepenult. acuit.

ELICIO, pen. cor. Oui. de Art. Acribus est stimulis eliciendus amor. Idem Met. 14. Elicuere sui nondum tamen inuia inani. Ver. Geo. 1. Elicit illa cadens raucum per leuia murmur. Mant. Orgia, & solitum iubar eliciturus olympo. Iuue. Sat. 7. Eliceret risum citharœdi cauda magistri. Cicero de Nat. Nos è terræ cauernis ferrum elicimus. antepen. acu.

ELEVO, pen. cor. Mant. Semper & excelsis ea spes nos eleuat ausis. antepenult. acu. Cicero Tusc. quod obtundat. eleuetque ægritudinem.

ELIDO, pen. pro. Oui. de Pont. 4. Nec querulus turba quamuis eliderer, essem. Idem Met. 12. Viuacemque animam missis elidite syluis. Luca. 2. Cædis viua graues elidunt corpora truci. Oui. Met. 12. Elidũt fauces & respitamen, iterque. Idem 15. Vndarum sparsas Symplegades elisarũ. Hor. Ser. 2. Belua cognatos eliserit, illa rogate. Ver. Aen. 8. Monstra manu, geminosque premens eliserit angues. Pers. Sat. 4. Elisasque nates labefactent forcipe adunca. Ver. Aen. 3. Ter spumam elisam, & rorantia vidimus Astra. Oui. Ibin. Vtq; loquax in equo est elisus guttura acerno. Idem Fast. 3. Seque memor spretum thalamis tamen inquit Elisæ. Idem. Flet tamen admonitum mortis elisa tuæ. Luca. 2. Hic laqueo fauces, elisaque guttura fregit. Cicero Tusc. Poetæ neruos omnes virtutis elidunt. Idem. Qui rebus his fractus ægritudine eliditur. pen. flect.

ELIGO, pen. cor. Stat. Theb. 1. Facta iuuant Thebæ, cur hostes eligis Argos. Oui. Met. 2. Cui deus eligo, ait, nullã patiere repulsam. Idem. Quæ colat elegit cõtraria flumina flammis. Idem Fast. 3. Eligite, hinc coniux, hinc pater arma tenet. Idẽ de Pont. 3. Eligito tempus captatũ sæpe roganti. Idem 4. Ite, leues elegi doctas ad consulis aures. Luca. 1. Elegit Epyrum peregrina, ac sordida sedes. Ver. Geo. 4. Eligitur locus hunc, angustique imbrice tecti. Cicero de Or. Elegit ex omnibus Isocratis libris versus fortasse triginta. Idem Off. Non solũm ex malis eligere minima oportet. antepen. acu.

ELIMINO, pen. cor. Hor. Epist. 1. Sit qui dicta foras eliminet, vt coeat par. Mant. Sublare præsertim strepita qui eliminat oẽs. Cicero Att. Velim scholion aliquod elimines ad me. antepen. acu.

ELIS, pen.pro. Oui. Met. 2. Tunc aderas Elim, Messeniaque arua colebas. Stat. Syl. 1. An solum Ioniis sub fluctibus Elidis amnem. Ver. Geo. 3. Hic uel ad Elei metas, & Maxima campi. Idem Aen. 3. Ortygiam, Alpheum fama est, huc Elidis amnem. Idem 6. Per Graiû populos, mediçq; Perelidis vrbem. Flac. 1. Et leuis Elis equis, & fluctibus obuius Aulon. Ait Seruius Geo. 3. Elis autem ciuitas Arcadiæ, in qua agebatur curule certamen, & est species pro genere. pen. flect.

ELYSIVS, pen. cor. Luca. 3. Sedibus Elysijs, campoque expulsa piorum. Idem 6. Elysias reſera sedes, ipsamque vocatam. Oui. in Ibin. In loca ab Elysijs diuersa fugabere campis. Mart 6. Elysiæ vidi nubila fusca plagæ. Idem. Cuius in Elysio nigra columba volat. Ver. Geo. 1. Quamuis Elysios miretur Græcia campos. antepen. acuit. Sil. 15. Spicula Elyseis nuper contorta lacertis. Idem 3. Tangat Elisoas palmis puerilibus aras. pen. flect.

ELISABET, pen. cor. Mant. Ac superum fungi officio quod Elisabet olim. antepenult. acuit.

ELISVS, pen. pro. Ver. Aen. 4. Et diræ vltrices, & dij morientis elisæ. Idem 3. Terspumam elisam, & rorantia vidimus astra. Luca. 2. Hic aqueo fauces, elisaque guttura fregit. Idem. At postquàm gemino tellus elisa profundo est. Stat. Syl. 2. Regia Sidoniæ conuiuia laudat elisæ. pe nult. flectit.

ELIXVS, pen. pro. Oui. Fast. 4. Candidus elixæ miscetur caseus herbæ. Auso. Siquod & elixo plantaria podice vellis. Iuu. Sat. 14. Sinciput elixi, Pharioque madentis aceto. Hor. Ser. 1. Miscueris elixa simul Conchylia turdis. pen. acu.

ELOQVIVM, pen. cor. Stat. Syl. 1. Eloquij fandique opibus sublimis abundans. Idé. Eloquio, mox in numeris exercita castris. Iuue. Sat. 10. Eloquio, sed vterque perit orator, vtrunq;. Idem 7. Eloquium vocale modis, laurumque momordit. Idé 10. Eloquium, ac famam Demosthenis, aut Ciceronis. antepen. acu.

ELVCTOR, pe. pro. Ver. Geo. 2. Ad plenum calcentur, aqua eluctabitur omnis.

ELORVS, pen. pro. Ver. Aen. 3. Exupero præpingue solum stagnantis Elori. Sil. 14. Sidonia & Drepane, atque vnda clamosus Elorus. penult. flect. Oui. Fast. 4. Hinc Camerinam adit, Tapsenque, & Eloria tempe. Dictionarius poeticus absque h, scribit, antepen. acu.

EMASCVLO, pen. cor. Mant. Cogit, & epotis homines emasculat vndis. antepenult. acuit.

EMATHIS, pen. cor. Luca. 6. Emathis æquorei regnum Pharselos Achillis. Oui. de Trist. 3. Quæ ducis Emathii fuerit elementia Pharos. Idem Met. 5. Emathiôn æqui cultor, timidusque Deorum. Ver. Geo. 1. Emathiam, & lætos Aemi pinguescere campos. Idem. Hic nunc Emathiæ, portus, patriamque remisit. antepen. acuit.

EMATVRO, pen. pro. Ouid. de Trist. secundoEmaturus erit Cæsaris ira queat. antepenult. acuit.

EMBOSVS, pen. cor. Flac. 6. Embosis, & gelidis pollens Aphiusa venenis. antepenultima acuit.

EMENDO, pen. pro. Mant. Emendare, leuis deliramenta iuuentæ. Iuue. Sat. 4. Semedio scobis hæc emendat seruulus vnus. pen. acu. Oui. de Trist. 1. Emendaturus si licuisset, erat. Idem 4. Emendaturis ignibus ipse dedi. Hor. Ser. 2. Emendaturus fortunam deinde secuti. Hor. Epist. primo. cùm pateris sapiens, emendatusque vocari. pen. flect.

EMENSVS, pen. pro. Oui. de Trist. 1. Emensus longi clauiger orbis iter. Stat. Syl. 4. Scire potes iam Sidonios emensa labores. pen. acuit.

EMENTITVS, pen. pro. Oui. Met. 5. Ementitus erat clypeo quoque flumina septem. penult. flectit.

EMERGO, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Haud facile emergunt, quorû virtutibus obstat. Stat. Syl. 1. Tecta per & postes liquidas emergis in auras. Idem. Veste nihil tectæ quâles emergitis altis. Ver. Opusc. Esse sinus penitus tantos emergere fontes. pen. acu. Cicero pro Cæl. Qua ex uita emersit. Idem de Arch. Emergere à fluctibus seruitutis. Idem in Ver. Cum multa ex illo mari bella emerserint.

EMERITVS, pen. cor. Iuue. Sat. 6. Emerita, quæ

quæ cessat acu sententia prima. Luca. 1. Quæ sedes erit emeritis, quæ rura dabuntur. Idem. Lælius, emeritique gerens insignia doni. Idem 3. Classis & emeritas rudi perunt naualibus aluos. Stat. Syl. 3. Emeritos Diana canes, & spicula tergit. Idem. Cæsar ab emerito iubeat discedere bello. Idem. Quattuor emeritis per bella, per æquora lustris, antepenultima acuit.

EMETO, pen. cor. Hor. Epist. 1. Non plus frumenti dotalibus emetat agris. Idem Ser. primo. Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo. antepen. acu. Vide Meto.

EMICO, pen. cor. Ver. Aen. 5. Emicat Euriałus, & munera victor amici. Idem. Emicat & ventis, & fluminis ocior alis. Stat. Theb. 5. Emicat, & nigra sanie perfusa cerebri. Idem. 6. Emicat & tortò chlamidem diffibulat auro. Hor. Epist. 2. Inter quæ verbum emicuit si forte decorum. Oui. Met. 1. Emicuit, summaque locum sibi elegit in arce. antepen. acu.

EMILIANVS, pen. pro. Iuue. Sat. 8. Maiorum, & stantes in curribus Emilianos. penult. acuit.

EMINEO, pen. cor. Stat. Syl. 1. Emineat matres, quantum Latonia nymphas. Idem 2. Vna tamen cunctis procul eminet, vna dixeris. Idem. Theb. 3. Eminet, & clypeo victum Pythona coruscat. Idem Achil. 1. Emineat, quantumque humeros, ac pectora fundat. Luca 2. Emineant vel si conuulso vertice Gaurus. Idem 4. Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis. Ver. Aen. 10. Eminet, & lana tacitis subremigat vndis. Oui. de Pont. 3. Rara nec hæc felix in apertis eminet aruis. Idem Met. 15. Verba tamen vulgi mox eminet vna, quis ille est. Cicero de Diui. Cum ex terra nihil emineret. Idem Or. Demosthenes vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi. Idem in Ver. Toto ex ore crudelitas eminebat; antepenultima acuit.

EMINVS, pen. cor. Luca 4. Cominus obliquis, & rectis eminus hostis. Stat. Syl. 5. Eminus abrupto quatiunt noua littora saltu. Iuue. Sat. 7. Eminus & statua meditatur prelia lusca. Ver. Aen. 10. Telaque coniiciunt, proturbant eminus hostem. Idem. 12. Hunc congressus, & hunc, illum eminus ambo. Oui. de Pont. 1. Ac nunc quod superem, fer opem, precor, eminus vnam. antepen. acu.

EMISSVS, pe. pro. Oui. Met. 12. Nil tamen emissi profecit acumine ferri. Hor. Epist. prim. Et semel emissum volat irreuocabile verbum. Stat. Syl. primo. Vix dum emissa dies; & socialia præsto. penultima acuit.

EMITTO, pen. pro. Luca. 9. Emisere simul rutilum pro sanguine virus. Cicero pro Cælio. Emittere aliquem è manibus. Idem in Catil. Vt abs te non emissus ex Vrbe, sed immissus in Vrbe. Idem Tusc. Cum illuc ex his vinculis emissi feremur. pen. acu.

EMO, pen. cor. Oui. de Pont. quarto. Parte meæ vitæ si modò dentur, emo. Idem de Trist. 1. Est precium nemo pluris emendus erat. Hor. Ser. primo. Panis ematur, holus, vini sextarius adde. Luca. 2. Sola fames, emiturque metus, cum segne potentes. Ver. Geo. primo. Teque sibi generum Tethys emat omnibus vndis. Iuue. Sat. 1. Spes hominum caules miseris, atque ignis emendus. Idem 2. Si quis Aristotelem similem, vel Pittacon emit. Idem. Hæc emis hirsuto spirant opobalsama collo. Idem 4. Iugera quot vicina foro, quas emerit ædes. Idem. Aut emere auderet cùm plena & tota mulco. Idem 6. Libertas emitur coram licet, innuat, atque. Idem 7. Empturus pueros argentum myrrhina villas. Pers. Sat. Emeris auriculas pulmone, & lactibus vnctis. Luca. 9. Eminus, hoc tecum percussum est sanguine fœdus. Mart. 12. Vt pueros emerit Labienus vendidit hortos. Idem octauo. Morio dictus erat, viginti millibus emi. Iuue. Sat. sexta. Hac obstante nihil; nihil hæc si nolit ametur. Hor. Ser. 1. Multa fulta pede est, emptorem inducat hiantem. Mart. 12. Arte sed emptorem uafra corrumpis amœnæ. Pers. Sat. 2. Funde merum genio, non tu prece poscis emaci. Oui. de Arr. 1. Institor ad dominam veniet discinctus emacε. pen. acu. Cicero pro Dom. Emit domum propè dimidio carius quàm æstimabat. Idem Att. Minoris etiam empturum, si vestitum

tum rogassem. Idem Offi. Emit homo cupidus,& locuples tanti,quanti Pythius voluit.

EMOLVMENTVM,penul.pro.Iuuen.Sat.3. Nullus in vrbe locus, nulla emolumenta laborum.Idem 6.Præmia nunc alia, atq; emolumenta notemus. Mant. Regna ferunt nostri nulla emolumenta labores. penult.acuit.

EMORIOR,pen.cor.Ouid.Met.3.Antè,ait, emoriar,quàm sit tibi copia nostri. Terē. in Eun.Risu omnes,qui aderāt, emoriri. Tertiæ & quartæ est coniugationis.Vide Morior.Cicero de Orat.Scæuola,qui ex cogitasset nasci prius oportere, quàm emori. Idem Epist. Pro Pompeio emori possum.antepe.acu.

EMOTVS,penul.pro.Ver.Aen.6.His dictis curæ emotæ,pulsusq; parumper. penultima flectit.

EMPEDOCLES,pen.cor. Lucr.1. Quorum Acragantinus cum primis Empedocles est.Hor.Serm.1.Dum cupit Empedocles ardentem frigidus Aetnam.Idem Epist. 1.Empedocles,an stertinii deliret acumē. Mant.Empedocles ita se Siculos demersit in ignes.antepe.acu.

EMPORIVM,pen.cor.Mant.Emporium riui magno duxere triumpho. Idem. Sicut ad emporium merces ad tecta parentem. Sil.3.Phocaicæ dant emporiæ, dat Tarraco pubem.Māt.Accipit emporias,ad Iberi littora ponti.antepe.acu.

EMVGIO,pen.cor.Verg.Opusc.Spiritus & longas emugit buccina voces.antepenultima acuit.

EMVNIO,pe.cor.Stat.Theb.1. Emunire totos,altosque inferre tapetas. antepenultima acuit.

EMVNGO,pen.pro. Iuue.Sat.6. Iam grauis es nobis,& sæpe emungeris,exi.Horat.de Art.Pythias emuncto lucrata Simone talentum.Idem Ser.1.Emunctæ naris duros componere versus. Cicero ad Her. Quiesce tu,cuius patet cubito se emungere solebat. pen.acuit.

EN,demonstrandi aduerbium,& exprobrantis,prod.Iuu.Sat.2.En habitum, quo te leges,ac iura ferentem.Verg.Buc. En vnquàm patrios longo post tpe fines. Idē. Siue oram Illyrici legis Aequoris,en erit vnquàm.Idem. En erit,vt liceat totū mihi ferre per orbem.Ait Ser. En,vnum optantis est,aliud confirmātis. Idem Aen. 12.En agros,& quàm bello Troiane petisti.Idem 4.En quid agam? rursus ne procos irrisa priores. Ait Seru.Hæc coniunctio multa cogitasse significat.Stat.Syl.4. Quærimus en egomet somnum,& genia le secutus.flect.

ENATO,pen.cor.Hor.de Art.Scis simulare, quid hoc?si fractis enatat expes.Vide Nato.Cicero Tusc.Enatant tamen. antepenult.acuit.

ENAVO,penul.prod. Sil.3. Has obscuratis valles enauimus astris.penul.flect.

ENCELADVS,pen.cor.Luca.6. Enceladnm spirante noto, cùm tota cauerna. Verg. Aen.3.Fama est Enceladi semustum fulmine corpus. Idem.Extremam,vt perhibent Coeo,Enceladoque sororem. Clau. Protulit Enceladum? nostros an forte Penates.Enceladus Titanis,& terræ filius gygantum omnium,qui aduersus Iouem coniurarunt,longe maximus, quem Iupiter fulmine ictum Aetnæ mouti supposuit.hæc Verg.antepe.acu.

ENCAENIA,pen.cor.Mant. Condimus & tales ritus encænia dicunt. antepeaultima acuit.

ENDROMIS,pen.cor.Iuue.Sat.6.Endromidas tyrias,& fœmineum ceromante. Idē 3.Accipit endromedem,si dixeris, æstuo, sudat.Mart.4. Dona peregrinā mittimus endromeda.antepe.acu.

ENERVO,pen.pro.Claud. Eneruent corpore manus ponenda salubri.Ver.Opus.Vt Venus eneruat vires sic copia vini. Cicero de Sen.Sed tamen non planè me eneruauit. Idem Att.Tantùm abest, vt eneruetur oratio compositione verborū. penul.acuit.

ENAESIMVS,pen.cor.Ouid.Metam.8. At nō lethiferos effugit Enæsimus ictus. antepenul.acuit.

ENIM,pe.cor.Mant. Cùm libet eius enim, tanta est opulentia,tantus.Iuue.Sat.1 Iudicio,quid enim saluis infamia numis. Idem. Hos animos? neque enim loculis comitantibus itur.Verg.Buc. Nanque fatebor enim, dum me Galathea tenebat. Ouid.Meta.1. Aucta fuga forma est, sed enim

enim non sustinet vltra. Idem 2. Non scelus inueniés, quod enim scelus error in illo. Ver. Aen. 2. Nec requieuit enim donec Calchante ministro. pen. acu.

ENIPEVS, cum i, Latino, & sine aspiratione Tortelius præcipit. pen. cor. Non contractum. Ouid. Met 6. Virgine in Aeolia posuit tu visus Enipeus. Idem 1. Populifer Sperchius, & irrequietus Enipeus. Luca. sexto. Epidanus nunquamque celer nisi mistus Enipeus. Idem septimo. Sanguine Romano quā turbidus ibit Enipeus. Verg. Geor. quarto. Et caput vnde altus primū se erupit Enipeus. Enipeus mōs est thessaliæ. antepenultima acuit. Vide Atreus.

ENIGMA, pen. pro. Mant. Non enigma vetus, quo gignere filia matrem. penultima acu. Vt, niuis aquam gignens à qua fuit congelara.

ENYO, pen. pro. Mart. 1. Nec te decipiat ratibus naualis enyo. Sil. 10. Hæc inter veluti nondum satiasset enyo. Claud. Erubuit Mauors, aduersatq; resit enyo. Stat. Theb. 8. Et face mutata bellum integrabat enyo. pen. acu. habet.

ENIOCHVS, pe. cor. Manil. 1. Eniochus studio, mundumque, & nomen adeptus. antepen. acu.

ENITEO, pen. cor. Ver. Geo. 2. At rudis enituit impulso vomere campus. Sil. 14. Enituit, fama miles tyrrhenus asylo. Cicero Art. In Philippicis orationibus enituit Demosthenes. Idem de Clar. Crassi magis enitebat oratio. Idem de Inue. Quàm ille in sua pictura nobilis eniteret. antepenult. acuit.

ENITOR, pen. pro. Stat. Theb. 5. Enitor geminos, diuoque sub hospite mater. Ver. Geo. primo. Viribus eniti quarum, & cōtemnere ventos. Hor. de Art. Nec sic enitar tragico differre colori. Cicero Att. Tu nunc omni amore enitere, vt nos ciues. Idem Quin. Fr. In quo enitar nō minus quàm sum enisus in nostro. Idē Off. omnibus meis facultatibus enitendū mihi est. pen. flect.

ENIXVS, pen. pro. Ouid. Met. 11. Nascitur è Phœbo, nanque est enixa gemellos. Idem quinto. Hæc enixa iugo cupressi fore cylene. Idem 1. Pleias enixa est, letoque det, imperat agrum. Ver. Aen. 3. Seruitio enixæ tulimus, qui deinde secutus. Ait Seru. in hūc. Cōnixa reliquit, pro eo, quod est enixa. i. partu soluta: enitor est cum conamine quodam absoluor. Vnde cōnixæ dicuntur mulieres, quæ partus labore leuatæ sunt, & quæ nitendo pepererunt. penult. acuit.

ENNOSIGAEVS, pen. pro. Iuue. Sat. 10. Ipsum compedibus, qui vinxerat ennosigæum. pen. acuit. Et si diphthongum longam natura, ait Lascaris.

ENOCH, pen. pro. Auso. Helias, & solido cū corpore preuius Enoch.

ENODIS, & enode, pen. pro. Flac. 9. Gestit, & enodes vndantis corporis artus. Ver. Geo. secundo. Aut rursum enodes trunci resecantur & alre. Cicero ad Heren. Contrariæ legis enodabimus voluntatem. penult. flect.

ENORMIS, pen. pro. Stat. Syl. 1. Lusit, & enormes, manus est experta colossos. Idē 2. Enormes non ille sinus, sed semper ad annos. penul. acuit.

ENNAEVS, pe. pro. Sil. 14. Sed decus ennæis haud vllum pulchrius oris. Idem. Tum rapta præceps ennæa virgine cessit. penultima flectit.

ENSIFER, pen. cor. Luca. 1. Ensiferi nimiū fulget latus orionis. Oui. Fast. quarto. Ensifer orion æquore mersus erit. antepenultima acuit.

ENTHIMEMA, pen. pro. Iuuen. Sat. 6. Torqueat, enthimema, nec historias sciat omnes. η vocalis longa. pen. venit Latinè in e, longam: & est syllogismus Rhetoricus, quem Fabius commentum, & cōmentationem interpretatur. pen. flect.

ENTHEVS, penul. cor. Stat. Syl. 3. Enthea fatidicæ seu visere tecta Sibyllæ. Idē 1. Hic thyrsos, hic plectra ferit, hic Enthea lauro. antepenult. acuit. Non contractū: non diuino plenus.

ENTEROCELA, pen. pro. Mart. 10. Enterocelarum fertur Podalyrius Hermes.

EO, pen. cor. Iuue. Sat. secunda. Solis ara deæ maribus patet, ite pphanę. Idem tertio. Ite quibus grata est, picta lupa barbara mitra. Vergil. Buc. Ite meæ, quondam felix pecus, ite capellæ. Ouid. Metamor. 15. Ite bonis auibus, prolemque accersite nostram.

nostram.Idem de Trist.3. Qua rates ierant pedibus,nunc itur & vndas. Iuuen. Sat.3.Græculus esuriens in cœlum, iusseris,ibit.Idem 4. Nec melior vultu quamuis ignobilis ibat. Idem 6.Ibit ad Aegypti finem,calidasque petitas.Idem nono. Propositum,& vitæ contrarius ire priori.Verg.Aen.7. Tempestas ierit campos, quibus actus vterque Idem 9. Iamq; omnis campis exercitus ibat apertis. Idem 12.Neu qu s ob inceptum subitum mihi segnior ito.Mart.1 In ius ô fallax, atque inficiator eamus. Idem. Itur ad Herculei gelidas,qua Tyburis arcas.Idē.Ibis ab excusso missus in astra sago.Oui.Metamo.2.Inferius terras medio tutissimus ibis. Idem. Obuius ire polis ne te citus auferat axis.Idem 1. Poscebatur humus, sed itum est in viscera terræ.Luca.2. Ibitur,h c stabit ciuilibus exitus armis.Marti.1.Dixit ad infernas liber iturus aquas. Stat.Syl.2.Ibimus immensis vrnam quatit Aeacus vmbris. Idem 3. Imus in abruptum,gentilesque vndique terras.Flac.5. Hostis Io conclamat equis, agite,ite,propinquat.Sta.Syl.1. Et ferrum mulcere toga,sic itur in alta.Verg.Aen.6. Itur in antiquam syluam stabula alta ferarum. Ait Seruius,in eo c breuis est,itūr i,longa in nenitur:ergo quia hoc verbum breue est in origine, in declinatione, fit longum, ideo certa eius natura,nec ī temporibus, nec in participiis inuenitur. Nam cùm itur longa fit,iturus breuis legitur:vt, superumque in lumen ituras.Multi tamen tentant dicentes, itur i, produci propter eo,quæ prima verbi origo est, per diphthongum scribi debere,quod non procedit: quia diphthongus semper est longa, i autē & produci potest,& breuiari, hinc est, quod fortuitus, & producit,& corripit.Iuue.Sat.13.Non quasi fortuitu: contrà,Hor.lib.2.Carm.Ode 15.Nec fortuitum spernere cespitem. Vide Fortè. Hoc enim nisi i,litera longa sit, non stat versus: & hoc protulimus exemplum vnius sermonis: ne quis dicat iturus, & itur: ideo variam habere materiam propter temporum varietatem. Vnde melius est, vt diximus,originis considerare rationē: sanè fortuitus ab eundo est, & à fortuna compositum. De quo verbo loquitur Quint.Inst.1.cap.10.ibi, Quomodo autem quire,& ire, vel in præterita pasien di modo,vel in participia transibūt:quasi dicat,minime: non enim quitus in vsu est, vt Teren.in Heci. Cùm compressa est gnata forma,in tenebris nosci nō quita est. vbi ait Donatus, quitus à verbo queor antiquè dixit,sic itus, nequitus, licet tamen itus, vs,ui,& itio. Cicero ad Att.Itus,atque reditus.

Eovs,pen.pro.Ouid.de Pont.2. Qualis ab eois lucifer ortus aquis. Idem. Eoo quoties surgit ab orbe dies. Idē Fast. primo. Eoas partes, Hesperiasq; simul.Stat.Syl. 3.Fortis,& eoas iaculo damnare sagittas. Idem.Quodque legit mersiis pelagi scrutator eoi. Mart.8. Nō tot in eois timuit hangeticus aruis.Lucan.10. Proh pudor eoi propius timuere sarissa.Verg.Geo.1. Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur. Idem.Aut cum sole nouo terras irrorat eous. Idem Aen.6.Descendens,gener aduersis instructus eois.Idem 11.Vota deū primo victos soluebat eoo. vbi Seru.ait, sanè in hoc sermone prima syllaba naturaliter producitur: sed cum opus fuerit, corripitur,aut licentia nominis proprii, aut quia eam vocalis sequitur. Idem 2. Confligunt, Zephyrusque, notusque, & lætus eois.Ser. inquit, notandum sanè, quòd cùm eous e naturaliter longum habet,metri necessitate correptum est propter sequentem vocalem:rarum autē est, nam nec proprium nomen est, vt Diana: nec sermo compositus vt, sedibusve præuistis.Idem Aen.1. Eoasq; acies, & nigri Memnonis arma. Antonius Nebriss. inquit,Vsus admonet Græcorum, quæ per epsilon scribūtur,breuiari, quæ verò per ita, η, e producunt. eadem Ioannes Despaut.Eos idest aurora, vnde eous producitis prima,& secunda, idest, oriens, siue orientalis,Græcè scribitur per η, quam literam in e,longam vertimus: dicimusq; eous,eoa,eoum:at heos cum aspiratione, est lux, & oriens, cuius e corripitur, ut Quintianus admonet.Prop.2.Siue illam Hesperiis, siue illam ostēdet heois.Luca. nono.Stabant ante fores populi,quos mittērat eos. vbi ait Sulpitius eos aurora dici-

dicitur heos etiam oriens appellatur, & corripit primam. Idem 8. Claudius Hesperias gentes, aperimus heoas. Idem. aut Arabū portus mercis mutator eoæ: quo in loco Lucani hoc animaduertendum est primam dictionis syllabam corripi, cum alioqui producatur: cuius rei causa à Græcorum in constantia manauit, qui quanuis sæpius ἠώς, pro aurora longa scribant vocali, nunquam tamen apud eosdem legitur eos in eadem significatione. hæc ī Dictionario poetico sunt. cuius primam indifferentiam Calepinus admonet: vt planè in poetarum exemplis legitur eous pen. flect. vt Seruius supra.

Eodem, pen. pro. Oui. Met. 1. Sic onus inclusum numero distinxit eodem. Idem. quæ modò vena fuit, sub eodem nomine mansit. Ver. Aen. 4. Huic se forma dei vultu redeuntis eodem. vbi ait Seruius, eodem o semper longum est, quia ablatiuus est semper: Ioannes Despaut. tamen, Tortelius, Suplitius, multique alij admonent secundam in ablatiuis eodem, & eadem, aliquando corripi. Ver. Buc. Ecl. 8. Vno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore. Idem Aen. 12. Vno eodemque tulit partu paribusque reuinxit. Idem. Vna eademque via, sanguisque sequuntur. Prop. 1. Hoc eadem ferro stillet vterque cruor. Idem 3. Hac eadem rursus lygdame curre via. Calph. Clo. 4. Rumpe sub hac eadem quam proxima pinus obumbrat. Cato, Nō eodem cursu respondent vltima primis. hos poetas poterimus parce imitari præsertim contra artē: quia parce sunt vsi. pen. flect. Ver. Aen. 1. Atq; vtinam rex ipse noto compulsus eodem. vbi seruius ait in eodem o naturaliter longa est, sed si corripiatur, metri est: vt, steteruntque comæ. ergo ratio duplex est, alia, quæ metri, alia quæ artis: longa artis est, quia ablatiuus: metri verò breuis in ablatiuo.

Epaphvs, pen. cor. Oui. Met. 1. Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem. Idem. Et tulit ad culmen Epaphi conuitia matrem. antepen. acu.

Epevs, pen. pro. Oui. Fast. 4. Et licèt antiquo manibus collatus Epeo. Ver. Aen. 2. Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus. pen. flect.

Ephebvs, pen. pro. Mart. 8. Sed Mithylenæi roseus mangonis ephebus. Lucan. 3. Grandæuosq; senes mistis armauit ephebis. Stat. Syl. 1. Iactet, & audaci iunctos delphinas ephebo. Auso. Vnus ephebo-rum virgo repente fuit. Sil. 14. Hic æuo quanquam nondum excessisset ephebos. Hor. Epist. 2. Quo pacto partes tutetur amantis ephebi. Oui. de Art. 1. At cùm pompa frequens certantibus ibit ephebis. penult. flect.

Ephemeris, pen. cor. Iuue. Sat. 5. Cernis ephemeridas, quæ nullum consulit, & iā. Prop. 3. Et ponit duras inter ephemeridas. antepen. acu.

Ephesvs, pen. cor. Mant Ire uias, vinclisq; Ephesum remeare solutis. Idem. Destructorem Ephesum missum Romanus adegit. Idem. Egrediens Ephesum viduam reuocauit ab orco. Hor. Carm. 1. Aut Ephesum, bimarisque Corinthi. Luca. 8. Ipse per Icariæ scopulos, Ephesumque relinquens. antepen. acu.

Ephippia, pen. cor. Hor. Epist. 1. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Ephippia, stramenta sunt iumentorum, sellas nunc appellamus. antepen. acu.

Ephyre, pen. cor. Luca. 6. Aut Pelopis latis Ephyrē erumpere regnis. Verg. Geor. quarto. Atque Ephyre, atque opis, Atq; Asia Deiopea. Stat. Syl. secundo. Qualis si iubeas ephyres bacchcidos altum. Idē Theb. 2. Qua latus eoos ephyres quod vergit ad euros. pen. acu. Luca. 6. Insedit castris, ephyreaque mœnia seruat. Ver. Geo. 2. Illusas auro vestes, ephyreiaque æra. penultima flectit. dipth. non soluta.

Ephyresa, pen. cor. Claud. Haud aliter iuuenum flammis ephyresalais. antepenult. acuit.

Ephoros, pe. cor. Mant. Esset opus regem atque ephoros Spartanis haberet. Idem Non legere ephoros, patriisque de legibus vnum. antepen. acu.

Epicarmvs, pen. pro. Hor. Epist. 1. Plantus ad exemplar Siculi properare Epicharmi. penult. acuit.

Epicvrvs, pen. pro. Lucr. 2. Subsidiis magnis Epicuri constabilitas. Idem 3. Ipse Epicurus obit decurso lumine vitæ. Auso.

so. Stoicus has partes, has Epicurus agit. Iuue. Sat. 13. à cynicis tunica distantia non epicurum. Idem 14. Quantum epicure tibi paruis suffecit in hortis. Horat. Epist. 1. Cum ridere voles epicuri de grege porcum. pen. flect.

EPIGRAMMA, pen. pro. Mart. 1. Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis. Idem. scribere me quereris velox epigrāmata longa. Idem 6. Conueniant nobis, vt fas epigrammata longa. Idem 7. Laudo, nec admiror, facilè est epigrammata, bellè. Auso. Nostra simul certant variis epigrammata nugis. Mant. Pictus acu, scriptumque notis epigramma Latinis. penult. acuit.

EPIDAVRVS, pen. pro. Ver. Geo. 3. Taygetique canes, dominisque Epidaurus equorum. Hor. Ser. 1. Aut aquila, aut serpens epidaurius, at tibi contra. Stat. Syl. primo. Pergamus, aut medicus felix epidaurus arenis. penultima flectit. Oui. Met. tertio. Ipsaque erat Boroe Semeles Epidauria nutrix. Idem 15. Quique petant ventis Epidauria littora mittunt. Idem Aequore placato patrias epidaurius aras. Stat. Syl. primo. Progressuque moras, hic mecum epidauria proles. antepenultima acuit.

EPYMENIDVM, pen. cor. Iuue. Sat. 7. Pelamydum, aut veteres astrorum epimenida bulbi. antepen. acu.

EPIDAMNVS, pen. pro. Luca. 10. Ad campos Epidamne tuos, vbi solus apertis. penultima. acuit.

EPIMETHIDE, pen. cor. Oui. Met. 1. Inde Promethides placidis Epimethida dictis. antepen. acu.

EPIPHANIA, quæ Græcè per ei diphthongon scribuntur, vertuntur Latinè in i, logum, admonet Antonius Nebriss. nisi fiat diphthongi solutio, vt poetarum est, penul. pro. Mant. Hæc epiphaniam Graii solennia dicunt: & epiphania, porum. penult. flect. Vide Elegia.

EPIRHEDIVM, pen. cor. Iuue. Sat. 8. Exiguis, tritoq; trahunt & epirhedia collo. antepen. acu.

EPIRVS, pen. pro. Claud. Quos Epirus alit, nec Dodonea subegit. Sil. primo. Hic spolia Aeacidæ, hic Epirotica signa. Luca. secundo. Primus in Epirum boreas agat inde per arma. Ver. Geo. tertio. Et patriā Epirum referat fortesque Mycenas. Idē 1. Castorea, eliadum palmas Epiros equarum. ait Seruius, Sane Epiros Græcè profertur, vnde etiam e, habet accentum, idem Quint. Inst. 1. cap. 10. vt Castor, olympos. Nam si Latinum esset, Epireus, Epiri, pi haberet, quia longa est: nec mireris equas currere, nam vt dicit Plin. velociores sunt, ideo quòd in cursu vrinam faciunt. penultima flectit. Oui. Met. 14. Epirus ex illo post hunc Capetusque, Capysque antepenultima acuit. est enim viri nomē cuiusdā. Vide Olympus.

EPISCOPVS, pe. cor. Mant. Et mox in Solimis est factus Episcopus oris. Idem. Asper, & incultus, cum posset Episcopus esse. antepen. acu.

EPISTOLA, pen. cor. Stat. Syl. 1. Seu tua non alia splendescat epistola cura. Iuue. Sat. 10. Nil horum verbosa, & grauidis epistola venit. Idem 4. Anxia præcipiti venit epistola penna. Idem 15. quam si nos Veneris cōmēdet epistola Marti. Mart. 3. Hos satis est, alios commendat, epistola peccat. Oui. de Pont. 1. Quæ mihi de rapto tua venit epistola celso. Catul. Cōscriptum hoc lacrymis mittis epistoliū. antepen. acuit.

EPITVS, pen. cor. Oui. Fast. 4. Proximus est titulis epytus alba tuis. antepenultima acuit.

EPOPEVS, non contractum, pen. cor. Oui. Met. 3. Voce dabat remis animorum hortator Epopeus. antepen. acu.

EPOS, pen. cor. Oui. Met. 6. Nomen epos volucri facies armata videtur. Mart. Scribebamus epos, cæpisti scribere, cessi. Hor. Ser. primo. Facta canit, pede ter percusso forte epos acer. pen. acu.

EPOTO, pen. pro. Oui. de Pont. 4. Ter licèt, epotet, ter vomet illa fretum. Idem Met. 5. Offensa est, neque adhuc epota parte loquente. Idem decimoquinto. Sic vbi terreno lycus est epotus hiatus. Mart. secundo. Quæque Tyron toties epota vere lacerne. Idem 1. Venit, & epoto Sarmata pastus equo. Claud. Arebant tantis epoti milibus amnes Lucr. Omnibus epotis humoribus exuperarint. Iuue. Sat. 10. De fecisse

fecisse amnes, epotaque flumina Medo. Mant. Cogit, & epotis homines emasculat vndis.pen.flect.

Epvlae, pen. cor. Oui.de Pont.1.Nectar, & ambrosiam latices, epulasque deorum. Idem de Trist.2. Hic epulis leges, hospitioque dedit. Idem Met.15. Sugerit, atq; epulas sine cæde,& sanguine prebet. Stat. Theb. 2. Ante omnes, epulasque trucem secreta coquebat. Idem 5. Tunc epulæ & lix sopor, noctesque quietæ. Luca.2. Huius epulæ vicisse famem, magnique penates. Idem 9 Extremique epulas, mensasque petiuimus orbe. Ver. Geo.3. Munera non illis epulæ nocuere repostę. Idē Aen. tertio. Extruimusque thoros dapibusq; epulamur opimis. Idem decimosecundo. Archetium Mnestheus epulonem obtruncat Achates. Iuue. Sat.3. Vnde epulū possis centum dare Pythagoreis. antepenul. acu. Ver. Geo. 2. Impia quàm cæsis gens est epulata iuuencis. Idem Aen.5. Iamq; dies epulata nouem gens omnis, & acri. penult. flec. ait Seruius: dapes deorum, epulæ hominum sunt.

Eqvester, pen. pro. Stat. Syl.1. At sonipes, habitus, animosque imitatus equestris. Hor. Ser.1. Fur cum proiectis insignibus anulo equestris. pen. acu.

Eqves, pen. cor. Stat. Syl.1. Hunc mitis cō mēdat eques iuuat ora tueri. Stat. Syl.1. Hic eques, hic iuuenum questus stola mista laborat. Hor. de Art. Romani tollent equites, peditesque cachinnum. Iuue. Sat.4. Iam princeps equitum magna qui voce solebat. Idem 7. Famosos equitum cum dictatore magistros. Ver. Aen. 11. Exploratores equitū leua improbus arma. Idem 9. Intereà præmissi equites ex urbe Latini. pen. acu. equites antepenult. Claud. Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe. Ver. Aen.8. Iamque adeo exierat portis equitatus apertis. penult. flectit.

Eqvidem, pen. cor. Oui. de Pont.4. Siue trahis vultus equidem peccasse fatebor. Idem Met. 15. Nil equidem durare diu sub imagine eadem. Idem 2. Vix equidem fauces, hæc ipsa in verba resoluo. Idē Fast. 2. Vix equidem credo, bustis exire feruntur. Stat. Theb.4. Dicam equidem quo me Lachesis, quo torua Megæra. Pers. Sat. 5. Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo. Hor. Ser.2. Discentes equidem nihil huic defringere possum. Idem. Dixi equidem, & dico, captes astutus vbique. Ver. Buc. Non equidem irrideo, miror magis, vndique totis. Idem. Geo.1. Semina vidi equidem multos medicare serentes. Idem Aen.1. Affore Aeneas, equidē per littora certos. ait Seruius. equidem in omni Vergilio ego quidem significat, sed in aliis & pro quidem tantùm ponitur: de qua coniunctione loquitur Prisc. ita, Sciendum tamen quod quidā equidem coniunctionem cō positam esse existimant ab ego, & quidem: sed aberrant: simplex enim est, & hoc maximè ex ipsa quoque constructione orationis possumus intelligere. Nam, equidem facio, equidem facis, equidem facit, dicimus & potest ad primam, & ad secundam, & ad tertiam transferri personam. quod minimè fieret, si esset conpositum ex ego, & quidem: nemo enim dicit ego equidem facis, ego equidem facit, sed ego equidem facio tantùmmodò ad primam personam: & hoc vsus autorum etiam approbat: qui equidem præposita ego subiungunt. Salustius in Catil. Equidem ego sic existimo patres conscripti: si esset enim composita equidem ex ego, & quidem, minimè ei ego subiungeretur. hæc Priscianus. cuius rei optimè Ioannes Scoppa admonet. equidem nō componitur ab ego & quidem, vt aiunt, sed ab e, & quidem: nam si componeretur ab ego, non reciperet ego: contra quos obuiam fit Cornucopiæ. Ab hoc fit equidē, quod propriè significat ego quidem, nec vnquam aliter à Vergilio, Cicerone, &, Quintiliano vsurpatur, vt supra Seruius declarauit. ab aliquibus capitur interdum pro quidem. Cicero Att. Sic ages igitur, equidem id erit primum. Idem Quint. Fr. Equidem vt videbantur. Idem de Diuin. Huic equidem Antipho. Idem Tusc. Vestræ equidem cænæ iucundæ sunt. Idem Att. Equidem credibile non est. equidem antepenultima acuit. Vide Vallam libr. secundo, cap.23. Tu lector, cōsuetudinē vsurpato,

quando

quandoquidem, duce Fabio, sæpe autoritatem consuetudo superauit.

EQVICOLVS, pen.cor. Verg. Aen. 9. Continuò quærens, & pulcher Equicolus armis. Ou d. Fast. 3. Quantum Laurentes bis quintum Equicolus acer. Sil. 8. Symbriuio, rastrisque domant equicola rura. antepen. acuit.

EQVIRIA, pen. cor. Oui. Fast. 3. Altera gramineo spectabis equiria campo. antepenult. acuit.

EQVITO, pen. cor. Iuue. Sat. 6. Inque vices equitant, ac luna teste mouentur. Horat. Ser. 2. Ludere par impar equitare in arũdine longa. Ver. Aen. 10. Ter circumstantem leuos equitauit in orbes. Cicero p Quin. Qua tu contra Alphenum equitabas. Idem in Ver. Et his equitabit equuleis. antepe. acu.

EQVVS, pen. cor. Ouid. de Trist. 1. Vltores habuit proditionis equus. Idem de Põt. 2. Læta coronatis Roma videbit equus. Stat. Syl. 1. Dardanii mirentur equi, cui vertice sacro. pen. acu.

ERASIS, penul. cor. Sil. 13. Trabes fabre teres, atque erasis vndiq; nodis. antepenultima acuit.

ERASVS, pen. pro. Prop. 4. Vincet vbi erasas barba pudenda genas. penultima flectit.

ERADICO, penult. corr. Mant. Sic solitus causas eradicare malorum. antepenultima acuit.

ERASINVS, pen. pro. Stat. Theb. 1. Inachus & gelidas surgens. Erasinus ad arctos. Oui. Met. 15. Redditur Argolicis ingens erasinus in agris pen. flect.

ERATO, pen. cor. Stat. Syl. 1. Hic Erato iucunda doce, vocat apta mouere. Verg. Opusc. Plectra gerens Erato saltat pede carmine vultu. Idem Aen. 7. Nunc age, qui reges Erato quæ tempora rerum. vbi ait Ser. Sanè Erato pro Calliope posuit, omnia Græca nomina in ω, desinentia generis fœminini, possuntq; reduci ad tertiã declinationem Latinam, habentque accentum in vltima, & mittunt genitiuũ in os, Dido, Didoos, Sapho, Saphoos, Clio, Clioos, Calipso, Calipsoos. Erato, Eratoos, Mirto, Mirtoos, Lampedo, Lampedoos, Mantho, Mãthoos, datiuum formant os mutant in i, accusatiuum os mutãt in a, vt Didoi, Didoa, Saphoi, Saphoa Clioi, Clioa, Calipsoi, Calipsoa, Eratoi, Eratoa, hæc Antonius Nebriss. in Græca declinatione. Vide Calipso.

EREBVS, pen. cor. Flac. 2. Non erebi, non diua poli, terrasque fatigat? Stat. Theb. 1. Lege erebi ferat hæc diro mea causa nepoti. Verg. Aen. 2. Ad genitorem, ima erebi descendit ad vmbras. Ait Seru. Erebus propriè est pars inferorum, in qua hi qui bene vixerunt, morantur: nam ad elysiũ non nisi purgati perueniunt: vnde est, Et pauci læta tenemus, ecce purgatorium. hinc fit, vt quæratur, an animæ de elysio in corpora possint redire: & deprehẽsum est, non redire: quia per purgationem carent cupiditate. Oui. in Ibin. Pectoraque vnxerunt Erebeæ felle colubræ. antepenult. acuit.

EREMIGO, pen. cor. Sil. 14. dat fluuio & pedibus tacitas eremigat vndas. antepenultima acuit.

EREMVS, pe. pro. Mant. Veste sub hac olim pater Augustinus eremum. Idem. Niligenam sole ardentem, qui primus eremũ. Idem. Viuendi normam instituit memoratur eremum, quod fœminei est generis. penult. flect.

ERGASTVLVM, pe. cor. Clau. Rupta Quirinales fumant ergastula cinctus. Iuuen. Sat. 6. Quantulum in hoc pueros omnes ergastula tosta. Luca. 2. Agmina confiato sæuas ergastula ferro. antepen. acu.

ERGINVS, pen. pro. Flac. primo. Haud minus Erginus proles neptunia fertur. penul. flect.

ERGO, pen. pro. Iuue. Sat. 1. Inde iræ, & lachrymæ tecum prius ergo voluntas. Idẽ 3. Non sumus ergo pares, melior qui semper & omnis. Oui. Met. 3. Non iurasse potest, ergo mestissimus altum. Idẽ Fast. 1. Ergo sæpe suo coniux abducta marito Mant. Ergo diem celebrare alacres solenniter istam. Mart. 8. Ex quauis causa vapulet ergo coquus. Flac. 6. Ergo nuces, solasque deæ mihi promite gentes. Stat. Syl. 1. Ergo dies aderat parcarum conditus albo. Ver. Aen. 7. Quæ regio Anchisen, quis habet locus: illius ergo. ait Seruius, ergo autem coniunctio fuit, sed per accen

accentus mutationem in aduerbium trāsit: & est sola particula, quæ habet in fine circumflexum: multi malè putant nomen indeclinabile, vt dicunt, positum esse pro causa: causa autem nomen est, quod ponitur pro ratione, qui casus declinatione caret. Scaliger admonet, illius ergo venimus, sed sane nomen fuit ipsum ἔργον. Priscianus inquit cap. de Accentu, ratio nanque distinguendi legem accentuum sæpe conturbat, dum siquis pro nuncians dicat, pone, ergo, vel quia quod apud Latinos in vltima syllaba nisi discretionis causa poni non potest, accentus: & hoc est quod diximus ponè, ergo, ponè ideo diximus, ne putetur esse verbum imperatiui modi, ergo diximus, ne putetur esse coniunctio rationalis: quod Lanciloctus declarat libro decimo. Ergo quando est coniunctio rationalis, vel collectiua, acuit priorem: quando verò causalis est, posteriorem: vt illius ergò veni mus, idest, propter illum, vel causa illius. Idem Antonius Nebriss. & Ioannes Despaur. afferunt: & optima quidem vt appareat differentia. Nam in Latinis acuta vltima nunquam, inquit Fabius Inst. primo. cap. decimo. Flexus vero & in vltima legitur in abscissis, præter differentiam orationis partium.

ERICHTHONIVS, pen. cor. Oui. Fast. 4. Hinus Erithochonius Tros est generatus ab illo. Idem de Pont. 2. Et prior Eumolpo suadet Erichthonium. Idem Met. 2. Pallas Erichthonium prolem si matre creatam. Ver. Geo. 3. Primus Eriththonius currus, & quattuor ausus. Ait Seruius, Vulcanus, impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, illa reluctante, effectum libidinis proiecit interram, inde natus est puer draconeis pedibus, qui appellatus est Erichthonius, quasi de terra, & lite procreatus. antepenultimia acuit. vide Berecintus.

ERICHTHO, pen. pro. Oui. Epist. Sapph. Illuc mentis inops, vt quam furialis Erichtho. Idem Fast. 5. Aulus Erichthea præmia ferre domo. Idem. Victor abit, secũque boues Erichtheida prædam. Ver. in Opusc. Qualis Erichtheis olim portatur Athenis. pen. acu.

ERYCINA, penult. pro. Oui. Met. quinto. Depositoque metu videt hunc Erycina vagantem. Stat. Syl. 1. Idaliasque domos Erycinaque templa subiret. Catul. 3. Spinosas erycina ferens in pectore curas. Luca. 9. Pencedanumque [illegible] flammis erycinaq; [illegible]. Oui. 2. Amorum. Quid geminas erycina meos sine fine dolores. Ver. Aen. 5. Tunc vicina a[illegible]ris erycino in verrice sedes. vide eryx. pen. flect.

ERIDANVS pen. cor. Oui. Met. 2. Excipit Eridanus, fumantiaque [illegible] luit ora. Idem Eridanum impleral, syluamque sororibus auctam. Mant. Eridanus solito maior ducebat aquarum. Sil. 2. Eridanus iacet ore truci super arma, virosque. Luca. 2. Eridanus fractas deuoluit in æquore syluas. Geo. 1. Fluuiorum rex Eridanus, cam posquæ per omnes. Idem Aen. 6. Plurimus Eridani per syluam voluitur amnis. antepen. acuit.

ERIGONE, pen. cor. Ver. Opusc. Erigone sedes vestra Amphiona canoris. Idem Geo. 1. Quam locus Erigonem inter chelasq; sequentes. Manil. 1. Iam subit Erigone, quæ cum ter quinque feratur. Oui. Fast. 5. Nocte sequente diem canis Erigonius exit. antepen. acuit.

ERIGO, pen. cor. Luca. 2. Exigir & mediis subreptir vinea muris. Idem. Eripit Italiam nullo quæ vertice tellus. Iuue. Sat. 10. Erexit causas discriminis, atque laboris. Idem 1. Quis totidem erexit villas, quis fercula septem. Hor. Ser. 2. Ad numerandum hominem sic erigit, addit & illud. Idem. Sensimus, erigimur rursus polito capite vt si. Oui. Met. primo. Erigitur, & timide verba intermissa tentat. Idem 14. Erigimur, setæque cadunt, bifidosque relinquit. Idem 15. Erigitur serpens, summoque acclinia malo. Stat. Theb. 3. Cominus erigitur serpens cui subter manes. Mart. 1. Erigitur moles, stagna Neronis erant. Ver. Buc. Corticis, atque solo proceras erigit alnos. Idem Aen. 8. Erigitur, summique ferit laquearia tecti. Oui. Met. 13. Erigor, & trepidos ciues exhortor in hostes. antepenultima acuit. Cicero de Or. Paulum se erexit. Idem pro Clu. Erigebat animum iam demissum, & oppressum. Idē pro Syl.

Erigite mentes, auresq; vestras. Idem de Fin. Iis bonis erigimur.

Erimanthus, pen. pro. Ver. Aen. sexto. Fixerit Oeripidē cernam licēt, aut Erymanthi. Oui. Met. secundo. Et celer Ilīne menos cum Phocaico Erimantho. Idem. Nexilibusque plagis syluas Erymanthidos ambit. Idem de Trist. 1. Tingitur Oceano custos Erymanthidos vrsæ. Idem 3. Proxima syderibus tellus Erymanthidos vrsæ. Idem 5. Quem nunc suppositum Stellis Erymanthidos vrsæ. Idem. t. Fuscabatque diem custos Erymanthidos vrsæ. antepen. acu.

Erymus, pen. cor. Flac. tertio. Venatori Erymo breuis, hanc sed fata ferentem. antepen. acu.

Erinnys, pen. pro. Oui. Met. primo. Digna fuit, qua terra patet fera regnat Erynnis. Idem. Horriferamque oculis, animoque obiecit Erinnyn. Idem 4. Obstitit infelix, aditumque obsedit Erinnys. Manr. Fas aberat terra atque mari regnabat Erinnys. Sil. 14. Sed stabant pœnæ, tumulumque negabat Erinnys. Luca. 1. Diffugiunt ingens vrbem cingebat Erinnys. Idem. Arentemque feror Libyæ, quo tristis Erinnys. Ver. Opusc. Ite quibus tædas accendit tristis Erinnys. Idem 2. In flammas, & in arma feror, quo tristis Erinnys. Idem. Permetuens Troiæ, & patriæ communis Erinnys. pen. acu.

Eriphyle, pen. pro. Ver. Aen. 6. His Phædram, Procrinque locis, mœstamque Eriphylen. Iuue. Sat. sexta. Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphyle. Prop. tertio. Tu quoque vt auratos gereres Eriphyla lacertos. Stat. Theb. 4. Sic Eriphyle os aureum fatale penetes. pen. acu.

Eripio, pen. cor. Oui. Met. 1. Mortibus eripitur tangentiaque ora reliquit. Idem. Quis tibi si sine me fatis erepta fuisses. Idem secundo. In chaos antiquum confo dimur eripe flammis. Idem. Colla iugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt. Idem decimoquinto. Eripienda fides illic lanere bimembres. Sil. decimoquarto. Eripuit rapidus Mauors, vt cuique salutem. Stat. Syl. secundo. Inde per obliquas erepit porticus arces. Claud. Eripiat luna se iubar, quid signa sagacis. Ver. Aen. 4. Dextra feras, dixit, vaginaque eripit ensem. Iuue. Sat. tertia. Eripiunt somnos vrso, vitulisque marinis. Idem octauo. Cum Pansa eripiat quicquid tibi nata reliquit. Idem 10. Exitus eripuit quem mirabantur Athenæ. Hor. Ser. secundo. Vix tamen eripiā polito pallone velis quin. Idem Epist. 2. Eripuere cocos, venerem, conuiuia, ludum. Ver. Aen. 12. Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi. Idem. Accelera, & fratrem, siquis modus eripe, morti. Idem. Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus aras. Idem Eripiare mihi Palas? te, hoc vulnere Palas. Stat. Theb. tertio. Eripuere necem, iāque vt mihi prodiga vitę. Luca. 9. Eripiūt omnes animam, tu sola cadauer. Cicero contra Rul. Id totum eripere nobis conatus est. Idem de Diuin. Cæsar Deiotaro regnum eripuit. Idem in Cat. Hunc mihi timorem eripe. Idem Epist. Sed vereor ne erepiatur à nobis causa regia. Idem. Eripere se à miseria. Idem de Orat. eripite nos ex miseriis. Idem Parad. Virtus nec eripi, nec surripi potest. antepenult. acuit.

Erythinus, pen. pro. Flac. 4. Teque cita. penitus condunt Erythine carina. penultima. flectit.

Erythraeus, pe. pr. Mart. 14. Dentis Erythręi, iam nemo uere finus. Claud. Talis Erythręis intextus nebrida gemmis. Sta. Syl. 4. Voxet Erythræis Thetidis signanda lapillis. Idem Theb. 7. Currus Erythræis, quas nuper victor ab oris. Sil. 16. Nam repeto Herculeas Erythræa ad littora Gades. Tibul. 3. Quidve in Erythræo legitur, que littora concha. pen. ac.

Eryx, pen. cor. Oui. Met. 2. Parnasusque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Otryx. Idem 14. Et sedes Erycis, fidumque relatus Acestem. Luca. secundo. Depellatur Eryx nullæ tamen æquore rupes. Oui. Fast. 4. Claudius, & bello te quoque cæpit Eryx. Sil. 14. Nec non altus Eryx, nec non è vertice celso. Mart. 5. Et grauis in Siculo puluere fusus Eryx. Oui. de Rem. 2. Imposuit tēplo nomina celsus Eryx. Ver. Aen. 5. Proiecit, quibus acer Eryx in prælia suetus. Idem 12. Quantus Athon, aut quantus Eryx, aut ipse coruscis.

ſcis Idem primo. Siue Erycis fines, regem que optantis Aceſtem. ait Seruius. Eryx Veneris & Butæ regis filius fuit: qui ſuper locum excelſum ciuitatem condidit in ſicilia, in cuius arce matri templum dicauit: quam ciuitatem Venus plurimùm dilexit. vnde ipſa Erycina dicta eſt: qui occiſus ab Hercule, monti ex ſepultura ſua nomen impoſuit. pen. acuit.

Ervbeo, pen. cor. Stat. Syl. tertio. Pacta nec erubuit famulantis fiſtula Phœbi Oui. de Triſt. 3. Erubui domino cultior eſſe meo. Ver. Buc. Noſtra nec erubuit ſyluas habitare Thalia. Idem Aen. ſecundo. Supplicis erubuit, corpusque exangue ſepulchro. Iuue. Sat. decima. Erubuit nempe hæc ceu faſtidita repulſa. antepenult. acuit.

Ervca, pen. pro. Mart. 2. Sed nihil erucæ faciunt bulbique ſalaces. Ver. Opuſc. in Moreto. Intibaque, & Venerem reuocans eruca morantem. Oui. de Rem. 2. Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces. Iuu. Sat. 9. Spes ſupereſt, tu tantum erucis imprime dentem. ait Britan. Eruca eſt herba, quæ, maximè vires in venerem præſtat. pen. flect.

Ervcto, pe. pro. Ver. Aen. ſexto. Aeſtuat, atque omnem cocyto eructat arenam. Idem tertio. Erigit eructans liquefactaq; ſaxa ſub auras. Sil. 14. Aſt pœna eructat tremefactis cautibus ignes. Idem decimotertio. Inuiſum cœlo ſpecus, atque eructat acerbam. Cicero in Catil. Socii Catilinæ accubantes in conuiuiis eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum. penult. acuit.

Ervdio, pen, cor. Oui. Epiſt. Penel. In patrias artes erudiendus erat Idem Faſt. 3. Erudit, & rarum pectine denſat opus. Stat. Theb. decimo. Erudiit genitrix nimiū didiciſſe queretur. Sil. ſeptimo. Erudiit fortuna meis, nec ducere verba. Flac. ſecundo. Erudiit, ſæpe ipſa manu dignata carinam eſt. Ver. Aen. 9. Sublatum erudiit, nec tecū talia geſſi. Cicero de Am. Qui magnam Græciam inſtitutis, & præceptis ſuis erudierunt. Idem de Fin. Gracchus fuit literis Græcis eruditus. antepenul. acuit.

AErvgo, pen. pro. Hor. de Art. Semis. ad hæc animos ærugo, & cura peculi. Idē Ser. primo. Erugo mera quod vitium procul adfore chartis. Iuue. Sat. 13. Si reddat veterem cum tota erugine follem. ait penultima flectit. Calep. Aerugo proprie ab ære. nam in ære fit cum viri deſcit: ideò diphthongo eſſe ſcribendam.

Ervmna, pen. pro. Hor. Epiſt. ſecundo. Erumnis laſſus dum noctu ſtertit ad aſſem. penult. acuit. Perſ. Sat. 3. Eſſe quod Arceſilas, erumnoſiq; Solones. Auſo. Malo, inquis, tineas, ſapis erumnoſe libelle. penult. flectit. Lucr. 6. Erumnabile erat, quod vbi ſe quiſque videbat. antepenultima acuit.

Ervtvs, pen. cor. Ver. Aen. 5. Aut Ida in magno radicibus eruta pinus. Oui. Faſt. 1. Eruta ſetigeræ comperit ore ſuis. Stat. Theb. 10. Solantes, thalamoque tenent, ſedet eruta multo. Mant. Eruta Vādalicis bello incumbente procellis. antepen. acu.

Ervo, pen. cor. Ver. Aen. 4. Eruere inter ſe certent, it ſtridor & altè. Idem. 2. Eruerint Danai, quæque ipſe miſerrima vidi. Idem Geo. 2. Eruit ille altum nidis petiere relictis. Iuue. Sat. decima. Fiet, & illius, quam non amat, eruet omnem. Mant. Inuenies qui te de ſordibus eruat iſtis. Idem. Erue ſopitam de ſolicitudine mentem. Cicero de Orat. Scrutari locos, e quibus argumenta eruamus. Idem Reliqua cura, & cogitatione eruūtur. antepenult. acu.

Escarivm, pen. cor. Iuue. Sat. 12. Adde & baſcaudas, & mille eſcaria multum. antepenult. acu.

Escvlvs, pen. cor. Sil. quinto. Eſculus vmbroſus magnas ſuper ardua ſyluas. antepenult. acuit.

Esinvo, pen. cor. Ver. Opuſc. Vertice colle ctos illa eſinuabat amictus. antepenultima acuit.

Esseda, pen. cor. Hor. Epiſt. 2. Eſſeda feſtinant, pilenta, petorita, naues Prop. 2. Eſſeda cælatis ſiſte Britannica iugis. Perſ. Sat. 6 Eſſedaque ingentesque locat cæſonia rhenos. Ver. Geo. tertio. Belgica, vel molli melius feret eſſeda collo. ait Seruius. Gallicana ſunt vehicula, nam Belgæ ciuitas eſt Galliæ, in qua huiuſcemodi vehiculi repertus eſt vſus.

antepenult. acuit.

ESTO, pen. pro. Ver. Aen. 12. Esto nunc sol testis, & hæc mihi terra precanti. ait Seruius. Esto autem multi volunt tertiã esse personam: quia sequitur, & hæc terra, vt, elocutionem per nominatiuum intelligamus. sed hoc non procedit, quia sequentia vocatiuum habent. vt, & tu Saturnia, Iuno. Vnde per vocatiuum eũ omnia dixisse intelligamus. Idem. Ne qua meis esto dictis mora Iuppiter hoc stat. Hic tertiæ personæ est, pro sit. Idem decimo. Itala iam petiit fatis autoribus, esto. Esto aduerbium est concedentis, in de eius significationes sunt. penultima acuit.

ESIS, pen. pro. Sil. 8. Hoc esis, sapisque lauant, rapidasque sonanti. Idem. Quis esis regnator erat, fluuioque reliquit. penult. flectit.

ESVRIO. pen. cor. Iuue. Sat. octaua. Vallibus esuriens migraret in atria Clio. Idẽ. Esurit, intactam Paradisi vendat Aganen. Idem decimoquarto. Ipse quoque esuriens, neque enim omnia sustinet vn quam Mant. summa viris, pompa esuries absumit, & herbas. Idem. Et Gothus esuriens secum duxere Arimaspos. Hor. Ser. primo. Pocula num esuriens, fastidis omnia præter. Idem. Sustulit esuriens minus hoc iucundus amicus. Mart. septimo. Conturbator aper vilius esurio. Cicero Tusc. Nunquam videlicet sitiens biberat, nec esuriens ederat. Idem Epist. Nostri milites facilè algere, & esurire consueuerunt. antepen. acuit.

ET, coniunctio, cor. sequente vocali. Oui. de Trist. primo. Nomen & erepti sæpe vocasse viri. Idem. Viuat, & auxilio subleuet vsque suo. Idem. Viuat, & ab scutem, quoniam sic fata tulerunt. Ver. Aen. primo. Hoc metuens, molemque & montes insuper altos. Ait Seruius. Duo substantiua ad eandem rem pertinentia diuidens, vt molem & montes pro molem montis, & est figura endyadis; vt vna res in duas diuidatur metri causa interposita coniunctione vt alibi, pateris libamus, & auro, pro pateris aureis vt, in breuia & syrtes, pro in breuia syrtium, quasi duo substantiua iungens. acuitur.

ETEOCLES, pen. cor. Per Omicron enim Græcè scribi. Stat. Theb. tertio. Hæc senior, inultumque nefas Eteoclis aceruat. Idem 7. Nuntius attonitas iam dudum Eteoclis ad aures. Idem. Me potius socii qui fidum Eteoclea nuper. o produci muta, & liquida consonante, quæ metrum adiuuat, ait Seruius. Vide peragro. antepenultima acuit. Calep. enim deduci interpretatur ab ἔτεος, & κλέος, per epsylon.

ESERNIA, pen. cor. Sil. octauo. Et quos, aut rufre, aut quos eserni a quosque. ante penul. acuit.

ETENIM, pen. cor. Pers. Sat. tertio. Iure etenim id summum quid dexter semio ferret. Idem 4. Scis etenim iustum gemina suspendere lance. Idem 5. Tecum etenim longos memini consumere soles. antepenult. acuit.

ETIAM, pen. cor. Oui. Met. primo. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. Idem 2. Dum potes, & solidis etiam nunc sedibus astas. Ver. Buc. Protenus æger ago, hanc etiam vix Tytire duco. Idem. Capreoli sparsis etiam nunc pellibus albo. Idem Aen. vndecimo. Sternamur campis etiam tu si qua tibi vis. ait Seruius, nam etiam est horrantis ad verbum hoc loco, adhuc significat, & est temporis, vt etiam curius, etiam arma apud maiores: etiam consentientis fuerat, quod tamen in his recentibus, & idoneis autoribus non inuenitur. item, etiam componi ex &, & iam, vbi i, consonans est. Quint. Inst. primo. ibi, an aliquas pro consonanti vsus acceperit, quia iam sicut tam, scribitur, & vos, vt cos. sed quoniam, ait Scaliger, proprium est i, consonantis in pristinam vocalis formam redigi, & augere numerum literarum, ideo in etiam i, migrat in vocalem, vel ut idem admonet, i indifferens legitur, nunc vocalis, nunc consona apud comicos in aduerbio iam. antepenult. acuit.

ETHALION, pen. cor. Oui. Met. 3. E quibus Ethalion te scilicet omnis in vno. antepen. acuit.

ETRVSCVS, pen. pro. Stat. Syl. 1. Fronte verecun-

verecundo Clio mea ludit Etrusco. penult. acuit.

Eva, pen. pr. Auso. Implicuit socium blandis erroribus Eua. penult. flect.

Evadne, pen. pro. Ouid. de Trist. 4. Non legis, Euadnen erubuisse viro. Ver. Aen. 6. Euadnenque, & Pasiphaen, his Laodomia. ait Seruius, vxor Capanei fuit: quæ se in ardentem mariti rogum præcipitauit. penul. acu.

Evado, pen. pro. Oui. Met. 14. Quæ loca me visæ voluisti euadere mortis. Ver. Aen. 6. Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ. Idem 10. Et tibi Phœbe sacrū casus euadere ferri. Idem Geo. 4. Iāq; pedem referens casus euaserat omnes. Flac. 6. Euasisse ratus, lætum per luminis orbem. Mant. Testea confractis similes euasimus vrnis. Idem. Euasurus erat gētis non parua Latinæ. Idem. Euasere genus, quæ Lōgobarda vocatur. Cicero de Fin. Ex his angustijs ista euaserunt deteriora Idem de Sen. Cùm animus ex corpore euasisset. Idem de Nat. Ex abditis euadere in loca clara. Idem Att. Anteà videamus, hoc quorsum euadat. Idem de Clar. In dicendo pauci digni nomine euadūt. penult. flect.

Evagrus, pen. pro. Oui. Met. 12. Parua tibi est, Euagrus ait, nec dicere Rhetus. Mant. Dicite, sit sermo vobis Euagrius, Efren. antepen. acu.

Evan, pen. pro. quod nomen est Bacchi, ait Seruius in Ver. Aen. 6. Ouantes autem bacchantes à libero, qui Euan dicitur, vt, Illa chorum simulans ouantes Orgia circum. Oui. Met. 4. Mystelinsq;, Eleleusq; parens, & Iacchus, & Euan. Mant. In iuga Dirceos Euan volitauit ad agros. Stat. Syl. 1. Pande fores te stella charus tibi Phœbus, & Euan. Idem. Gnosida desertam profugus liquisset, & Euan. Vox est bacchantium, qua Bacchus ipse significatur, & vt sic Bacchi cognomen est. acuit primam. & Euan interiectio exclamantis est Bacchum laudantium: & tunc aduerbiorum obtinet vsum. nā bissyllabę vltimam acuunt. Ex Victorini sententia: sed vide Priscianum atque autor. Nebriss. sed vide nostras Regulas de aduerbiorum accentibus: & speciem iam partium retinent orationis. Videntur enim affectum habere i se verbi, & plenam motus animi significationem: licèt Donatus docuerit interiectionum accentus incertos esse, cum abscōdita voce, & non plan è expressa proferantur. Vide Euge, vide Infandum.

Evangelium, pen. cor. Latinè per v, consonantem proferendum esse: hæc Antonius Nebriss. De ui, & potestate literarū. vbi litera mendosè impressa est. sed vide nostras Regulas ibi, eloq oratori pcipuū.

Evander, pen. pro. Stat. Syl. 2. Euander fidus pugnans spectabat Acetes. Idem. 3. Euandri, quos mole noua pater inclytus vrbis. Hor. Ser. 1. Euandri manibus tritū deiecit ob hanc rem. Oui. Fast. 5. Exul ab Arcadia Latios Euāder in agros. Idē. 4. Venerat Euander plena cum classe suorum. Idem 1. Hinc fuit Euander, q nūquā quam clarus vtroque. Ver. Aen. 12. Conuenit Euandri victos discedere ad vrbē. penu. acuit. Idem Aen. 10. Iam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis. ait Seruius, Euandrius hic possessiuum est, non patronymicum. antepen. acu.

Evaneo, vnde euanesco, pen. cor. Oui. Met. 14. Tabuit inque leues paulatim euanuit auras. Idem Fast. 2. Iussit, & in tenues oculis euanuit auras. Mant. Atque arcere vadis, sed spes euanuit ante. Ver. Aen. 9. Et procul in tenuem ex oculis euanuit auram. Cicero Att. Sin vt scribis ista euanuerit. Idem Tusc. Nam Pyrronis, & Herilli sententiæ euanuerunt. Idē de Diuin. Potest autem vis illa terræ euanuisse vetustate. Idem Att. Sed etiam præterita euanescere coges. antepenultima acuit.

Evbois, pen. cor. Stat. Syl. 1. Eubois, & pulchra tumeat Sebetos alumna. Luca. 5. Talis in Euboico vates Cumana recessu. Stat. Theb. 2. Pascua, & Eubocis arctatas fluctibus oras Idem. Syl. 1. Limina, & Euboicæ carmē legit ille Sybillæ. Ver. Aen. 6. Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Idem 11. Syluus, & Euboicæ cautes, vltosque Caphareus. Oui. Fast. 4. Carminis Euboici fatalia verba sacerdos. Idem 6. Quod decus Euboico carmine munus habet. Idem de Trist. 5. Quæq;

modo Fuboicis lacerata est fluctibus audes.antepe.acu.

EVENTVS,pen.pro. Ouid.de Trist. primo. Perque tot euentus,& iniquis concita ventis.Idem 2.Cimis in euentu penè clementia tanta est.Idem Epist. Phyl. Quisquis ab euentu facta notanda putat.Sil.5.Exitus euentu praui consulta timoris. Lucr. 1.Euentum dici poterit, quodcunq; erit actum.pen.acu.

EVERTO,pen.pro.Ver.Aen.11. Fraxinus euertunt actas ad sydera pinus.Idē Geo.2. Et nemora euertit multos ignaua per annos.Oui.de Trist.2.Nec tamē est facinus uersus euoluere molles.Cicero Att. Iidē illam euertimus.Idem de Fin.Ista praecepta,quae probas,funditus euertunt amicitiam.Idē pro Dom.Funditus euertisti ciuitatem.Idem de Amic. Quae non odiis, atque dissidiis funditus possit euerti. penult. acuit.

EVECTVS,pen.pro.Oui.Met.14. Pro quibus aetias meritis euectus ad auras.pe.ac.

EVENVS,pe.pro.Luca.6.Euenus Calydona secat,ferit amne citato.Oui.Met.9. Venerat eueni rapidas Ioue natus ad vndas.pe nult.flectit.

EVEHO,pen.cor.Iuue.Sat.1.Noctibus in caelum quos euehit optima summi. Cicero de Cla.Vt semel è Piraeo eloquentia euecta est.Idē in Ver. Signa plostris euecta, asportataq;.antepe.acu.

EVGE,pe.pro.Mart.2. Effoete grauiter,citò, neqter,euge beata.Pers.Sat.5. Euge puer sapias,diis depellentibus agnam.Idem 1. Euge tuum,& belle,nam belle hoc excute totum.Idem.Et tua aratra domū lictor tulit,euge poeta. Idem. Nil moror,euge omnes etenim bene mire eritis res. laudātis est interiectio,tamen pen.acu.effectus demonstrat.Vide Euan.est enim interiectio nota animi affecti, quae nullius orationis indiget adiumento.

EVGANEVS,pe.cor.Mart.13. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui.Idē 1.Nupsit ad Euganeos sola puella lacus.Iuuen. Sat.8.Vanus,& Euganea quantū ius mollior agna.Luc.7.Euganeo si vera fides memorantibus,augur.Sil.8.Euganeo profugiq; sacris Antenoris oris.antepe.acu.

EVGENIVS,pen.cor. Mant.Pontifici visum Eugenio,qui retulit illum.Idem.Magna sub Eugenio gessisse negocia fertur. antepenul.acuit.

EVGEION,pe.cor.Sil.14.Foedera Callipsos, lapidosiq; Eugeion artus.

EVINCTVS,pen.pro.Oui.de Pont.3. Euinctiq geminas ad sua terga manus.Ver.Buc. Puniceo stabis suras euincta cothurno. penult.acuit.

EVITO,pen.pro.Pers.Sat.2.Triste iaces lucis,euitandumq; bidental. Cicero Tusc. Haec omnia vidi inflammari, primò vitā euitari. Idem de Fin. Ne si etiam euitare posset.pen.flect.Oui.Met.6.Frena tamen dantem nō euitabile telum. Idē in Ibin. Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis.antepe.acu.

EVION,pen.cor.Vox Bacchantium , atque Bacchi nomen exprimentium, propter quod Iuppiter eum blandè affatus est, euie dicens. Oui.de Art.1. Pars Hymenea canunt,pars Euiō,Euio clamant. Sta.Syl. 2.Fulmine praecepti cū te tenet Euie partus.Pers.Sat.1.Euion ingeminat, reparabilis assonat Echo.Vide Euā.quia est Bacchi exprimens affectū,vt Oui.Met.4.antepe.ac.& si interiectionem ferunt.

EVIPEDES,pen.cor.Ouid. Met.5. Rident Euipedes,spernuntq; minantia verba. i. Euipes filię, patronymica forma est. Euipe Chironae est filia,quam in aquam conuersam scribit Euripides. antepenultima acuit.

EVLOGIVS,pen.cor.Mant.Paulus, & Eulogius memoretur, & inclytus Hammon. antepen.acuit.

EVMACHVS,pen.cor.Sil.4.Xantippus gladio rigida cadit Eumachus hasta. Idem. Eumachus inde Capin, sed tota mole tenebat.Idem.Eumachus,& Clytias,& laetus nomine patris.antepe.acu.

EVMELVS,pen.prod.Stat.Syl.4.Respiciens blandae felix Eumelus adorat.Verg.Aen. 5.Incensas perfert naues Eumelus,& ipsi. ait Ser.Latinus accentus est,translato nomine:scribitur enim Graecè per η quae Latinè in e,lōgam venit.licèt à melos deductum videatur.pen.flect.

EVMENIS,penul.cor.Luca.1. Eumenis aut qualem iussu Iunonis iniquae.Stat.Theb. 7.Eumenis in furias, animumque redire priorem

priorem. Idem 9. Eumenis ex oculis, reiecta cęrula parma. Stat. Syl. 5. Eumenidū, nullo sonet asper ianitor ore. Idē Theb. 8. Eumenidum lachrymas, iterataque pen sa sororum. Ouid. Met. 8. Eumenides saeris vultus aduertite vestros. Idē in Ibin. Protinus Eumenides lauere palustribus vndis. Verg. Geo. 1. Eumenidesque satae, tum partu terra nefando. Idem Aenei. 6. Aeneas matri Eumenidum, magnaeq; sorori. Idem. Ferreique Eumenidum thalami, & discordia demens. Idem. Eumenidū aspiciens, ripamve iniussus abibis. Luc. 3. Eumenides quaterent vestris cum lampa das armis. antepe. acu.

EVMEVS, pen. pro. Stat. Syl. 2. Sperauit tardi reditus Eumeus Vlyssi. penultima flectit.

EVMOLPVS, pen. pro. Ouid. de Pont. secundo. Hoc tibi & Eumolpus generis clarissimus autor. Idem. Et prior Eumolpo suadet Erichthonius. Idem 3. At non Chionides Eumolpus in Orphea talis. penultima acuit.

EVNOMVS, pen. cor. Auso. Acciperem medicos Eunomus obriguit. antepenultima acuit.

EVNEVS, pen. pro. Ver. Aen. 11. Euneū Clytio primum patre cuius apertum. ait Ser. Euneum, quia Latina est declinatio, ideo ne accipit declinatio. Nam Statius quia Graece declinauit, Graecum accentum posuit dicens: nunc Euneon ante. Vide Epirus. penul. flect.

EVNVCHVS, penult. prod. Claud. Fregit & eunucho, fluerent Pactolus, & Hermus. Iuue. Sat. 6. Sunt quas eunuchi imbelles, ac mollia semper. Idem. Tondendum eunucho Bromium committere noli. Clau. Esset in eunuchis thalamos seruare pudicos. de quo ait Seruius Aeneid. 5. ibi, Centauro inuehitur magna, Scyllaq; Cloanthus. centauro magna foeminini est generis: si de naui dicas: vt, in eunuchum suam; cùm comoediam diceret. vnde extat Fabii praeceptum. Inst. primo. cap. decimo. Quaedam tamen, & faciem soloecismi habent, & dici vitiosa non possunt, vt tragoedia Thyestes, Eunuchus comoedia. Iuue. Sat. prima cōtrà fecit, Scriptus & in tergo, necdum finitus Orestes: sed sciendum genera plaerunque confundi, aut metri ratione, aut hiatus causa. pen. acuit.

EVOHE, vox est bacchantis, ait Seruius. penul. cor. Ouid. Metamor. quarto. Euohe Bacche sonat, Bacchi sub nomine Iuno. Ver. Aen. 7. Euohe Bacche fremēs solum te virgine dignum est. antepenult. acuit. Vide Euiōn.

EVOCO, pen. cor. Ver. Aen. 4. Tum virgam capit, hac animas, ille euocat orco. Clau. Euocat & solio fultus genitoris eburno. Luca. 1. Euocat & Romam motis petit: vndique signis. Cicero Att. Sic te euocabant. Idem in Verr. Verres statim Messana literas dedit: Dionem euocauit. Idem de Orat. Qui te magnopere emicant. antepen. acu.

EVOLVO, pen. pro. Ouid. de Trist. 2. Nec tamen est facinus uersus euoluere molles. pen. acu. Cicero Offi. Siquis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere. Idem in Arat. Quare ego nunc nequeo totos euoluere casus. Idem Att. Totam hanc deliberationem euolui.

EVOMO, pen. cor. Ver. Opusc. Vix vnquàm redit in vires, atque euomit ignem. Luca. 4. Euōmpere fretum contorti vorticis vndę. Cicero in Cat. Quod tantam pestem euomuerit. Idem pro Mil. Non vereor, ne odio inflammatus haec illum euomere videar. antepe. acu.

EVPALAMON, pen. cor. Oui. Met. 8. Fertur & Eupalamon, Pelagonaq; dextra tuentes. antepe. acu.

EVPHEME. pe. pro. Flac. 10. Accurrit boreae, pedibusq; Eupheme citatis.

EVPHENIVS, pe. cor. Flac. 10. Tum memor Euphenius noctutni sępe soporis. antepe nult. acuit.

EVPHORBVS, pen. pro. Ouid. Met. 15. Panthoidēs Euphorbus erā, cui pectore quōdam. pen. acu.

EVPHRANO, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Hic aliquid praeclarum Euphranoris & Polycleti. penult. flect.

EVPHRATES, pen. pro. Stat. Syl. 3. Tu rapidum Euphraten, & regia bactra, sacrasq;. Iuuen. Sat. prima. Natus ad Euphratem molles quod in aure fenestrae. Ouid. de Art. primo. Hic est Euphrates praecinctus

arundine frontem. Idem Met.2.Arsit & Euphrates Babilonius arsit orantes. Idē Fast.2. Venit ab Euphrate comitata cupidine paruo. Idem 6. Crassus ad Euphraten aquilas, natumque, suosque. Luca.2. Euphratem, Nilumque moue, quo nominis vsque. Verg. Geo.2. Hinc mouet Euphrates, illinc Germania bellum. inquit Seruius, Euphrates orientis est fluuius, Germania autem occidentis est prouincia.pen.acuit.

EVPLEA, penul.pro. Stat.Syl.2. Inde vagis omen felix Euplea carinis. penultima flectit.

EVPOLIS, pen.cor.Hor.Ser.1. Eupolis, atque Cratinus, Aristophanesque poetæ. Pers.Sat.1. Iratum Eupoliden prægrandi cum sene palles. Hor.Serm.2. Eupolin, Archilo cum comites educere tantos. Oui.in Ibin. Eupolis hoc periit & noua nupta modo.antepe.acuit.

EVRYALVS, pen.cor.Oui.de Trist.1. Si nō Euryalus Rutulos cecidisset in hostes Idē 5. Te vocat Aegiden Euryalumq; suum. Idem in Ibin. Aut vel Euryali qui sceptrum cæpit ab illo. Ver.Aen.5. Euryalus forma insignis, viridiq; senecta. Flac. 6. Virginis Euryales cursu locat, aduolat ipsa. antepen.acuit.

EVRYBATES, pen.cor.Oui.Brisei. Nam si mul Eurybates me Talthibiusque vocarūt. Eurybati data sum, Talthibioque comes.antepe.acu.

EVRYDAMAS, pen.cor.Oui.in Ibin. Atque vel Eurydamas ter circumbulta Thrasylli. Sil.2. Eurydamos Nomados dextra super instrepit ater. antepe.acu.

EVRYDICE, pen.cor.Verg.Geor.4. Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras. Idem. Restitit, Eurydicenque suā iam luce sub ipsa. Idem. Lustrabat, raptam Eurydicē atque irrita Ditis. Idem. Voluebat Eurydicen vox ipsa, & frigora lingua. Idem. Ah miseram Eurydicen, anima fugiente vocabat. Idem. Eurydicen toto referebant flumine ripæ. Idem. Placatā Eurydicen vitula venerabere cæsa. antepen. acuit.

EVRYLOCHVS, penul.cor. Oui.Metamor. decimoquarto. Eurylochumq; simul, nimiumq; Elpenora vini. Idem. Vidimus Eurylochum, solus data pocula fugit. antepenult.acuit.

EVRIMEDES, penul.cor.Oui.in Ibin. Protinus Eurimedes latere palustribus vndis. Idem. Thelemus Eurimedes vaticinatus erat. Idem Metamor.12. Thelemus Eurimedes, quem nulla fefellerat ales. antepenult.acuit.

EVRYNOME, penult.cor. Ouid. Metamor. quarto. Edidit Eurynome, sed postquam filia creuit. Idem. Versus in Eurynomes faciem genitricis, & inter. Flac. secundo. Et prima Eurynomen, ac proxima limina Codri. Oui. Met.12. Aut non Eurynomos, Lydasque, & Aræus, & imbres. antepenul.acuit.

EVRYPILVS, pen.cor. Ouid. Metamorph. 13. Eurypilusque ferox, claroque Andremone natus. Idem septimo. Eurypilique vrbem qua coæ cornua matres. antepenult.acuit.

EVRIPVS, penult.prod. Flac primo. Tegmina Chalcidicas fugiens Euripus arenas. Sil. decimoquarto. Euripi magis vnda furit, pontumque sonantem. penultima flectit.

EVRYSTHEVS, penult.cor. Stat.Syl.tertio. Incolis, & mersum tumulis Eurysthea lustris. Verg. Geor.tertio. Omnia iam vulgata, quis aut Eurysthea durum. Idem Aen.8. Rege sub Eurystheo fatis Iunonis iniquæ.antepe.acu.

EVRYTION, pen.cor.Oui.de Trist.5. Quis erat Eurytion, Icariusque pater. Ver.Aeneid.5. Tela tenens, fratrem Eurytium in vota vocauit. Idem decimo. Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro. antepenultima acuit.

EVSONIA, pen.cor. Ouid. de Pont.4. Qui minus Eusonia distat ab vrbe loco. antepenult.acuit.

EVRYTVS, penul.cor.Flac.1. Euryte nec patrio minyis ignobilis vsu. Idem 3. Eurytus, & dictis Talai non territus Idas. Idē. Tegmina, & ingentem Corynthi notat Eurytus vmbram. Sil.16. Eurytus excelso nutritum colle crearat. Idem. Spes trepidas tātis venientibus Eurytus alis. Ouid. Metamor. 12. Eurytus Hippodamen, alij, quam quisque probabat.antepenultima acuit.

EVROPA, pen.pro.Ouid.Metamor.6. Europam verum taurum, freta vera putares. Idem de Art.1. Et modo se fieri Europã, modo postulat Io. Sil.decimoquarto. Ardet & Europe niuei sub imagine tauri. Claud. Hinc plantus Asiæ Geticis Europa cateruis. Mart.1. Vexerat Europen fraterna per æquora taurus. Idem quinto. Pompeios iuuenes Asia, atque Europa, sed ipsum. Stat. Achil. primo. Europamq; Asiamque vetat, quasque ordine gentes. Mant. Ter populis, Europa omnis, castra vna secuta est. Idem. Aequoris Europam Libycis quod parit ab oris. penultima flectit. Idem. Huc veniunt Libycæ merces, Europica gaza. Idem. Qualis in Idea proles Etopica creta. antepenultima acuit.

EVROTAS, pen.pro. Ouid.Met.2. Mygdoniusq; Melas, & Tænareius Eurotas. Ver. Aen.1. Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi. Idẽ Buc. Audiit Eurotas, iussitq; ediscere lauros. ait Seru. Eurotas est fluuius Laconum, qui ab Apolline instructus suas edocet lauros: quibus eius plenę sunt ripæ. pen.acu.

EVRVS, pen.pro. Ouid.Met.1. Eurus ad auroram, Nabathæaque regna recessit. Ver. Aen.2. Eurus equis, stridũt syluæ, sæuitq; tridenti. pen.flect.

EVSEBIVS, penul.cor. Mant. Prodiit Eusebius, qui tempora scripsit, & annos. Idem. Eusebii annales vsque ad sua tempora traxit. antepenultima acuit. Idem. Eusebiam, quo tunc præses cũ milite multo.

EVSTACHIVS, pen.cor. Mant. In reliquo fuit, Eustachio truculentus, & atrox. ante penult.acuit.

EVTRAPELVS, pen.cor. Hor. Epist.1. Certare Eutrapelus cuicunque nocere volẽbat. antepe.acuit.

EVTERPE, pen.pro. Verg. Opuscu. Dulciloquis calamos Euterpe flatibus vrget. Horat. Carm.1. Euterpe cohibet, nec Polyhymnia. pen.acu.

EVTROPIVS, penul.cor. Claud. Eutropius ceruice luat, sic somnia nobis. antepenultima acuit.

EVXINVS, pen.pro. Oui. Fast. quarto. Dum miser Euxini littora sęua peto. Idẽ. Frigida me cohibent Euxini littora põti. Idẽ quinto. Iussus ad Euxini deformia littora veni. Luca.9. Euxinumq; ferens paruo ruat ore proponcis. Mant. Thracius Euxinis Aegeum ingurgitat vndis. penultima flectit.

EXACVO, pen.cor. Hor. de Art. Versibus exacuit dictæ per carmina fortes. Verg. Georg. primo. Exacuũt alii vallos furiasq; bicornes. Cicero de Leg. cũ homo exacuerit illam ingenii aciem. Idẽ. Clodius mucronem tribunitium exacuit. antepenultima acuit.

EXADIVS, pen.cor. Ouid, Met.12. Dixerat Exadius, telique habet instar, in alta. antepenult.acuit.

EXAGITO, penul.cor. Ver. Opusc. Spiritus exagitat, neu buccina diuidat horas. Sil. 14. Parentum exagitare metu, pactamq; per aras. Iuue. Sat.6. Dic qua Tysiphone? quibus exagitata nare colubris. Hor. Ser. secundo. Semper eris derisor ad omnes: dii exagitent me. Stat. Theb. tertio. Exagitant? Adeone animarũ tædet? & agros. Idem quinto. Exagitat, clausasq; domos, & limina pulsans. Iuue. Sat. secunda. Exagitata procul non intrat fœmina limen. pen.flectit. Cicero in Or. Quod apud Lacilium scitè exagitat in Albutio Scæuola. Idem Att. Ne & meum mœrorem exagitem. Idem in Or. Et exagitatus maximè orator est. ante pe.acuit.

EXAMINO, pen.cor. Luca.8. Tempus erat, quo libra pares examinat horas. Idem 3. Examinat, totos cum sanguine dissipat artus. Ouid. Metamorph. decimoquarto. Vouit, & aduertens, pẽsans examinat herbas. Hor. Ser.2. Dicam, si potero malè verum examinat omnis. antepenulti. acuit. Cicero pro Planc. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo. Idem in Or. Diligenter examinare verborum omnium pondera. Idem de Orat. Quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

EXAMEN, pen.pro. Stat. Theb. duodecimo. Tecta, viasq; replent, vnde hoc examen, & vno. Pers. Sat. prima. Eleuat accedas examen ve improbum in illa. Ver. Buc. Sic tua Cyrneas fugiunt examina taxos. Idẽ Geor. quarto. Ergo opibus fortis idem, atq; examine multo. Idem septimo. Examen,

men subitum ramo frondente pependit Idem 12. Iuppiter ipse duas æquato examine lances. Ait Seruius examen propriè est filum, quo trutina regitur. penult. flect.

**Exanimo**, pen. cor. Ver Opusc. Exanimat, pressosque instigant agmine ventos. Luca. tertio. Exanimat, totos cum sanguine dissipat artus. Hor. Epist. secundo. Exanimat lentus spectator sedulus inflat Idē Ser. primo. An vigilare metu exanimen, noctesque, diesque. Oui. de Art. primo. nullus in exanimi corpore sanguinis erat. Idem Met. secundo. Exanimes artus primo mox ossa requirens. Luca. secundo. Vultusque exanimes, oculosque in morte minaces. Sil. sexto. Exanimum Vasamona Tyrem super ipse iacebat. Manc. Exanimum corpus Campodatianus aper tt. Ver. Aen. primo. Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. ait Seruius exanimus, & exanimis, dicimus: sicut vnanimus, vnanimis, inermus, & inermis: ergo pro nostro arbitrio, aut secundæ declinationis erunt, aut tertiæ: sed à tertia, ablatiuum singularem in i, mittunt, quia communis sunt generis. exanimis autem est mortuus, vt hic indicat locus: exanimatus verò timens, vt, Exanimata sequens impingeret agmina muris. Sil. decimotertio. Armorum tonitum, quas exanimatus in oras. Stat. Syl. tertio. Mōstra manu premeres, atque exanimata doleres. penultima flectit. Exanimo antepenultima acuit. Cicero Att. Aduentus Philotimi exanimauit omnes. Idem Parad. Te metus exanimat iudiciorum. Idem Att. Tulliæ meæ morbus me exanimat. Idem de Fin. Cum graui vulnere exanimari videret se.

**Exaturatus**, pen. pro. Ver. Aen. 8. Fessa iacent, odiis haud exaturata quieui. Stat. Theb. 6. Exaturata oculos vnum impellamur in ignem penultima flec. Ver. Aen. 5. Iunonis grauis ira, & inexaturabile pectus. antepen. acuit.

**Exaudio**, pen. cor. Ver. Aen. primo. Siue extrema pati, nec iam exaudire vocatos. Cicero in Cat. Sed quæ exaudio dissimulare non possum. Idem Pro Sil. Vt idem omnes exaudiant. Idem D. Subitò exaudiuit hinnitum. antepenult. acuit. Hor. Epist. 1. Ridebit monitor non exauditus, vt ille. pen. flect.

**Excidium**, pen. cor. Stat. Theb. secundo. Proiicis excidio, bone rex, ò quanta Cytheron. Idem 7. Excidium moliris auis venere volentes. Ver. Geo. secundo. Hic petit excidijs vrbem, miserosque penates Idem Aen. primo. Venturum excidio Libyæ, sic voluere parcas. ait Seruius, excidio pro ad excidium, nota figura est, non enim excidio natura datiui vtitur, sed accusatiui: est enim octauus casus, vt, it clamor cælo. antepen. acu.

**Excido**, pen. cor. à cado. Iuuen. Sat. quarta. Excidet Aruiragus, peregrina est bellua ceruis. Oui. Met. secundo. Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis. Idem de Trist. primo. Et longa pietas excidit ista dies. Ver. Geo. quarto. Excidet, aur in aquas tenues dilapsus abibit. Flac. tertio. Exciderit quæ gesta manu, quæ debita fatis. antepenultima acuit. Excido, à cædo pen. pro. Ver. Aen. primo. Rupibus excidunt scænis decora alta futuris. Stat. Theb. tertio. Exule, te series orbarum excise domorum. penultima flectit. Cicero in An. à cado. excident gladii, fluēt arma. Idem de Am. Neq; enim verendum est, ne quid excidat. Idē in Cat. Quoties tibi sica excidit. Idem Epist. à cædo quem tamen si excideris. Idem pro D. Excidere vrbes hostium. Idem Off. Nec lapides exciderentur è terra ad usum.

**Excipio**, pen. cor. Iuue. Sat. sexta. Excepit blanda intrantes, atque æra poposcit. Idem septimo. Sydera te excipiant modo primos incipiētem. Hor. Epist. primo. Excipiantque senes, quos in viuaria mittat. Oui. Met. primo. Excipit hos volucrisque suæ Saturnia pennis. Idem secundo. Excipit Eridanus, fumantia abluit ora. Idem tertio. Excipiunt laticem, Nimphæque, Hialeque, Rhanisque. Idem Iunone excipitur, tantus, talisque rogato, Mart. primo. Veneris onus misero, nec te pudet, excipis auro. Ver. Buc. Excipere insidijs, multùm latrāte lycisca. Idē Aen. tertio. Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras. Idem. Excipit aut

aut quæ digna satis fortuna reuisit. Idem 4. Perge sequar, tum sis excepit regia Iuno. Idem 10. Excipit atque ensem tumido in pulmone recondit. Idem 9. Excipiam sorti, iam nunc tua præmia Nise. Idem. Excipit Ascanius permagnos Nise penates. Idem Geo. 1. Inter & exciperet cæli indulgentia terras. Cicero Att. Tum ille ita edixit, ut me exciperet. Idē Id verò per te exciperamus negotiatori. antepen. acuit.

EXCITO, pen. cor. Ver. Aen. decimosecundo. Et pater æneas, & auunculus excitet Hector. Idem. Nunc omnes certent curæ, sonus excitat omnis. Idem. Nate quis indomitas tantus furor excitat iras. Iuue. Sat. decimaquarta. Clamosus iuuenem pater excitat, accipe ceras. Hor. Ser. 2. Excitat hoc pacto mensam poni iubet, atque. Idem. Quantum non aquilo Capanis excitat agris. Ver. Geo. quarto. Ad delubra venit monstratas excitat aras. Luca. primo. Rupta quies populi, stratique excita iuuentus. pen. pro. A cio, is, venit: excito à cieo. vide accire. Stat. Theb. sexto. Exciti illi etiam quis belli incognitus horror. Cicero pro Plan. Vt nostros liberos ad laborem, & laudem excitaret. Idem Top. Te quoque ad memoriam rerum nostrarum excitarem. antepen. acuit.

EXCLAMO, pen. pro. Iuue. Sat. octaua. Exclamare liber populus, quod clamat Osiri. Hor. Ser. prim. Iuppiter exclamet, simul atque, audiuit, at ipse. Ver. Aen. secundo. Prospiciens, nate, exclamat, fuge nate, propinquant. penultima flectit. Cicero de Or. Non possum quin exclamem. Idem Att. Brutus nominatim Ciceronem exclamauit.

EXCLVDO, pen. pro. Mart. 4. Nec timeat pueros, excludat sæpe puellas. Stat. Syl. primo. Excludat Plimpea sitim, nec conscia detur. Hor. de Arr. Credit, & excludit sanos Helicone poetas. Idem Ser secundo. Exclusit, reuocat, redeam, non si obsecret, ecce. Idem Epist. secundo. Viles, atq; nouos excludit iurgia finis. Stat. Syl. quinto. Excludit ramis ignauo pollice chordas. Oui. Met. secundo. Exclusura Deum, cui blandimenta, precesque. Hor. Ser. primo. Exclusus fore, cùm Longaræus foret intus. Stat. Syl. 1. Mœret Onyx longè, queriturque exclusis Ophites. pen. flectit. Cicero pro Cor. Gaditani Pœnos mœnibus excluserunt. Idem Att. Aut te à me excludere posset. Idem pro Cluen. Ne partu eius ab hæreditate fraterna excluderetur.

EXCRETVS, pen. pro. Ver. Geo. tertio. Multi iam excretos prohibet à matribus hœdos. penult. flect.

EXCVBIAE, pen. pro. Ver. Aen. 9. Interea vigilum excubiis obsidere portas. Stat. Theb. 4. Nunciat excubiis vigiles arsisse plateas. Idem. Sil. 2. Excubat innocui custos laris, huius amico. Cicero in Ant. Quantum potero, excubabo. Idem. Tusc. Et ego excubabo animo. ait Seruius, excubiæ diurnæ sunt, vigiliæ nocturnæ. antepenult. acu.

EXCVDO, pen. pro. Iuue. Sat. decimaquinta. Nescierint primi gladios excudere fabri. Ver. Geo. quarto. Excudunt ceras, & mella tenacia figunt. Idem primo. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Idem Aen. 6. Excudent alii spirātia mollius æra. Idem 1. Ac primum silicis scintillam excudit Achates. ait Seruius, excudit autem est feriendo eiecit: quia cudere est ferire: vnde & incus dicitur, quod illic aliquid cudamus. idest, feriamus. excudo pen. flectit. Cicero Att. Tibi de gloria excudam aliquid.

EXCVSO, pen. pro. Iuue. Sat. 15. Tale quid excusat Mæotide sæuior ara. Idem 16. Excusaturos non solicitemus amicos Hor. Epist. 1. Excusare laborem, & mercenaria vincla. Oui. Met. 2. Excusat, precibusque minas regaliter addit. Idem decimoquarto. Excusat nec se, aut serico committere pugnę. Mart. primo. Sic licèt excuses, quia qualiacunque leguntur. Cicero Att. Atticæ meæ velim me ita excuses. Idem Quint. Fr. Primum me tibi excuso, in quo te accuso. Idem Att. Sed cura, vt excuser morbi causa in dies singulos. penultima flectit. Stat. Theb. quinto. Forsitan vt vestræ fatum excusabile culpæ. antepenultima. acu.

EXCVTIO, pen. cor. Luca. 1. Excutiens pronam flagranti vertice pinum. Hor. Ser. 1.

Excu-

excutiat sibi non hic, cuiquam parcet amico. Iuue. Sat. 6. Si verum excutias faciei, non vxor amatur. Pers. Sat. 2. Excutias guttas lætari per trepidum cor. Idē 5. Excutienda damus præcordia, quantaque nostræ. Idem 6. Vnde animam lucro mercare, atq; excute solers. Ver. Aen. 12. Aut tu bella cie, conceptumq; excute fœdus. Iuue. Sat. 10. Discutienda valent steriles mala robora fici. Oui. Met. 15. Excutior curru, lorisque tenentibus arctus. Luca. 5. Excutitur qualis, & fluctibus aptior alueus. Ver. Aen. 2. Excutior somno, & sūmi fastigia tecti. Cicero pro Cæl. Excutiemus omnes istorum delitias. Idem pro Syl. Excutiam tibi istam iactationem. Idem pro. Mur. Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur. antepen. acu.

Exhalo, pen. pro. Ver. Geo. 2. Quę renuē exhalat nebulam, fumosque volucres. Luca. 4. Exhalat nebulas quicquid defenderat Indos. Pers. Sat. 5. Exhalat vapida læsum pice sessilis obba. Oui. Met. 15. Exhalare animam, nullasque in corpore partes. Cicero in Ver. Qui nondum conuiuii crapulam exhalassent. Idem in Ant. Edormi, & crapulam exhala. pen. flect.

Exeo, pen. cor. Ver. Geo. 2. Exierint tunc stringe cumas, tunc brachia tonde. Iuue. Sat. 5. Fur erit, atque ideo nulli comes exeo tanquam. Pers. Sat. 5. Exieris nunc, nunc hic, hic quē quærimus, hic est. Hor. Ser. 1 Quidam notus, cùm exiret fornice macte. Idem. Illam post paulo, sed pluris, si exierit vir. Oui. Fast. 5. Cum dixit nouies manes exite paterni. Idē 3. Tardius exierant, sed per compendia montis. Idē. Opprimere, exierat iam vox properata sub auras. Idem Met. 15. Scorpius exibit, caudaque minabitur vnca. Stat. Theb. 3. Exeat aut hodie volucrum quæ tanta potestas. Idem Achil. 1. Exierantque iugo fessi delphines Herili. Ver. Aen. 2. Exiit, oppositasque euicit gurgite moles. ait Seruius, Exiit dicimus, & exiuit, sed u, subtrahit Vergilius, vt breuem faciat sequentem vocalem. Cicero de Or. modo enim existis de balneis. Idē Offi. In alias domos tanquam in colonias exeunt. Idē in Ver. Qui per simulationem ab isto exierāt. illa ex Cicerone sunt: exire domo, exire ex urbe, exire à patria, exire de naui, de uita, & anno existente. antepen. ac.

Exemplare, pen. pro. Hor. de Art. Non laudē meruit, vos exēplaria Græca. pe. fle.

Exequiae, pen. cor. Stat. Syl. 3. Mitibus exequiis ades, & lugentis Hetrusci. Idem 5. Exequias, & dona malæ feralia pompę. Idem 2. Qualis erat, quid ego exequias, & prodiga flammis. Oui. Fast. 2. Cui paret exequias, quove sit ita modo. Idē. Fertur in exequias animi matrona virilis. Luca. 3. Exequias fortuna dedit non corniger Hammon. antepe. acu.

Exequialis, pen. pro. Stat. Theb. 11. Accipite infandæ iuxta exequialia morti. Idem 6. Exequiale sacrum, carmenque minoribus vmbris. Oui. Met. 14. Carmina iam moriēs canit exequialia cygnus. antepen. flectit.

Exequor, pen. cor. Ver. Geo. 4. Exequar hanc etiam Mœcenas aspice partes. Flac. Exequar heu vatem monstris quibus intulit ordo. antepen. acuit. Maut. Exequimur diuis etiam quā plurima vestris Cicero. In exequendis negociis rationi obedire. Idem Att. Cur non omnes factu illius executi sumus. Idem de Sen. Quod si exequi nequeas.

Exerceo, pen. cor. Ver. Aen. 8. Ferrum exercebāt vasto Cyclopes in antro. Oui. Met. 2. Rastrorumque fero, totoque exerceor anno. Ver. Aen. 1. Exercet sub sole labor, cum gētis adultos. ait Seruius exercet. i. fatigat: vt, Nate Iliacis exercite fatis. hoc autem participium ab exercitu idest militum multitudine, declinatione discernimus. nam nomen quartæ declinationis: participium secundæ: vt visus, huius visus, vel visi: passus, huius passus, vel passi: auditus auditi, vel auditus aditus huius aditus, vel aditi. Ver. Geo. 1. Cornuorum increpuit densis exercitus alis. Idem 3. Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursus. Idē Aen. 12. Tyrrhenusq; ruit variis exercitus armis. Idem 11. Hetruscique duces, equitumque exercitus omnis. Iuue. Sat. 10. Illum exercitibus, præponere tutor haberi. Hor. Epis. 1. Partitur linteres exercitus actia pugna. Oui. Met. 15. Sola ne semper ero iustis exercita curis. Cicero Att. Messala graui iudicio,

cio,multaque arte se exercuit. Idem de Or.Plær que in hoc vocem, & vires exercet suas.Idem. In hoc genere pueri apud magistros exercentur.antepe.acu.

Exesvs,pen.pro.Ouid.Fast.3. Audit in exesa stridorē exanimus vlmo.Verg. Aen. 8. Quam subter specus,& Cyclopū exesa caminis. Idem Geor.4.Pumicibusque cauis,exesæque arboris antro Idem 2. Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris. Luca.9. Clauderet exesis austrum scopulosa cauernis.penult.flect.

Exhibeo,pen.cor.Mart.t. Dicitur exhibuit Cæsar arena tibi.Ouid.Met.15.Exhibuit gemino præsignia tempora corn'. Idem 14 Exhibet asperitas verborum cessit in illas.Cicero pro Mil.Clodi, exhibe librarium illud legum vestrarum. Idem pro Sest.Sed etiam supplicem populo Romano exhibuit. Idē Att. Sed iā exhibeo pupillum.antepe.acu.

Exhilaro,pe.cor.Mant.Exhilarās Christus laticem mutauit Iaccho.Idem.Cantibus exhilarant vernis,nunc omnia fœtant. Cicero Epist.Miraris tam exhilara tam esse seruitutem nostram.antepenult. acuit.

Exigo,pen.cor.Stat. Theb.10. Postibus & totidem voti memor exige tauros.Iuue. Sat.6.Pusio qui noctu non litigat,exigat à te. Idem 7. Exigite, vt mores teneros, ceu pollice ducat.Idem 10.Qua timeo,victus,ne pœnas exigat Aiax.Verg.Aen.1. Exigat,& pulchra faciet te prole parentem.Idem 2.Exegit cæcos rabies,catulīq; relicti.Idem 11.Iastorum,& solis exegit montibus æuum.Idem 10. Parcæ fila legunt,validum, namque exigit ensem.Ouid.Met.15.Iamq; opus exegi, quod nec Iouis ira,nec ignes. Idem Fast.4. Quod fuit huic pœnas exigit ira deæ. Cicero in Ver.Mancipes à ciuitatibus pro frumento pecunias exigerūt.Idem pro Mur.Desperatas iam pecunias exegerunt. Idem de Or.Quò facilius id à te exigam. Idē de Leg.Qui à poeta, vt à teste veritatem exigunt.antepe.acu.

Exigvvs,pen.cor.Sil.6.Exiguus domitas, capiat locus ardua celsis. Stat. Syl.1. Cespes,& exiguo placuerunt farra salino.Iuue.Sat.2.Deteret exiguus, aliquid propo nimus illuc.Idem 8. Exiguis, tritoq; trahunt epiredia collo.Verg.Aenei.11.Exigua ingentis misero,sed debita patri.Idē Geor.1.Tum variæ illudunt pestes, sæpe exiguus mus. Idem. Et quamuis igni exiguo properata maderēt.Luca.10.Exiguæ secura fuit prouincia pellæ. Ouid.Meta. 15.Luceave exiguis ardescunt sulfura fumis.antepe.acuit.

Exilio,pen.cor.Ouid.Metamor.14.Exilire loco dictu mirabile syluæ. Stat.Theb. 1.Tristibus exiliit ripis, discedit inane. Luca.1.Sedibus exiliere patres, inuisaq; belli.Hor.Ser.2.Agrestē pepulere domo, leuis exilit inde.Oui.de Art.1. Protinus exiliunt animum clamore fatentes.antepen.acu. Cicero in Ver. Cum populi Romani clamore perturbatus exiluisti. Idē Epist.Mihi crede tuis & illius literis per fectis exilui gaudio.

Exilis,pen.pro.Hor.Epist.1.Exilis domus est,vbi non,& multa supersunt.Oui.Metamo.2.Nam breuis in gelidas membris exilibus vndas.Idem de Pont.1. Paruus inexiles succus mihi peruenit artus.Stat. Theb.7.Pectus alumna senis redit, atque exile profatur. pen.flect.

Exilivm,pen.cor.Ouid.Met.3.Exilio felix soceri tibi,masque,Venusq;.Idē. Exilium facto pius & sceleratus eodem. Idē Fast.1.Felix exilium cui locus ille fuit. Verg.Geo.secundo.Exilioque domos, & dulcia limina mutant.Idem 10.Exilium infelix,nunc alte vulnus adactum. antepenult.acu.

Eximivs,pen.cor.Stat.Syl.5. Capitur eximium fato Priscilla decorem. Luca.3.Eximius Phoceus animam seruare sub vndis Ver.Geo.4.Quattuor eximios præstanti corpore tauros.antepe.acu.

Eximo,pen.cor.Oui.Metamorph.1. Quæ postquàm euoluit,cæcoq; exemit aceruo. Idem de Pont.2. Eximar vt Scithici de feritate loci.Pers.Sat.2.Exemit puerum, frontemque, atque vnda labella. Vergil. Aen.9. Nulla dies vnquàm memori vos eximet æuo.Flac.2.Exime nos sceleri pater,& miserere piorum.antepe.acu. Cicero in Pis.Metellus calumnia dicēdi tempus exemit.Idem Quin.Fr. Clodius rogatus diem dicendo eximere cœpit.Idem in

in Ver.ne tu ex reo eximere.

EXIN, pro.deinde, ait Seruius, ordinis est aduerbium. Ver. Aen. 12. Exin quæ in medijs ingenti adnixa columnæ. Idē 7. Exin Gorgoneis Alecto infecta venenis. Idem sexto. Exin bella viro memorat, quæ deinde gerenda: breuiari sequēte vocali i ad hoc extat Antonii Nebriss. regula, in præpositio, & ab in composita, vt proin, dein, exin.

EXINDE, pen.pro. Ver. Aen. 6. Quisq; suos patimur manes, exinde per amplum. ait Seruius. Exinde vna pars orationis est, & in tertia a fine accentum habet. licet penul. sit longa: quod ideo factum est, vt ostenderetur vna pars esse orationis, ne præpositio iungeretur aduerbio: quod vitiosum esse, non dubium est. Vide aliquando.

EXISTO, pe.pro. Iuue. Sat. 6. Aut aliqua exstiterant, & sub Ioue, sub Ioue nondum. Prop. 3. Exstiterit, per me Lygdame liber eris. Lucr. 5. Exstiterint, & quæ nullo sint tempore natæ. Cicero Offi. Sic in animis existunt etiam maiores varietates. Idem Att. Ego magis timeo ne in filium existā crudelior. Idem pro S. Rosc. His de caussis ego huic caussę patronus exstiti. Vide Vallam. lib. 5. cap. 53.

EXISTIMO, pen.cor. Mant. Et lupus omne animal crudis existimat escis. antepenultima acuit.

EXITIALE, pe.pr. Stat. Syl. 4. Vastator Nemees, hæc exitiale ferebant. Idem Theb. 1. Exitiale genus belli mihi femina functo. Sil. 14. Primæuo cessit sceptrum exitiale nepoti. Verg. Aen. 2. Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ. pen. flect. Stat. Theb. 1. Cui Phœbus generos monstrum exitiabile dictu. Oui. Met. 6. Dumq; manu tentat trahere exitiabile telum. antepenul. acuit.

EXITIVM, pen.cor. Lucr. 5. Exitium quoq; terrarum, cæliq́ue futurum. Sil. 1. Latura exitium Laurēcibus horreat ortus. Idem 5. Exitium trepidis, lethiq́ue, & stragis aceruæ. Idem octauo. Exitium miseræ iam Pygmaliona docebat. Ouid. Metamor. 1. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Idem decimotertio. Exitium Troiæ, nostrique orbator Achilles. Verg. Buc. Idem amor exitium est pecori, pecorisq; magistro. Idem Geo. 3. Hæc autem exitiū primis dant signa diebus. Stat. Syl. 2. His amor exitio furor his, & sæua cupido. ante pe.acu. Mart. 5. Tu ne quid pecces exitiose vide. penul. flect.

EXITVS, pen.cor. Luca. 2. Ibitur, hic stabit ciuilibus exitus armis. Ouid. Phil. Exitus acta probat, careat successibus opto. Stat. Syl. 5. Exitus instanti præmisit membra sepulchro. Sil. 6. Exitus, euentus praui cō sulta timoris. Ver. Aen. 2. Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum. Iuuen. Sat. septima. Sic Pedo conturbat, matho deficit, exitus hic est. Idem nono. Exitus ergo qui est, ò gloria vincitur idem. antepenult. acuit.

EXODIVM, pen.cor. Iuue. Sat. 6. Vrbicus exodio risum mouet Attellanæ. Idem 3. Exodium, cùm personæ pallentis hiatū, antepen. acu.

EXONERO, penul.cor. Luca. 9. Exonerat, cogit tantos tolerare labores. antepenultima acuit.

EXORABILE, pen.cor. Iuue. Sat. 13. Quando ad me venient, sed & exorabile numen. Verg. Geo. 2. Atque metus omnes, & inexorabile fatum. Stat. Syl. 1. Estis io superi, nec inexorabile Clotho. Hor. Epistol. 2. Grandia cum paruis non exorabilis auro. Oui. Met. 2. Detegeret culpā nō exorabilis index. antepe. acu.

EXORIOR, pen.cor. Verg. Geor. 1. Sol quoque, & exoriens, & cum se condet in vndas. Idem Aen. 4. Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor. Cicero de Diu. Post solstitium Canicula exoritur. Idem contra Rul. Et repētinus Syl. nob is exoritur. antepen. acuit.

EXORO, penul. prod. Verg. Aenei. 3. Exorat pacem diuum, victasque resoluit. Stat. Theb. primo. Exoratus abis, inde hæc sacrata quotannis. penultima flectit. Stat. Syl. 3. Iamque in fine dies, & inexorabile pensum. antepenult. acuit. Cicero de Or. Nunc te iam exoremus necesse est. Idem. Ita me frater exorauit, vt huc secum venirem.

EXOSSATVS, pen.pro. Pers. Sat. 6. Exossatus ager iuxta est, age, si mihi nulla. penult. flectit.

Exosvs, pen. prod. Ouid. Metamor. 1. Ille velut crimen tædas exosa iugales. Vergil. Aen. 10. Et iuuenem exosum ne quicquã bellamencetem. Idem 5. Iuppiter omnipotens si nondum exosus ad vnum, de quo ait Ser. Antiqui dicebant odi, & osus, sum Hinc est exosus: quo vtimur. licèt iam osus, sum non dicamus. Cicero de Amic. Ita amare oportere, vt aliquando sis osurus. Stat. Syl. secundo. Desertas exosus opes, sed nõ capit ignis. Idẽ Theb. 11. Exosus manes, nigri sulcator auerni. pen. flect. Vide Osus.

Expavesco, penul. cor. Ver. Geo. 4. Expauit Medea nefas, fit mutua pacti. antepenultima acuit.

Expedio, pen. cor. Verg. Geo. 4. Expediam prima repetens ab origine famam. Idem. Addidit, expediam, pro qua mercede coronas. Idem Aeneid. duodecimo. Expediuntque manus, primusque Tolumnius augur. Idem. Expediam, tanton' placuit concurrere motu. Flac. primo. Expedior subita cur pulcher arundine cines. Idem secundo. Expediunt Tyrio vibrat thorus igneus ostro. Idem septimo. Expediit, totque ora simul iugulata procorum. Stat. Syl. primo. Expediã genus ipse suis præmissaque retro. Idem Theb. 1. Expediam, penitusque sequar, quo carmine muris. Lucr. 3. Nunc id, quod superest, de moribus expediemus. Idẽ 2. Cogit, ades, paucis dum versibus expediamus. Cicero Attic. Aut nos expedies omni molestia. Idem. Expedire se ab omni occupatione. antepen. acuit.

Experientia, pen. cor. Verg. Geor. 1. Sit peeor, atque opibus quanta experientia parcis. Idem 4. Vnde noua ingressus hominum experientia cœpit. Stat. Theb. 7. Lætior, & nunquam tanta experientia cœli. Oui. Met. 1. Me paret, hæc illi placet experientia veri. antepe. acu.

Experior, pen. cor. Iuue. Sat. 11. Experiere hodie nunquid pulcherrima dictu. Idem 13. Fortasse experiar, solet his ignoscere multis. Oui. Metamor. primo. Mox ait, experiar. Deus hic discrimine aperto. Verg. Geo. secundo Illa ferax oleæ est, illam experiere colendo. Idem 4. Experiar, Numadumque petam connubia supplex. Mant. Pœnitet, experior quid concedatur in illos. Cicero Att. Omnia experiar. Idem in Ant. De me experior. Idem Att. In quo amorem experiar tuum. ante penul. acu.

Expio, pen. cor. Flac. 2. Expiet, & referam lotos in templa dracones. Iuue. Sat. 6. In tunicas eat, & totum semel expiet annum. Perf. Sat. 2. Expiat vrentes oculos inhibere perita. Cicero Arch. Sed primum expiabo religionem ædium mearum. Idem. Eaq; errata expiantur. Idem in Pis. Tua scelera Dii immortales in nostros expiauerunt. antepe. acu.

Expilo, pen. pro. Ouid. Met. 13. Expilatq; genis oculos, facit ira valentem. Cicero de Nat. Dionysius fanum Proserpinæ locris expilauit. Idem de Or. A quibus expilati sumus. penul. flectit.

Expiro, pen. pro. Iuue. Sat. 15. Expirauit aper maioris dentibus apri. Stat. Syl. 5. Obruit, & prela vouet, expirare corona. Oui. Met. 3. Viuit, & expirat, modò quas acceperat auras. Idem 5. Edidit, & medios animam expirauit in ignes. Verg. Aen. 10. Ille autem expirans non me quicunque es inulto. Idem 11. Confixi expirãt animas pars claudere portas. Idem 3. Impositam rupis flammam expirare caminis. penult. flect.

Expletus, pen. pro. Stat. Syl. 2. Libertate doma iam flendi expleta voluptas. Idem 3. Nam quis in expleto tumpentem pectora questu. Idẽ Theb. 8. Sanguis in expleto rapitur per milia ferro. Luca. 1. Pendit inexpleto non fanda piacula busto. Verg. Aen. 8. Hæret inexpletum lachrymans, ac talia fatur. penult. flect.

FOENVS,pen.pro.Mant. Fœnisecæ soli fossores,nante atque bubulci.Oui.de Pont. 4. Quod mens adiecto fœnore reddet ager.Iuue. Sat.6. Fœnoris accedat merces hinc exime sumptus. pen. flect. Mart. 1. Hæc sapis, hæc omnis fœnerat vna deus. antepen.acuit.Ver.Geo.3. Pabula nec tota claudes fœnilia bruma.pen.flect. Cicero in Ver. Idem pecunias istius suo nomine fœnerabatur. Idem.Pecuniam binis centesimis fœneratus est. Idē de Am. Neque enim beneficium fœneramur.

FOECVNDO, pen. pro. Mant. Fœcundauit agros animarum,& semina culto. penultima acuit.

FOETVS, pen. pro. Oui. Met. primo. Res creat, & discors concordia fœtibus apta est. Ver. Geo.2.Nec minus intereà fœtu nemus omne grauescit. Oui.Met.decimo tertio.Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni. Ver. Buc. Si fœtura gregem suppleuerit,aureus esto.pen.flect.

FOLIVM, pen. cor. Ouid. Met.decimotertio. Candidior folio niuei Galathea ligustris. Ver. Geo. primo. Mellaque decussit foliis ignemque remouit. Idem Aen.sexto. Alma viros, foliis tantùm ne carmina manda.Stat. Syl. secundo. Spargere tu laticem, & foliis turbare memento. Hor. Epist. primo. Per similem folio pla-

platani caua littora propter. Iuue. Sat. octaua. Credite, me vobis folium recitare Sybillæ. antepenultima acuit. Mart. decimoquarto. Luxuriose bibas, si foliata sitis. Idem vndecimo. At mea me libram foliati poscat amica. antepenultima flectit.

FOLLICVLVS, pen. cor. Lucr. 5. Folliculos vt nunc teretis æstate cicadæ. antepenultima acuit.

FOMES, pen. pro. Luca. octauo. Excitat inualidas admoto fomite flammas. Ver. Aen. 1. Nutrimenta dedit, rapuitq; in fomite flammam. pen. flect.

FOMENTVM, pen. pro. Hor. Ser. 1. Assideat, fomenta paret? medicum roget, vt te. Idē Epist. primo. Vt lippum pictæ tabulę fomenta podagra. Idem. Frigida curarum fomenta relinquere posses. Stat. Syl. 5. Deficio, medicasq; manus, fomentaque quæro. pen. acuit.

FONTICVLVS, pen. cor. Hor. Ser. primo. Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere, eo fit. Iuue. Sat. 7. Fontibus Aonidum neq; enim cantare sub antro. Lucr. 6. Vitigeni laticis in aquas fontibus audent. antepen. acu.

FONTANA, pen. pro. Oui. Fast. quarto. Tu dea pro vobis fontes fontanaque placa. Idem. Bis caput intonsum fontana spargitur vnda. Idem primo. Oraque qua pollens ope, sum fontana recluli. Idem de Pont. quarto. Naiades à Satyris caneret Fontanus amatas. Iuue. Sat. decimasecunda. Sexaginta annos Fonteio consule natus. Oui. Met. 14. Verterat in vultus, illum fontana petebat. penultima flectit.

FORAMEN, pen. pro. Luca. 9. Sanguis erant lachrymæ, quæcunque foramina nouit. Oui. Fast. secundo. Exiguum templi tecta foramen habent. Idem de Pont. primo. En ego pro sistro Phrygiumque foramine buxi. Sil. quinto. Ac fraudi arctati remeare foraminis arcet. Sta. Theb. decimosecundo. Incidit, emicuit per mille foramina sanguinis. Lucr. 3. Atque ideo transire foramina, que nequit ignis. Hor. de Art. Aemula, sed tenuis, simplexque foramine pauco. Verg. Opusc. Rara foraminibus, siue in sese abstrahat auras. Idem Aetna. Terra foraminibus vires trahit, vrget in arctum. penultima flectit.

FORAS, pen. cor. Hor. Epist. primo. Sic qui dicta foras eliminet, vt coeat par. Oui. de Art. secundo. Si nihil attuleris ibis Homere foras. Lucr. sexto. Argentoque foras aliud, vitroque meare. Idem. Et scatere illa foras in stuppa semina, quæ cum. penult. acu.

FORABILIS, pen. cor. Oui. Met. decimosecundo. Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu. antepen. acu.

FOREM, pen. cor. Oui. Met. primo. Parte foret magni speciem glomerauit in orbem. Idem. Neu regio foret vlla suis animalibus orba. Idem. Neue foret terris securior arduus æther. Idem. An satis ò superi tuto fore creditis illos. Idem Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus. Idem decimoquarto. Transformata foret, scopulum quoque nauta vitat. Idem de Trist. primo. Horam propositæ quæ foret apta viæ. Idem. Cum foret in misero pectore mortis amor. Luca. primo. Cumque superba foret Babylon spolianda trophæis. Ver. Geo. primo. Multa forent, quæ mox cælo properanda sereno. vbi ait Seruius, forent præsentis temporis esse volunt: fore tantum semper futuri temporis fit. Nam foret & præteritum, & præsens, & futurum complectitur. Idē Aen. primo. Hinc fore ductores reuocato à sanguine Teucri. Fore quasi futuros esse. & est de verbis defectiuis. Idem 8. Quodque à stirpe fores geminis coniunctus Atridis. Ait Seruius fores pro fuisses, & notādum fores de preterito. At vide Vallam, libro 1. cap. 26. pen. acu.

FORES, forium. pen. cor. Stat. Syl. 1. Pande fores tescella chorus, tibi Phœbus, & Euan. Idem. Tum charas iniere fores comitique canoro. Idem Theb. 4. Gloria no nota casæ foribus simulata salignis. Luca. 10. Et suffixa manu foribus testudinis inde. Hor. Ser. 2. Inuisis foribus nec nunc cum me vocet vltro. Ver. Aen. 6. In foribus lethum Androgeo tum pendere pœnas. Idem 1. Tum foribus diuæ media testudine templi. pen. acu.

FORCIPES, pen.cor.Hor.Epist.1. Vt quoties ferri candentem forcipe massam. Iuue.Sat.10. A carbone & forcipibus, gladiosque parente. Verg.Geo. 4. Innumerum, versantque tenaci forcipe ferrum. Idem duodecimo. Solicitat, pensaiq; tenaci forcipe ferrum. Idem octauo. In numerum, versantque tenaci forcipe massam. Ait Seruius, forfices sunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid foruum tenemus, quasi forui capiens. Nam forum est calidum: vnde & formosos dicimus, quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. antepe. acu.

FORICA, pen.cor. Iuue. Sat.3. Conducunt foricas.& cur non omnia cùm sint. Mant. Masculus in foricas alti properauit auer ni.antepen.acu.

FORMVLA, pen.il.cor.Hor.Ser.2. Autumat hæc populos, hæc magnos formula reges. antepe.acu.Lucr.4. Sunt igitur iam formarum vestigia certa.

FORMICA, pen.pro. Flac.10. Exileisque feros saxi formica recursat. Hor. Serm.1. Paruula (nã exemplo est) magni formica laboris. Iuue.Sat.6. Formica tandem quidam expauere magistra. Oui. Fast.2. Vos quoq; sub testis formicæ parcite granis. Idem de Trist. 5. Limite formicæ grana reperta solent. Idem Met.7. Grande onus exiguo, formicas ore gerentes. Ver.Geo. 1. Curgulio, aut inopi metuens formica senectæ. Idem Aen.4. Ac veluti ingẽtem formicæ farris aceruum. Ait Ser. Sanè formica dicta est ab eo, quod ore ferat micas. pen.flect. Vide Faliscus.

FORMIDO, pe.pro.Stat.Syl.5. Verbera succincti formidauere Luperci. Hor.de Art. Iudicis argutum, qua non formidat acumen. Idem Ser. 2. Cum te formidet mulier, neque credat amanti. Idem Epist. 1. Nocturnos iures te formidare tepores. Ouid. Fast.1. Omne reformidat frigore vulnus humus. Idem de Trist.3. Neve reformida ne sim tibi forte pudori. Idem quarto. Tu quoque formida nimium sublimia semper. Stat.Theb. nono. Vna omnes, eademque subit formido per annos. Sil. secundo. Aut vbi Cecropius formidine nobis aquosæ. Luca. secundo. Terror, & intacta pauidi formidine motus. Iuue. Sat. decimatertia. Sic animum diræ trepidum formidine culpæ. Idem decimaquinta. Labitur hic quidam nimia formidine cursum. Ouid. Met.2. Fit timor & pauida trepidat formidine pectus. Idem. Mentis inops gelida formidine lora remisit. Star. Syl.2. Non formidato supra venabula saltu. Hor.Epist.2. Et formidatum Parthis te principe Romam. Iuue.Sat.6. Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni. Verg. Aeneid.3. Et formidatus nautis aperitur Apollo. Stat.Syl.3. Nec formidatus Nemees ager, atraque poscunt. Idem Theb. octauo. Currus & egregiis modò formidatus in armis. penultima flect. Idem tertio. Tartareæ sedes, & formidabile regnũ. Ouid. Metamor. secundo. Frigore pigra prius nec formidabilis vlli. Idem. Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen. Idem 14. Paruit Aeneas, & formidabilis Orchi. antepe.acu. Cicero Att. Illius iracundiam formidat. Idem Or. Quo etiam facietas formidanda est.

FORMO, pen.pro.Ouid.Met.2. Formarat, rogat illa Iouem sine nomine munus? Vergil. Aen.9. Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida. pen.acu.Oui.Met.9. Ora reformatus primos Iolaus in annos. pen.flect. Cicero de Or. Sicut mollissimã etiam formamus. Idem Acad. Quæ ab eo formetur. Lucr.2. Forma menta irent in quouis esse nitore.

FORMOSVS, pen.prod.Ouid.de Art. Nunc quoque formosis insidiosa manet. Idem Metamo.2. Mugit & in teneris formosus obambulat herbis. Idem Fast. quarto. Et formosa Venus formoso tempore digna est. Mart.3. Formosam faciem nigro medicamine velas. Hor.de Art. Desinit in piscem mulier formosa supernè. Idem Ser. primo. Et sutor bonus, & solus formosus & est rex. Vergil. Buc. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Idem. Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Idem. Formosi pecoris custos formosior ipse. Idem Georg. tertio. Pascitur in magna sylua formosa iuuenca. Idem Opuscu. Optima syluarum formosis densa viretis. penultima flectit. Vide Forcipes.

FORNACALIS, pe.pr.Oui.Fast. 6. Et fornacali sunt sua cara deæ. Idẽ 2. Curio legitimis

timis tunc fornacalia verbis. pe.flect.

FORNAX, pen.prod. Ouid.Fast.secundo. Facta dea est fornax læti fornace coloni. Verg.Aetna.Spissaque suspensis fornacibus aurea saxa. Idem. Candentem, pressumque, agedum fornace coerce. Idem. Sustentare opibus tantis fornacibus Aetna.penult. acu.Iuue.Sat.10.Nil dubium, magna est fornacula, pallidulus mi.antepenult.acu.

FORNIX, pen.pro.Iuue. Sat.decima. Quod steterat multis in carcere fornicis annis. Horat.Ser.primo. Contrà, alius nullam nisi olenti in fornice stantem. Mart.primo.Raraque sum Menii fornice rima patet. Verg.Aen.6.Mœnia conspicio, atque aduerso fornice portas.In obliquis.antepenult.acuit.

FORSITAN, penul.cor.Ouid.Metamorph. secundo. Forsitan & lucos illie, vrbesque deorum. Idem Fast. secundo. Forsitan & quæras cur sit locus ille Lupercal. Idem 4.Forsitan illa dies errorum summa fuisset. Mart.quinto. Qui crepet aureolos forsitan vnus erit.Stat.Syl.quarto. Forsitan Ausonias ibis frenare cohortes. Idē Theb.octauo. Forsitan vt caneret longa iacet ipse canendus.Verg.Geo.4.Forsitan & pingues hortos, quæ cura colendi. Idē secundo.Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia quæras. Iuue.Sat.1. Totos pande sinus dicas his forsitan vnde.Idem quinto. Forsitan impensæ Virronem parcere credas.antepenult.acu.Hor.Ser.primo.Dissimile hoc illi est, quia non vt forsan honorem. Stat.Theb. Forsan & has venturus amor præmiserit iras. Verg. Aeneid. primo.Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Ait Seruius.Forsan, fortasse, fortassis, forsitan, fortè, & fors vnum significant, sed variè pro metri ratione ponuntur.

FORTE, pen.prod.Iuue.Sat.3.Ebrius, ac petulans, qui nullum fortè cecidit. Aduerbiascit Despaut.libr.3. Nomina pro aduerbiis posita: vt, rite, iure, triste, dulce, non mutant quantitatem.Anto. Nebriss.aduerbia a nominibus adiectiuis nō quidem omnibus, sed secundæ declinationis, è produci accentu. Horat.Serm.secundo.Solo nil verbi, per eas quin fortiter addam. Idem Epist. primo. Fortiter absumptis vrbanus cœpit haberi. Stat. Syl.quinto. Mens videt illum agris circundare fortiter vlnis. Ouid. Metamor. decimotertio. Fortiter iste meum est, qui dātem terga retraxi. Stat.Theb.septimo. Acqua & fortuito ductæ quater aggere pinnæ. Iuue.Sat.decimatertia.Non quasi fortuitu, nec ventorum rabie sed. Ait Seruius Aeneid.6. ibi, Itur in antiquam syluam. i, autem & produci potest; & corripi: hinc est quòd fortuitus & producit, & corripit, vt suprà Iuuenalis.Hor. contrà, lib.secundo. Carm. Ode 15. Nec fortuitum spernere cespitem: sequitur Seruius: hic enim nisi i litera longa sit, non stat versus. Vide Eo. Attamen metrum est constans duobus iābis, aut spondæo, & iambo, & cæsura, & duobus dactylis.Simile Ode 9.primi libri. antepenultima acuit.

FORI, penult.cor. Verg. Aeneid.4. Implesfemq; foros flammis, natumque, patremque, vbi ait Seruius, tabulata nauium ab eo quòd incessus ferant, fori dicuntur, & est generis masculini.numeri tantùm pluralis.Idem 6.Deturbat, laxatq; foros, simul accipit alueo. Iuuen. Sat.3. Hic libros dabit, & forulos, mediamque Mineruam.antepenult.acuit.Idem 9.Te plorante foris testis nisi lenculus & tu.Ouid. Metamor.15.Fac iubet, vt semper Capitolia nostra, forumque. Mart.Sacra damus festis fora iudicialia ponunt. Verg. Geo.2. Insanumque forum; aut populi tabularia vidit. Stat.Syl.1. Stat Latium complexa forum Celone peractum. penult.acuit.

FORTVNA, pen.pro.Stat.Syl.1.Imperiū fortuna tuum stat proxima certux. Luca.1. Exigit, impatiensq; loci fortuna secūdi. Idē 2.Pōpeiū sequimur, nec si fortuna fauebit. Iuue.Sat.7.Si fortuna volet, fies de Cōsule Rhetor.Idē 3.Extollit quoties voluit fortuna iocari.Pers.Sat.2. Accersis fibra da fortunare penates.Mār. Læserit & primis fortunarit ab annis.Hor.Ser.1.O fortunati mercatores grauis annis.Verg. Geo.2.Fortunatus & ille deos, qui nouit agrestes Idem 4.Nam qua Pelei gens fortunata Canopi.Idem Aen.vndecimo.Ille

mihi

mihi ante alios, fortunatosque labores. Idem 10. Audentes fortuna iuuat, timidosque repellit. Iuue. Sat. 10. O fortunatam natam me Consule Romam. Stat. Theb. 11. Felices ambo, sed fortunatior ille. Ouid. Met. 15. Fortunata fuit, nec polluit ora cruore. penult. flectir. Mant. Vna puerperio fortunatissima sancto. antepenult. acuit.

FOVEA, pen. cor. Lucr. 5. Nam fouea, atque igni prius est venarier ortum. Verg. Geo. 3. Donec humo tegere, ac foueis abscondere discunt. Stat. Syl. 2. Incitus, aut cæco foueæ deceptus hiatu. Hor. de A:1. In puteum, fi ueamque licet succurrite lõgum. antepen. acuit.

FOVEO, pe. cor. Oui. Met 2. Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit. Idem Fast. 1. Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis. Mart. 1. Et dum Baianis sæpe fouetur aquis. Idem 9. Et spem muneribus fouimus vsque datis. Idem 7. Stat quoties calidis tota foueris aquis. Verg. Aen. 12. Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapyx. Idem Buc. Dum fouet, ac ne sibi præferat, ille veretur. Stat. Syl. 1. Vincla diu quæsita foue, sic damna decoris. Idẽ 5. Excepi & vinctum genitali carmine foui. Idem Theb. 7. Intercepit iter refouet frigentis amicum. Sil. 5. Nec modicus voti natum ad maiora fouebat. Flac. 1. Hinc damnum de fine sedet, gentesq; fouebo. antepe. acu. Ver. Aen. 1. Irrigat & fotum gremio dea tollit in alto. pen. flect.

FRAGA, pen. pro. Oui. Met. 1. Arbuteos fœtus, montanaq; fraga legebant. Idem 13. Mollia fraga leges, ipsa autũnalia corna. Mant. Arida de calato promebat fraga colurno. Ver. Buc. Qui legitis flores, & humi nascentia fraga. pen. flect.

FRAGILIS, pen. cor. Ouid. de Trist. 1. Nec fragili geminæ poliãtur pumice frontes. Idem. Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset. Mart. primo. Sed fragiles buxos, & opacas palmitis vmbras. Iuue. Sat. 6. Et vaticano fragiles de mõte patellas. Stat. Syl. 1. Hnc illuc fragili prosternit pectora musco. Idem 2. Ille tamen parcis fragiles vrgentibus annos. Luca. 5. Concutiunt fragiles animas sic tempore longo. Sil. 14. Verũm vbi fata vitum fragili soluere senecta. Ver. Geo. 1. Sustuleris fragiles calamos, syluamq; sonantem. antepenult. acuit.

FRAGOR, pen. cor. Ouid. Metamor. primo. Fit fragor, & densi funduntur ab æthere nimbi. Idem 11. Sæpe dat ingenrem fluctu latus icta fragorem. Idem de Trist. 1. Quantus ab Hectoreo personat axe fragor. Mant. Aethiopes, suaque horrisono simulachra fragore. Stat. Syl. primo. Id fragor, & magnæ fingit vaga murmura Romæ. Idem 3. Lemniacis, fragor est, vbi flãmeus Aegida cælat. Idem Theb. sexto. Tela sonant, quater horrendum pepulere fragore. Luca. primo. Aetheris impulsi sonitu, mundique fragore. Sil. decimoquarto. Murmure per cæcos tonat inrequieta fragore. penultima acuit. Claud. Vastant Aethiopum, quorumque impunè fragosa. Mant. Nubibus, & ventis, tempestatemque fragosam. Verg. Aeneid. 7. Vrget vtrinque latus nemoris, medioq; fragosus. Flac. secundo. Desilit in Lemno, nimbis, & luce fragosa. Idem. Iam iuga per cotes, patiumque in fame fragosis. penultima flectit. Verg. Geor. primo. Montibus audiri fragor, aut resonantia longẽ. Air Seruius, fragor sonitus qualis solet ex aridis, cùm franguntur, arboribus, ergo aridus nimiũ; omne enim aridum quod est, cùm frangi cœperit nimium efficit sonum. fragor etiam à fractarum rerum nominatus est sonitu.

FRAGMEN, pen. pro. Verg. Aen. 10. Fragmina remorum, quos & fluitantia transtra. Flac. 3. Flagmina nunc notas nemorum procurrit ad vmbras. Ouid. Met. 11. Fragmina nauigii Ceyx, socerumq;, patrẽq;. penult. acu.

FRAMEA, pen. cor. Iuue. Sat. 13. Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula natis. antepenult. acu.

FRANGO, pen. pro. Flac. 2. Ni Veneris sæuas fregisset Mulciber iras. Stat. Syl. 2. Fregisset rosea lasciua Thalia corona. Sil. 6. Tẽdere tot bellis, totque annis fregimus æuum. Luca. 2. Hic laqueo fauces, elisaque guttura fregit. Iuue. Sat. 14. Fregit opus, nec parua tamen mensura relictæ. Idem. Non ardent Cynici, si fregeris, altera fiet. Ver. Geo. 1. Nunc torrete igni fruges, & frangite

frangite saxo. Idem Aen. primo. Et torre re parant flammis, & frangere saxo. penultima acuit. Luca. decimo. Fractuiusq; donium non vlla est machina belli. penult. flectit.

FRATER, pen. pro. Ouid. Met. primo. Nec socer à genero, fratrum quoque gratia rara est. Idem. Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis. Idem 13. Frater erat, fraterna peto, quid sanguine cretus. Stat. Syl. 1. Ibit in amplexus natus, fraterq; pat erq;. Hor. Epist. 1. Cui Volet importunus ebur frater, pater adde Mart. 1. Qui pro fratre mori vellet vterq; prior. Ver. Aenei. 10. Huic frater subit Alcanor, fratremq; ruentem. Flac. 1. Frater et Iphiclus puppem trahit & face sæua. Idem secundo. Insequitur niger, & magnis cum fratribus eurus. penultima flectit. Ver. Geo. tertio. Mœrentem ab iungens fraterna morte iuuencum. Stat. Theb. 6. Fraternisque finas, abigant hoc numina votis. pen. acu.

FRAVDO, pen. pro. Oui. Met. decimoquarto. Verba superba ferox, & spe quoque fraudat amantem. penultima acuit. Flac. secundo. Nocte dieque pauor, fraudataque turbat Erymnis. Mant. Amisit sermonis iter fraudata loquendi. Cicero de Ar. Clodius improbissimè fraudauit populum. Pro Sex. R. Is nulla in re te fraudauit. pen. flectit.

FRAXINVS, pen. cor. Stat. Theb. octauo. Ecce secat zephyros, ingentem fraxinus iram. Oui. Met. decimosecundo. Fraxineam misit mentis quoque viribus hastam. Claud. Fraxinus & nigro illuminat obuia currus. Ver. Geo. secundo. Fraxinus, Herculeæ arbos vmbrosa coronæ. antepen. acu.

FREMO, pen. cor. Stat. Syl. secundo. Nec pelagi clamore fremunt, hæc tecta sonoros Idem. Confremat, & fileant peioris mur mura famæ. Idem Theb. sexto. Vnquàm aut Oenomai fremuerunt agmina circo. Luca. primo. Secum incerta fremit pietas, patriisque penates. Idem decimo. Sic fremit in patuis fera nobilis abdita claustris. Sil. decimoquarto. Eiecti maris & stridentibus affremit alis. Idem 3. At gregis allapsu fremebundo territus acris. Ver. Aen. 1. Talibus Ilioneus, & cuncti simul ore fremebant. Idem 4. Sed fore qui grauidam imperiis, belloque fremētem. Idem 10. Talibus orabat Iuno, cunctique fremebant. Idem 12. Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento. Mant. Cū fremeret Mauors, & cùm scuiret Enyo. Oui. Met. 2. Tota fremit, vocemq; refert iteratque quod audit. Mart. 8. Tantus in Ausonia fremuit modò terror arena. Ver. Aen. 11. Ausonidū turbata fremor, ceu saxa morantur. Stat. Theb. 5. Nec varius fremor, aut studia in cōtraria rapti. penult. acuit. Ver. Geo. 1. Fluctibus, & fremitu assurgens Benace marino. Idem 4. Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes. Claud. Terreat, aut mauri fremitus, raucosque repulsus. Idem. Qua penes insani fremitus, animique profanus. Stat. Syl. 1. Currere, & œnomai fremitus audire sequentis. Idem 5. Et cæli fremitus, & fulmina plura tonanti. Flac. secundo. Congruerat rauco fremitu sedere patrum. Cicero de Or. Fremant omnes licèt, dicam. Idem Att. Arius consulatū sibi ereptum fremit. antepen. acu.

FRENO, pen. pro. Oui. de Trist. 3. Hunc ego Medeæ vellem frenare dracones. Idem Met. 10. Mollia purpureis frenabas ora capistris. Stat. Syl. 3. Signa, palestrinasque dedit frenare cohortes. Oui. Fast. 4. Instituit Phrygios tum, cum frenaret alumnos. Mant. Non aliter potuit mentem frenare superbam. Idem. Inuigilans Venerem duris frenare lupatis. Idē Aen. 1. Iustitiaque dedit gentes frenare superbas. Stat. Syl. 1. Effixere manus qualem modò frena tenentem. Iuue. Sat. quinta. Rectorem accipiet, pone iræ frena, modumque. Hor. Ser. primo. In campum doceat parentem currere frenis. Stat. Theb. 1. Solicitet licèt, ignipedum frenator equorum. Oui. Fast. 4. Quo simul ac venit frenator curribus angues. Hor. Epist. 1. Dicet eques, sed equi frenato est auris in ore. pen. flect. frenum à ferendo dici volūt. Stat. Syl. 5. Quisnam frenigeræ signum dare dignior alæ. Cicero pro Milo. Quos nullis legibus frenare poteramus. Idem in Ver. Cū eius aium non negligētia tardaret, sed consciētia frenaret,

FRE-

FREGELLAE, pe.pro. Syl. octauo. Alsium, & obsessæ campo squalente Fregellæ.

FRENTANI, pen.pro.Sil.octauo. Marrucina simul Frentanis æmula pubes.

FRETVM, pen. cor. Oui.de Pont.secundo. Ignoscas, timeo naufragus omne fretum. Idem de Trist. tertio. Quotque fretum pisces, æstu numerabis aristas. Mart. primo. Et par vnda fretis hic modò terra fuit. Idem. Et freta natali solicitare tuba. Stat. Syl. tertio. Quas imbelle fretum torpentibus alluit vndis. Sil. quarto. Fertque refertque fretum, sequiturque reciproca Thetis. Luca. primo: Ex cutietque fretum fratri contraria Phœbe. Hor. Epist. 1. An freta vicinas inter currentia turres. Ver. Buc. Et freta destituent nudos in littore pisces. Idem Aen. 1. In freta dum fluuii current, dum montibus vmbræ. Ait Seruius, propriè fretū est mare naturaliter mobile, ab vndarum feruore nominatum fretum. pen. acu.

FRICO, pen. cor. Ver. Geo. tertio. Et pede pro subigit terram, fricat arbore costas. Idem Opusc. Imposuere fricas etiam ipso nomine signant. Hor. Ser. 1. Vrbem de fricuit charta laudatur eadem. pen. acuit.

FRIGIDVS, pen. cor. Ver. Buc. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Idē Aen. sexto. Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus. Claud. Frigida terdecies nudatum frondibus Hemum. Ver. Opusc. Quanuis cæruleo siccus sic frigeat æther. Idem. Frigidulos cubito subnixa pependit ocellos. Catul. Frigidu los vdo singultus ore cientem. Luca. decimo. Frigida Saturno glacies, & zona niualis. antepen. acu.

FRIGVS, pen. pro. Ver. Buc. Et fontes sacros frigus captabis opacum. Idem Geo. 1. Agricolæ bis quæ solem, bis frigora sensit. Idem. Frigoribus parto agricolæ plærunque fruuntur. Mart. 1. Nunc Tiburtinis cedite frigoribus. Idem 2. Frigus enim magnū synthesis vna facit. Stat. Syl. 3. Frigus amat celeres genitoris filius annos. Iuue. Sat. 4. Desidia tardos & longo frigore pingues. pen. flect.

FRIGEO, pen. cor. Perf. Sat. 3. Non frigent visa est, si forte pecunia, siue. Ver. Opusc. Quāuis cæruleo siccus sic frigeat æther. Perf. Sat. 1. Limina frigescant, sonat hic de nare canina. Cicero de Nat. Ex quo illud Terētii, sine Cerere, & Baccho friget Venus. Idem ad Hor. In re feruentissima friges. Idem. Quint. Fr. Sed tota res timetur, ac frigescit. antepen. acu.

FRIGILLAE, penult. pro. Mant. 9. Nunc sturnos inopes frigillarumque querelas. pen. acuit.

FRITILLVS, pe. pro. Mart. decimoquarto. Nec timet ędilem moto spectare fritillo. penult acuit.

FRITINO, penult. prod. Ouid. Philom. Et cuculi cuculant, fritinit rauca cicada. penult. flectit.

FRIVOLVS, pen. cor. Iuue. Sat. quinta. Friuola quod cùm ita sit, tu Getulū Ganymedem. Idem 3. Nocte metus iam poscit aqua iam friuola transfert. antepenultima acuit.

FRONS, ntis, prod. Hor. Ser. 1. Frontibus aduersis componere, non ego auarum. à ferendo dicta est ait Calep. Quod indicia animi præ se ferat. Mant. In frontispicio templi niuis albicat imber. Ver. Geo. secundo. Viminibus salices fœcundæ frondibus vlmi. Iuue. Sat. sexta. Frondibus & culmo vicinarumque ferarum. Sil. quarto. At Pyronei frondosa cacumina montis. Ver. Buc. Semiputata tibi frondosa vitis in vlmo est. Idem Geo. tertio. Carpere ouis, dum mox frondosa reducitur ęstas. Flac. 2. Pars & frondosæ raptus expresserat Idæ. Ver. Buc. Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. Oui. Met. 14. Falce data, frōdator erat, vitisque putator. penult. flectit. Ver. Geo. quarto. Cōtemplator, aquas dulces, & frondea semper. Idem Aen. 1. Miscet agens telis nemora inter frondea turbam. Ait Seruius pro frondosa posuit poeta: plærunque enim dum varietati declinationis studēt poetæ, mutant proprietatem: nam frondeum est totum frondibus, ut torus frōdosus vero est locus: licet enim abundet frondibus totus: vt saxeus, & saxosus. Lucr. 2. Frondiferum nemus assistens, & crebra remisit. Idem 1. Frondiferasque domos auium, camposque virentes. Frons, ndis à fero dici ait Calep. quòd frōdes arborum huc atque illuc vento ferantur.

FRON-

FRONTINVS, pen. pro. Mart. decimo. Anxuris æquorei placidos fontine recessus. penult. flect.

FRVGES, pen. pro. Iuue. Sat. tertia. Seruorum ventres, & frugi cœnula magno. Idē quarto. Qui miser, & frugi non fecit Apicius, hoc tu. Idem 14. Nec dubiæ tanquā frugi laudatur auarus. Perf. Sat. quinta. Fruge Cleantęa petite hinc iuuenesque, senesque. Hor. de Art. Centuriæ seniorum agitant expertia frugis. Idem. Seu cursum mutauit iniquum frugibus amnis. Oui. Met. 1. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. Ver. Buc. Triste lupus stabulis maturis frugibus imbres. Idem Geo. primo. Quique nouas alitis non ullo semine fruges. Idem. Et medio tostas æstu terit area fruges. Idem Aen. primo. Expediunt fessi rerum, frugesque receptas. vbi ait Seruius, Generaliter fruges omnes dicuntur: & errant qui discernunt frumenta à frugibus. Nam Cicero ait, Olei, & frugum minutarum: cum de leguminibus diceret: vt ostenderet etiam frumenta fruges vocari. Frugum autem nomen tractum est à frumine. idest, ab eminente sub mento gutturis parte. Priscianus lib. quinto ait, Nam nihili, frugi, mancipi, obliqui sunt figuratę cum omnibus casibus adiuncti. penult. acu. Oui. Met. sexto. Frugiferas messes, alimentaque mitia reddant. Luca. primo. Qualis frugifero quærens sublimis in agro. Oui. Met. 9. Pallas frugiferas iussit non lędere terras. Idem septimo. Hic vos frugilegas aspeximus agmine longo. Iuue. Sat. quinta. Ventre nihil noui frugalius hoc tamen ipsum. Mart. 11. Atto nitusque legis, terrai, frugiferai. Hor. Ser. primo. Cū me hortaretur parcè, frugaliter atque. antepen. acu.

FRVMENTVM, pen. pro. Hor. Ser. primo. Milia frumenti tua triuerit area centū. Iuue. Sat. 14. Frumēti dominus clamat, piperisque coemptor. Mant. Quæ frumēta premunt & quę vineta trucidāt. Mart. 12. Frumentum, milium, pisumque fabamque solebas. Ver. Geo. 1. Paulatim & sulcis frumenti quæreret herbam. Idē Opusc. Fusus erat terrę frumenti pauper aceruus. de quo ait Seruius Geo. 1 ubi, Vnde prius lætum siliqua quassante legumen. frumētum dicitur à frumine quod est gulæ prominens pars, quod differt à legumine: est enim legumen quod manibus legitur, nec sectionem requirit: frumenta verò sunt omnia, quæ ex semine emittunt aristas. pen. acu.

FRVSTRA, pen. pro. Catul. Non frustra me dicantur, habent memorabile quod sit. Perf. Sat. 3. Helleborum frustra cum iam cutis ægra tumebit. Sil. 6. Frustra semine cum quærentia lumina cælum. Flac. 4. Lāguentisque mouet frustra conamina dextræ. Idem 7. Perque tot infelix frustra vada venit Iason. Ver. Aen. 4. Nequid inexpertum frustra moritura relinquat. Idē 6. Exiguam inceptus clamor frustratur hiantes. Mant. Vestra sit, his homines mulier frustrarier orsa. pen. acu. Stat. Syl. 1. Ore, manusque leui nunquam frustrata sagitta. Idem Theb. 6. Frustratus breuitate manus venit arduus ille. Mant. Frustatim secuit, mox est congressa leoni. Ver. Aen. 12. Vociferans nunc ò nunquam frustrata vocatus. pen. flect.

FRVTEX, pen. cor. Oui. Met. 1. Et densi frutices, & victæ cortice virgæ. Idē de Trist. 4. Quot frutices syluæ quot flauas Tybris arenas. Idē de Pont. 1. Aucupibus voti frutices q sustinet hamos. Ver. Opusc. Hæc teneros fruticū sentes rimantur, at illa. Mant. Quale genus fruticum, quale est pecudumque, hominumq;. Idē. Pauca super prima fruticantis origine mundi. Idem. Atq; per Ethruscę fruticantia pascua Pisæ. Idem. Iam fruticant, poliq; domos metatur hirundo. Mant. Culminibus fruticans longè, lateq; per orbē. Sil. 9. Rura magis centum Cereri fruticantia culmis Ver. Opusc. Rura pruinosis comebat gēma fruteris. Oui. Met. 6. Vallibus agrestes illic fruticosa legebant. Idē Phyl. Mœsta tamen scopulos fruticosaq; littora calco. pen. flect. Frutex pen. ac. Catul. O verè pretium fructiferumque bonum. antepen. acu.

FRVOR, pe. cor. Oui. Met. 1. Virginitate frui dedit hoc pater ante Dianæ. Idem. Luget, & admissam nescit vita ne fruatur. Mart. septimo. Si fruitur tristi Canius Aethiope. Iuue. Sat. quinta. Tu scabie fruere mali

mali quod in aggere rodit. Ver. Geo. primo. Frigoribus pacto agricolæ plærunque fruuntur. Idem Aen. 7. Et varias audit voces, fruiturque deorum. Idem 4. Illa fretus agit ventos, & turbida tranat. Claud. Hic fretus, sociis ipso iam principe maior. pen. flec. Fruor acu. Cicero Att. Neque nos te fruimur. Idem Tusc. Qui præsentibus voluptati fruerentur. Idem pro Milo. Suauitatis nostrę fruēdę causa.

FVCINVS, pen. cor. Sil. Collinum gelida vitreo quem fucinus antro. Mant. Fucinus, & pigri taceantur stagna Neronis. Ver. Aen. 7. Te nemus agnitiæ vitrea te fucinus vnda. antepen. acu.

FVCVS, pen. pro. Ver. Geo. 4. Immunisque sedes aliena ad pabula fucus. Idem ignauū fucos pecus à præsepibus arcent. Flac. 1. Illis tenareo pariter tremit ignea fuco. Claud. Inserit hæc nullo docuit liuescere fuco. Ver. Geo. secundo. Alba nec Assyrio fucatur lana veneno. Idem quarto. Carpebāt hyali saturo fucata colore. Cicero pro Mur. Iisdem ineptiis fucata sunt illa. pen. flect.

FVGIO, pen. pro. Oui. Met. 1. Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ. Idē. Ne fuge me, fugiebat enim, iam pascua Lernæ. Idem 2. Nilus in extremum fugit perterritus orbem. Mart. primo. Ad quæ confugias, ora leonis habet. Idem Quid fugis hos dentes ambitiose lepus. Hor. Ser. primo. Admonuit, fugio, rabiosi tempora signi. Luca. primo. Solis lucifero fugiebant astra relicto. Iuue. Sat. secunda. Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem. Hor. Epist. primo. Percunctatorem fugito, & nam garrulus idē Cicero pro S. R. Qui quæstionem fugitant. Lucr. 6. Denique amaracinum fugitat sus, & timet omne. Ver. Buc. Nos patriam fugimus tu Tityre lentus in vmbra. Idem Geo. primo. Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda. Idem Aen. 11. Implicuit bello, qui vos fugiatis amicos Stat. Syl. 2. Fugimus, exigua clausi trabe, & aere nudo. Idem Achil. 2. Quo fruitur per plana gradu, simulachraque pugnæ. Oui. Met. 15. Et Diomedeas Aeneas fugerat enses. Flac. 1. Fugerit Inoo linquens Athamanta Learcho. Cicero Att. Dū recordationes fugio. Idem pro Pō. Quæ huius rei scientiam fugerit. Idē de Or. Non fugisset hoc Gręcos homines. antepen. acu.

FVGITIVVS, pen. pro. Hor. Ser. 2. Vtque sacerdotis fugitiuus liba recuso. Idem. Sanguine materno fugitiuus nec tamen illi. Iuue. Sat. 4. Non dubitaturi fugitiuū dicere piscem. Idem 14. Vrbani qualem fugitiuus scurra Catulli. Mart. 1. Gaudia non remeant, ad fugitiua volant. Idem 7. Viue velut rapto, fugitiuaque gaudia carpe. Idem 3. Huic comes hærebat domini fugitiuus Achilles. Prop. 4. Et nūc subridens latebras fugitiua petebat. penult. flectit.

FVGO, pen. cor. Oui. Met. 1. Diuersorum operum fugat hoc, facit illud amorem. Idem decimo. Conditione fugat, nec sum potienda, nisi inquit. Idem decimoquinto. Postera sydereos aurora fugauerat ignes. Idem 13. Quas ego sustinui quas hac à classe fugaui. Prop. secundo. Aut nos e nostra te sæua fugabimus vrbe. Ver. Aen. 10. Matura iam luce dies noctemque fugarat. Idem 11. Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans. Oui. Met. primo. Aucta fuga forma est, sed enim non sustinet vltra. Idem de Trist. primo. Quodque fit à patria iam fuga tarda queror. Luca. secundo. Gens Etrusca fuga trepidi nudata Libonis. Sil. sexto. Crediderat, celerique fuga iam nabat Aquinus. Vide Effugium. Oui. Met. primo. Ante nisi in damis, capreisque fugacibus vsus. Idem. Ocior est, requiemque negat, tergoq; fugacis Idem decimotertio. Verum etiam ventis, volucrique fugacior aura. Mart. 1. Per quos præda fugax, itque, reditque lepus. Ver. Geo. Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis. pen. acu. Oui. Met. 2. Poscimur, & fulget tenebris aurora fugatis. Stat. Theb. 9. Sospite me nunc exul ego æternumq; fugatus. Ver. Aen. 3. Iamque rubescebat stellis aurora fugatis. pe. flect. Cicero de Ar. Fugare aliquem lapidibus. Idem Ep. ad Oct. Hostis à te fugatus est. pe. acu.

FVLCIO, pe. cor. Mart. 2. Fulcit testa fagina mēsā mihi. Oui. Fast. 6. Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa. Hor. Ser. 2. Ingens acce-

accedat stomacho fultura ruenti. Lucr.2. Et fulcire cibis, ac omnia sustentare. Idem.3. Corpora habere,neque ex æquo fulcire salutem. penult. flectit. Cicero de Ar. Etenim vix hæc si vndique fulciamus. Idem Art. Thermum,vt scribis,creberrimis literis fulcio. antepenultima acuit.

FVLGEO,pen.cor.Iuue. Sat.septima. Nunc dederit nummos, nisi fulserit anulus ingens.Stat. Theb.secundo.Signa tubæ sæuæque genas fulgebitis auro. Ver. Aen. sexto.Ille autem paribus quas fulgere cernis in armis,ab eo quod est fulgo. fulgis ait Seruius, eiusdem significationis cum fulgeo. Hæc Priscianus,lib.8.cap.de coniugatione.Cicero in Cat.Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura.Lucr.3.Fulgida præsertim cùm cernere sæpe nequimus.antepe.acu.

FVLGINIA,pen.cor.Sil.8. Fulginia his populis fortes Ametinus,& armis. antepenult.acuit.

FVLGOR,pen.pro.Ver.Aeneid.8.Fulgores, nunc terrificos, sonitumque metumque. Hor.Ser.2.Cùm stupet insanis acies fulgoribus,& cum.Lucr. 6. Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum. penultima acuit.

FVLGVR,pen.prod.Iuuen.Sat.6. Atque aliquis senior,qui publica fulgura condit. Stat. Theb. octauo. Fulguris? aut cæsis saliat quod numen in extis. penult. acu. Mant.Non aderat fulgosa domus,nec adorna propago. Mant.In fratresque ruēs sublato effulgurat ense. pen.flect.

FVLGVRAT,pen.cor.Stat. Theb.1. Fulgurat,hęc viuo manus aera verberat hydro. Idem 4.Insidiæ veritoque domus ia fulgurat auro. Idem septimo. Expectant, multoque latus perfulgurat auro. Cicero de Diu. Ioue tonante, & fulgurante.Idē Or. Pericles ab Aristophane poeta fulgurare dictus est.antepenul.acu.

FVLICA,pen.cor.Verg.Geo.1. In sicco ludunt fulicæ, totasque paludes. Claud.Si confers fulicas cygnis & Aedona partes. Ouid.Met.8. Nunc celebres mergis fulicisq; palustribus vndæ.Mant.Insanis fulicæ? insanis,tot in orbibus hostes?Idem. Diffugiunt aquilam mergi,fulicęq; palustres.antepen.acuit.

FVLIGO,pen.pro.Verg.Buc.Semper & assidua postes fuligine nigri. Idem Opuscu. Tristi turpabarq; mala fuligine barbam. Iuue.Sat.2.Ille supercilium madida fuligine tinctum.Idem 10. Quem pater ardentis massæ fuligine lippus.Mant. Albicat exterior fuligine tingitur atra.Mant. Aestimat, ac nigra semper fuligine pallet.penul.flect.

FVLMEN,pen.prod.Stat.Theb.2. Fulminis extremis cineres, viridumque draconū. Idem 7.Fulmen habes? Sed nō Danacia limina talis.Ouid.Met.14. Fulmineo petiit imitator fulminis ictu.Idem 1. Et cū fulminibus facientes frigora ventos.Idē. Vnda vehit tigres, nec vires fulminis apro.pen.acu.Idem de Trist.1. Et qui fulmineæ sæpe sine igne tonat.Clau. Fulmineos solers Hetruria consulat ignes. Idē. Primus fulmineum lento luctamine Pænum. Stat. Theb. 4. Fulmineus Tydeus iam lætus,& integer artus. Idem 6.Fulmineas altè suspensi corpora plantis. Idem. Fulminei sic dēte sues, sic hispida turpes. Lucr.3. Quare fulmineus multo penetralius ignis.antepen.acu.

FVLMINAT,pe.cor.Ver.Geo.4. Fulminat Euphratem bellos victorque volentes. Idem 1. At boreæ de parte trucis cùm fulminat,& cum.Idem Aen.12.Fulminat Aeneas armis,summasq; minatur.Mant. Fulminat, insequitur fratrem Syluanus & hastam.antepen.acu.

FVMO, pen. pro. Mart. 1. Canaque sulphureis albula fumat aquis. Luca.7. Aethereoq; nocens fumauit sulphure ferrum. Stat. Syl. 1. Fumat & ingenti propellit strymona flatu.Idem 3. Fumat Aricinū triuiæ nemus, & face multa. Ver.Aen.3. Ilium & omnis humo fumat Neptunia Troia.vbi ait Seruius, sanè quæritur quomodo dixerit, cecidit, & fumat,cùm non sint commiscenda duo verba diuersorum generum, teste Quint. Inst. primo. cap. decimo. Valla lib. secundo. cap. primo.libro.tertio. cap.26.Sed aut per licentiam poeticam tempus pro tempore posuit: vt meminisse horret,luctuque refugit.aut certè naturam rerum expressit: Nam ruina in breui fit: fumus verò lon-

go permanet tempore. Nam quod ait Probus ad discernendum tempus circum flectendam vltimam syllabam, vt intelligamus fumauit, non procedit: quia pone tantum verbum in vltima habet accentum, vt significet retro. Contra Seruium extat Prisciani præceptum pro Probo. Vide Andic. Vide Regulas nostras in principio. Cicero pro. Sest. Et quod ita domus ipsa fumabat. Mart. secundo. Non focus, & nigros non indignantia fumos. Ver. Geo. primo. Et suspensa focis explorat robora fumus. Iuue. Sat. prima. Et pani, fumusque domi densissima centum. Sil. decimoquarto. Sulphureum vomit exeso de vertice fumum. Oui. de Trist. secundo. Talia luduntur fumoso mēse Decembri. Mart. decimosecundo. Fumosæ focret ipse Tropin de fece lagenæ. Pers. Sat. prima. Et focus, & pecori, & fumosi palilia fœno. Idem sexto. Vrtica & fixa fumosum sincipur aure. penultima flect. Oui. Met. decimosecundo. Fumida terribili, cui non, ait, vtimur istis. Ver. Aen. septimo, Insignem gemmis cum fumida luuine fuluo. Stat. Theb quarto. Fumidus atra vadis Phlegethon incendia voluit. Mart. decimotertio. Fumea Massiliæ ponere viua potes. Flac. quarto. Fumeus, & fæua sequitur caligine campo. Mart. decimo. Improba Massiliæ quicquid fumaria coquat. Luca. septimo. Colle sedens aponus terris vbi fumifer erit. Ver. Aen. octauo. Fumiferam noctem commistis igne tenebris. Idem 9. Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes. Stat. Theb. 8. Ibat fumiferam quatiens Onchestius Idas. antepen. acu.

FVNDO, pen. pro. Stat. Theb. primo. Fundite viua focis, seruatoremque parentum. Flac. primo. Delius ingrato Steropen quod fuderat arcu. Idem Protinus amborum, lumenq; innoxia fudit. Luca. primo. Fudit & argentum flammis, aurumque moneta. Claud. Aeolus abrupto gentes sic obice fudit. Iuue. Sat. tertia. Axis & euersum fudit super gramina montem. Hor. de Art. Offendar maculis, quos aut incuria fudit. Ver. primo. Fudit equū tellus, tellus percussa tridenti. penultima acuit.

FVNDANVS, pen. pro. Mart. decimotertio. Hæc fundana tulit felix autumnus opimi. pen. flect.

FVNDAMEN, pen. pro. Oui. Fast. quarto. Augurio læti iaciunt fundamina ciues. Idem Met. quinto. Ambibat Siculæ cautus fundamina terræ. Idem 15. Mole sub ingenti rerum fundamina ponit. Idem 14. Tempus adest genitor, quoniam fundamine magno. pen. flect.

FVNDAMENTVM, pen. pro. Claud. Fundamenta latent, penitusque vbi mersus anhelat. Ver. Aen. primo. Fundamenta locant alii, immanesque columnas. Idem quarto. Fundamenta locas, pulchramque uxorius vrbem. Stat. Syl. tertio. Fundamenta solo coquitur pars vuida terræ. Flac. secundo. Fundamenta iugi, pariter tunc omnis anhelat. Lucr. 2. Fundamenta queunt in quouis esse nitore. Idem fundamenta, quibus nitatur summa salutis. pen. acu.

FVNDATOR, pen. pro. Ver. Aen. 7. Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis. Hor. Epist. primo. Conspiciunt nitidis fundata pecunia villis. pen. flect.

FVNDITVS, pen. cor. Stat. Theb. 1. Funditus, & veteri spumauit Lerna veneno. Mant. Funditus intereunt, cura vigilante salubri. Flac. 4. Qualiter ignotis spumantem funditus amnem. Ver. Aen. 10. Funditus occidimus, neque habet fortuna regressum. antepen. acu.

FVNESTVS, pen. pro. Iuue. Sat. prima. Maiestas & si funesta pecunia templo. Luca. 8. Sed postquàm mucrone latus funestus Achilles. Idem 1. Vltima funesta concurrunt prælia munda. Catul. Funestum antennæ deponant vndique vestem. Prop. 2. Non tam nocturna volucris funesta querela. Oui. Met. 2. At tu funesti ne sim tibi muneris autor. pen. acu.

FVNIS, pen. pro. Oui. de Trist. tertio. Dum trepidant minyæ, dum soluitur aggere funis. Luca. secundo. Vt tremulo starent contentæ fune carinæ. Idem tertio. Adductum quoties non senserat anchora funem. Ver. Geo. primo. Ire neque à terra moneat conuellere funem. Iuue. Sat. 14. Corpora quique solent rectum descendere funem. Ait Quint. Inst. primo, cap.

cap. 10. Et ne ab eodem exemplo recedā funem masculinum esse funiculus ostendit. Stat. Theb. 6. Funalemque Thoen, rapidum Donaeius augur. Mant. Ornat & accensis lucent funalibus aræ. Idem. Funestus nocturna ferēs funalia lictor. Ver. Aen. 1. Incensi, & noctem flammis funalia vincunt. Ait Seruius, Funalia sunt quæ intra ceram sunt, dicta a funibus, quos ante vsum papyri cæra circundatos habuere maiores. Vnde & funera dicuntur, quod funes incensos mortuis præferebant. pen. flect.

FVNVS, pen. pro. Stat. Theb. 4. Aeolidem humero iactantem funus honusto. Luca. 2. Errauit sine voce dolor sic funere primo. Iuue. Sat. 1. Dicitur iratis plaudendum funus amicis. Idem 6. Consulit ictericæ lento de funere matris. Stat. Syl. secūdo. Plorantemque animam supra sua funera vidi. Idem Theb. 6. Funeris auspiciū vates quanquam omnia sentis. pen. flect. Oui. Met. 10. Funereus bubo lethali carmine fecit. Ver. Aen. vndecimo. Funereas rupere faces, lucet via longo. antepe. ac.

FVAT, penult. cor. Vergil. Aeneid. decimo. Tros Rutulusve fuat nullo discrimine habebo. Ait Seruius, Fuat futuri temporis verbum defectiuum est.

FVR, prod. Pers. Sat. 1. Fur es ait Pedio, Pedius quid, crimina rasis. Horat. Ser. 2. Non sum mœchus, ais, ego hercule fur vbi vasa. Mart. 5. Calidus effracta nūmos fur auferet arca. Idem 6. Sic tua non intrent veteri pomaria fures. Iuue. Sat. 6. Per caput alterius cùm furem nemo timeret. Idem octauo. Permistū nautis, aut furibus, aut fugitiuus. Ver. Geo. 3. Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum. Ait Seruius. fur autem à furuo dictus est, idest nigro: nam noctis vtitur tempore. Horatius. Quam penè vidimus furuæ regna Proserpinæ. aut certè à Græco venit: nam fur φωρ Græcè fur flecti. Hor. Ser. secundo. Furcifer? ad te inquam: quo pacto pessime laudas. antepen. acuit.

FVRIA, pen. cor. Ver. Geo. tertio. In furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem. Idem. Inuidia infelix furias amnemque seuerum. Idem Aen. primo. Vnius obnoxam, & furias Aiacis Oilei. Idem tertio. Prædixi vobis, furiarum ego maxima pando. Stat. Syl. tertio. Vmbra venit longè furiarum sibila longè. Sil. secundo. Exagitant manes iuuenem, furiæque paternæ. Oui. Met. 15. Eripuit furiis, purgamina mentis in illas. antepe nultima acuit. Ver. Aen. secundo. Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus. vbi ait Seruius. furiosus est, à quo furor nunquàm recedit: furiatus vero qui furit ex causa. Claud. Splendet tartareo furialis mensa paratu. Luca. tertio. Tollere, & accēso furialis stare sepulchro. Oui. Met. 6. Quod pretium speret pro tam furialibus ausis. Sicut erat sparsis furiali cæde capillis. Sil. octauo. Implebit terras voce, & furialia bella. Mart. vndecimo. Roma faue cœptis, non te furialibus armis. Oui. de Pont. 1. Nec me nominibus furiosus confero tantis. penult. flect. Idem Met. 10. Hoc parer exiliit gremio furibunda, torumque. Idem 14. Erexit, tandemque deo furibunda recepto. Stat. Theb. 9. Exliit furibunda coniux, ac verbere crebro. Mart. 6. Sæpe ego lasciuum Martem furibunda cecidi. Flac. 2. Inde nouam pauidas vocem furibunda per aures. Ver. Aen. 7. Quo furibunda domū monstro permisceat omnem. penult. acu. Hor. Ser. 1. Sanus dicatur quanto hoc furiosius, atque. Oui. Fast. 1. Furius antiqui populi superator Etrusci. antepen. acuit.

FVRO, pen. cor. Mart. Nænia non vna est, quid vir inepte furis. Sil. decimoquarto. Euripi magis vnda furit, pontumve sonantem. Stat. Theb. 9. Præcipuum tunc cædis opus Gradiue furebas. Verg. Geo. tertio. Incassum furit ergo animos, æuumque notabis. Idem Aen. decimosecūdo. Amplius, hunc oro sine me furere ante furorem. Ait Seruius, figura antiqua est: vt, seruitutem seruit; dolet dolorem. Cicero de Diu. Qui valetudinis vitio furunt. Idem in Cat. Catilina furens audacia.

FVROR, pen. cor. Oui. de Trist. 2. Aequalis rabies, continuusque furor. Idem Fast. quarto. Reddit quesiti causa furoris erat. Mart. primo. Sed tamen is rediit cognitus ante furor. Luca. primo. Quis

furor ò ciues, quæ tanta licentia ferri. Sil. decimoquarto. Inclusi gemitus, pelagique imitata furorem. Stat. Syl. primo. Qui nec in æternos facilis sæuire furores. Idem secundo. His amor exitio, furor his, & sæua cupido. Idem Theb. septimo. Horrescitque tuens, vbi mille furoribus illi. Nomen pen. acuta. Ver. Aen. 5. Pone caput, fessoque oculos furare labori. Idem Opusc. Quod moueat, non est, quia si furaberis ipse. Stat. Syl. 4. Pectus, & assiduè temet furare labori. Ver. Aen. septimo. Supposita de matre nothos furata creauit. Idem Opusc. Dulcia cùm Veneris furatos gaudia primum. Idem. Gaudia libauit dulcem furatus amorem. Verbum primam producit. Cicero Off. Qui cuipiam furatur aliquid. Idem de Nat. Bestiæ furantur aliquid ex iis. Furor, aris. pen. flect.

FVRTIVVS, pen. pro. Mart. 11. Nunc furtiua lucri fieri bombycina possunt. Hor. Ser. 2. Furtiua mutat fragilis qui prædia vendit. Oui. de Art. primo. Vtque viro furtiua Venus sic grata puellæ. Idē Fast. 6. Dum dea furtiuos timidè profitetur amores. Catul. Vt missam sponsi furtiuo munere malum. Iuue. Sat. primo. Aeacus vnde alius furtiuæ deuehat aurum. Ver. Aen. 7. Furtiuum partu sub luminis edidit auras. pen flect.

FVSCINA, pen. cor. Prop. tertio. In me cæruleo fuscina sumpta deo est. Iuue. Sat. 2. Vincit, & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. antepen. acu.

FVSIDIVS, pen. cor. Hor. primo. Fusidius vappæ famam timet, ac nebulonis. antepenult. acuit.

FVSILIS, pen. cor. Oui. Met. 11. Fusile per rictus aurū fluitare videres. Ver. Opusc. Fusilium esse notas nunquam tamen illa liquescunt. Idem. Quam si quis lapidis miratur fusile robur. antepenultima acuit.

FVSVS, pen. pro. Stat. Syl. secundo. Tu modò fusus humi lucem auersaris iniquam. Luca. secundo. Mundus Achemeniis decurrant medica fusis Ver. Geo. secundo. Esse dies agitat festos, fususque per herbam. Idem Opusc. Transfert inde manus fusus per cribra farina. Catul. Currite ducentes sub tegmine, currite fusi. Iuue. Sat. secunda. Vellera vos tenui prægnantem stagmine fusum. Hor. Ser. secūdo. Quid scalptum infabré, quid fusum durius esset. penult. flectit. Idem. Non magis audierit quam fusius ebrius olim. antepen. acu.

FVTILIS, pen. cor. Stat. Theb. octauo. Tellurem placare parat, nec futile mœstis. Sil. decimoquinto. Epirum cassis lustrabat futilis ausis. Mani. Futilibus curis, & perniciosa trahendo. Ver. Aen. 11. Dextera consiliis habitus non futilis autor. Ait Seruius, Nam futilis, vas quoddam est lato ore, fundo augusto, quo vtebantur in sacris Vestæ: quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur: quod si fiat, piaculum est. Vnde excogitatum est vas, quod stare non posset. inde & homo commissa non retinens secreta futilis dicitur: contra, non futilis, bonus in consiliis est, non inanis. antepen. acu.

FVTVO, pen. cor. Hor. Ser. primo. Nec vereor, nec dum futuo, virtute recurrat. Catul. Hinc futuit multas, & facit esse venustum. Mart. primo. Deprendi verò te Lesbia, nam futui. Idem 2. Sæpe ego Chrillinam futui, dic quàm bene quærens. Idem 9. Nempe semel futuit generaret Horatius, vt tres. antepenult. acuit. Idem primo. Turba fututorum est, in geniosus homo es. Idem. At tu, prò facinus Balla fututor eras. Idem 11. Parce fututrici solicitare manu. Idem. Illa fututorem te Catideme facit. Idem 7. Et tibi de faria Memphiticus vrbe fututor. Ver. Opusc. Vtque fututorum sit tua plena domus. pen. flect.

FVTVRVS, pen. pro. Mant. Signa futurorū, quæ in relligione minori. Lucr. 6. Quę pueri in tenebris pauitant, finguntque futura. penult. flect.

# G



GABALISTA, pen. pro. Seu cabalista. Mant. Et gabalistarū latebras ea littora adibant. penult. acu.

GABII, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Simplicibus

Gabiis,aut proni Tiburis arcæ.Idem 10. En Fidenarum,Gabiorumque esse potestas. Luca.7.Fabula nomen erit Gabios, Veiosque coramque.antepen.acu.

GABINVS,pen.pro.Oui.Fast.2.Nec mora principibus celsis ex vrbe Gabina. Ver. Aen.7.Quique altumPræneste viri,quique arua Gabinæ.penul.flect.Mart.7.Castora de Polluce Gabinia fecit Achillã. antepenult.acuit.Ver.Aen.7.Ipsa Quirinali trabea, cinctuque Gabino. Ait. Seruius. Gabinus cinctus est toga sic in tergum reiecta,vt eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat: hoc autem vestimenti genere vtebatur Consul bella indicturus: ideo quia cum Gabii Campaniæ ciuitas sacris operaretur, bellum subitò euenit: tunc ciues cincti togis suis ab aris ad bella profecti sunt:& adepti victoriam:vnde hic ortus est mos.

GABRIEL, pen. cor. Mant. Gabriel allabi versus florentia rura.antepen. acu.

GADES,pen.pro.Iuue.Sat.10.Omnibus in terris quæ sunt à Gadibus vsq;. Luca. 3. Oceanumque negat solas exmittere Gades.Idem 9. Quam Scythicus Tanais primis à Gadibus absunt.Sil.1. Atque hominum Finem Gades,Scalpemque secutus. Lucr.6.Quidve quod in ponto est, differre à Gadibus,atque.Mant. Punica ad extremas Gades ad nostra natauit. Idem. Neque fidem faciant, templum esse in Gadibus aiunt. Idem.Ad Tanaim, à Tanai, ad Gades à Gadibus,vsque.pen.acu.

GADITANVS,pen.pro.Iuue.Sat.11. Forsitã expectes,vt Gaditana canoro.Mart.5. Cantica qui nisi, qui Gaditana susurrat. Idem 6. & Gaditanis ludere docta modis,pen.flect.

GAIETA, pen. pro. Iuue. Sat. 14.Littora Gaietæ summa nunc Tyburis arce. Ver. Aen.6.Tum se ad Gaietæ recto fert littore portum. Mant. Contudit ingentem meminit Gaieta tumultum. Oui. Met. 14.Hic me Gaietam notæ pietatis alumnis.Mart.8.Quod Gaietano reddis Polycarme tabellas. Idem. Et Gaietano millia crede duo.pen.flect.

GALANTHIS, pen. pro. Oui. Met.9.Vna ministrarum media de plebe Galanthis. Idem. Numine decepto risisse Galanthida fama est.pen.acu.

GALATEA, pen. pro. Ver. Buc.Postquàm nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Idem. Huc ades ò Galathea,quis est nam ludus in vndis. Idem Aen.9. Et Galatea secant spumantem pectore pontũ. Stat. Syl.2.Cymodoce, viridisque cupit Galatea lauari. Sil. 14. & tibi victricem Galatea immiscuit vndam. Claud.Sæpe mari, pulchroque secat Galatea natatu. Oui. Met.13. Desierat Galatea loqui, cætuque soluto. Idem 12. Quam dum pectendos præbet Galatea capillos. Prop.primo.Sic Galatea tuæ non aliena viæ. antepenultima acuit.

GRAPHIARIA,pen.cor.Mart.14.Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro.antepenult.acu.

GRANVM,pen.pro.Oui.Met.14.Nec mora misceri tosti iubet ordea granis. Idem Fast. 1. Nos quoque subiectis formicæ parcire granis. Idem quarto. Detis & in vereris thurea grana focos. Idem Rapta tribus dixit, soluit ieiunia granis. Idem de Trist. quarto. Vix merum capiant grana quod intus habent. Pers.Sat. 5.Ru-

5. Rugosum piper, & pallentis grana cimini.penult.flect.

Grates,pen.pro.Oui.de Pont.2.Ore ferant grates, quonam non possumus ipsi. Idem Met.secundo.Gadmus agit grates, peregrinæque oscula terræ. Ver.Aen.2. Persoluant grates dignas,& præmia reddant.Ait Valla libro quinto.cap.decimo quarto. Dicimus item, ago grates,sed sæpius apud poetas: qui necessitate versus, ago grãs dicere non possunt: quod vix apud Ciceronem legi, præter illud ĩ somnio Scipiõis. Grates tibi ago summe sol. nisi legendum est gratias.Idem. Vrbe domo socias grates persoluere dignas.

Gratia,pen.cor. Stat. Syl.2. Detulit,& nitidæ iuuenilis gratia Pollæ.Oui. Met. 2. Quid meruit frater nec te mea gratia tangit. Ver. Opusc. Heu quid ab officio digressa est gratia cum te. Idem Geo.1. Nonnulla interea est inaratæ gratia terræ.antepen.acu. Vide Accidalia.

Gratulor,pen.cor. Mart.10. Gratulor, & multis nemo potite mihi. Mant.Gratulor, &:vbi frugiferis Insubria campis. Oui.Met. 10. Gratulor huic terræ quod abest regionibus illis. Idem de Trist. 1. Gratulor ingenium non latuisse tuum. Cicero Att. Vt tibi de reditu nostra gratularer.Idem.Cæsar gratulatus est mihi de supplicatione.Idem in Sal. Cum Populus Rom. Frequens aduentu meo gratulatus est.Idem ad Or.De Cassio lætor, & reipub.gratulor, mihi etiam.Idẽ Att. Magis est quòd gratuler tibi.antepe.acu.

Grator,pen. pro.Oui. Met.primo. Nescia, gratentur, consulentur ne parentẽ. Idem.Fast.2.Gratare Iliacis,thuraque pone focis. Stat.Theb.11. Gratantur superi Phlegræ,ceu fessus anhelat. Sil.10. Afferent non gratari,sed poscere natos. Ver. Aen.5. Gratantur reduces, & gaza lætus agresti. Idem 4. Inueni germana viam, gratare sorori.Ait Ser. Sic enim dicimus grator tibi honorem.peu.flect. Mant. Appulsos absente viro gratanter in alta. Idem.Tum seperum chorus acceptas gratanter,& ore.pen.flect.

Gratus, penult. pro. Oui.Met.14.Grata quies Syllæ quo se referebat ab æstu. Idẽ de Pont.1.Nec mouet, vt gratis pœnitet esse probum. Sil. 12. Hic pro nubiuago gratus pia templa meatu. Luca. 6. Grata dei Herebi cætus audire,silenium.pe. fle. Ver. Aen.12. Nympha decus fluuiorum animo gratissima nostro. antepen. acuit.

Grauo,pen.cor.Oui.de Pont.3.Pars & in exilio tu mala nostra grauas. Idem Fast. 4.Hęc gremium laxos degrauat illa sinus Stat.Syl.3 Angustasque fores,assuetaque tecta grauamus. Idem 1. Non grauat,& sectæ prætendit colla Medusæ. Ver.Aen. 2.Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit. Idem 11. Ingrauat hæc secus Drauces,solumq; grauari.Idem.10. Cui Iuno illa chrysmãs, qd si, quòd voce grauaris.Ait Seruius, & hac elocutione non nisi per accusatiuum vtimur, vt si dicas, aggrauor aduẽtum tuum, idest grauiter fero:grauor præsentiam tuam: nam & ipse sic dixit quæ grauaris:aliter non dicimus in hac significatione. Lucanus. Romanos odore omnes, dominosque grauã tur. Cic.de Or. Vti eo grauarer. Idem Neq; grauabor breuiter meo more. Idẽ. Qui grauare literas ad me dare. Quint. Inst.primo.cap.secundo. Quæ siquis grauabitur, non rationi defuerit, sed oneri. penultima acuit. Oui. Met.quarto. Ad nomen Tysbes oculos iam morte grauatos. Stat. Théb. 2. Huc vtero quondam Dryope Phenyssã grauato.Ver.Aẽ. 6.Nigẽs crudelis madida cum veste grauatũ. Idem 8. Felle dolor rapit arma manu,nodisque grauatum. Participium est à grauo,as,quod premo significat,onero,molestoque. Oui. de Trist.secundo.Illa meos casus aggrauat,illa leuat. At grauor deponens est, significatque, grauate aliquid facio, ægrè, molestèque patior, feroque.

Grauis,pe.cor.Lucr.3. Sed citius cedunt grauioribus exuperatæ.Idem 6.Debilitata malis,motu grauis, aspera tactu. Luca.1.Stare diu nimioque graues sub pondere lapsus.Ver.Buc. Nonnunquam grauis ære domũ mihi dextra redibat.Oui. Met. primo. Nocte grauem summo, nec opina perdere morte. Ver. Aen. tertio. Dona dehinc auro grauia, sectoque elephãto.Oui.Met.decimoquinto.Vel si dignus erit,grauibus vicite catenis. Luc.6.

Mobilitas duplicatur & impetus ille grauescit.pen.acu.

Graviter.pen.cor.Iuue.Sat.12.Talia tã grauiter si quando poetica surgit. Verg. Geor.3.Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu. Idem quarto. Serpilla & grauiter spirantis copia Tymbræ.Mar. 2.Effectè grauiter citò nequiter euge beate.antepenult.acuit.

Gravidvs,pen.cor.Oui.Heroi. Forsitan & grauidam Dido scelerate relinquis. Idem Met.1.Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.Luca.1.Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu. Ver.Geo.1. Ad grauidæ fruges & Bacchi Massicus humor.Stat.Syl.3.Ipsa leui grauidos tetigit fœcunda labores.Sil.6. Ingluuiem immẽ si Veneris, grauidamque venenis.antepenult.acuit.

Gravitas,pen.cor.Ouid.Metamor.1.Et pressa grauitate sui circũfluus humor. Idem 15. Hunc super incumbens pressum grauitate soporis. Hor.Epist.1. Vincere Cecilium grauitate Terentius arte. Luc.2. Aut grauitate sua ferri primordia rerum. Ouid. Metamor.15. Sensit onus, pressaque dei grauitate carina.Mãt. Quæ allegat grauitas,& quæ proscribit honestas.antepe.acuit.

Gravisca,pen.pro.Vet.Aen.10. Et pyrgi veteres intempestæq; grauiscæ. penul. acuit.

Graecinvs,pen.prod. Ouid. de Pont.4. vnde licet,non vnde iuuat,Græcine salutem.Idem 1. Dissimiles, metuasque licet Græcine fateri. Idem. Spes igitur pœnæ menti Græcine leuandæ.Idem. Quã malè se præstet veteri Græcinus amico. penult.flect.

Gregatim,pen.pro.Stat.Theb.8. Quinquaginta animas totidem, totidemque gregatim.

Gregorivs,penul.cor.Mant. Gregorius cui dat diuina scientia tantùm.Idẽ.Gregorius grandes prohibet, sed largior vsus. Idem. Currite Gregorius Romanæ maximus vrbis. Idem. Gregorium pone ante oculos, magnumque leonem. Idem. Non aquilæ nostris erat ipse Gregorius, & Mars. Idem. Vt sit in Ausoniis pro Marte Gregorius armis.Idem. Miles abest,prodit viridis Gregorius armis. Idẽ. Gregorius contra pestem hanc,vt maximus olim.antepe.acu.

Gremivm,pen.cor.Ouid.de Trist.primo. Non putet è gremio reiiciatque suo. Vergil.Opusc.Præuertit cauda silices gremiumque molarum.Idem Geor.2. Coniugis in gremium lætæ descendit in omnes. Luca.octauo. Coniugis in gremium cunctorũ lumina soluit.Flac.septimo. Haud venit in charæ gremium,refugitque sororis.Ouid.de Art.1. Vtque fit in gremiũ puluis tamen excute nullum. Stat.Syl.2. Attigit & gremio puerum complexa souebat.antepe.acu.

Grex,prod.Sil.14. Ite gregem, & merite imbellem,ac succidite ferro.Stat.Syl. Nõ renuere greges,ipsum in connubia terrę. Iuue.Sat.6. Nulla ne de tantis gregibus tibi digna videtur. Luca. 4. Ac procul è syluis sese gregibusque ferebat. Ver.Buc. Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.Idem.Hœdorumque gregem viridi compellere Hybisco. Idem Geor. primo.Hinc alibi Clytumne greges,& maxima tauro.Idem 3.Lanigeros agitare greges hirtasque capellas. Ait Ser.armenta autem sunt equorum, boum: quòd animalia apta sunt armis,vt scutis boum coria, equi prælio:greges verò capellarum, & ouium similiumque minutorum sunt animalium. Sciendum quòd plerunque confundit autoritas.

Grynaevs,pen.pro.Sil.nono. Aures pande deo,cecinit Grynęa per orbem. Idem 13.Sic & Grynęam quæ tu sub nomine Phœbi.Ouid.Metam.14.Figitur hic duplici Grynęus sua lumina ramo.Ver.Buc. His tibi Grynęi nemoris dicatur origo. Idem Aen.4. Sed nunc Italiam magnam Grynęus Apollo.Seruius inquit.Clazomene ciuitas est Asiæ iuxta hanc nemus est Grynæum: vbi Apollo colitur: inde ergo nunc epitheton dicit.pen.flect.

Gryphes,pe.pro.Mant. Est aliis Gryphes latè bipatentibus alis.Ver.Buc. Iungẽtur iam Gryphes equis,æuoq; sequenti. Ait Ser.Hoc genus ferarũ in hyperboreis nascitur montibus,omni parte leones sunt alis,& facie aquilis similes,equis vehemẽter infestæ,Apollini consecratæ. pe.flect.

Grvs,

GRVS, prod. Ver. Geo. 1. Tūc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Idem. Strymoniæque grues, & amaris intyba fibris. Idē Aen. 11. Strymoniamq; gruem, aut albū deiecit olorem. Ait Seruius, sanè sciendū posse dici, hic & hæc grus. Mant. Iam satio vicina fabis grus ordine longo. Oui. Philom. Grus gruit, inque glomis Cycni propè flumina densat. gruo. penultima acuit.

GRVMVS, pen. pro. Verg. Opusc. Interdum grumes spargit, salisque subactum. penultima flectit.

GRVNIO, pen. cor. Iuue. Sat. 15. Et cum remigibus grunuisse Helpenora porcis. Mant. Vulpeculas grunire suis certare canendo. Cicero Tusc. Nec grunitus audiunt, cùm iugulatur sus. antepe. acu.

GVBERNO, pen. pro. Stat. Theb. 10. Quas deus, & casus, tēpestatesq; gubernat. Māt. Inter eos post quàm senui templa ista guberno. Lucr. 5. Quòd si quis vera vitā ratione gubernat. Cicero Att. Velim ergo totum hoc ita gubernes. Idem. Sed hæc deus aliquis gubernabit. Idē pro Syl. Tormenta gubernat dolor. pen. acuit. Mant. Imò gubernator pecus hoc Europica tellus. Idem. Petre gubernator nostræ sanctissimæ cymbæ. Verg. Aen. 3. Qua cursum, ventusque, gubernatorque vocabāt. Ouid. de Trist. 2. Ipse gubernator tollens ad sydera palmas. Hor. Ser. 2. Nanque gubernator districto constitit ense. penult. flectit. Lucr. quarto. Atque gubernaculum contorquet quodlibet vnum. antepenult. acuit.

GVLA, pen. cor. Prop. 4. Torquis ab incisa decidit vnca gula. Hor. Ser. 2. Nil seruire gulæ parens habet adde quod idē. Mant. Inseruire gulæ de more cucurbitæ in aluum. Idem. Absorbere gula quot sanguinolenta uolebat. Mart. 14. Nanque cocus domini debet habere gulam. Idem 3. Sed magis ardebat sabidi gula, protinus ergo. penult. acu. Idem 8. Esse tibi videor sę uus, nimiumque gulosum. Idem duodecimo. Cinna cocū fecit, Cinna gulosus homo est. Idem. Non opus est nobis nimiū lectore guloso. Idē vndecimo. Et quadringentis numinis condire gulosum. penultima flectit.

GVRGES, penul. pro. Luca. 2. Gurgitibus raptis penitus tellure perusta Iuue. Sat. tertia. Porthmea nec spera cœnosi gurgitis aluum. Idem 13. Gurgitibus miris & lactis uortice torrens. Stat. Syl. 1. Pirene largos potius mihi gurges inhaustus. penultima acuit.

GVSTO, pen. pro. Lucr. 6. Aut vbi gustarat, languebat morte propinqua. Iuue. Sat. 14 Quam primùm rupto prędā gustauerit ouo. Idem Ser. 2. Vt nihil omnino gustaremus, velut illis. Cicerò in Ant. Gustaras ciuilem sanguinem. Idem in Piso. Pōpeius non gustabat istam tuam philosophiam. penultima acu. Mart. septimo. Gustata Lethes penè remissus aqua. penultima flectit.

GVTTVR, pen. pro. Mant. Gutturis inflati vino duce nata Quirino. pen. acu.

# H



H, Aspiratio. Vide Berecyntus.

HABEO, pen. cor. Verg. Buc. Postquàm nos Amaryllis habet, Galathea reliquit. Idē. Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Idē. Delicias domini, nec quid sperarer habebat. Iuue. Sat. 3. Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamen illud. Idē 5. Maior habebatur donandi gloria solū. Idem 6. Compositiq; luto nullos habuere penates. Hor. de Art. Et noua, fictaque nuper habebunt verba fidem si. Ouid. de Pont. 1. Forsitan exigua dignus habebor ope. Idem Met. 12. Quisquis es ò iuuenis, dixit, solamen habeto. Idem octauo. Mitis habebatur iam lamentabileq; Athenæ. Cicero Att. Omisi ea, quæ in manibus habebam. Idem. Habeo in animo cōsulatum statim petere. Idem. Quæ res sic se habet. Idem in Ver. Omnino præclarè te habes. Idem At. Bene habemus nos. Idem de Clar. Hunc nos per veterem habemus. antepenultima acu. Luca. decimo. Et Pompeianis habitata manibus aula. Verg. Geor. tertio. Prosequar, & raris habitata Mapalia tectis. Oui. de Pont. 4. Et freta veliuolas non habitura rates. penultima flectit.

HABENA, penult. prod. Horat. Epist. 1. Est iter aut Baias leua stomachosus habena Luca. secundo. Hæc vbi dicta Iouis totas accepit habenas. Idem 3. Ligdamus excuilæ balearis tortor habenæ. Ver. Geo. 1. Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Idem Aen. 1. Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas. Idem 11. Tum Lirim Pegasumque super quorũ alter habenas. Idem 12. Suscitat, irarum inque omnes effudit habenas. pen. flectit.

HABITACVLVM, pen. cor. Mant. Eiice, & exulibus da prima habitacula nobis. Idem. Scire nephas, vt enim tellus habitacula vobis. Idem. Peruolitans ædes, sanctique habitacula patris. Vide HABITO. antepen acu.

HABILIS, pen. cor. Stat. Theb. 3. Plaudentique habiles Cariæ resonare Dianæ. Luca. 2. Sed Grais habiles, pugnantq; lacessere pinus. Oui. Fast. secundo. His habilis talis quilibet esse potest. Ver. Aen. 1. Nàque humeris de more habilem suspenderat arcum. antepen acu.

HABITO, pen. cor. Stat. Syl. secundo. Atque habitet vitreum tacitis radicibus omnis. Idem tertio. Nec plus Nemçe priscumq; habitabitur Argos. Oui. Met. 1. Plebs habitat diuersa locis à fronte potentes. Idẽ. Quas dedimus certè terras habitare sinamus. Idem decimoquinto. spesque hominum, primo matrisque habitauimus aluo. Idem de Arachne. Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis. Mart. 9. Priuatos gaudet nunc habitare lares. Ver. Aen. 3. Pergameæ steterant, habitabant vallibus imis. Idem. Centum vrbes habitant magnas vberrima regna. Ait Seruius, vrbes habitant, non dicit qui, sed intelligimus Cretenses, aut certe habitant pro habitantur: vt, insinuat pauor, pro insinuatur: Idẽ Buc. Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia. Idem. Atque humiles habitare casas, & figere ceruos. Ait Seruius. Sanè melius habito illam rem, quàm habito in illa re dicimus: nam etiã principalitas huius verbi frequentatiui accusatiuum regit, vt habeo illam rem, non in illa re, vt habitare casas: quia natura verbi huius non patitur dici, habeo in illa re. Seruius quidem optimè præcipit de verbo frequentatiuo, vt habito, idest frequenter habeo. At habito non vt frequentatiuum, sed vt compositum est ex habeo & tectum, quasi tectum habeo, ut domum, ædes, casas, similiaq; neutrum est, habens accusatiuum significantem rem verbi: vt, viuo vitam, non rem patientis, vt habeo, & eius frequentatiuum habito: vt, curro campum, idest per campum: nauigo mare, idest per mare: habito vrbem, idest domum, atque tectum habeo in vrbe, aut per vrbem: vt, centum vrbes habitant, habitare casas, per campos, aut in syluis. Ver. Aen. 2. Incensa Danai dominantur in vrbe. Et si obuiam fit Varronis exemplum, quod Nonius adfert, hoc nomine antiquos secundis rebus Cumas habitasse. Huius verbi habito constructionis inscius non fuerat Fabius, qui Inst. primo. cap. 9. de uerbis, & verbalibus admonet. Est etiam quidam tertius modus, & vrbs habitatur, campus curritur, mare nauigatur: non abre quidem eiusdem generis constructione miscuit hæc verba, quod probè sensit Mosellanus in Quint. ibidem. Est etiam, quando, videlicet verba alioqui propemodum neutra in tertia persona passiuè vsurpantur: tum in prima non in vsu nanque temerè dicitur curror, nauigor, habitor: ea dem Prisc. asserit. Ait Seruius Aen. primo. Tyrrhenum nauigat æquor, figura Græca est: nos enim dicimus per æquor nauigat, ita non curro campum, sed per campum, non habito vrbem, sed in vrbe, scilicet domum, similiaque: non enim accusatiui sunt rei patientis, sed quodam modo rem verbi significantes ex regula Grammatica, vt viuo vitam neutraliter, si sub eodem dicendi genere à Fabio coacta sunt hæc verba, curro, nauigo, habito efficientia tertium quendam dicendi modum sub proprietate quadam neutrali passiua in declinatione: vt campus curritur, cursus fit per campum, mare nauigatur, idest nauigatio fit per mare, vrbs habitatur, idest habitatio fit per vrbem, aut in vrbe. hæc Prisc. Curritur, idest cursus fit. Non enim ii, nominatiui rei sunt patientis, sed neutraliter significantes: ideo non bene Ascensius

ſius Comm. Fabii, campus curritur, mare nauigatur, vrbs habitatur à me: non enim paſſiua ſunt ſignificatione, ſed neutrali. Eodem fuit errore Antonius Nebtiſſen. in neutris, vbi regulam exponit Grammaticam, videlicet. Verba neutra poſſe conſtrui accuſatiuo rem verbi ſignificante: viuo vitam, vita uiuitur à me: vt in commento videri licet, quamuis Verg. Aeneid. tertio caneret, Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graiis. Non abre igitur à Fabio præcipitur hic ſyntaxis verborum tertius dicendi modus ab aliis differens. Cicero in Verg. Et ea pars vrbis & habitatur frequentiſſimè. Idem decimoquinto. Lilybei multos iam annos habitat. Idem. Cùm apud eum non modò thermis ſæpe numero fuiſſe, ſed etiam babitaſſet. Idem. pro Cęl. Cuius in ædiculis habitat. Idem In Saluſt. Habitare in domo alterius, vel ſua. Idem in Ver. Omnes qui habitarent in Sicilia. Idem pro Dom. Quam habitandum in hac vrbe. Idem in Ant. Sed tamen in via habitabant. Habito antepen. acu. Vide Ambulo.

HABITATOR, pen. pro. Mant. Sic opifex rerum, pater atque habitator olympi. Iuue. Sat. decimaquarta. Magnum habitatorem quanto felicior hic qui. Ver. Georg. tertio. Proſequar & raris habitata mapalia tectis. Luca. decimo. Et Pompeianis habitata manibus aula. penult. flectit.

HABITVDO, pen. pro. Mant. Martis opus vegeti ſenſus habitudine corpus. penultima flectit.

HABITVS, pen. cor. Stat. Syl. primo. Ac primum ingentes habitus, lucemque coruſcam. Hor. de Art. Fortunarum habitum iuuat, aut impellit ad iram. Oui. Faſt. quarto. Prima feros habitus homini detraxit ab illa. Idē Met. primo. Quarum quæ medio non eſt habitabilis ęſtu. antepen. acu.

HAC, prod. Oui. Met. primo. Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis. Idem Faſt. 1. Hac ego Saturnum memini tellure receptum. flect.

HACTENVS, pen. cor. Hor. Ser. primo. Candida, rectaque ſit, munda hactenus vt neque longa. Flac. ſecundo. Hactenus in populos vates Samothracia diuū: Oui. de Art. primo. Hactenus vnde legas, quod amas, vt retia ponas. Ver. Aen. ſexto. Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta. Ait Seruius, Nam hactenus propriè eſt extrema pars arcus: vnde tractū eſt, vt hactenus huc vſque ſignificet. Idē quinto. Hac celebrata tenus. Tmeſis eſt: & hic ſermo, quantum ad artem ſpectat, duas continet partes orationis, vt hac pronomen ſit, tenus præpoſitio, ſicut pubetenus: ſed vſus obtinuit, vt pro vna parte habeatur: ergo aduerbium. & omnis pars orationis cum deſierit eſſe, quod eſt, in aduerbium migrat: & eſt temporis. Idem Geo. 2. Hactenus aruorum cultus, & ſydera cæli. Ait Seruius, vt multi volunt, vna pars orationis eſt, & eſt aduerbium: ſignificans hucuſque. Alii autem partes volunt pronomen, & aduerbiū: vt ſit tenus hac: ſed melius eſt, vnam partem accipere orationis hactenus. antepenult. acu. Vide A, præpoſitio.

HOEDVS, pen. pro. Vide Calep. Ver. Buc. Hœdorumque gregem viridi compellere hibiſco. penult. flectit. Iuue. Sat. ſeptima. Hœdulus & toto grege mollior inſcius herbæ. antepen. acu.

HAEMVS, pen. pro. Ver. Geo. ſecundo. Taygeta ò qui me gelidis in vallibus Hæmi. penult. flect.

HAEMONIVS, pen. cor. Oui. de Triſt. 4. Hæmonia curas attenuiſſe lyra. Idem de Art. 1. Typhis in Hæmonia puppe magiſter erat. Luca. 6. Impetis Hęmonia maiorē ſcorpiō arcu. Sil. 10. Hemonia borea pennaſque citatior ibat. Prop. 1. Non ſic Hæmonio Salmonida miſtus Enipeo. Luca. 3. Theſſalus Hæmoniam vomer proſcindit Hiolchon. antepen. acu.

HAEREO, pen. cor. Oui. Met. 15. Hæremuſque ducis collo, nec verba locuti. Idem de Pont. 4. Spicula cum pictis hærent in caſſide pennis. Iuue. Sat. 4. Impleuitque ſinus, neque enim minor hæſerat illis. antepenult. acu. Cicero Acad. Et quas radicibus ſuis hæreat. Idem pro Cæl. Fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas. Idē Att. Hoc mihi planè hæſit. Idē pro Qui. Roſ. Pōt hōi huic hęrere peccatū. Idē pro

Sect. Illa turpitudo hæret in rep. Oui. Met. 1. Alter inhęsuro similis iamiamq; tenere. pen. flect.

HAERES, pen. pro. Mart. 9. Hęredem tum me patris tibi Gallice quarte. Ver. Opus. Quattuor antiquis quæ hæredibus est data consors. Iuue. Sat. 10. Hęredes vetet esse suos bona tota feruntur. Oui. Phyl. Hæredem patriæ perfide fraudis agis. penult. acuit.

HAESITO, pen. cor. Lucr. 5. Sub terris ideo tremulum iubar hæsitat igni. Idem 6. Hæsitat hanc orbem celeri volat impete labens. Cicero Acad. Itaque non multùm hæsitans respondebo. Idem de Or. Hæsitauit ob eam causam. antepen. acu.

HADRANVM, pen. pro. Sil. 14. Hadranum Hergentumque simul, telaque superba. pen. flect. Vide Acetum.

HAGNIADES, pen. cor. Flac. 2. Hagniades, non hanc, inquit, sine numine diuum. antepen. acuit.

HALCYONE, pen. cor. Oui. Met. 11. Halcyone Ceyca mouet, Cayeis in ore. Idem Nec vult Halcyonen in partem adhibere pericli. Idem. Halcyones lachrymas, & quæ pars admonet, absit. Idem. Nominat Halcyonen, ipsisque immurmurat vndis. Sil. 14. Cum sonat Halcyones cantu, nidosque natantes. Prop. 1. Nunc ego desertas alloquor Halcyonas. Flac. 4. Cùm rapit halcyonis miseræ, fœtumque, laremque. Oui. Fast. 4. Neptuno halcyonē, & te formosa Celæno. Ver. Geo. tertio. Littoraque halcionem resonant, & acanthida dumi Idem 1. Dilectæ Thetidi halcyones, non ore solutos. Vbi ait Seruius Ceyx filius Luciferi habuit vxorem Halcyonem, a qua cùm prohibitus isset ad cōsulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit: cuius corpus cùm ad vxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. postea miseratione Thetidis, & Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas: quæ halcyones vocantur. sanè sciendum est, quod cum de muliere dicimus hæc Halcyone facit: cum de auibus hi & hę halcyones. Istæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme, qui bus diebus tanta est tranquillitas, vt penitus nil in mari possit moueri, inde etiam dies ipsi Halcyonia nominantur. At uide in Calep. Alcedines. antepenultima acuit.

HALEC, pen. pro. Hor. Ser. 2. Peruellunt stomachum siser, halec, fercula coa. Mart. Halecem sed quam protinus illa vorat. Idem. Capparis & putri cæpas halece natantes. pen. acu.

HALESVS, pen. pro. Ver. Aen. 7. Curru iungit Halesus equos, turnoque Feroces. Idē 10. Per varios sternit casus, occurrit Halesus. pen. flect.

HALITVS, pen. cor. Ver. Geo. 2. Halitus atque animos tollent sata, iamque reperti. Idem 3. Terraque rasa sonat, squāmis quique halitus exit. Sil. 6. Halitus & magnum misit sub tartara mentem. Idem. Halitus erumpens tetrum expiret odorem. antepen. acu.

HALIAETVS, pe. pr. Oui. Met. 8. Et modo factus auis fuluis Haliæetus in alis. De quo loquitur Plin lib. 10. cap. de aquilis. Haliæetus tantùm implumes etiam pullos suos percutiens subinde cogit aduersus intueri solis radios, & conniuentem, flantemque animaduertit, præcipitat è nido velut adulterinum, & degenerem: illum cuius acies firma contra stete rit, educat. Haliæeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur. pen. flect.

HALYS, pen. cor. Ouid. de Pont. 4. Influit & crebro vertice totus Halys. Luca. tertio. Qua Cræso fatalis halys, qua vertice lapsus. Flac. 5. Fraude deæ nec solus Halys, nec solus Apollo. pen. acu.

HALO, pen. pro. Stat. Syl. quinto. Hic ego te, nam Sicanii non mitius halat. Lucr. 2. Et nardi florem nectar, qui naribus halat. Mart. 10. Halat & in modico sexta Nerone calet. Ver. Geo. quarto. Inuitent croceis halantes floribus horti. penultima acuit.

HAMADRIDES, pen. cor. Ver. Buc. Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis. Oui. Met. 1. Inter Hamadryades celeberrima Nonacrinas. antepenultima acuit.

HAMVS, pen. pro. Oui. Met. 3. Pauper & ipse fuit, linoque solebat, & hamis. Hor. Ser. secundo. Vos insidiatorē prærosō fu

ger it

gerit hamo. Idem. Occultum visus decurrere piscis ad hamum. Oui. de Pont. secūdo. Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo. Idem Fast. 5. Canicies pennis vngui bus hamus inest. Stat. Theb. 5. Loricam induitur tortos huic nexilis hamos, Ver. Aen. 6. Leuibus huic hamis consertam, auroque trilicem. Claud. Flexilis inductis hamatur lamina membris. Oui. Met. 12. Hamatisque viri laniauerat vnguibus ora. pen. flect.

HANNIBALI, seu Annibal, pen. cor. Sil. 11. Hannibal est iræ tibi, constituemus ad ipsas. Idem. Hannibal, & regnum trahat vsque in tempora fati. Idem. Hannibalem superis, ô quantum nomine maior. Luca. 4. Hannibal, & Pœni tam dira piacula manes. Iuue. Sat. 6. Hannibal, & stantes collina in turre mariti. Claud. pœnus & attonitus iam proximus Hannibal vrbi. Idem. Sed quid ego Hannibalem circa Pyrrhumque tot annis. antepenult. acuit.

HARA, pen. cor. Tibul. 1. Hostiaque è plena rustica porcus hara. Oui. Penel. Tertius immundæ cura fidelis haræ. Ait Priscianus libro 1. cap. 4. Cum autem hara significat stabulum porcorum, eadem syllaba penult. corripitur, & acuitur, & aspirationem habet: in ara verò deorum penult. produ. & flecti in nominatiuo, nec habet asperationem.

HARMONIA, pen. cor. Luca. tertio. Esse neque harmoniam corpus retinere solere. antepenult. acu.

HARPE, penul. pro. Luca. 9. Harpē alterius monstri iam cæde rubentem. penultima acuit.

HARPALOS, pen. cor. Oui. Met. secundo. Harpalos, & Meneleus hirsutaque corpora Lachne. antepen. acu.

HARPAGIPA, pen. cor. Oui. in Ibin. Et puer Harpagipæ referat exempla Thyethæ. antepen. acu.

HARPOCRATES, pen. cor. Catul. Vxorem & patruum reddidit Harpocratem. antepenult. acuit.

HARPALICE, pen. cor. Ver. Aen. 1. Harpalice, volucremque fuga præuertitur Hebrum. Ait Seruius. Hæc est, quæ patrem suum captum à Getis multitudine collecta liberauit celerius quàm de fœmina credi potest. antepen. acu.

HARPYIA, pen. pro. Ouid. Met. 3. Pæmenis & natis comitata harpyia duobus. Hor. Ser. 2. Vellem, ait, harpyis gula digna rapacibus, at vos. Ver. Aen. 3. Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas. Ait Seruius, Arpyiæ vi Græca diphthongus est, nam Latina esse non potest: quia ne y, quidem habemus Ver. 3. Sola nouum, dictu, dictumque nefas harpyia Celæno. Idem. Et patrio harpyias in fontes pellere regno. Idem. Harpyiæque colunt aliæ Phineia postquam. pen. acu.

HARVSPEX, pen. pro. Oui. in Ibin. Sic modo qui Thuscus fuerat, nunc Gallus horuspex. Idem Met. 15. Quæ simul aspexit Tyrrhenæ gentis haruspex. Iuue. Sat. 6. Commedare volet varicosus fiet haruspex. Idem 2. O proceres censore opus est, an haruspice nobis. Manil. 3. Languēti Marco dixit Diodorus haruspex. penult. acuit.

HASBITE, pe. pro. Sil. 2. Venerat Hasbite proles Garamanthis Hyarbæ. Idem. Hasbites currus, & radiātis tegmina Leucæ. Idem tum saltu Hasbiten conantem linquere pugnas. pen. acu.

HASDRVBAL, pen. cor. Sil. quinto. Hasdrubale ad manes ibis nec te optima mater. antepen. acu.

HASTILE, pen. pro. Ver. Geo. secundo. Tū leues calamos, & rasæ hastilia virgæ. Idē Aen. tertio. Virgulta, & densis hastilibus horrida virtus. Idem decimo. Et terram hastilem moriens petitore cruento. Idē decimosecundo. Lenta leuis cursu præfixa hastilia ferre. Oui. Met. octauo. Et setæ densis similes hastibus horrent. Flac. sexto. Vadit eques densa spargens hastilia dextra. Idē. Discolor hastatas effudit Iberia turbas. pen. flect.

HAVD, pro. Oui. de Trist. 1. Diuidor haud aliter, quàm si mea membra relinquam. Scoppa præcipit haut scribendum: habet enim h, in principio, quo differat ab aut. Idem Scaliger libro 1. Sanè cætera elementa ad quærendum discrimen non sunt mutanda, quin fortasse potius vtrūque ficciore elemento scribendum sit aut, haut. Græcum enim fuit αὐτη. At

veterum

veterum, inquit, vsus apud Latinos fuit adeò magni momenti, vt apud nos quoque scribendi frequẽtior est. Aud enim illi dixerũt, nos haud negatiuè dicimus, cui addita est aspiratio differentiæ causa, vt planè, passimq; legimus impressionibus nuper Latinè emendatis. acui.

HAVRIO, pen.cor. Verg. Aen. 10. Per tunicam squallentem auro, latus haurit apertum. Idem quarto. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto. Hor. Ser. secũdo. Atque haurire queam vitæ præcepta beatæ. Idem 1. Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquens. Idem. Turba iam haurit, neque vitam amittit in vndis. Ouid. de Trist. 1. Aut Hyadas seris hauserat auster aquis. Idem 14. Quæ simul arenti sitiẽtes hausimus ore. Luca. 1. Hoc quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ. Lucr. 5. Et latera, ac ventres hauribant subter equorum. Idem 4. Atq; haurire, iuuatq; nouos de pectore flores. Cicero Acad. Vt ea à fontibus potius hauriant. Idem de Diui. Aqua ex puteo hausta. antepenultima acuit.

HEBE, penul. prod. Catul. Hebe nec longa virginitate foret. Mart. 9. Nunc tibi Iuno fauet, nunc te tua diligit Hebe. Ouid. Metamorph. nono. Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe. penultima acuit. Vide Hebeo.

HEBRVS, pen. pro. Ouid. Phyl. Et sacer emissas exigit Hebrus aquas. Idem Metamorph. 2. Fors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat. Verg. Geo. 4. Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus. pen. acuit.

HEBDOMADA, pen. cor. Mant. Traxit in hebdomadas menses, habet hebdomadas, aut. Idem. Semper vt hebdomadis cursus compleuerit orbem. Idem. Prætereo tris hebdomadas, quas addidit istis. Idem. Sed tamen hebdomadas breuiter tractare diebus. antepen. acu.

HEBENVS, pen. cor. Luca. 10. Calcabatur onyx hebenus Mareotica vastos. Pers. Sat. 1. Castoreum, stuppas, hebenum, thus, lubrica, Coa. Ver. Geor. 2. Fert hebenum, solis est thurea virga Sabæis. Ait Ser. Sanè & hæc hebenus, & hoc hebenum dicitur. antepen. acu.

HEBEO, pen. cor. Stat. Theb. 1. Sanguis habet luctu magni de stirpe creatum. Sil. 8. Inter tela sibi Mauortis hebescere dextras Verg. Aen. 5. Sanguis habet, frigentque effœtæ in corpore vires. Ait Ser. Quare hebet, quia gelidus est, quare gelidus, quia senex. Idem 6. Terrenique hebetãt artus, moribundaq; membra. Claud. Corporis arbitriis hebetat caligine sensus. Oui. Metam. 5. Rursus vbi alma dies hebetarat sydera natam. Sil. 8. Vipereumque herbis hebetare, & carmine dentem. Cicero Att. Stomachus vbi hebetabat olim. antepen. acuit. Ouid. Met. 7. Quandoquidem mucro est hebes, inquit, & in latus ensem. Idem 12. Vtque hebeti pectus tantùmmodò contudit ictu. pen. acu.

HEBESVS, pen. pro. Verg. Aen. 9. Fidumq;, hebesumque subit, Rhetumq;, abaitmq; viri nomen. pen. flect.

HEBRAEVS, pen. pro. Mant. Hebræis, festique aliquid sibi vendicet vna. Idem. Septima ab Hebræis sabbata gente Latina. Idem. Nam deus Hebræam cupiẽs distinguere gentem. Idem. Mos erat Hebræis, & lex antiqua volebat. Idem. Rex Solymæ, sub quo legẽ Philadelphus Hebræã. penult. flect.

HECATE, pen. cor. Ouid. Fast. 1. Ora vides Hecates in tres vergentia partes. Idem Met. 14. Conuocat, & longis Hecaten vlulatibus orat. Idem. Conterit & tritis Hecateia carmina miscet. Idem in Epist. Nil dea, nil Hecates sacra potentis agunt. Iuue. Sat. 12. Porticus existunt, qui promittunt Hecatomben. Ver. Aen. 7. Nec quicquam lucis Hecate præfecit Auernis. Idẽ. Voce vocans Hecatem, cœloque, ereboq; potentem. Idem 4. Nocturnisque Hecate triuiis vlulata per vrbem. Idem. Tergeminam Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Ait Seru. vnde Hecate dicta est Hecaton, id est centum potestates habẽs. antepenultima acuit.

HECTOR, pen. pro. Ver. Aen. 2. Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab oris. Idem. Hectore qui redit exuuias indutus Achilli. Idem 1. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Ouid. Met. 12. Hectoris arma meis, illo sed tempore nullus. penultima acu. Sil. 14. Entella Hectoreo

ctoreo dilectum nomen Acestæ. Ouid. in Ibin. Hectoreus patria vidit ab vrbe puer. Verg. Aen. 3. Coniugis Hectoreæ, cape dona extrema tuorum. Idem 1. Gēte sub Hectorea, donec regina sacerdos. Idem 5. Hectorei socii Troiæ quos sorte suprema antepen. acu.

HECVBA, pen. cor. Mart. 3. Cùm possis Hecubam, non potes Andromachem. Ouid. Metamor. 13. In mediis Hecube natorum inuēta sepulchris. Idem. Sic Hecube post quàm cum luctu miscuit iram. Idem. Tolle moras Hecube dixit, da munera nato. Idem. Euentus Hecubam meruisse negauerit illos. Idem. Cladibus & casu, Troiæ, Hecubæque moueri. antepenultima acuit.

HEDERA, pen. cor. Ouid. Fast. 6. Bacche racemiferos hedera redimite capillos. Idem 3. Cur hedera hæc dicta est, hedera gratissima Baccho. Stat. Syl. 1. Balnea dumque procax myrtus hederisque soluta. Clau. Transtra ligant hederæ malum circūflua vestit. Verg. Buc. Candidior cygnis, hedera formosior alba. Air Seruius, quia sunt & nigræ hederæ: vt, aut hederæ pandunt vestigia nigræ. Nigra autem, vel alba non ex foliis, sed ex ligno cognoscitur. Idem. Diffusos hedera vestit pallente corymbos. Idem. Pastores hedera crescentē ornate poetam. Idem Georg. Interdum aut hederæ pandunt vestigia nigræ. ante penult. acuit.

HEDYMELES, pen. cor. Iuue. Sat. 6. Quo te ner Hedymeles operam dedit, hunc tenet hoc se. antepe. acu.

HEI, interiectio. Ouid. Metamorph. 1. Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis. Idem Phyl. Hei mihi, si quæ sim Phyllis, & vnde, rogas. Vergil. Aen. 2. Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo. Vide Cui.

HELENA, pen. cor. Stat. Syl. 3. Pastor ad Idæas Helena veniente carinas. Ouid. Metamor. 13. Accusoque Parim, prædamq; Helenamque reposco. Idem 15. Hæc Helenam cecinisse Penatigero Aeneæ. Idem 14. Atque vtinam velles Helene nō pluribus esset. Prop. 2. Et totam ex Helena nō probat Iliada. Hor. Ser. 1. Nam fuit ante Helenam cunnis teterrima belli. Mart. 1. cōiuge Penelope venit, abit Helena. Ver. Aen. 3. Priamides multis Helenus comitantibus affert. antepe. acuit.

HELOPS, pen. cor. Stat. Theb. 12. Ore momordit Helops, hūmero transmisit Iapix. penult. acuit.

HELENOR, pen. pro. Ver. Aen. 9. Transfixi ligno veniunt, vix vnus Helenor. Idem. Et Lycus elapsi, quorum primæuus Helenor. pen. flect.

HELIAS, pen. cor. Auso. Helias, & solido cum corpore peruius Enoch. Mant. Heliæ magni quōdam domus, illius inquā. Idem. Heliiæ qui viuit adhuc, vbi nascitur eurus. Idem. Ius super Heliiæ totum genus, omnia iussis. Idem. Igneus Heliiam currus cum sustulit ipse. Idem. Quam pater Heliias sitiens potare solebat. Geminat i, vt penulti. fit longa. Idē. Helia ab antiquis Luza appellata, reliquit. Mant. 1. Quod clamas semper, quod agentibus obstrepis, Heli. antepen. acuit. Vide Maior.

HELICE, pen. cor. Oui. Met. 5. Intonsumq; comas Helicen, Phlegiamque Clytumq;. Idem Fast. 4. Dixerat huic Helice, talia verba refer. antepen. acu.

HELICON, pen. cor. Oui. de Pont. quarto. Fertile pectus habes, interque Heliconna colentes. Idem secundo. Virgineusq; Helicon, & non Oeagrius Aemus. Stat. Syl. 2. Non mihi si cunctos Helicon indulgeat amnes. Idē 1. Demigrant Helicone deæ quatiuntq; nouena. Idē. Nō Helicona graui pulsat chelys Enthea plectro. Idem 4. Felix curarum cui non Heliconia cordi. Idē Theb. 7. Horrēt Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus. Sil. 14. Flectite nunc vestros Heliconis numina cātus. Mart. 7. Proq; suo celebrat nūc Helicona foro. Ver. Aen. 10. Pandite nūc Helicona deæ, cātusq; mouete. Ait Ser. in Buc. Ecl. 7. ibi, Aonas in montes. Helicon mōs est Bœotiæ, q̄ & Aonia dicitur: de hoc plurima cadunt flumina, inter quæ etiam est Permessus, iuxta quem, dicit ambulātem Gallum ab vna musa ad cæteras esse deductum: & illic esse factum poetam. ante penult. acuit.

HELIMVS, pen. cor. Verg. Aen. 5. Tum duo Trinacrii iuuenes, Helimusq;, Panopesq;

Idem 1. Hic Helymus facit hoc qui maturus Acestes. Sil. 14. Troanusque Helymus structis, qui pube secuti. antepenultima acuit.

HELIODORVS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Hospitio modico Rhetor comes Heliodorus. Iuue. Sat. 6. Tonsoris damno tantùm rapit Heliodorus. pen. flect.

HELISAEVS, pe. pro. Mant. O pater, ò princeps, ò dux Helisæe meorum. Idem. Scilicet Abdiam, Carmelitamq; Helisæum. Idem. Hic vates Helisæus erat, què poplite flexo. penul. flect.

HELISINVS, pen. pro. Mant. A Dacis rediēs Abbas Helisinus ad arua. Idem. Huc Helisine veni tibi enim, tibi nuncia porto. pen. flect.

HELLEBORVS, pen. cor. Mart. 9. Accipiat, sed si potat in helleborum. Catul. Suauiolum tristi tristius helleborum. Hor. Ser. 2 Danda est hellebori multo pars maxima auari. Idem. Expulit helleboro morbū, bilemque meraco. Ver. Geo. 3. Scyllamq;, helleborosq; graues, nigrumq; bitumen. antepen. acuit.

HELLESPONTIACVS, pen. cor. Oui. Fast. 1. Hellespontiaco victima grata deo. Idē de Trist. 1. Hellespōtiacas ille reliquit aquas. Verg. Geor. 4. Hellespontiaci seruet tutela Priapi. antepe. acu.

HELVIDIVS, pe. cor. Iuue. Sat. 5. Quale coronati Thrasea, Heluidiusq; bibebant. antepen. acuit.

HENIOCHVS, pe. cor. Flac. 6. Heniochosq; truces iam pridem infensus Anausis. antepenult. acuit.

HENRICVS, pen. pro. Mant. Pertulit Henricus, qui bella mouentibus Hunnis. penult. flectit.

HESPESINVS, pen. pro. Sil. 8. Hos iuxta Hespesina cohors, quique Falisci. penultima flectit.

HERBIFER, pen. cor. Ouid. Fast. 4. Præterit & ripas herbifer Acis tuas. Idem Metam. 14. Herbiferosq; adiit colles, atque atria clausus. antepenul. acuit. Idem 2. Diuitis hic saltus herbosaque pascua Nelei. Idē Fast. 4. Nō pudet herbosum dixit posuisse moretum. Idem Met. 14. Soluitur herboso religatus ab aggere funis. Sil. 14. Nō herbosus iners, non naulocha pigra pericli. penult. flect.

HERCVLES, pen. cor. Iuue. Sat. 10. Herculis erumnas credat, sæuosq; labores. Horat. Epist. 1. Herculis ad postem fixis latet abditus agro. Ouid. Met. 15. Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus. Idem 12. Herculis ò Rhodiæ ductor pulcherrime classis. Stat. Syl. 2. Plangimus Herculeos annis æquate labores. Luca. 1. Arcas, & Herculeam, & miles Trachinius Aetnam. Mant. Tunc sic Herculeus fari leonibus omnes. Sil. 14. Quod ferit Herculeas extremo sole columnas. Ver. Geo. 2. Fraxinus, Herculeæq; arbos vmbrosa coronæ. Idem Aenei. 8. Dixerat, Herculea bicolor cùm populus vmbra. antepen. acu. Mant. Tunc erat imperii caput Heracleus in armis. per ea scribi Græcè. Iuue. Sat. 1. Hæc ego non agitē, sed quid magis Heracleas. penul. flect.

HEREBVS, pen. cor. Luca. 6. Grata deis Herebi, cætus audire silentum. Verg. Aen. 6. Ad genitorem imas Herebi descendit ad vmbras. Idem. Tercētum tonat ore deos, Herebumq;, Chaosq;. antepe. acu.

HERDONIA, pen. cor. Sil. 8. Obscura incultis Herdonia misit ab agris. antepenultima acuit.

HERETICVS, pen. cor. Mant. Hereticis, ac præcipuè quos fecerat impos. antepenultima acuit.

HERESIARCHA, pen. prod. Mant. Heresiarcharum claua decernis, & arcu. penultima acuit.

HERMAPHRODITVS, penul. pro. Mart. 6. An dea fœmineum iam negligit Hermaphroditum. Idē 10. Odit amatrices Hermaphroditus aquas. Auso. Vidit semiuirum fons Salmacis Hermaphroditum. Idē. Nominis vt sic corporis Hermaphroditus. Ouid. Metamorph. quarto. Hermaphroditus ait, nato date munera vestro. penult. flectit.

HERILIS, pen. pro. Stat. Syl. quinto. Exemplumque ad herile monet, velut Appula coniux. Idem Theb. 3. Cuius herile pecus syluis inopinus abegit. Idem septimo. Amphiarae tuum, nec defuit omen heriles. Ver. Aeneid. septimo. Ille manum patiens, mensæque assuetus herili. penultima flectit.

HERMINIVS,pen.cor.Ver.Aen.11. Deficit Herminium, nudo cui vertice fulua. Ait Seruius, nomen hoc de historia Romana est: nam cum Coclite contra Tuscos Latius, & Herminius steterunt tempore, quo pons sublicius rumpebatur. Sil.quinto. Nec minus Herminium primis obtruncat in armis.antepen. acu.

HERMIONE,pen.cor.Ver. Aen.3. Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosque hymenæos.antepen.acu.

HERMOCRATES, pen.cor. Mart.6.In somnis medicum viderat Hermocratem. antepen.acu.

HERMOGENES,pen.cor.Mart.12. Hermogenes tantus mapparum,pontice fur est. Idem. Subduxit mappas quatuor Hermogenes.antepen.acu.

HERNICVS,pen.cor.Sil.8. Hernicaq; impresso raduntur vomere saxa. Ver.Aen. septimo. Hernica saxa colunt, quod diues Anagnia pascit.Oui.Fast. tertio.Sextus apud populos Hernica terra tuos.antepen.acuit.

HERODES,pen.pro.Mant. Adde quod Herodes,vt magnificentia regum Idem.Inde reuertebas in Auernum Herodibus actis.Idem.Vixisset quibus Herodis petulantia Petrum. Idem. Herodes Herode satus vesana propago. pen.acuit.Idem. Iram Herodiadis,nam regis adultera nomen.antepen.acu.

HEROTION, pen.cor. Mant. Hic festinata requiescit Herotion vmbra. antepenultima acuit.

HEROS,pen.pro.Ouid. Met. secundo. Flebat, opemque tuam frustra Phyllirius heros. Idem de Trist.4. Edidit hæc mores illis Heroibus æquos. Idē. Ponticus Heroo,Battus quę clarus iambo. Idem Fast.2. Pōderis Heroi res erat ista pedis. Ver.Buc.Ac simul Heroum laudes,& facta parentum. Stat.Achil. primo. Aeaciden? sordet vulgò Calidonius heros. Flac.decimo. Quin torpent similes statuis heroes eburnis. Idem. Heroes subeuntq; vagæ Salmonidos oras.Ver.Aen. 8.Sermonum memor,& promissi muneris heros. Ait Seruius. Hoc nomen non tantùm præsentis est virtutis, sed & præteritæ, plærunque heros & generis est. Idem in Opusc.Carmina Calliope libris heroica mādat. Idem.Obuia Tysiphone comites heroidas vrget. Catul. Heroes saluete deum genus ò bona mater. Pers. Sat. 1. Ecce modo heroas sensus efferre videmus. Hor. Ser.2. Consule cur Aiax heros ab Achille secundus.pen.acu.

HERSILIA,pe.cor.Oui.Met.14.Irin Hersiliam descendere limite curuo. Idem. Hersiliam iussis compellat vocibus Iris. Idem. Hersiliæ crinis cum sydere cessit in auras.Sil.13.Hersiliam cerne,hirsutos cum sperneret olim.antepenul.acu.

HERVS,pen.cor.Stat.Syl.1. Festinabat herus breuibus constringere lenis. Idem. Quæsisti lasciuus herum,tardeque parasti. Idem. Castigabat herum, studioque altisque. iuuabat. Claud. Irati clauisset heri,frustraque rogantem.Prop.2.Sic hodie veniet,siqua negauit heri. Mart.1.Et positum est nobis nil here præter aprum. aduerbium est temporis. Quint. Inst.1. cap.6.Et here neque planè,e,neque i,auditur.Hor.Ser.2.Hic herus, albanum Mecœnas,siue Falernum. Sil.14. Sponte fauentis heri repetitis impiger armis. pen. acuit.Ver.Aen.octauo.Et regem hac herilem dextra sub tartara misi. antepenult.acuit.

HESPERVS,pen.cor. Sil.16. Igneus & plenum præteruolat Hesperon iræ. Stat. Syl.2.Luna faces,quantumque alios premit Hesperus ignis. Oui Fast. 2. Hesperus,& fusco roscidus ibat equo.Stat.Syl. 3. Vel super Hesperiæ vada caligantia Thules.Idem Theb.10.Obruit Hesperia Phœbum nox humida porta.Luca.1.Hesperia est,defunctque manus poscentibus aruis. Ver. Aen.1. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Ait Seruius, Hesperiæ duæ sunt, vna quæ Hispania dicitur,altera quæ in Italia: quæ hac ratione discernuntur: aut enim solam Hesperiam dicis, significas Italiam,aut addis vltimam,& significas Hispaniam,quæ in occidentis est fine,vt Horatius. Qui nunc Hesperia sospes ab vltima.Et hæc est vera Hesperia ab Hespero dicta, idest stella occidentali. Cæterùm Italia Hesperia dicitur à fratre Atlantis, qui pulsus à germano Italiam tenuit, eique nomen

men priſtinæ regionis impoſuit. Idem Opuſc. Lucifer vnde micet, quaue Heſperus vnde Bootes. Iuue. Sat. 14. Heſperidū ſerpens, aut Ponticus adde quod hūc de. Mart. 1. Quale fuiſſe nemus creditur Heſperidum. Oui. Met. 11. Heſperidas donaſſe putes, ſi poſtibus altis. Verg. Aen. 8. Corniger Heſperidum fluuius regnator aquarum. Ait Seruius, Flumina ideo cùm cornibus pinguntur, ſiue quòd mugitum boum imitatur murmur vndarum: ſiue quòd plærunque in cornuum ſimilitudine curuatas cernimus aquas. Ver. Aen. 4. Heſperidum tēpli cuſtos, epulaſque draconi. Ait Seruius, Heſperides Atlantis filiæ nymphę, ſecundum fabulam, hortum habuerunt, in quo erāt aurea mala Veneri conſacrata, quæ Hercules miſſus ab Euriſtæo, occiſo peruigili dracone ſuſtulit. antepenultima acu.

HESIONE, pen. cor. Luca 9. Aſpicit Heſiones ſcopulos, ſyluaſque latētes. Flac. 2. Ex poſitam Heſionē ſpumantibus eripit vndis. Oui. Met. 11. Heſioneque datur, potitur nam coniuge Peleus. Ver. En. 8. Nam memini Heſiones viſentem regna ſororis. Antepenult. acu.

HESTERICA, pen. cor. Mant. Dicet & Heſterica ſe forſitan altera mœcha. antepe. acuit.

HESVS, pen. pro. Luca. 1. Theurates, horrēque feris altaribus Heſus. Sil. 14. Venit ab amne trahens nomē Gela, venit & He ſa. penult. flect.

HETRVRIA, pen. cor. Claud. Prouehitur dextra Ligures Hetruria leues. Idem. Fulmineos ſolers Hetruria conſulat ignes. Cornel. Ergo his ornatū meritis Hetruria noſtris. Ver. Geo. 2. Hāc Remus, & frater ſic fortis Hetruria creuit. Idem 8. Ergo omnis furijs ſurrexit Hetruria iuſtis. Idem vndecimo. Hetruſcisq; duces, equitumque exercitus omnis. Ait Seruius, Hetruria dicta eſt, quòd eius fines tenebantur vſque ad ripam Tyberis, & quaſi Heturia. Nam Heteros eſt alter, & oros finis vocatur: Roma enim anteà vnā tantùm Tyberis ripam tenebat. antepenultima acuit.

HEVS, pro. Claud. Heus, inquit, ſpe latus amor, non veſtra ſub imis. Verg. Aenei. 1. Ac prior heus, inquit, iuuenes monſtrate mearum. Luca. 5. Non pudet, heu Cæſar ſoli ſibi bella placere. Stat. Syl. 1. Reſpicit heu tanti pridem ſecurus alumni. Hor. Serm. 1. Meuius abſentem Neuium cum carperet, heus tu. Verg. Aen. 2. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt. Ait Seruius. Modò heu vna ſyllaba eſt: ſed interdum propter metrum duæ ſunt: vt, heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo. ſicut prendit, & prehendit, nihilominus eheu vbique impreſſum eſſe & ita Quintianus legit Epographia 2. inquiens, eritque ſcribendum, hoc pacto, quando erit biſſyllaba eheu. Verg. Aenei. 12. Heu quid agat? vario nequicquā fluctuat æſtu. Ait Seruius. Omne aduerbium verbo cohæret, vnde heu, at at, & ſimilia, quia verbo cohærere non poſſunt, ſeparatam fecerunt aliam partem orationis, ſcilicet interiectionem, quam ſola Latinitas poſſidet. Vide Regulas. Aſcenſius nihilominus aduerbium optantis, ſicut ponit. Verg. Aen. 2. Heu quæ nunc tellus. Hor. Ser. 1. Communi ſenſu caret, inquimus, heheu. Oui. Metamorph. 3. Indoluit quotieſq; puer miſerabilis heuheu. Ver. Opuſc. Sed media ex acie, mediis ex hoſtibus heuheu. Idem Buc. Heheu quid volui miſero mihi floribus auſtrum. Hæc Scaliger lib. 10. de cauſis ling. Proprium eſt interiectionis aſpirari: aſpiratio enim explicat ſuſpiria, & difficultatis nota eſt. itaque à Græcis ſumptam ſeruarunt φεῦ, heu, quibuſdam initiis addidere hau, aliis in medio eheu: proprium eſt interiectionis componi, vt, mediusfidius, heu heu, quare non rectè omiſere figurā. Proprium eſt interiectionis carere ſpecie, neque enim vna ab alia deriuatur: nanque eheu compoſita eſt, non deducta. Eſt igitur interiectio nota animi affecti, quæ nullius orationis indiget adiumento. vnde heu dolorem non ſignificat, ſed eſt dolentis animi nota: itaque ſola poſita explet audientis animum inditio ſuo. Heu, heuheu, eheu pro eodem dicimus: hac tamen differentia eheu nulli caſui ſeruit, Valla ſecundo. Heu heu magis afficit, quàm eheu: Cornucopiæ legit heheu, quia corrupta eſt compoſitio, melior vox

eſt

est eheu, quarum accentus incerti sunt, ait Donatus: inconditæ enim sunt voces.

HYACINTHVS, penult. prod. Ouid. Fast. 4. Has Hyacinthe tenes illas amarâthe moraris. Idem Metamor. decimo. Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon, honorq;. Idem. In uultus Hyacinthe tuos, expalluit æquè. Verg. Aeneid. vndecimo. Seu mollis violæ, seu languentes hyacinthi. Idem Buc. Munera sunt lauri, & suaue rubens hyacinthus. Ait Seruius Buc. Eclog. 3. ibi, Nascantur flores inscripti nomina regum. Hyacinthus enim vbique nascitur flos, qui natus est primo de sanguine Hyacinthi: est autem lilium rubrum designans primam Hyacinthi literam. Hyacinthium florem ad amussim. Ouid. Metamo. decimo declarat, Ecce cruor, qui fusus humi signauerat herbas, Desinit esse cruor, tyrioque nitentior ostro. Flos oritur, formamque capit, quàm lilia, si non, Purpureus color is argenteus esset in illis. Ipse suos gemitus foliis inscribit, & HYA, Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est. penultima acuit. Ouid. Metamorph. decimo. Annua præclara redeunt hyacinthina pompa. Pers. Sat. prima. Hic aliquis cui circa humeros hyacinthina læna est. Mart. secundo. Coccina famosæ donas, & hyacinthina mœchæ. Idem. Annua prælata redeunt hyacinthia pompa. anrepe. acu.

HIACCHVS, penul. prod. Mant. Exhilarans Christus laricem mutauit Hiaccho. pen. acu. Vide Iacchus.

HYADES, penult. cor. Ouid. Metamorph. secundo. Taygetenique Hyadasque oculis, Arctonque notaui. Idem decimotertio. Pleiadas Hyadasque, immunemq; æquoris Arcton. Idem Fast. 3. Quis tunc aut Hyadas aut Pleiadas Atlanthęas. Idē 4. Respicit hac Hyades dorida nocte tenēt. Ver. Geo. 1. Pleiades, hyadas, claramq; Lycaonis Arcton. Idem 1. Arcturū, pluuiasq; Hyadas, geminosq; triones. Ait Ser. Hyades stellæ sunt in fronte tauri: quæ quoties nascuntur, pluuias creant, quæ Græcè Hyades dictæ sunt, Latinè suculæ à succo. Sic ergo ait pluuiasq; Hyadas, vt Plemmirium vndosum: hæ autem fuerūt Atlantis filiæ, vel Liberi nutrices. antepe nultima acuit.

HIARBA, pen. prod. Iuue. Sat. 5. Ponere Zelotypo iuuenis prælatus Hiarbæ. Horat. Epist. 1. Rupit Hiarbitam Timagenis æmula lingua. Ver. Aen. 4. Non Libyæ, nō ante Tyro, despectus Hiarbas. pen. acu.

HYAS, pen. cor. Ouid. Fast. 5. Cùm satus est forma conspiciendus Hyas. Idem. Mater Hyan, & Hyā mœstæ fleuere sorores. Idē. Cōtinuaq; die sydus Hyantis erit. pe. ac.

HIATVS, pe. pro. Sil. 14. Hic specus ingentē laxans telluris hiatus. Prop. 3. Et miser inuisam traxit hiatus aquam. Stat. Syl. 2. Vulnus hiat, magnæq; patet via lubrica plagæ. Oui. Philom. Accipiter pipat, miluus hiansq; lipit. Cicero de Fin. Omnes iucundum motū quo sensus hiarent. Idem ad Heren. Quæ vastam, & hiantem orationem reddunt. pen. acu. Hiatus verò flectit penult. Iuue. Sat. 3. Villicus & veteris rimæ cùm traxit hiatum. Idem sexto. Grande Sophoclæo carmen bacchamur, hiatus. Mart. 1. Præda canum lepus est, vastos non implet hiatus. Hor. de Ar. Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu. Verg. Aen. 6. Quinquaginta atris immanis hiatibus hydra. Ait Ser. Aen. octauo, ibi, Non secus ac si qua penitus vi terra dehiscens. Terræ hiatus non nisi ex terræ motu fit: quia quoniam aut motu aquæ inferioris nascitur, aut crebris tonitribus, aut de concauis terris erumpentibus ventis.

HYBERNVS, penul. prod. Ouid. de Pont. 2. Tardior hyberna solstitialis erit. Idē de Trist. 1. Cumq; sit hybernis agitatum fluctibus æquor. Idē Met. 13. Solibus hybernis æstiua gratior vmbra. Mart. 5. Collibus hybernū iam tibi Tybur erit. Verg. Geo. 1. Agricolæ hyberno lætissima puluere farra. Sil. 1. Noctibus hybernis, & sydera terret Orion. Claud. Scotorū cumulos fleuit glacialis hybernæ. Verg. Aen. 4. Qualis vbi hybernam Lyciam, Xāthique fluenta. Idē 6. Treis notus hybernas immensa per æquora noctes. Idem Geor. 3. Et stabula à ventis hyberno opponere soli. Idem Aen. 4. Quin etiam hyberno moliris sydere classem. pen. acu.

HYBERVS, pe. pro. Mart. 8. An Tartesiacus stabuli nutritor Hyberi. Oui. Fast. quarto. Hybe-

Hyberaque,& Didymen, Agrigentaque, Taurominumq;. Claud.Sola nouum latriæ vectigal Hyberia rebus. Hor. Ser.1. Pressit cella garo de succis piscis Hyberi. Verg.Aen.12. Ni roseus fessos iam gurgite Phœbus Hybero.pen.flect.

HIBISCVS,pen.pro.Ver.Buc.Hœdorumque gregem viridi compellere Hibisco.penultima acuit.

HYBLA,pen.prod.Sil.14. Audax Hybla fauis palmis quoque onusta Selinis. Mar. 13.Cùm dederis Siculos mediis de collibus Hyblæ.Idē 9.Hyblæis apibus Corsica mella dabit. Claud. Hyblæum raptura thymum cùm cærea reges. Sil.14.Nectare Cecropias Hyblæo accēdere ceras. Stat.Syl.2. Hyblæis vos mista fauis, cui sibila serpens. Luca. 9. Gaudet in Hyblæis securus gramine pastor. Ver. Buc. Hiblæis apibus florem depasta salicti. ait Seruius, Hyble vel Hybla, oppidū est Siciliæ, quod nunc Megara dicitur: supra quā Hybla montana est, penult. acuit. Vide de Situ Siciliæ.

HIBRIDA, penult.cor.Mart.8. Hibrida sum, si das, Gallice verba mihi. antepenult. acuit.

HIC, aduerbium, produci, pronomen indifferens est. idque exemplis cognoscas. Oui.Met.1.Hic vbi Deucalion, nam cætera texerat æquor. Idem. Venerat hic illam cursum impedientibus vndis. Sil.10. Porsena sed iuueni ne sim tibi lōgior huic stat.Sil.1. Lætus huic dono videas dare thura nepotes. Vide Cui. Mart.1.Hic vbi miramur velocia munera thermas. Iuue. Sat. 3.Hic vbi nocturnæ Numa cōstituebat amicę. Ver.Aen.1.Post habita coluisse Samo hic illius arma.hic aduerbium flec. Pers.Sat.1. At pulchrum est digito monstrari, & dicier, hic est. Ver.Buc. Et vitula tu dignus,& hic & quisqs amores. Idē Aen. 4.Solus hic inflexit, sensumq;, animūque labentem. Idem 6.Hic vir hic est tibi quem promitti sæpius audis. Idē 9. Est hic est animus lucis contemptor, & istum.Oui. Fast.1.Restant hic pronomen produci,& corripi potest;ait Despaut.hic per apocopen fit ab hicce ait Scaliger:Vide Cuius: hæc articulus. Vide acer.

HYDASPES, pen.pro. Hor.Ser. 2.Cum faeris Cereris procedit fuscus Hydaspes. Mant. Transiit, & Tigrim cui se coniungit Hydaspes. Stat.Theb. 9. Liber & eous melius peccatur Hydaspes.Luca.3.Vastis Indus aquis mistum non sentit Hydaspen. Idem 9.Qua rapidus Ganges, & qua Nyseus Hidaspes. penult. acuit.

HEDYMELES,pen.cor.Iuu.Sat.6.Quo tener hedymeles operam dedit, hunc tenet,hoc se. antepenult. acuit.

HYDROPICVS, pen.cor.Hor.Epist. 1. Si nolis sanus,curres hydropicus,& in.antepen.acu. Sannaz. Et tabicus per operta impune vagabitur hidrops. Hor.2. Car. Crescit indulgens sibi dirus hidrops. Macer tamen breuiauit hidropicis sic humores desiccat acutos. antepenult.acuit.

HYDRA, pen. pro. Oui. Met.9. Arcadiæ vastator aper, nec profuit hydræ. Verg. de Erumnis Herculis. Proxima Lerneā ferro,& face contudit hydram. Idem. Extincta est anguis quæ pullulat hydra secundo. Hor.Car.4.Non hidra secto corpore firmior. Luc.5. Et cunctas reuocare rates,quas auius hydrus. Ioānes Despau. Hydor cum y,Grẹco aqua est, variatur à Grẹcis teste Nestore: hinc hydropicus, hydra,hydria, hydaspes. huc venit illud Quintiani Epographia 6. Hidra primam indifferentem habere videtur muta & liquida: nam in hydor y, Græca communis est vocalis penult.acu.Seneca in Tragœ.Exedit actus virus,vt fama est hydrę. est enim carmen iambicum, vbi hydræ pro iambo est.

HYAENA,pen.pro.Ouid.Met.15.Passa marem est,nunc esse marem, miremur Hyænam. quæ fera est,cui vtranque inesse naturam,& alternis annis marē, fœminā q; fieri,de quo Plin.plura.

HYEMS,pen.cor.Stat.Syl.1.Hæc per & Aegeas hyemes,Pliadumque niuosum. Idē. Non hoc imbriferas hyemes opus aut Iouis ignem.Luca. 2.Summouisse hyemem tecto,preciosaque vestis.Hor.Epist.1.Nauiget,ac mediis hyemet mercator in vndis. Idem Ser. 2. Defendens pisces hyemat mare cùm sale panis.Claud.Cum stilico regeret, nudoque hyemare sub axe. Ait Seruius Geo.4.ibi,Pulsam hyemem sol aureus egit. secundum phisicos, qui dicunt,

dicunt, quo tempore hic hyems est, æstatem esse sub terris, & versa vice, cum hinc æstas, illic hyemem: quod etiam Lucretius exequitur, & trahit in argumentum putealem aquam quæ æstate frigidissima est, hyeme verò calidissima. Cicero in Ver. Vbi pyratæ quotannis hyemare solent. Idem pro Fon. Cn. Pōpeius hyemauit in Gallia. antep.ac.

HIERA, insula inter Siciliam, & Liparam vna ex Aeoliis. pe.pro. Ver.Aen.9.Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera. pen. flect. Sil. 14. Præfuerat terris Hieron tractare sereno. Idem. His mitis Hieronis opes, hic sancta vetustas. Mant. Dat faciens Pollux Hiero, dat Castor Apollo. antepen.acu.

HIERONYMVS, pen.cor. Mant. Hieronymum fama est, illuc venisse trilinguem. Idem. Et pater errorum reserans Hiero nymus vmbram. Idem. Hieronime stridote fatus Romana petisti. antepenult. acu. Vide Iacobus.

HIEMPSAL, pen.pro. Sil.1. Et vaste nasamon syrtis populator hyempsal.

HILARIS, pen. cor. Hor. Epist. 1. Scire volam quantum simplex, hilarisque ne poti. Oui. Fast. 3. Iam violas puerique legunt, hilarèsque puellæ. Iuue. Sat. 10. Pensa manu ducunt hilares, & staminis albi. Oui. de Pont. 4. Hos vbi facūdo tua vox hilarauerit ore. Stat. Syl. 3. Festaque pallentes hilarēt altaria lucos. Man. Et ciathi Bando festas hilarare calendas. Mart. 6. Hos hilarus colles, & iuga læta tenet. Ver. Buc. Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho. Ait Seruius, Hilarans participium est ab eo, quod est hilaro. Sanè sciendum nomē vnde venit idest hilarus, vel hilaris à Græco descendere: nam ἱλαρὸς facit. Cicero de Clar. Periclis suauitate maximè hilaratæ sūt Athenæ. Idem de Nat. Vt cum cœlo hilarata videatur. Antepen. acu.

HYLAS, pen.cor. Oui. de Trist.2. Huc accedit Hylas, Iliacusque puer. Mart. 3. Pulcher Hylas teneram mersit in ora manū. Stat. Theb.7. Qui breue littus Hylas Atalantæumque superbi. Vergil. Georg. 3. Cui non dictus Hylas puer, & Latonia Delos. Idem Buc. His adiungit Hylam nautæ, quo fonte relictum. Idem. Clamassent, vt littus Hyla, Hila omne sonaret. Ait Seruius la, in Hyla, breuis est, ideo, quia vocalis vocalem sequitur. Nam omnis vocatiuus Græcus a masculino veniens in a, terminatus, longus est. vt Aenea, Hyla, palla. Hilas autem socius Herculis fuit, ait Seruius, qui aquatum profectus raptus est à nymphis in Mysia. Hilen materiā Latini appellauerunt. Est hyle, ait Seruius, fex omnium elementorum, id est ignis sordidior, & aer. Item aqua, & terra sordidiora, unde cuncta procreantur. penult. acu. Oui. Met. 3. Excipiunt laticem, Nipheque, Hialeque, Rhanisque. Idem. Hyleusque ferox nuper percussus ab apro. Verg. Geor. 4. Carpebant Hyali saturo fucata colore. antepenultima acu. Idem Aen. 8. Hyleumque, Pholumque manu, tu Cresia mactas.

HILARIVS, pen. cor. Mant. Hic quoque natalis tuus est memorandus Hilari. Idem. Mittere in hanc lucem consueuit Hilaria vulgus. Idem. Picta venisse pedum gestabat Hilarius alta. Idem. Echasis ad sancti festum redeamus Hilari. antepenult. acuit.

HYLERNVM, pen. pro. Oui. Fast. 6. Adiacet antiquis Tyberino lacus Hylerni. penult. acuit.

HYLACTOR, pen. pro. Oui. Met. 3. Labros, & Aglauros, & acutæ vocis Hilactor. penult. acuit.

HYLONOME, pen. cor. Ouid. Met. 12. Abstulit Hylonome, qua nulla decentior inter. Idem. Protinus Hylonome morientes excipit artus. antepenult. acuit.

HYMEN, tenuis virginalis pellis, quæ primo coitu abrumpitur. penultim. cor. Ouid. Metamor. 1. Nec quid Hymen, quid amor, quia sint connubia coeat. Stat. Syl. 1. Clamaretur, Hymen, cœdant curæque metusque. Idem. Quærit Hymen thalamis, intactum dicere carmen. Catul. Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymē ô Hymenæe. Oui. de Ponto. 1. Ille ego qui dixi vestros Hymenæon ad ignes. Idem Epist. Phyl. Promissus socios vbi nunc Hymenæus in annos. Sil. 14. Quas nouus ignotas Hymenæus

menæus venit in oras. Clau. Idem. Per Zephiri metas Hymenæus,& euri. Idem. confisus generum nymbis Hymenæus Hyusci. Mart.4. Macte esto tędis, o Hymenęe tuis. Ver. Aen.4. Hic Hymenæus erit non aduersata petenti. Idem 7. Sufti net ac natæ Turnique canit Hymenæos. Idem 1. Pergama cùm peterent inconcessosque Hymenæos. Ait Seruius. Hymenæus autem vt alii dicunt, deus est nuptiarum: vt alii, quidam iuuenis fuit qui die nuptiarum oppressus ruina est. ideo expiationis causa nominatur in nuptiis, sed falsum est: nam vitari debuit magis nomen extincti, sed hoc debet veritas. Hymenęus quidam apud Athenas inter bella sæuissima virgines liberauit: quam ob causam nubentes eius inuocant nomen, quasi liberatoris virginitatis. penult.acuit.

Hymella, pen.pro.Ver. Aen.7. Casperiã que colunt,forulosque,& flumen Hymellæ. Seruius. inquit. Hymella fluuius est, & sic dixit, Hymelle flumen, vt Buthroti vrbem. Vide Buthrotum.

Hymnisonus, pen.cor. Mant. Hymnisonæ laudes istum persoluere diuis. antepenult.acuit.

Hymettus, pen. pro. duplici t, scribendũ ait Calepinus. Mart.13. Hoc tibi Thesei. popułatrix misit Hymetti. Sil.14. Tũ quæ Nectareis vocat ad certamina Hymetton. Idem 1. Sparsa super flores examina tollit Hymetos. Iuue. Sat.13. Ingenium, dulcique senex vicinus Hymeto. penult. acuit. Flac.2. Quaque fumantur, Hyemetia mella. Ver. Aen.7. Eductum Egeriæ lucis Hymetia circum. Hor. Ser. 2. Sperne cibum vilem nisi Hymetia mella Falerno. antepen.acu.

Hymera. pen. cor. Sil. 14. Armauere suos quæ mergitur Hymera põto. Oui. Fast.4. Hymeraque,& Didymen, Agrigentaque, Tauronitinoque. antepen.acu.

Himilco, pen.pro. Sil.14. Arcebat factũque ratis retinebat Hymilco. Idem. Am bustus sociuni remis aufertur Himilco. penult.acuit.

Hinnitus, pen. pro. Sil. primo. At rutilus primis sonipes hinnitibus alto. Idem Martius huic sonipes cãpus hinnitibus im plet. Oui. Met. 2. Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras. Idem. Addidit hinnitus, & brachia mouit in herbas. penult. flectit.

Hinulus, pen.cor. Prop. tertio. Atque hinuli pellis totos operibat amantes. antepenult.acuit.

Hypanis, pen.cor. Ver. Geo.4. Saxosumque sonãs Hypanis, Mysusque, Caicus. Oui. Met.15. Quid non? & Scythicis Hypanis de montibus ortus. Claud. Cum cinxere faces Hypaniam, mirataque leges. Flac. 6. Semnecem taxes Hypanim vehit, atque remissum. Idem 4. Quas Tanais, flauisq; Lyces Hypanisque Nomasque antepenult.acuit.

Hypallage, cuius exempla illa sunt à Seruio allata. Ver. Buc. Ecl. primo. Florẽ depasta salicti. i. depastum florem habẽs. Idem Ecl. tertia. Transuersa tuentibus hircis. i. oculis in hircos retortis. Idem Necdum illis labra admoui. Idem quarto. Iam croceo luto. i. Croco luteo. Geo. 1. Eliadum palmas Epiros equarum. Idẽ Neu puluere victa fatiscat. i. nec victa fatiscat in puluerem. Idem tertio. Si tantum notas odor attulit auras. i. Auræ odorem apportauerint notum. Aen. primo. Aut odium crudele tyranni. i. crudelis tyranni. Idem. Augurium vani docuere parentes. i. Vanum augurium. Idem 2. Circumfusa ruit. i. Ruit, & circunfusa est. Idem. Et tergo sceleratam intorserit hastam. i. Sceleratus Idem. Et lachrymis æquare labores. i. laboribus æquare lachrymas. Idem 3. Hesperium, Siculo latus abscidit. Idem 4. Intendit que locum sertis. Idem 5. Quã multã grandine nimbi. Idem. Parietibus textum cæcis iter. i. cæcum iter parietibus intextus. Idem 4. Anima seduxerit artus. i. pro anima artubus eduxerit. Idem 5. Adducto arcu telũ tetendit. i. adducitur telum, arcus intenditur. Idem 6. Lucemque perosi. i. lucis perosus dicimus. Idem, Strepitumque exterritus hausit. Idem 7. Vdo sublapsa veneno. Idem 8. Et tãdem arcete periclis. i. à me prohibete pericla. Idem. Subeunt loco, fluuium relinquunt, in sensu. Idem 9. Tepidasque recentem cede locum. i. tepidum locum recenti cæde. Idem 10. Exerce

re

re diem.i.per diem exerceri.Idem 11.Litusque vado labente relinquit idest per vadum labens. Idem 12.Annuerit nobis victoria Martem.Idem. Si tellurē effundat in vndas: idest vndas effundat in terras. Idem . Incessu tacito. i. ipse tacitus. Idem. Ausus Pelidæ precium sibi poscere currus . Idem. Plurima fuso sanguine terra madet. i. plurimo sanguine terra madet . Hæc à Seruio sunt collecta satis abseruanda.

HYPERBOREVS,pe.cor.Oui. Met.15. Esse viros fama est , hyperboreasque Palene. Idem 12. Atque iugis sub hyperboreis quæ flumina ridēt. Idem. Semper hyperbolicæ sedes ea debita luci . Mart. 4. Sydus hyperborei solitus lassare Bootes. Idem 7.Et quid hyperboreis ad nos conuersus ab oris.Iuue.Sat.6.Exul hyperboreum si dimittatur ad axem. Stat. Theb. 1. Languet hyperboreæ glacialis portitor vrsæ. Claud.Te vel hyperboreo dam natam sydere Thulem. Luca.5. Nam vel hyperboreæ plaustrum glaciale sub vrsę. Ver. Geo. 3. Qualis hyperboreis aquilo cum densus ab oris. Ait Ser.hyperborei montes sunt Scythiæ sit dicti, quòd supra,idest eos flat boreas. antepen.acu.

HIPERION,pen.cor. Oui. Fast. 1. Placat equo Persis radiis hyperiona cinctum. Idem Met.4. Lædit amore pari quid nūc hyperione nati.Idem. Dissipat hunc radiis hyperione natus iterque. Idem 15. Ante fores, sacra Hyperionis æde reponit.Idem. Perq; leues auras Hyperionis vrbe potitus.Stat.Syl.15. Incumbit terris ictus Hyperione multo.Sil.15.Iáque Hyperionia lux septima lampade surgēs Flac.2.Iamque Hyperionius metas maris vrget Iberi.Mant.Sol Hyperionius si vera est fabula semen. antepenulti. acu. Flac.4.Fleuit & effusis reuocans hyperia lacertis. Claud. Hic Hnperionæo solem demite nasci.pen.flect.

HIPPOCRATES,pen.cor.Mar.9.Os hominis mulsum me rogat Hippocrates. ante penult.acuit.

HYPAEPAE,pen.pro.Oui.de Aranch.Orte domo parua paruis habitabat Hypæpis. Idem Met.11.Sardibus hinc,illuc par uis finitur Hypæpis.pen.acu.

HIPPODAMVS,pen. cor. Mart.7.Pixagathos fueras,nunc erit Hippodamus.Sta. Theb.6.Hippodamus nō arte rudes , sed mole tenentur. Ver. Geo.3.Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno. Ait Seruius Græca quæ in a,exeunt,plærunque ipsum a,ita in ia soluunt.vt Hippodame, Hippodamia:Penelope,Penelopia.antepe.acu.Oui.Hero.Nota peregrinis Hippodomia sinus . Prop. 1. Auecta extremis Hippodomia rotis.Idem. Quā sibi dotatæ regum vetus Hippodomiæ. Flac.7. Si Pelopis duros prior Hippodomia labores.pen.flect.

HIPOCAVSTA,pen.pro.Stat.Syl.1.Aedibus & tenuem voluunt hipocausta vaporem.pen.acu.

HYPPATEN,pen.cor.Sil.14. Hyppaten ac facilem superari gurgite parco. antepenult.acu.

HIPPOMANES,pen.cor.Iuue.Sat.6.Hippomanes, carmenque loquar coctumque venenum.Ver.Geo.3. Hic demum Hippomanes vero quod nomine dicunt. Idem. Hippomanes quod sæpe malæ legere nouercæ. Ait Seruius,scit lectum esse apud Hesiodum herbam esse quandā quæ hippomanes vocatur , quasi ip pu , mania : si enim eam comederint equi , furorem patiuntur:re autem vera,hippomanes dicit esse virus defluens ex equarum inguinibus , quo tempore feruntur amoris furore, vt sit, hippamen , viris , natum antepen.acu.

HIPPOMENES,pen.cor.Stat.Syl.1. Hippomenen,nec si meta pallebat in ipsa.Oui. Met.10.Sederat Hippomenes cursus spectator iniqui. Idē.Hippomene victo magnum,& memorabile nomen. Idem. Ah miser Hippomene,nollem tibi visa fuissem.Idem.inuocat Hippomenes, Cythereąm comprecor ausis. Idem. Hippomenen adii, docuique quis vsus in illis. Idē Hippomene propera nunc viribus vtere totis. Idem . Præterit Hippomenes, resonant spectacula plausu . Idem . Occupat Hippomenen , & numine concita nostro.antepen.acu.

HIPPOLYTVS,pen.cor.Iuue.Sat.6.Hippolyto graue propositum quod Bellerophōti. Oui.Fast.3.Hic latet Hyppolytus

furiis direptus equorum. Idem 15. Hippolytus dixit, nunc idem Virbius esto. Ver. Aen. 6. Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello. Idem. Nanq; ferunt fama Hippolytum postquàm arte nouercæ. Idem 9. Seu circum Hippolyten, seu cũ se Martia curru. antepe. acu.

HIPPOLYDOSVS, pen. pro. Verg. Opusc. Hospitioq; feni fuit Hippolydosaque victo. penul. flect.

HIPPODROMOS, pen. cor. Mart. 12. Puluereumq; fugax Hippodromõ vngula plaudit. antepe. acu.

HIPPODATES, pe. cor. Flac. 1. Impulit Hippodates fundunt se carcere læti. Oui. Metamor. 14. Hippodatæque domos regis, Themeseq; metalla. Idem. Soluit & Hippodatæ regnum terrasque calenti. antepenult. acu.

HIPPONENSIS, pen. pro. Mant. Hipponense pedum meruit gens illa sub isto. penultima acuit.

HIPSIPILE, pen. cor. Stat. Theb. 5. Seruitium Hypsipile vestri fero capta Lycurgi. Idem. Audiit Hypsipile facilemq; negantia cursum. Idem 6 Hypsipile Danais, hic reptat flebilis infans. Flac. Hypsipile, quæ fata trahant, quæ regis agat vis. Idem. Ipsa quoq; Hipsipile subiros per littora cursus. Ouid. in Ibin. Quam puer Hipsipiles, quàm qui caua pinus acuta. antepenultima acuit.

HIPPASIDES, pen. cor. Stat. Theb. 7. Naubolus Hippasides tuus ò mitissime Laian tepen. acuit.

HIPPASVS, pen. cor. Flac. 1. In mediis vacuo condit caput Hippasus auro. Oui. Metam. 12. Hippason, & summis extàtem Riphea syluis. antepe. acu.

HIPPOTADES, penult. cor. Flac. 1. Impulit Hippotades, fundunt se carcere læti. antepenult. acuit.

HIRCANVS, pen. pro. Stat. Theb. 7. Vbera ab Hyrcanis hæc Odrisiisque tulissem. Claud. Vt Hyrcana premens raptorem bellua partus. Mant. Hyrcano vicina solo peragrauit, & illis. Mart. 8. Raptor, i Hyrcano, qui fugit albus equo. Idem 1. Tygris ab Hyrcano gloria rara iugo. Flac. sexto. Quin & ab Hyrcanis Titanius expulit antris. Verg. Aeneid. quarto. Caucasus Hyrcanæq; admorunt vbera tygres. Ait Seruius. Hyrcania sylua est Arabiæ. penultima flectit.

HIRCINVS, pen. pro. Mant. Hircinis vestita sagis, quæ texere contra. Idem. Asper & hircino vestitus tergore longis. Hor. Ser. 1. At tu conclusas hircinis follibus auras. pen. flect.

HIREMON, penult. pro. Sil. 5. Tentas sed lectus par ad certamen Hiremon. penultima acuit.

HYREVS, pen. cor. non contractum. Ouid. Fast. quinto. Fortè senex Hyreus augusti cultor agelli. Idem sexto. Tollet humo validos proles Hyrea lacertos. antepenultima acuit.

HIRIE, pen. cor. Ouid. Metamor. septimo. At genitrix Hyrie ferarum nescia flendo. Idem. Inde lacus Hyries, uidet & cygneia tempe. antepe. acu.

HYRCOSVS, penult. prod. Mart. 9. Siquid & hyrcosis, sæuumque & turpe pilosis. Pers. Sat. 3. Hic aliquis de gente hircosa centurionum. pen. flect.

HIRPINVS, pen. pro. Mart. 5. Hirpini veteres, qui beue nouit aues. Sil. 4. Hirpinus sociumque manus clamore vocabat. Idem octauo. Lucanis exerta iugis Hirpinaque pubes. Idem vndecimo. Tũ geuus Hirpini vana, indocilisque quietem. penult. flect.

HIRSVTVS, pen. prod. Verg. Geor. 3. Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta. Ouid. de Art. 1. Qualibet hirsutas fronde tegente comas. Idem Metamor. 2. Et glacialis hyems canos hirsuta capillos. Idem Fast. 2. Et tetigit fului setis hirsuta leõis. Ver. Buc. Stãt & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Sil. 8. Horrebat telis, & tergo hirsuta ferarum. pen. flect.

HIRVNDO, penult. prod. Ouid. de Pont. 4. Gramina cultus ager frigus minus edit hirundo. Hora. Epist. primo. Cùm Zephyris si concedas, & hirundine prima. Verg. Geor. 1. Aut arguta lacus circùmuolitauit hirundo. Idem Aeneid. 12. Peruolat & pennis alta atria lustrat hirundo. penult. acuit.

HIRTACVS, penult. cor. Mant. Hirtacus & rapidos animo conceperat ignes. Oui. de Trist. 1. Hyrtacidę nisi gloria nulla foret. Idem

Idem In Ibin. Impiger Hyrtacides, Hyrtacidæque comes. Ver. Aen. 9. Hyrtacides comitē Aenæ quem miserat Ida. Idē. Vina simul, prior Hyrtacides sic ore locutus. antepen. acu.

Hyspa, pen. pro. Sil. 14. Nec non qui potant Hyspanque, Alabinque sonoros. vbi ait commentator Petrus Marsius, Siciliæ flumina hęc sunt, Simetus, Plemmirius, Gela, Helorus, Acys Alabys, Hyspa, Achates, Vagedrusa, Hippates, Pantagia, Hymera. pen. acu.

Hispanus, pen. pro. Mant. Hinc Hispanū, illinc Ligurem salictibus vndis. Idem. Tectaque nō minus Hispanus quàm Doricus hospes. Claud. Hispanum, Siculumque fretum, vastataque tellus. Sil. 1. Hispana de gente rudes Alpinaq; Gesa. Luca. 3. Versus ad Hispanas acies, extremaq; mundi. Idem 1. Altera complebant Hispanæ castra cohortes. Oui. Fast. 6. Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humū. Mart. 4. Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas. Idem 7. Quam meus Hispano si me Tagus impleat auro. penul. flectit. Mant. Vestigare velis, Gallo Hispania regna. Iuue. Sat. 8. Horrida videnda est Hispania Gallicus axis. Ait Vbertinus Ciceronis libro 2. Cælio, Epist. quæ incipit, Magno dolore. ibi, Itaque neque ego hunc Hispaniensem casum expecto. Hispanum, dicimus hominem ex Hispania: Hispaniensem verò, qui licèt sit in Hispania, tamen non de Hispania. Vnde dicimus Romanum exercitum, Hispaniensem, idest, qui in Hispania militat. Cicero in Ant. Cæsar exercitum inuictum ex Hispanis milibus conduxit. Hispania. antepenult. acuit.

Hispidus, pen. cor. Stat. Theb. 6. Fulminei sic dente sues, sic hispida turpes. Sil. octauo. Hac Lotinatum dextris socia hispidus arma. Ver. Aen. 10. Exterrens freta cui laterum tenus hispida nanti. Mant. Candida trita genu nudum, riget hispida barba. antepen. acu.

Historia, pen. cor. Mart. 1. Historias bellas, carmina bella facis. Iuue. Sat. 2. Historia speculum ciuilis sarcina belli. Idem 7. Vester porrò labor fœcundior historiarum. Idem. Vt legat historias, autores noverit omnes. Idem. Quis dabit historico quantum daret acta legenti. Ait Seruius Aen. 1. ibi, Et vacet annales nostrorum audire laborum. historia est eorum temporum, quæ vel uidimus, vel videre potuimus: annales verò sunt eorum annorum, & temporum, quæ ætas non nouit. antepen. acu.

Hiulcus, pe. pr. Ver. Geo. 3. Hoc vbi hiulca siti findit canis æstifer arua. Catul. Cū grauis exustos æstus hiulcat agros. penultima acuit.

Hoc, produci & pronomen & aduerbium. Mart. primo. Non fuit hoc artis, sed pietatis opus. Oui. Fast. 1. Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini. Idem Met. 11. Hoc an & hoc spernat promissi carminis autor. Ver. Geo. Hoc vbi, non à stirpe valent, cæsæque reuerti. Idem 1. Hoc equidem occasum Troiæ, tristesque ruinas. Idem 2. Hoc erat alma parens, quod me per tela, per ignes. Idem 11. Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpe petiui. Idem 8. Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto vbi ait Seruius. Nam antea hoc aduerbium loci fuit, quod nunc oboleuit. Nam crebrò in antiquis lectionibus inuenitur, sicut in epistolis probat Valerius Flaccus, exemplis, autoritate, & rōne, dicens, In aduerbiis pro u, o, plærunque maiores ponere consuetos, & sic pro huc, hoc veteres dicere solebant: sicut pro illuc illò dicimus. Vnde etiam hoc o, longum esse apparet, sicut illò dicimus, quod pro illuc ponitur. Ioannes Despaut. ibi, c, in vltimis, admonet, Maturantius, & Ferettus ex Prisciano credunt pronomen hoc variari: quia in vetustis libris apud Vergilium Aen. 2. legitur. Hocce erat alma parens: quod productionis gratia factum autumat Priscianus libro 12. cap. de Pronominum figura, ibi, c, quoque solebant per omnes casus vetustissimi addere articularibus, vel demonstratiuis pronominibus, hoc est ab aspiratione incipientibus: vt, hicce, hocce: vnde hoc quasi duabus consonantibus cc, sequentibus solent poetæ producere. Ver. Hocce erat alma parēs. Flac. 1. Hoccine Cyaneę concurrunt æquore cautes. Plura ad hęc desideraus videat Pierium. Hæc eadem.

Quintianus refert, Epographia quinta.

HODIE,pen.cor.Prop.2.Sic hodie venit siqua negauit heri.Oui.Fast.2.Dicet, vbi est hodie, quæ lyra fulsit heri. Hor. Ser. 1.Tempore dicam hodie trigesima sabbara,vin'tu.Idem secundo.Non dices hodie quorum hæc tam putida tendant. Ver.Aen.decimosecundo. Vrbem hodie causa belli regna ipsa Larini.antepenultima acuit.Prop.tertio. Aspiciam nullos hodierna luce dolentes.Oui.Met.15.Esse potest vsquam semperque hodierna sequentem. Mant. Lux hodierna famem sextum produxit in horam.Idem.Debita relligio,sed lux hodierna peractis. penult.acuit.

HOLOCAVSTVM,pen. pro.Mant.A superis holocausta, nec est prǽstantior vlla. penult.acuit.

HOMERVS,pen.pro.Oui.de Pont.secundo. Tu canis æterno quicquid restabat Homero.Idem de Art.secundo.Si nihil attuleris,ibis Homere foras.Ver.Opusc.Quę Colophoniaco Scyllæ dicuntur,Homero.Hor.de Art.Indignor, quandoque bonus dormitat Homerus. Stat.Syl.5. Forste magniloquo non posthabuisset Homero. Iuue. Sat.10.Rex Filius magno si quicquam credis Homero. penultima flectit.Idem decimotertio.Vel potius quantum Gradiuus Homericus audis.antepenult.acuit.

HOMO,pen.cor.Oui.de Pont.secundo. Hic homines nouere deos, quos arduus æther. Mant. primo. Sed qui bellus homo est,Cocta pusillus homo est. Idē decimo Piscis homo est, hominē Callidiore voras.Iuue.Sat.sexta. Viuebant homines, qui rupto robore nati. penultima acuit. Idem secunda. Si fur displiceat Verri homicida Miloni.penul.flect. Idem quarto. Et melior factis donaret homuntio quantus. Non tibi cum puero res est, nec homuntio Myrmix. De quo ait Mant. Quint. Institut. primo.capitolo decimo. Etiam ne hominem appellari,quia sit humo natus? vt ait Varro quasi verò nō omnibus animalibus eadem origo sit?aut illi primi mortales ante nomen imposuerint terræ, quàm sibi. Sed vt Cornucopiæ docet, dicitur quasi ὁμοιος Græce quod Latinè sonat sociabilis: est enim homo omnium animalium maximè sociabilis:vos ergo, ait ille, hominem non ab humo,sed à consortio,atque concordia vitæ appellatum existimamus. Plærique existimant non posse dici hominem bonam, licèt homo communis sit generis, cuius opinionis videtur Calepinus, ibi: quoniam homo nata fuerat, vtrunque sexum complectitur tā virum, quàm fœminam: nam separatim de fœmina dictum rarius inuenitur, vt Sulpitius ad Ciceronem Epist.Fami.lib. 4.Quoniam homo nata fuerat.in quo tamen exemplo adiectiuum nota non cohæret cum substantiuo homo, sed cum substātiuo Tullia,vel pronomine ipsa:ꝙ facile intelligitur.Ver. Aen.1. Mortalis, nec vox hominē sonat. Cicero ꝓCluēt. Mater cuius ea stultitia est,vt eam nemo hominem appellare possit. Idem Off.primo. Homines hominum causa geniti sint.

HONESTVS,pen.pro.Iuue. Sat. tertia.Hic tunc vmbricius quando artibus inquit honestis. Idem 6. Si ratio est & honesta timent, pauidoque gelantur. Ver. Geo. 2. Et quocunque deus circum caput egit honestum.Idem Aen.decimo.Dardanius caput,ecce puer detectus honestum.Stat. Syl.2.Culmina,ceu tædis iterum lustratus honesti.pen.acu.

HONOR,pen.cor.Stat.Syl.1. Par honor exhaustis Martem non amplius armis. Luca.1. Ille semel ratos nunquam demittet honores.Oui.Met.1.Quos,quoniam cæli nondum dignamur honore. Ver. Aen. 1. Tunc Venus, haud equidem tali me dignor honore. Oui.Met. vndecimo.Ne dum sermonum stet honos,& gratia viuax.Ver.Buc.Addam cærea pruna, & honos erit huic quoque pomo.Ait Seruius Geo.2. ibi, Et quisquis color.tunc enim r,in s,mutatur, cum longa opus est syllaba:vt color,colos:labor,labos:honor,honos.Quint.Inst.1.cap.6.Nam vt Valesij, & Fusij,in Valerios, Furiosque venerūt: ita arbos, labosa,vapos, etiam & clamos ætatis fuerunt.penult.acuit.Oui.Met.2. Nuper honoratas summo mea vulnera cœlo.Idem Fast.primo, Verbaque honoratus

ratus libera prætor habet. Ver. Aen. primo. Semper honoratum, sic dii voluistis, habebo. pen. flect. Iuue. Sat. 5. Tam ieiuna fames cũ possit honestius illi. Claud. Te bellante mori decurret Honorius in de. Idem. Aphrica communem prosterne re Honorius hostem. antepen. acu.

Honvstvs, pen. pro. Hor. Ser. 1. Reticulum panis venales inter honustũ. Idem secundo. Cęna desurgat dubia quin corpus honustum. Ver. Aen. 1. Hunc tu olim cælo spoliis orientis honustum. Ait Seruius, inter honustum, & oneratum hoc interest: quod oneratus est qualicunque pressus pondere: honustus vero cui onus ipsum honori est: vt siquis hostium spolia ferat: sed oneratus aspirationem non habet: quia ab onere venit, honustus vero, quia ab honore descendit, retinet aspirationem. pen. acu.

Hora, penult. prod. Ver. Buc. Hic alienus ouis custos bis mulget in hora. Idem Aeneid. tertio. Nec dum orbem medium nox horis acta subibat. Ouid. de Trist. primo. Hora propositæ quæ foret apta viæ. Sil. tertio. Ante oculos, breuitasque vetat mutabilis horæ. Luca. primo. Quaque dies medius flagrantibus æstuat horis. Iuue. Sat. sexta. Ad primum lapidem vectari cum placet hora. penult. flect.

Horativs, pen. cor. Iuue. Sat. sexta. Corpus eget, satur est, cum dicit Horatius ohe. Mart. 9. Nempe futit generaret Horatius, vt tres. Oui. de Trist. 4. Et tenuit nostras numerosus Horatius aures. antepen. acuit.

Horridvs, pen. cor. Iuue. Sat. secunda. Horrida quale facit residens in codice pellens. Ver. Aen. 5. Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ. Idẽ 6. Sed non & venisse volent, bella horrida, bella. Idem 7. Horridus, Herculeoque humeros innexus amictu. Mart. 2. Horrida, sed mens est pannice vulsa tibi. antepen. acu.

Hordevm, pen. cor. Oui. Met. 14. Nec mora, misceri tosti iubet hordea grani. Ver. Buc. Ecl. 5. Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis. Ait Seruius, Vsurpatiuè metri causa dixit, nam triticum, hordeum, vinum, mela, numeri tãtùm singularis sunt: vnde plurali in prosa vti non possumus: at vina dicimus Ciceronis exemplo, qui in prætura, vina, cęteraque quæ in Asia facilè comparantur. Vide Vinum. Quod Seruii præceptum Quintiliani est, qui Inst. 1. cap. 10. inquit, Scala tamen, & scopa, contraque hordea, & musta non alio vitiosa sunt quàm quòd pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferuntur. antepen. acu.

Horrifico, pen. cor. Ver. Aen. 4. Terribili monitu horrificant, agit ipse furẽtem. antepen. acuit.

Horribilis, pen. cor. Ver. Geo. 3. Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras. Idem. Ignemque, horribilemque feram, fluuiumque liquentem. Lucr. 3. Carcer, & horribilis de saxo iactus eorum. antepen. acuit.

Horrifer, pen. cor. Oui. Met. primo. Horriferamque oculis, animosque obiecit Erynnin. Idem. Horrifer inuasit boreas cõtraria tellus. Idem 15. Horriferum contra boream ouis arma ministrat. Ver. Aen. 4. Terribili monitu horrificant, agit ipse furentem. Idem 3. At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt. Lucr. 3. Tartarus horriferos eructans faucibus ęstus. antepen. acu. Luca. 10. Horremus, iurisq; ducis, quibus ille relictis.

Horoscopo, pen. cor. Manil. 3. Iam facilè est, si quod quandoque horoscopet astrũ. antepen. acuit.

Hortor, pen. pro. Sil. 13. Hortatur vicina palus, vbi signat Auerni. Flac. quarto. Hortatur, supplexque manus ĩtẽdit Iasõ. Oui. Met. decimotertio. Hortator scelerum, non te Pæantia proles. Stat. Syl. tertio. Incipe & Herculeis fidens hortatibus aude. Ver. Aen. sexto. Hortator scelerum Eolides dii talia Graiis. Oui. Met. secundo. Voce dabat remis animorum hortator Epopeus. Idem. At comites rapidum solitis hortatibus agmen. Idem de Trist. quarto. Hortator pugnæ, consiliumque fuit. Idem Met. primo. Intra vere sui non est hortamine longo. Stat. Theb. tertio. Plaudit equos vocat ad portas hortamina fortes. penultima flectit. Cicero Att. Ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam cohorta

bor.Idem.Pacem quidem hortari nō desi no Qu. Fr. Sed quid ego te hæc hortor. penult. acu.

HORTVLVS,pen.cor.Verg.Opusc. Cecropius suaues expirans hortulus auras. Iuue.Sat.3. Hortulus hic, puteusque breuis, nec reste mouendus. antepenultima acuit.

HORON,pen.pro.Prop.4.Horon & proauo ducta conone domus.pen.acu.

HOSIVS,pen.cor.Claud.Turpe gemit quoties Hosius mucrone corusco.Idem. Eutropium præfert Hosio subnixa secūdo. antepen.acu.

HOSPES,pen.pro.Catul. Neu me odisse putes hospitis officium. Prop.2.Hospes in hospitium Menelao venit adulter. Iuue. Sat.11.Hospes & ipse tamen contingens sanguine cœlum.Idem 8.Hospitis effectu dominum,regemque salutat. Ouid.Met. 1.Viuitur ex rapto,non hospes ab hospite tutus.Idē Fast.2.Hostis vt hospes init penetralia Collatini.Idem 3. Nunc deus ignotas hospes inire domos.Idē. Hospes opus diues rex ibi Battus erit. Sta.Achil. 2.Hospitibus,nitet ante alias regina, comesque.Ait Seruius Aen.12.ibi, Arcadia,piscosæ: hic & hæc pauper dicimus: nam paupera vsurpatum est: sed hoc hodie non vtimur. Ea enim nomina, quæ ablatiuo singulari in e,exeunt, si fœminina ex se faciunt,similia faciunt.Nec enim heteroclita esse possunt, idest alterius declinationis: vt puta, quia ab hoc hospite facit, hic & hæc hospes dicamus necesse est: ab hoc leone, hic & hæc leo: ab hoc latrone, hic & hæc latro: ab hoc fullone, hic & hæc fullo: ab hoc nepote,hic & hęc nepos: nam neptis dicamus propter successionis discretionem admissum est. Sciēdum tamen hospita,paupera,lcæna vsurpata à poetis. Vide Hospita. pen.acuit.

HOSPITIVM,pe.cor.Oui.Epist. Pari. Ausus es hospitii temeratis aduena sacris. Verg.in Aetna.Hospitium fluuiorū,aut semita nulla profectò.Idem Geor.4.Obuiaq; hospitii teneat frondentibus arbos. Idem Aen.7.Ne fugite hospitium, neve ignorate Latinos.Iuuen.Sat.3. Conatus magno hospitium miserabile magnum. antepenult.acu.

HOSPITA,penul.cor.Stat.Syl.4.Littus vbi Ausonio se condidit hospita portu.Flac. 1.Qui colit heu magni solis pudor hospita viua.Sil.primo.Nec Cereri terra indocilis,nec inhospita Baccho. Ver. Aen. 3.Et pater Anchises, bellum ò terra hospita portas.Oui.Phyl.Hospita Demopheō rua te Rhodopeia Phyllis. Ait Seruius Aen.7.ibi,Panduntur portæ, cernis custodia qualis. Custodia est,quæ custodit, non quæ custoditur: vsurpatum est autem,sicut hospita, sicut neptis: nā hic & hęc custos facit: ea enim quę in o, exeunt,vt fullo:in os,vt nepos:in es,vt hospes:fœminina ex se non faciunt: quæ autem inuenimus, vsurpata sunt: vnde & dissimilia inueniuntur: nam custos, custodia fa[c]i: nepos,neptis:hospes hospita. antepen.acuit.

HOSTIS,pe.pro.Oui.Fast.1.Hostibus à domitis hostia nomen habet. Idem Penel. Hostibus in mediis regna tenere potest. Ver.Aen.2 Hostis habet muros,ruit alto à culmine Troia.Figura est.Idē 6.Eripui his humeris,medioq; ex hoste recepi.Ait Ser.Ex hoste enim generaliter partem ostendit, sicut dicendo terrā, significamus elementū terras verò singulas partes: vt Africæ,Italiæ.pen.acu.Stat.Syl.2.Fossor, & hostiles inimicent classica turmas.Tibul.Vt domus hostiles præferat exuuias. Oui.de Trist.4.Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens.Idem Met. 14. Fleuit amans glaucus, nimiumq; hostiliter vsæ.Stat. Theb. 8. Mandat atrox hostile caput,quiq; igne supremo. Flac.6.Et caput ingentem campis hostilibus vmbrā. pen.flect. Oui. Met.11.Vulnerat armentum,sterniq; hostiliter omnes.Sil.15.Hostica nec ferro mentem venire, nec auro. Luca.4.Hostica Tyrrhenos uota est vindemia regi.Hor.Ser.2. Hunc neque dira venena, nec hosticus auferat ensis.antepenult.acuit.

HVBER.pen.pro.Sil.9.Mater in huberibus nati Macrinus & vna. Ver.Buc. Bis venit ad mulctrā,binos alit vbere fœtus.Idem. Bina die siccant ouis vbera, quos tibi seruo. Idem. Vt nuper frustra pressabimus vbera palmis. Idem Georg. tertio. Læta magis pressis manabunt hubera

bera mammis. Cum aspiratione scribendum præcipit Ioannes Pontanus lib. 1. de Aspiratione, Ioannes Despaut. & Calep. pen. flect.

Hvc, vsque, quia hyphen est, pen. prod. Luca. 1. Si ciues huc vsque licet, tunc perculit horror. i. ad Rubiconem, qui est terminus Italiæ. Stat. Syl. 3. Tu modò finge aciē, & vultus huc vsque relinque. Claud. Seruandis hic castra bonis huc vsque minarus. Oui. Met. 3. Contigerant huc ad de genus de coniuge tanta. Vsque, licèt vtrique casui iuncta legatur, non tamen absque præpositione. Nam vbi cum accusatiuo legitur, ad, intelligenda est: vbi vero cum ablatiuo, cum ab adiungitur. Hæc Sergius. Quæ, & vt quodam nouo modo sibi semper iungitur alia præpositio, ita pro qualitate illius præpositionis, cui fuerit copulata, casui deseruit. Et ex Valla, lib. 2. cap. 8. Quo quidem modo aduerbium, vt vsque, quę & ipsa sic aliquando in oratione collocatur, vt ad occidentem vsque, Lancillotus. 8. ex Terentii Eunucho, Ex Aethiopia vsq; hæc est. Seruius in Ver. Aen. 6. ibi, Dardaniam Siculo prospexit ab vsq; Pachyno. admonet, Præpositio enim nec aduerbio iungitur, nec pręposicioni: vsque autem aut pręposicio est, aut aduerbium: itaq; multis pręposicio non videtur. Ipse tamen dem aduerbialem pręposicionem dicere, quæ tale est aduerbium, quali inest significationi, aut temporis, aut loci. Cicero de Diuin. Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus versari. Idem pro Cluent. Ab vltimo principio huius pręceptionis vsque ad hoc tempus. Idem ad Quin. Fr. Theatrum ita resonans vt vsque Romam voces referantur. Et de loco Terentius Eunucho, Ex Ethiopia vsque hæc est. Cicero pro Sest. Tantus ex omnibus spectaculis vsque à capitolio plausus excitatus est. His exemplis aduerbium censeri potius, & rationibus, vt suprà.

Hvdvs, quasi humidus, & vdus sine aspiratione: vide Calep. pen. prod. Iuue. Sat. 1. Exiguis tabulis, & gemma fecerit vda. Ver. Geo. 3. Vere madent hudo terræ ac pluuialibus austris. Idem. Nigra subest hudo tm̄ cui lingua palato. pe. fle. Idem Buc. Huuidus hyberna venit de glande Menalcas. Ar potius vuidus. Ait Seruius humidum est quod extrinsecus habet aliquid humoris: vuidus verò quod intrinsecus, vnde & vuæ dictæ sunt. Ait Pontanus lib. 1. de Aspiratione, ante d, vel f, vel g, nō aspiramus, nisi hudus, huda, hudū. quod fit per cōcisionem à noīe humidus. Stat. Syl. tertio. Fundamenta solo coquitur pars vuida terræ. Oui. Fast. 3. Vuidaque in grauido palmite gemma tenet. antepenult. acu.

Hvivs, pen. pro. Oui. de Pont. 4. Excidit asperitas huius iniqua loci. Ait Prisc. 13. cap. de quis. Quæritur in hoc mō declinatiōis, cū oīs datiuus vna syllaba minor sit genitiuo, vt illius, illi: istius, isti: ipsius ipsi: vnius, vni: solius, soli: vtrius, vtri: alterius, alteri: an huius, huic: cuius, cui eius, ei monosyllaba sint accipienda in datiuo? quod regula exigit: & plærique poetarum metris comprobant. Vide Cui.

Hvic, prod. Stat. Syl. 1. Huic Hermum, fuluosque Tagum decurrere limo. Luca. 2. Huic epulæ vicisse famem, magnique penates. Ver. Aen. 12. Huic Messapus, vti læua duo forte gerebat. Stat. Syl. 1. Lętus huic dono videas dare thura nepotes. Sil. 10. Porsena, sed iuueni ne sim tibi longior huic. Stat. Syl. 1. Falsus huic pennas & cornua sumeret æthræ. Habes bisyllabū huic Prisci. ait vt supra: quorum datiuus singularis in i, terminans, & pluralis in is, desinens, vt cui, quis, huic: in quo c, per adiectionem differentiæ causa accedit, ne sit interiectio: sicut ei, & disyllaba, sed raro.

Hvgo, pen. pro. Mant. Transtulit ad Belgas regnum caput extulit Hugo. penultima flect.

Hvmanvs, pen. pro. Oui. Met. 10. Felices quibus ista licet humana malignas. Pers. Sat. 3. Iussit & humana qua te locatus es in te. Sil. Sanguinis humani flagrat sitis insuper æui. Ver. Geo. 1. Degenerare tamen, ni vis humana quotannis. Hor. de Art. Humano capiti ceruicem pictor equinam. pen. flect. Ait Seruius, humus breuiat, humanus producit.

Hvmervs, pen. cor. Oui. Met. 1. Dixerat, ista

ista decent humeros gestamina nostros. Idem de Pôt.1.Restat adhuc humeris ful ta carina tuis.Stat.Syl.2.Prosiliet breuibusque humeros circundabit vlnis.Idem primo.Theb.9.Iamq; humeros, iam col la ducis sinuosa vorago.Hor.Ser.1.Forte vehas humero nihilo plus accipias quã. Ver.Geo.1.Certatim largos humeris in fundere rores.antepe.acu.

HVMECTO,pen.pro.Sil.tertio.Et lacte humectat terras spumante veneno. Vergil. Geo.4.Qua niger humectat, flauẽtia cul ta Galesus. Idem nono. It lachrymans, guttisque humectat grandibus ora.penul tima acuit.

HVMIDVS,penul.cor.Mart.1.Quæque vi rent lachrymis humida prata meis. Oui. Meta.1. Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo.Idem de Pont.1. Protinus est lachrymis humida facta meis. Stat. Theb.10.Obruit Hesperia Phœbum nox humida porta.Sil 2. Et notus in soleam Calpẽ fluit humidus aer. Verg.Geor.1. Humida solstitia,atque hyemes optare serenas. Idem. Mutauere vias,& Iuppiter humidus auster.Seru.ait, Ad sciendũ annum in quatuor partes esse diuisum, in duo solstitia, & duo æquinoctia, vnũ ver nale,aliud autumnale,quæ Græci Isomerias vocant.Sunt autem 8.Calen.Aprilis & 8.Calen.Octobris: qui annus olim in duas tantùm partes diuidebatur,hoc est, in æstiuum, & hyemale solstitiũ,& ĩ duo hemisperia, vt intelligamus omnia eum tempora voluisse complecti.Oui.de Art. 3.Fallet & humiduli quæ fiet acumine li ni.Idem.Humidulis spumas stringit vtra que comis.antepen.acu.

HVMILIS,pen.cor. Verg.Buc. Atque humiles habitare casas,& figere ceruos. Idẽ. Non omnes arbusta iuuant, humilesque myricæ.Idem Geo.2.Vis humiles apibus casias,roremq; ministrat.Iuu.Sat.3. Quales ex humili magna ad fastigia rerũ. antepen.acuit.

HVCCINE,pe.cor.Luca.9.Huccine tu Cæsar scelerato parte petisti.Huccine interrogatiuum est cõpositum ab huc, & ne, per interpositionem syllabæ, ait Calep. Cicero in Ver.7.Huccine tãdem omnia reciderunt.

HVMOR,pen. pro. Oui.de Pont.3. Sed neq; mutatur nigra pice lacteus humor.Luca. 2.Humor & ima petit,quicquid pẽdebat aquarum.Pers.Sat.3.Tunc queritur casus calamo quod pendeat humor.Verg. Buc. Dulce satis humor depulsis arbutus hœdis.Idem Geo.1.Vnde cauæ tepido sudãt humore lacunæ. Idẽ. Tondẽtur noctis lẽ tus non deficit humor.Idem. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorẽ.pe.flec.

HVMVS,pen.cor.Ouid.Met.1. Poscebatur humus: sed itum est in viscera terræ. Idẽ 2.Surgit humo pigre semesarumque reli quit. Idem de Pont.1. Fluctibus assiduis lassa senescat humus.Hor.de Ar. Aut ad humum mœrore graui deducit, & angit. Ver.Aen.1.Corpora fundat humi, & nu merum cum nauibus æquat. Ait Ser.humi,est aduerbialiter positum: vt, fundat humi, id est per humum,& est aduerbiũ. penult.acuit.Vide Liquor. Verg.Aeneid. 9. Intereà socios,humataque corpora terræ.penult.flect.

# I

IACCHVS,pen.pro.Verg.Buc. Ecl.6.Inflatum hesterno venas, vt semper Iaccho.Idẽ 7. Populus Alcidæ gratissima vitis Iaccho.Mant. Post epulas alacres linguas cum reddit Iacchus.Catul. At parte ex alia florens volitabat Iacchus. Ouid. Met.4.Nyctelisq;,Eleleusque parens & Iacchus,& Euan. Verg.Geor.1. Arbuteæ crates,& mystica vannus Iacchi.Ait Seruius,Mystica autem Iacchi ideo ait,quòd apud antiquos Liberi patris,quem nunc Iacchum vocat,sacra ad purgationem animæ pertinebant: & sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta:hinc est, quod dicitur Osiridis membra à Typhone dilaniata,Isis cribro superposuisse.Nam idem est Liber pater, in cuius mysteriis vannus est: quia vt diximus, animas purgat.Iacchus quasi Bacchus.Quint.Inst.primo.cap.de Literis,& earum potestate, quærit. Desint ne aliquæ nobis necessariæ literæ? respondet, non desunt, cùm Græca scribimus, tum

tum enim ab iisdē duas mutuamur, cùm i, vocalis est, vt Iacchus trisyllabum. At i, consonans propria est Latinis, vt iābus bissyllabum, sic IESVS. vbi i, vocalis est, vt iambus trissyllabum est, ita IHESVS, Iacchus. quod Fabius enodat inferius. ibi, quia iam, sicut tam scribitur: & vos vt cos. V, vero consonans, vt in seruus & vulgus eolicum digamma desideratur, ait Fabius.

IACEO, penult. cor. Ouid. Metamorph. 1. Obruta mole sua cùm corpora dira iacerent. Idem. Victa iacet pietas, & virgo cede madentes. Idem 9. Haud alio vultu quàm si coniiua iaceres. Idem de Pont. 1 Inque Tomitana iaceam tumulatus arena. Iuue. Sat. 3. Incestus cum quo nuper iactata iacebat. Idē 10. Coneris, iacet exiguus cū ramice neruus. Ver. Aen. 1. Despiciens mare veliuolum, terrasque iacentes. Cicero in Ver. Mater mihi ad pedes misera iacuit. Idem in Ant. Cùm pater Curio mœrens iacebat in lecto. Idē. Qui in pace iacere, quàm in bello vigere maluit. Idem Att. Iacet in mœrorè meus frater. antepenult. acu.

IACIO, pen. cor. Ouid. Fast. 1. Fossa fit ad solidum fruges iaciuntur in imo. Sil. 2. Infaustis iaciunt enses & cōdita bello. Ver. Aen. 3. Anchora de prora iacitur: stant littore puppes. Idem Geo. 4. Omnis in hac certam regio iacit arte salutem. Cicero de Diui. Iuppiter in medium mare fulmen iacit. Idem pro Sest. Iecissem me potius in profundum. Idem pro Planc. Iacis adulteria. Idē pro Flac. Nisi fortè cui causæ fundamenta iaciuntur. antepe. acu.

IACOBVS, pen. pro. Mant. Ista dies Iacobe tibi, tibi sacra Philippe. Idem. Fudi vbi Picenine tuas Iacobe phalanges. Idē. Se neque te titulus Iacobe Triuultie passum. Idem. Fama cauens tali Christo inspirante Iacobum. Idem. Præbuit & recubans illis Iacobus in oris. Claud. Nec laceres versus dux Iacobe meos. De quo ait Maturinus in libro de corrupto sermone, Nam dictionibus incipientibus à vocali præpositio nunquàm iungitur, sed ab: vt, ab Iacobo, ab Hieronymo, distingue Syllabas horū nominū i, o, an, nes: i, a, co, bus: hi, e, ro, ny, mus. quod clarius Petrus Mosellanus, in Quint. Inst. primo. cap. de Literis, apud Græcos nulla vocalis consonantis uim habet: hinc est quod pronunciant Iacobus, Ioannes, per quatuor syllabas: cùm Latini eadem nomina trisyllaba iuxta rationē Hebræorum pronunciant: apud Hebræos enim vocales vim habent consonantis, vnde Iacobus, Ioannes, trisyllaba sunt. quanquam poetæ nostri, versus gratia Græcorum rationem imitantur. Eadem Antonius Nebris. in repetitione 2. de literarum vocibus corruptis. Hæc ipsa Fabius Institut. primo. cap. de Literis. ibi, desint ne aliquæ nobis necessariæ Literæ? non, cùm Græca scribimus, tum enim ab eisdem duas mutuamur vocales semper, sed propriè in latis, cùm consonantes fiunt. vt, IESVS, & IHESVS, vocalis. Priscianus ait, Nomina propria Hebræa in fine acutum accentum habent: quæ more Latino declinata in iisdem locis accentum seruant, vt Adam, Adamus: Abram, Abramus: Ioseph, Iosephus, Iacob, Iacobus, quæ sic extensa penult. flectit.

IACVLVM, pen. cor. Oui. de Pont. 2. Vtque est excusso iaculum torquere lacerto. Idem Metam. 5. Intorquet iaculum quod detulit error in Idam. Stat. Syl. 3. Fortis & eoas iaculo damnare sagittas. Iuue. Sat. 1. Pelliculæ quantas iaculetur Monychus ornos. Ouid. Met. 2. Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. Idem in Ibin. Sic ego te nondum ferro iaculabor acuto. Idem. Aera si misso vacuum iaculabere disco. Stat. Theb. 5. Dū Nemeæ tremulos campis iaculabitur vmbras. Cicero de Diuin. Quis est enim, qui totum diem iaculans non aliquando collineet? antepenult. acu. Iuue. Sat. 7. Felixo rator quoque maximus, & iaculator. Ouid. Fast. 1. Sumque repentinas eiaculatus aquas. Luca. 2. Multifidas iaculata faces vt tēpora tādem. Idem. Hic se præcipitis iaculatus pōdere dura. pen. flect. Oui. Fast. 2. Inter Amadryadas iaculatricemque Dianā. pen. acu. Claud. Telū ingēs, nulliq; deo iaculabile torsit. Sta. Theb. 6. Hunc rapite, ast illud cui non iaculabile dextræ. antepenult. acuit.

IAIN,

IAIN,pen.pro.Mant. Assyrio Iain vinũ dixere Litim. Idem. Formauere Syri Iainum, vitiata parumper.Idem. Pro Iaino mansit Romana per oppida Ianus. antepenult.acuit.

IACTVRA,pe.pro.Iuue.Sat.3. Seruitii nusquàm minor est iactura clientis. Idem 6. Cuius apud molles minima est iactura cathedra.Idem 13.Arbitrio manet,illa tamen iactura nec vnquàm. Stat. Theb.8. Sic vlmus,vitisq; duplex iactura coloni. penult.flect.

IAFREDVS,pen.pro.Mant. Tu verò Iafrede licèt non gesseris arma.Idem.Ille sacer cuius retinet Iafredus habenas.Idem.Maximè vir, Iafrede tuum largire fauorem. penult.flect.

IADER,penult.prod. Luca.10. Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.penultima acuit.

IAMBVS,pen.pro.Hor.de Art. Archilochũ proprio rabies armauit iambo. Stat.Syl. 2.Carmina,siue minax vltorem stringit iambon.pen.acu.Vide Iacobus.

IAMDVDVM,pen.pro.Ver.Geo.1. Tempus humo tegere,& iamdudum incumbere aratris. Idem Aen.2. Idque audire sat est, iamdudum sumite pœnas. Idem 4.Talia dicentem iamdudum auersa tuetur.Idẽ 9. Aut pugnam, aut aliquid iamdudum inuadere magnum. Seruius omnibus in locis exponit,iamdudum idest quàm primum,citò, modò nimiùm:vt Terentius, iamdudum te amat,à quo tẽpore vt Aen. 4. At regina graui iandudum saucia cura.idest nimiùm: aut ab initio orationis, vt,Talia dicentẽ iamdudũ auersa tuetur.

IAMPRIDEM, aduerbium temporis, pen. pro. Oui. Met.7. Arenti ramo iampridẽ mitis oliuæ.Ver.Geo.1. Ne prohibete satis iampridem sanguine nostro.Idẽ Aen. 1.Iam pridem resides animos desuetaque corda.Vide Vallã lib.secundo.cap.tertio. penult.acuit.

IANICVLVM, pen.cor. Claud. Hoc mihi Ianiculo positis Hetruria castris. Sil. 10. Ianiculum incumbens vbi mons iam pace probata.Verg.Aen.8. Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.Mant.Ianiculo,cuius flauis vestigia lymphis .antepenult.acuit.

IANIGENA,pen.cor. Ouid.Met.14. Dum mihi Ianigenam seruabunt fata canentẽ. Ianigena, id est Iano genita. antepenultima acuit.

IANITOR,penult.cor.Stat.Syl.1.Ire redire gradu iam nusquam ianitor,aut lex.Ouidi.Fast.1.Ianitor aggressus, introitusque videt. Idem.Ianitor, & presso lachrymarum fonte resedit. Mart.6. Paulo negat lasso Iãnitor esse domi. Tibul.1. Et sedeo duras ianitor ante fores. Hor.Ser.2. Dũ quæ Crispini docuit me ianitor edo.Vergil.Aen.6. Nec vim tela ferunt licèt ingens ianitor antro. Idem 8.Te stygii tremuere lacus, te ianitor orci. antepenultima acuit.

IANVA,pen.cor.Hor.Ser.1.Ianua frãgatur, latrat canis vndique magno. Stat. Syl.5. Me simile, sed ne Lerhi tibi ianua tristis. Catul.Ianua quam Balbo dicunt seruisse benignè.Iuue.Sat.6. Ornentur postes, & grandi ianua lauro. Ouid. Met.1. Sed nocet esse deum, præclusaque ianua lethi.Verg.Aen.2.Ianua & emoti procumbunt cardine postes, Ait Seruius Aene.1. ibi, Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis. Fores propriè dicuntur, quæ foris aperiuntur, sicut apud veteres fuit: Valuæ autem sunt, vt dicit Varro, quæ reuoluuntur, & se velant. Ianua autẽ est ptimus domus ingressus; dicta, quia Iano consecratum est omne principium: cætera intra ianuam hostia vocantur generaliter, siue valuæ sint, siue fores, quanuis vsus ista corruperit. antepenultima acuit.

IANVS,pen.pro.Ouid.Fast.1.Ianus agonali luce piandus erit. Idem. Iane biceps anni tacitè labentis origo.Idem.Quem tamen esse deum te dicam Iane biformis. Idem. Inde vocat Ianus, cui cùm Cereale sacerdos.Idem 14.Elicuere sui nondum tamen inuia Iani.Mant.Ianus enim primo fecisse vocabula mensi. Idem. Prima dies Iani tanto splendore coruscat. Stat.Syl. 4.Ianus agit quem tu vicina pace ligatũ. Claud.Eunuchumque vetat fastis accedere Ianus.Pers.Sat.1.O Iane,à tergo quem nulla ciconia pinxit. Verg.Aen.12.Latonæque genus duplex, Ianumque bifrontem. Ait Seruius,Namque postquàm Ro-

mulus

mulus, & Titus Tatius in fœdera conuenerunt, Iano simulacrũ duplicis frontis effectum est, quasi ad imaginem duorum populorum. deque eo Seruius etiã Aen. 1. Inquit ibi. Claudentur belli portæ furor impius intus. Vnde & Ianus duas facies habet, quas vt ostendat duorum regum coitionem, vel quòd ad bellum ituri debent de pace cogitare. Est & alia melior ratio, quòd ad prælium ituri optent reuersionem. Mant. Ianus quem coluit, Ianus qui nomina fecit. penultima flect. Idem. Iane soles narrare sales lepidissime & ore. Idem. Iane vbi congessit nidos philomena docebo.

IAPETVS, pen. cor. Ver. Geo. 1. Coeumq; Iapetumque creat, sęuumque Typhoea. Oui. Met. 1. Quem satus Iapeto mistam fluuialibus vndis. Idem 5. Tu quoque Iapetide non hos adhibendus ad vsus. Flac. 1. Iapeti post bella trucis Phlegræque labores. Vide Iacchus. antepen. acu.

IAPIS, pen. pro. Ver. Geo. 3. Castella in tumulis, & Iapidis arua Timaui. Ait Seruius, Nam Iapidia pars est Venetiæ, dicta ab Iapido oppido, huius est fluuius Timauus: Vnde male legunt Iapigis, cũ Iapygia sit Apulia. pen. flect.

IAPYX, pen. pro. Oui. Met. 14. Venerat ille quidem sub Iapyge maxima Dauno. Idẽ 15. Thurinosque sinus, Thelemenque, & Iapygis arua. Ver. Aen 12. Fonte ea uulnus lympha longæuus Iapyx. Idem. Arma citi, pperate viro, quid statis? Iapyx. Idem 8. Fecerat ignipotens, vndis, & Iapyge ferri. Idem 11. Victor Gargani condebat Iapygis agris. Sil. 8. Ipsa adero, tendant iamdudum in Iapyga campũ. Oui. Met. 15. Linquit Iapygiam, leuisque Amphrysia remis. Flac. 3. Nec minus intereà crudelis Iapyga Iuno. Vide Iacchus. Iapyx. pen. acu.

IASON, pen. pro. Oui. Met. 6. Multaque perpessi claro sub Iasone tandem. Idem 7. Vel sine amore licet, quid enim commisit Iason? Idem. Nempe tenensquid amo, gremioque in Iasonis hęrens. Idem. Quẽ nisi crudelem non tangat Iasonis ætas. Idem Fast. 1. Passus idem Tydeus, & idẽ Pegaseus Iason. Iuue. Sat. 6. Mens equidem brumæ cùm iam mercator Iason. Flac. 1. Ingemit & tali compellat Iasona questu. Idem 4. Talibus appellat, supplex que ita fatur Iason. Idem 7. Perque tot infelix frustra vada venit Iason. Vide Iacchus. pen. acu.

IASIDES, pen. pro. Ver. Aen. 12. Iasides acri quonda cui captus amore. Idem 5. Iaside Palinure, ferunt ipsa ęquora classem. penult. acuit.

IASIVS, pen. cor. Oui. de Trist. 2. In Cererẽ Iasius, qui referatur erit. Ver. Aen. 3. Iasiusque pater genus à principe nostrum. Idem 10. Iasius Imbrasides Hicętaoniusque Thymates. Stat. Theb. 2 Hunc tegit Iasiusque senex, placidasque Phoroneũ Flac. 4. Virginis Iasię blandos descendere ad ignes. antepen. acu. Vide Iacchus. tetrasyllabum.

IASPIS, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Da veniam pręclaram illic laudatur Iaspis. Mart. 9. Et precium magnis fecit iaspidibus. Luc. 10. Fulget gemma toris, & iaspide fulua supellex. Aesopus. Dum stupet inuenta iaspide gallus ait. penultima acuit. Vide Iacchus.

IAXAMATAE, pen. cor. Flac. 6. Iaxamatæ Torinique, & flaui crine Satharchen. Idẽ Iaxamatas venatus alis, nec clarios vllis. antepen. acuit.

IBO, pen. pro. Oui Fast. 4. Ibunt semineces, & inania tympana tundet. Idẽ de Trist. 1. Ibit & in trepido deferet ossa rogo. Luca. 2. Ibitur, hic stabit ciuilibus exitus armis. Ver. Buc. At nos hinc alii sitientes ibimus Afros. pen. flect.

IBERVS, pen. pro. Syl. 1. Bella feris arcu, iaculoq; agitabat Iberus. Idem 3. Tpe quo Bacchus populos domitabat Iberos. Mãtu. Ferraria miles Gallis comes vicit Iberus. Idẽ. Africus. Oceano, quas nunc inuenit Iberus. Luca. 4. Qui præstat terris aufert tibi nomen Iberus. Stat. Syl. 4. Terrueris quem te pecoris possessor Iberi. Ver. Aen. 7. Tyrrhenoque boues in flumine lauit Iberas. pen. flect. Stat. Syl. 3. Quicquid ab auriferis eiectat Iberia fossis. Luca. 7. Illic pugnaces commouit Iberia cetras. antepen. acu. Iuue. Sat. 6. Vnus Iberinę vir sufficit ocius illud. penultima flectit.

IBI, pen. cor. Oui. Met. 1. Nunc ibi deformis

mis ponunt sua corpora phocæ.Stat.Syl. 1.Nil ibi plebeiũ, nusquam Temesea no tabis.Verg.Aen.9.Et venit aduersi in ter gum Sulmonis,ibique Lucr.quarto.Tollunt clamorem quasi si iugulentur ibidẽ. Iuue.Sat.quinta. Vel si quando datur custos affixus ibidem.Verg.Geo.3. Crebra ferit dimissæ aures incertus ibidem.Idem Aeneid.primo.Voluitur in caput,ast illã ter fluctus ibidem. Ait Seruius, Ibidẽ, & vbinam multi dubitant vbi debeat esse accentus: quia vbi, & ibi,naturaliter breues sunt: sed ratione finalitatis plærunque producuntur in versu, nescientes hanc esse rationem: quia pronunciationis causa contra vsum Latinum syllabis vltimis, quibus particulæ adiungunrur, accentus tribuitur, vt musaque,illene,hu fusce,fit ergo ibidem.

IBIS,pen.pro.Iuue.Sat.5. Per hæc illa pauet saturam serpentibus Ibin. Ouid. in Ibin.Ibidis intereà tu quoque nomen habe. Idem. Illius ambages imitatus in Ibide dicar. Idem, Et fletu madidis Ibin odite genis.pen.flect.

ICARVS,pen.cor.Ouid.de Trist. 1. Icarus Icareas nomine fecit aquas. Idem 3. Icarus immensas nomine signat aquas. Idẽ quinto.Icariæ numerum dicere conor aquæ. Idem Fast.quarto.Transit & Icariũ, lapsas vbi perdidit alas. Idem. Icarus, & vastæ nomina fecit aquæ. Idem in Ibin. Et velut Icaridos famulæ periere, ptocique.Vergil.Aen.sexto.Partem operæ intacto sineret dolor Icare haberes. Luca. octauo. Ipse per Icariæ scopulos, Ephesumque relinquens.Stat.Syl.tertio. Spectat & Icario nemorosus palmite Gaurus.Ouid.Penel. Me pater Icarius viduo discedere lecto.antepenultima acu. Idem de Pont.tertio.Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.nisi mẽdosus est codex sic legi.

ICELOS,pen.cor. Ouid.Met.11. Hunc Icelon superi mortale Phobetora vulgus.antepen.acuit.

ICHNOBATES, pen.cor. Ouid. Metamor. tertio. Ichnobatesque sagax larraru signa dederunt. Idẽ. Gnosius Ichnobates Spartana genre Melampus.antepe. acuit.

ICONIVS,pen.cor. Mant. Plurima & Iconiæ Christi Mariæq; figuræ.antepe.acu.

ICHNVSA,penul.pro.Sil.12.Inde Ichnusa prius Grais memorata colonis.Mãt. Ichnusæq; domos,& Sandaliotica rura. penult.flect.

ICTVS,pe.pro.Mant.Ictibus æterni semper cruciabere luctus.

ID,cor.Ouid.Metam.2. Causa moræ nulla est,& iam puer Arcas,id ipsum.acuit. sequente vocale.

ICO,is,pen.prod.Lucr.3. Percussa est, extra corpus propellit,& icit. Idem. Nec radicitus è vita se rollit,& icit. Gel. Infestum telis icere musca caput.& Catul. producit, ait Despaut.

IDO,pen.prod.Mart.1.Quinque Lycas Lydæ,quattuor Ida tribus.Ouid. Metamor. 2.Et tum sicca prius, celeberrima fontibus Ida. Idem quinto. Intorquet iaculũ quo detulit error in Idam.Idem Fast. 5. Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida.Stat. Syl.1.Didymon & cælis decreuit frondibus Ida. Idem. Nec si Dardanius pastor temerarius Ida.Verg.Geor.secundo.Nec salici, lotoque, nec Idæis Cyparissi. Iuu. Sat.13.Et priuatus adhuc Idæis Iuppiter antris.Ouid.Fast.4.Inquit in Idæo est inuenienda iugo. Sil.9.Idea & Aenotris velox allabere terris.Mant. Qualis in Idea proles Eropica Creta. penult.flect.Luca. 3.Idalis & nimius glebis exilis Arisbe. Verg. Aen.1. Aut super Idalium sacrata sede recondam. Idem 10. Idaliæque domus,positis inglorius armis. Prop. 4. Et pater Idalio miratus Cæsar ab ostro. Oui.Met.14. Idaliam memoramque time Rhamnusidis iram.Stat.Syl.1.Tunc Venus Idaliis vnxit fastigia succis.Idaliasq; domos,Ericinaq;tẽpla subiret.Idẽ Theb. 12.Idaliæ volucres fuluum aspexere draconem.antepe.acu.

IDEM,genere masc.pen.pro. Mart.1. Bellus homo,& magnus vis idem Cotta videri. Oui.Met.1.Idem oculi lucent,eadẽ feritatis imago est.Ver.Geo.1. Alternis idẽ tõsas cessare nouales.Idem Aen.4. Idẽ ambas ferro dolor,atq; eadem hora tulisset. Idem.Idẽ oẽs simul ardor habet, rapiũtq; ruuntq;. Luca.2.Sufficiens idem pelago delatus iniquo. Neutro genere pen.cor. Iuue. Sat. 4. Si fecisset idem,caderet sub

iudice

iudice morum. Oui. Fast.1. Passus idem Tydeus, & idem Pegasæus Iason. Idē, ex is & demum fit. Ver. Aen.3. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos. Vide in Vallę libro secundo penultima acuit.

IDEO, pen.cor. Mant. Appellata quies ideo quod vt ante relatum est. Ver. Aen. quarto. Promisit, Graiumque ideo bis vindicat armis. Iuue. Sat. 3. Fur erit, atque ideo nulli comes exeo, tanquam. Stat. Syl.1. Non ideo tibi tale decus, vultusq; superbos. Luca.6. Adueniunt, ideo quia longe discrepat & res? antepenultima acuit.

IDASMENVS, pen. cor. Flac. 6. Processere Melas, & Idasmenus incipit hasta. antepe.acu.

IDOLVM, pen.pro.per omega.ω. Græcè scribi. Mant. Verùm ēt qui vana sacris idola prophanis. Idem. Idolatra pater natum obiurga solebat. penultima flect. Vide I Acetum.

DOMENEVS, pen. cor. Non contractum. Oui. Met.13. Nec minus Idomeneus patriamque creatus eadem. Ver. Geo.3. Primus Idomeneas referam tibi Mantua palmas. Vide Dictionarium poeticum. Idem Aen.3. Lyctius Idomeneus, hic illa ducis Meliboœi. Idem. Idumenea ducem, deserta littora Cretæ. Ait Seruius, Huius nominis penultima syllaba naturâ breuis contra regulam producta est: at quia quinque Græcę sunt linguæ. Aeolica. Ionica. Dorica. Actica. Communis. fit vt in vno nomine varietas inueniatur: quod Quint. Inst.1.ca.10. asserit, qa plura illis loquendi genera sunt, quasi dialectus vocant: & quod alias vitiosum est, interim alias rectum est. antepenultim. acu. Vide Atreus.

IDONEVS, pen.cor. Oui. Epist. Heroid. Nā mea quod visa est tibi mater idonea cuius. Idem Met. 2. Distuleratque graues in idonea tempora pœnas. Idem Fast. 2. Hunc morem Aeneas pietatis idoneus author. Idem 5. Hunc lyra curua sequi cu perer, sed idonea nondum. Luca.5. Opportunus ita est si forte & idoneus aer. Pers. Sa.5. Pagina turgescat dare pondus idonea fumo. Hor. Ser.1. In pace vt sapiēs optarit idonea bello. Sil.9. Non adiit aptè, nec legit idonea credo. antepen. acuit.

IDVME, pen.pro. Stat. Syl.5. Non si felices syluas ponentis Idumes. Luca.3. Gazaq; & arbusto palmarum diues Idume. Ver. Geo. 3. Primus Idumęas referam tibi Mantua palmas. pen. acuit.

IDMON, pe.pro. Flac.5. Idmonis è celsa Mopsus rate, robora cedunt. pen.acu.

IDVS, pe.pro. Oui. Fast.1. Idibus alba Ioui grādior agna cadit. Idē.4. Tertia post idus lux est celeberrima Baccho. Idē. Occupat Apriles idus cognomine victor. Auso. Transierāt idus medius suprema Decembri. Mant. Michael octauo Maias apparuit idus. Mart.3. Lux tibi post idus numeratur tertia Maias. pen. acu.

IECVR, pe.cor. Luca.1. Cernit tale iecur madidum, venasq; minantes. Mart.13. Aspice quā tumeat magno iecur ansere maius. Oui. Met.10. Nec carpsere iecur volucres, viniq; vacarūt. Idem 7. Viuacisq; iecur cerui quibus insuper addit. Idem de Pont.1. Non perit vt possit sæpe polire iecur. Idem Fast.1. Det iecur in lances Inache laute tuas. Hor. Ser.1. Ridens dissimulare meū iecur vrere bilis. Idē.2. Pinguibus, & ficis pastū iecur anseris albi. Mant. En cucumis iecori patiens medicamen adusto. pen.acu.

IEIVNVS, pe.pro. Ver. Geo.2. Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris. Idem.3. Summaq; ieiuna sanie infuscatur arena. Iuu. Sat. 5. Tā ieiuna fames cum possit honestius illic. Claud. Arida ieiunæ seges interlucet aristæ. Luca.3. Vulgus alunt, nec scit plebs ieiuna timere. Stat. Syl.1. Ieiunum Phlegiā subter caua saxa iacentem. Mant. Ieiunare sitim ad gelidos restinguere fontes. Idem. Ieiunare diē visum est sapientius illam. pen.flect. Auso. Et de uota pii celebrant ieiunia missę. Oui. Met.1. Illos longa domant inopi ieiunia victu. Idem Fast. 4. Quę quia principio posuit ieiunia mortis. Hor. Ser.2. Mane die quo tu indicis ieiunia nudus. Ver. Geo.3. Inualidiq; patrum referant ieiunia nati. Mant. Non laniare ausi quanquam ieiunia passi. antepen. acu.

IENTACVLA, pen.cor. Mant. Atque alias hęc ante dapes ientacula mandunt. Mart.

Mart.1.Ista linunt dentes ientacula, sed nihil obstat.Idem 14. Surgite iam vendit pueris rentala pistor.Idem 13.Si sine carne voles ientacula sumere frugi.ante penult.acuit.

Ietas,pen.pro. Sil.14. Sidonios Arabeia ferox,& celsus Ietas.pen.acu.

Iesvs,pen.pro. Mant. Cùm toties in tormentis clamaret Iesum.Idem. Tu quoq; Iudęa veniens ab origine Iesum. Iesus Hebræum nomen,quod Latinè Saluator interpretatur, trisyllabum Græcè per i, vocalem ante ν, quod venit in e, Latinè productum præse obtinens aspirationem vt in Calep. ne in vnam syllabam i, vt consona coalescat:vt admonet Antonius Nebriss. uir vndecunq; doctissimus, qui in repetitione secunda de corruptis literarum vocibus ait: ibi, plærique librarii aspirationem inter i,& e,posuerunt,scilicet,ne in vnam syllabam vtraque vocalis coalesceret,idest,ne i,consona fiat,sed per aspirarionem altera ab altera disiungeretur,quasi Græcè loquendo: vbi i, semper vocalis est,nunquam consonans: carent enim Græci i, consonante,apud quos vt i,est vocalis,ita Iesus semper est trisyllabum vt, iaspis, iambus, Iason,Iacob:vnde non dedeceret scribi Ihesus,vt dilucidius Græcè passim legeretur trisyllabū: quò Grçcus sermo à Latino diductus videretur,in quo i,vbique consona est legēda:nisi Græcissaretur:idq; admonet Anton.Nebriss. in eadē repetitione, ibi, cū nostri hoīes ferè quoties in principio dictionis sequente vocali ponitur, non mō vt consonantē,sed vti suā cōsonātē proferant:vt iaspis,iambus,Iason,Iesus,bisyllaba similiaque: vt, Iacobus trisyllabum quod summopere Quintilianus docet, Inst.1.cap.de Literis, & earum potestate ibi,desint ne aliquæ nobis necessariæ literę non:cùm Græca scribimus, tum ab iisdem duas mutuamur, sed propriè in Latinis.idest cùm i,& u, fiunt consonantes, vt iam scribimus vt tam,sicut vos vt cos. Idem asserit ibidem. Nihilominus Calepinus subdit,verius Iesus scribetur. Ioannes Despauterius libro 3.Iesus Græcè per ν, in e, longum vertimus, nec vllam obtinet aspirationem. Idē Ioannes Tortelius,Iesus absque aliqua aspiratione,& cum i,Latino,quod superuacuum fuit;dicere consona est.pen.flect.Iesus, vtcunq; legatur nobis.

Iezabel, pen. cor. Mant. Crimen vt Helias lucos & Iezabel aras. Idem. Iezabel antiquas fraudes,& regis Acabi. antepenult.acuit.

Igitvr, pen.cor. Oui. Met.2. Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa. Idem de Trist.1. Inuigiles igitur nostris pro casibus oro. Idem Fast. 1. Hoc igitur vidit Trebeati cura Quirini.Iuu. Sat.4.Quid refert igitur quantis iumenta fatigent. Ver.Buc. Alternis igitur contendere versibus ambo. Lucr.primo. Hunc igitur terrorem animi, tenebrasq; necesse est.ante tepen.acuit.

Ignarvs, pen. pro. Luca.4. Fœdera nunc toto fatorum ignarus in orbem. Claud. nouerat incipiens,& adhuc ignarus amādi.Oui.Met.1.Sors ignara dedit,sed seua cupidinis ira. Idem. At tibi, ego ignarus thalamos, tædasque parabam. Idem 2. Quæ postquàm Tethis fatorum ignara nepotis.Idem.Quidque agat ignarus stupet,& nec frena remittit.Ver.Geo.1.Ignarosque viæ mecum miseratus agrestes. Idem Aen.1. O socii neque enim ignari sumus antemalarum.Idem 3.Aut quis te ignarum nostris deus appulit oris.Idē Vicinosque ignare paras inuadere portus.Idem 5. Olli serua datur operū haud ignara Mineruæ.Idem 10.Respicit ignarus rerum ignarusque salutis.Idem.Aeneas ignarus abest, ignarus & absit. penult.flect.Vide Ales.

Ignavvs,pen.pro.Iuue.Sat.3. Et lædam silicem, possisque ignauus haberi. Oui. Met. secundo.flectitur, ignaua nequeunt grauitate moueri.Idem 5.Ignauus bubo dirum mortalibus omen. Idem Fast. 6. Nunc inopes victus, ignauaque fata timentes. Ver. Geo.4.Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent. Stat. Syl.3. Cur nobis ignauus amor stabulata sub antris Idem 4.Parthenope,tenues ignauo pollice chordas.Luca.9.Ignauum scelus est tātum fuga dixit,& omnes.pen.flect.

Ignis, pen. pro. Oui.Met.1.Squallebant musco,stabātque sine ignibus aræ. Idem 2.Nec

2. Nec tibi quadrupedes animosos igni bus illis. Idem. Exuit, & ſquis compeſcuit ignibus ignis ignitus. pen. pro. ponunt. Anto. & Deſpau. penultima acu. Idem 1. Ignea conuexi vis, & ſine pondere cœli. Ver. æn. vi. Igneus eſt ollis vigor, & cœle ſtis origo. Oui. Met. 2. Non tamen ignifero quiſquam cõſiſtere in axe. Idem. Tunc ſciet ignipedum vires expertus equorũ. Mart. 1. Ignipides poſſet. ſine Colchide vincere tauros. Mant. Diceris ignopotẽs, & fers incẽdia dextra. Ver. Aen. 8. Haud ſecus ignipotens, nec tempore ſegnior il lo. Idem 10. Inuictum ignipotens atque oras ambijt auro. Iuue. Sat. 3. Nec dolet, igniculũ brumæ ſi tempore poſcas. Oui. Meta. 4. Ignigenamq; , ſatumq; iterum, ſolũq; bimatrẽ Flac. 10. Igniuomos pia virgo trucẽ fugit anxia patrẽ. antep. acu.

IGNOBILIS, pen. cor. Verg. Geo. 4. Parthe nope ſtudijs florentem ignobilis oci. Idẽ. Aen. 1. Seditio, ſæuitq; ais ignobile vulgus. Idẽ 7. Solus vbi in ſyluis Italis, ignobilis æuum. Idem Geo. 4. Trita Me liphylla, & Cerinthæ ignobile gramen. Mant. Maiorum ſeries ſtemma hoc igno bile fecit. antepenul. acu.

IGNOMINIA, pen. cor. Claud. Pars ignominia nequid reſtaret inauſum. Iuuena. Sat. 8. Ergo ignominiam grauiorem per tulit omnis. Verg. Geo. 3. Multa gemens ignominiam, plagaſque ſuperbi. Mant. Euentuque ignominiam delere ſecundo. antepenul. acuit.

IGNORO, pen. pro. Hor. Epiſt. 1. Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis. Iuue. Sat. 6. Hæc tamen ignorat quid ſydus triſte minatur. Ouid. Met. 1. Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipſe. Idem Faſt. 6. Nec tamen ignores, vulgique errore. traharis. Hor. de Art. Cur ego, ſi nequeo, ignoroq; poeta ſalutor. Cicero At. Scru pul⁹, quẽ nõ ignoras. Idẽ. Domitius igno rat de filio. Idem de Or. Quod quidem tu minimẽ omnium ignoras. Perſ. Sat. 4. Et propẽ te ignotus cubito qui tangat, & acre. Hor. de Art. Ignotum tragicę ge nus inueniſſe Camœnæ. Sil. 14. Fas notum, ignotumque nefas viliſſima regi. Ver. Geo. 4. Quis dubitet? nam ſæpe fa uos ignotus adedit. Stat. Syl. 3. Non vel ad ignotos ibam comes ſmpiger Indos. Idem. Ignotum, ſimilis gemui proiectus ad ignem penult. flect.

ILEX, pe. pro. Oui. Met. 10. Enodiſq; abies, curuataq; glandibus ilex. Idem 1. Flaua que de uiridi ſtillabant ilice mella. Idem Faſt. 3. Lucus Auentino ſuberat niger ili cis vmbra. Ver. Aen. 9. Sylua fuit latẽ du mis, atque ilice nigra Idem Geo. 3. Corticibusque cauis, vitioſæque ilicis aluo. Idem Buc. Ante ſiniſtra caua monuiſſet ab ilice cornix. Luca 3. Procumbunt orni nodoſa impellitur ilex. pen. acu.

ILIACVS, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Nec puer Iliacus, formoſa nec Herculis vxor. Oui. de Triſt. Inter Dulichias, Iliacasque do mos. Idem Faſt. 3. Ignibus Iliacis aderã, cùm lapſa capillis. Idẽ 4. Semper & Iliacas mater amauit opes. Ver. Aen. 3. Actia que Iliacis celebramus littora ludis. Sta. Syl. 1. Iliacæ pandit nitidos domus alta penates. Idem 3. Iliacos, Piliosq; ſimul, propriosque penates. antepen. acu.

ILIAS, pen. cor. Perſ. Sat. 1. Quid non intus habet? non hic eſt Ilias Acci. Idem. Iliade audaci quicunque afflate cratino. Iuue. Sat. 9. Conditor Iliados cãtabitur, atque Maronis. Ver. Aen. 11. Et mœſtũ, Iliades crinem de more ſolutæ. Idem 1. Crinibus Iliades paſſis peplumque fere bant. Oui. Faſt. 4. Hoc patet Iliades cùm longum ſcriberet annum. Mart. 14. Ilias & Priami regnis, inimicus Vlyſſes. ante pen. acu.

ILIA, pen. cor. Verg. Buc. Arcades inuidia rumpantur, & ilia Codro. Ait Seruius. Sicut etiam in Aeneide diximus, hoc ile, & hęc ilia facit. vnde etiam Iuuenalis ait Sat. 5. Da Trebio, pone ad Trebiũ, vis frater ab illis ilibus? Nã quod Matylus mimographus dixit, Tu Hectorẽ imitaris, ab ilio nunquam recedis. nã ab ili debuit dicere. Perſ. Sat. 4. Viuimus hoc pacto, ſic nouimus ilia ſubter. Oui. Met. 3. Conſtitit & totũ deſcendit in ilia fer rũ. Stat. Syl. 1 Impetus, & tantus calcaribus ilia latẽ. Vnde ilioſus, qui iliorũ do lore laborat. Eſt & Ilia filia Numitoris. Vergil. Aeneid. 1. Additur, Ilus erat, dum res ſtetit Ilia regno. Idẽ 6. Romulus Aſſarici, quem ſanguinis, Ilia

mater. Cuius historia hæc est: Amulius, & Numitor fratres fuerunt: sed Numitorem regno Amulius pepulit, & Iliam eius filiam sacerdotẽ Vestę fecit. De hac & Marte nati sunt Remus, & Romulus: qui cũ adoleuissent, occiso Amulio, auum Numitorem in regnum reuocauerunt: & cum eo vno anno regnauerunt. Hor. Ser. 1. Ilia, & Aegeria est, do nomen quodlibet illi. antepen. acuit.

ILIGNVS, pen. pro. Vergil. Geor. 3. Currẽtem ilignis potare canalibus vndam. Horat. Ser. 2. Vmber, & iligna nutritus glande rotundas. penulti. acuit. Ait Seruius Geo. 2. ibi. Sed tamen & quernas glãdes. sunt aliquæ deriuationes ex vsu magis, quã ex ratione venientes, vt quernus, ficulnus, ilignus, colurnus, à corylo, ilice, ficu, quercu. pen. acuit.

ILIOS, & ilium, pen. cor. Ou. Met. 14. Ilios, & Danaas, pauerunt pergama flammas. Idem Penel. Ilios, & murus, quod fuit ante solum. Ver. Aen. 2. O patria, ò diuùm domus Ilion, & inclyta bello. Idem. 1. Ilium in Italiam portans, victosque penates. Idem 3. Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia. antepenul. acuit.

ILICET, pen. cor. Hoc est ire licet, seu, vale, ait Seruius Aen. 6. ibi. Dixitq; nouissima verba. Ver. Aen. 2. Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento. Ait Seruius, Ilicet confestim, hoc significat & Ilico: sed metri ratione variantur Stat. Theb. 1. Ilicet igne Iouis, lapsisque citatior astris. Flac. 4. Fallere quas nusquam misero locus, ilicet omnes. Idem. 3. Ilicet extremi nox littore solis Iberas. antepenul. acuit.

ILLE, pen. pro. Ouid. Met. 2. Occupat ille, leuem iuuenili corpore currum. Idem. Gaudet, & inuito grates agit ille parenti. Iuue. Sat. 5. Paternam, illud enim, vestris datur alueolis quod. Idem. 6. Illius lacrymis meditataque murmura præstat. Hor. Ser. 2. Qui meliorem audax vocet illius esto. Oui. Met. 2. Illius impulsu cũ turribus ardua cellis. Idẽ in Ibin. Illius ambages imitatus in Ibide dicat. Idem de Trist. 1. Cùm subit illius tristissima noctis imago. Vergi. Opusc. Irritat flammas illius corporis ætna est. Ait Seruius Aen. ibi, Vnius ob noxam: istis sermonibus vnius, illius, ipsius, naturaliter producitur media syllaba: sed cùm opus fuerit, corripitur hac excusatione, quoties vocalem longam vocalis sequitur, superiori vires detrahit: vt est, Insulæ Ionio in magno. Et, Sublio alto. Et hoc mutat accentum: in latino enim sermone cùm penultima corripitur, antepenulti. habet accentum. Quintilianus Insti. 1. cap. 10. inquit, siue cùm syllaba correpta producitur, vt Italiã facto pro fugus: seu longa corripitur, vt Vnius ob noxam, & furias; vitium est barbarismi. hæc vitia, subdit, extra carmen non deprebendas, sed nec in carmine vitia ducenda sunt. In prosa ergo hi sermones vnius, ipsius, illius, istius, solius, similesq́ue pen. naturaliter producunt, & eandem flectunt. nec aliter à Latinis seruandum. Vide Vnius.

ILLECEBRAE, pe. cor. Vide Peragro. Hor. de Art. Illecebris erat & grata nouitate morandus. Vergil. Geo. 3. Dulcibus illa quidem illecebris & sæpe superbos. Et illecebra legitur. Cicero pro Mil. Impunitatis spes maxima est illecebra peccandi. antepenult. acuit.

ILLETABILE, pen. cor. Verg. Aen. 3. Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora. antepenul. acuit.

ILERDA, pen. pro. Luca. 4. Surgit Ilerda manu, placidis prælabitur vndis. penul. acuit.

ILLIDO, pe. pro. Hor. Ser. 2. Inuidia, & fragili quærens illidere dentem. Ver. Geor. 2. Illidunt, pascuntur oues, auidæque iuuencæ. Idem 3. Porta tonat cœli, & scopulis illisa reclamant. Idem Aen. 7. Saxa fremunt lateriq; illisa refunditur alga. Sil. 14. Euboici non per scopulos illisa Caphareo. Cicero de Ar. resp. Iam ista serpens compressa, atq; illisa morietur. antepen. flectit.

ILLIMIS, pen. pro. Oui. Met. 3. Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis. penultima flectit.

ILLINO, pen. cor. Hor. de Art. Culpabit duros in comptis illinet antrum. Idem. Episto. 1. Quod si bruma niues Albanis illinet Agris. Idem Ser. 1. illinire interea

Mecœnas

Mecœnas aduenit, atque antepe. acuit.

ILLIC, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Viuendum est illic, vbi nulla incendia nulli. Idē ix. Legitimum atque illic hesternæ occurrere cœnę. Mart. 1. Illic æra sonant, at circum pulpita nostra. Oui. Met. 1. Illic & nebulas, illic consistere nubes. Idem. Forsitan & lucos illic, vrbesque deorum. Idem 2. Huc erat, atque illuc, & dum licet oscula iungant. Admonet Priscianus lib. 12. ibi. Vnde illic quasi apocope facta i fine seruat accentum: illice erat, nunc illic.

ILLOTVS, pen. pro. Hor. 2. Et Tyrias dare circum illota toralia vestes. Ver. Geo. 3. Bruma gelu, vel cum tonsis illotus adhę sit. Ait Seruius, lotus, & lautus dicimus: inde est, & lautum eo. Nam illud ab Horatio satis licenter dictum est. Ast vbi me fessum sol acrior irelauatum. penult. flect. Vide Lauo.

ILLYRIS, pen. cor. Luca. 2. Illyris Ionias vergensq; Epidamnus in undas. Ouid. de Trist. 2. Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda. Idem de Pont. 4. Ad de quod Illyrica, si iam pice nigrior essem. Idem de Art. 2. Nigrior Illyrica cui pice sanguis erit. Verg. Aen. 1. Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus. Idē Buc. Siue oram Illyrici legis æquoris, en erit vnquam. Stat. Theb. 1. Illyricos longo fulcauit pectore campos. Luca. 4. Noluit Illyricę custos Octauius vndæ. antepenul. acuit.

ILVS, pen. pro. Oui. Fast. 6. Ilus adhuc Asię diues habebat opes. Verg. Aen. 1. Additur, Ilus erat, dum res stetit Ilia regno. Idem 6. Ilusq;, Assaricusq;, & Troię Dardanus autor. penul. flect.

ILLVDO, pen. pro. Verg. Geo. 1. Tum varię illudunt pestes, sæpe exiguus mus. Idē 2. Illudunt, pascuntur oues, auidæque iuuencæ. Idem 4. Tum variæ illudent species, atque ora ferarum. Idem Aen. 2. Circunfusa ruit, certantque illudere capto. Ait Seruius, Illudo tibi dicimus, & illudo te: vt in 9. ibi, Traiecit verbis virtutem illude superbis. Ait Seruius, illudo tibi, vt insulto dicimus: nam illudo te figuratum est, vt hoc loco. Item, insulto te, Salustius ait. Multos à pueritia bonos insultauerat. Cicero de Or. Carneades Rhetorū præcepta illudere solebat. Idē. Cùm illud nimium acumen illuderes: sub alia tamē significatione. pen. flec.

ILLVSVS, pen. pro. Ver. Geo. 2. Illusasque auro vestes Ephyræaq; æra. Hor. Ser. 2. Aut spem deponas, aut artē illusus omittas. penult. flect.

ILLVVIES, pe. cor. Ver. Geo. 3. Nec tondere quidem morbo illuuiesq; peræsa. Idē Aen. 3. Respicimus, dira illuuies, immissaq; barba. Luc. 6. Corporis illuuie, pellis super ossibus vna. Man. Intulit illuuiem terris genus, intulit iste. antepenu. acuit.

IMAGO, pen. pro Mart. 1. plurima, qua sum mi fulget imago ducis. Idē 9. Quicquid & hirsutis squallet imaginibus. Ouid. Met. 1. Credis, & es tumidus genitoris imagine falsi. Idem. Et Deus humana lustro sub imagine terras. Idem. Sic modò quæ fuerat rudis, & sine imagine tellus. Idem de Trist. 1. Cùm subit illius tristissima noctis imago. Iuue. Sa. 7. Et dignus venias hederis, & imagine macra. Verg. Buc. Iudice te, metuam, si nunquàm fallit imago. Idem Aen. 4. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Idem 12. Obstupuit varia confusus imagine rerum. Idem. 7. Saturnusque senex, Ianique bifrōtis imago. Lucr. 4. Esse in imaginibus, quapropter causa videtur. Ait Seruius in Verg. Buc. Ecl. 2. ibi, Cùm placidum ventis staret mare. Sed in mari imago non cernitur, quia non stat: quod si stet, non potest etiam nobis imaginem reddere. penult. flect.

IMBECILLIS, & imbecillus, pe. pro. Hor. Ser. 2. Imbecillus, iners, sim quiduis, adde popino. Lucr. 5. Imbecillorum esse æquum misererier omnium. Idem 1. Adde quod imbecilla nimis primordia fingit. Hor. Ser. 2. Imbecilla volet, tibi quidam accedat ad istam. pen. acuit.

IMBVTVS, pe. pro. Hor. Epist. 1. Quo semel est imbuta recēs seruabit odorem. Lucr. 2. Aurea pauonū rident imbuta lepore. penult. flect.

IMBRASIDES, pen. cor. Verg. Aen. 10. Iasius Imbrasides, Icetaoniusque Thimetes. antepenul. acuit.

IMBRIFER, pen. cor. Stat. Syl. 1. Non hoc imbriferas hyemes opus, aut Iouis ignē,

Idem. Nilus an imbrifero Libyæ fundauerit austro. Idem 3. Nuncius, imbrifera potitur Thaumātide Iuno. Ver. Geo. 1 Quæ vigilanda viris, vel cum ruit imbriferum ver. antepen. acu.

IMITOR, pen. cor. Ouid. de Pont. 3. Quod facis, vt facias, teque imitere rogo. Ver. Buc. Mecum vna in syluis imitabere Pa na canendo. Idem Geo. 2. Et cui putre so lū nā hoc imitamur arando. Stat. Theb. 7. Arma patris, pinusque iubas imitatur equinas. Idem Syl. 2. Alcides tensoque modos imitabitur arcu. Luca. 1. Et qui te laxis imitātur Sarmata brachis. Hor. de Art. Exprimet, & molles imitabitur ęra capillos. Cicero de Leg. Si Senna Cli tarchum imitatur. Idē pro Quint. Credidit eum, qui orationem bonorum imi taretur. Idem in Orat. Tu ipse tibi imitandus es. antepenul. acuit. Oui. Met. 10. Affuit huic turbæ metus imitata cupressus. Sil. 14. Inclusi gemitus, pelagiq; imi tata furorem. Stat. Syl. 1. At sonipes habitus, animosque imitatus equestris. Mart. 1. Si quis erit recti custos imitator honesti. Oui. Met. 14. Fulmineo petijt imitator fulminis ictu. Hor. de Art. Interpres nec desilies imitator in arctū. Idem. Doctum imitatorem, & viuas hinc ducere voces. Idem Epist. 1. O imitatores seruū pecus, vt mihi sæpe. Stat. Syl. 2. Humanæ solers imitator psittace linguę. Oui. Met. 4. Pars aliquas artes antiquæ imitamina vitæ. penult. flect. Hor. Episto. 1. Decipie exēplar vitijs imitabile quod sit. Mant. Hoc magnum, hoc ingēs, & non imitabile sacrum. antepenult. acuit.

IMMANIS, pe. pro. Stat. Syl. 3. Tunc imma ne gemens, fœdatusq; ora repentes Idē. Donum immane duci, nec te plebea ma nebunt. Verg. Geo. 3. Ad terras immane sonat per saxa, nec ipso. Idē Aen. 1. Dorsum immane mari summo tris eurus ab alto. Idem. Insequitur quæuis immanibus applicat oris, penul. flectit.

IMMEMOR, pen. cor. Ver. Aen. 2. Instamus tamen imemores, cæcique furore. Aesopus. Immemor accepti non timet esse bo ni. Ait Seruius Aen. 1. ibi, O socij, neq; enim ignari sumus. Ignarus enim est, qui ignorat: immemor qui oblitus est. antepenul. acuit.

IMMINEO, pe. cor. Sil. 1. Omnis ab assiise ro sitiens Libys imminet axe. Oui. Met. 1. Imminet his aer, qui quanto est pon dere terræ. Idem. Imminet exitio vir cō iugis: illa mariti. Ver. Buc. Imminet, & lentæ texunt vmbracula vitæ. Idē Aen. 12. Ense sequens nudo superimminet il le secuti. Cicero in Anton. Huius men dicitas auiditati coniuncta in fortunas nostras imminebat. Idem. in Ver. Iste in festus in omnia maria ex omnibus Siciliç partibus imminebat. Idem pro Dom. Imminent duo reges toti Asię. Idē pro Dom. Homo ad cędē iminēs. antepe. ac.

IMMINVO, pen. cor. Hor. Ser. 10. Quantum hic imminuet, quanto aut ego parcius, aut vos. Cicero in Epist. Si copias quàm minimum imminueris. Idem de Or. Im minuere aliquid de voluptate alicuius. antepen. acuit.

IMMITIS, pe. pro. Ver. Geo. 4. Ore ferunt, dulcē nidis immitibus escā. penul. flect.

IMMOLO, pe. cor. Ver. Aen. 12. Immolat, & pœnam scelerato ex sanguine sumit. Idē 10. Immolat ingētiq; vmbra tegit, arma Serestus. Iuue. Sat. 15. Digna fide credes tantum immolat vlterius nil. Cicero de Nat. Pythagoras musis bouem immolasse dicitur. Idem. de Inuen. Lex erat, ne quis Dianæ vitulū immolaret. antep. acu.

IMMVNIS, pe. pro. Luca. 2. Profuit imunē corruptis moribus æui. Oui. Met. 1. Ipsa quoq; imunis, rastroq; intacta, nec vllis. Idē 3. Nullū passa iugum, curuiq; immu nis aratri. Idem de Trist. 4. Immunisque sedens aliena ad pabula fucus. Idem Aen. 12. imunē tanti belli, atq; impunē qetā. Ait Serui. nā immunis est, qui nihil præ stat, quasi sine muneribus. penult. flectit.

IMPAR, pen. pro. Iuue. Sat. 13. Mox impar hosti, raptusq; per aera curuis. Hor. Ser. 2. Ludere par, impar, equitare in arundi ne longa. Ver. Aen. 12. At verò Rutulis impar ea pugna videri. Idem Geo. 4 Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Idem 3. Imparibus ductos alta ad donaria currus Idē Buc. Effigiē duco, nu mero Deus impare gaudet. Ait Seruius, impare autē, propter metrū dixit: nā ab hoc impari dicimus. pen. acu. Vide Felix.

IM-

IMPATIENS, pe.cor. Luca.1. Exigit impatiensque loci fortuna secundi Iuue. Sat. 7. Impatiens cupidus syluarum, aptusq; bibendis antepenu.acuit.

IMPAVIDVS, pen.cor. Oui Met.14. Impauidus, cōscēdit equos Gradiuus, & ictu. antepen.acuit.

IMPEDIO, pen.cor. Oui. Met.11. Hic iubet impediunt aduersæ iussa procellæ. Verg. Aen. 8. Impediunt alij ventosis follibus auras. Idem 5. Impediunt, pugnæq; cient simulachra sub armis. stat. Theb.11. Impediunt, læuumque feriur, quod cuspide fixum. Oui. Met.15. Impedit, ah quoties nymphæ, nemorisque, latusq;. Lucr. 111. Vt nihil impediat dignus dijs degere vitam. Idem.2. At varijs rerum impediūt, prohibētque colores. Cicero pro Cęlio: Et mentem dolore impediunt. Idē Att. Te nolo impeditum impedire. idem. Nisi te impedisti. Idem de Fin. Sed pudore impedior. antepenult. acuit.

IMPELLO, pen.pro. Stat. Theb.2. Impulerit Bellona tubas huic annue sacro. Lucr. 6. Peruolet intactus, nequeunt impellier vsquā. Cicero in L. Pison. Hic in fraudē homines impulit. Idem de Nat. Quæ ratio poetas, maximeque Homerū impulit. Idem pro Syl. Qui Barbaros ad bellum impelleret. penult. acuit.

IMPERIVM, pe.cor. Ver. Ae.1. Imperio ex plebit, regnumque à sede Lauini. Mant. Imperio tandē successit apostata Cęsar. Sta. Syl.1. Imperiū fortuna tuū stat proxima ceruix. Idem. Imperium, vigilesq; suo p Cęsare curę. Luca.5. Imperiūq; comes Tarpeia sede perusta. Lucr.5. Imperium sibi cum, ac summatum quisque petebat. antepenult. acuit.

IMPERIOSVS, pen.pro. Stat. Syl.2. Imperiosus erat, quisnam hæc inglorius arx. Hor. Ser.2. Imperiosa trahit Proserpina viue, valeque. Mat.9. Latro rogat, res est imperiosa timor. Oui. de Trist.5. Virga que cū verbis imperiosa facit. Idem. Ibin. Vt tracta est coniux imperiosa Lyci. pen.flect.

IMPERO, pen.cor. Stat. Syl.1. Circumplexus opes, & parcius imperet ignis. Idem Imperat an terris sęuire an malit in vndis. Luca.2. Prouentu scelerum quęrunt vter imperet vrbi. Idem 4. Imperat, huc hostem pariter, terrorq; pudorque. Oui. Met. 2. Iungere equos Titan velocibus imperat horis. Ver. Geo.1. Exercetq; frequens tellurem, atque imperat aruis. Cicero in Ver. Cum frumentum sibi in cellam imperauisset. Idem pro.5. Rosc. Credo cui cœnā imperaret. antepnul. acuit.

IMPERSONALE, passiuæ vocis ab Actiuis. Vide Turbatus.

IMPERTERRITVS, pen.cor. Ver. Aen.10. Obuius ire parat, manet imperterritus ille. Ait Seruius, Prima est compositio, nō secunda, quod est territus: & tunc est vera compositio. Cuius sermonis natura corrumpitur, hoc est, in quę corrumpit naturā sermonis. Hęc Quint Inst.1. cap. 10. Interdū repugnantibus inter se duabus: quale est, imperteritus. antep. acuit.

IMPERITVS, pen.cor. Hor. Ser.1. Olim, qui magnis legionib. imperitarint. Oui. Fast. 4. Pastores qui post imperitauerit orbi. Syl.1. Maiorum, & pęnis postquàm imperare negatum. Idē.3. Imperitat cœlo, & socio stāt castra labore, Idē 8. Imperitet, bello, Libyas, Romanīq; leuari. Ver. Aen.12. Quis pecori imperitet, quem tota armenta sequantur. Lucr. 111. Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt. antepenult. acuit.

IMPERTIO, pen.cor. Mant. Vos mea frater no veniā impartire dolori. Idem. Impertitur ita fatis est cognoscere terras. Non partior dicitur Latinè, sed impertior, vel impertio a, in e, conuertitur: nam si simplex partio, vel partior. Hæc Despauterius in Syntaxi, & Fabius Insti .1. ca. de literis, & earum potestate: ibi, neque has modò nouerint mutationes, quas afferūt declinatio, & compositio, hoc est, declinatio, & pręposítio mutāt verbi positionē: vt facio, perficio, partio, impertio. Cicero de Or. vt mihi quoque tuæ suauitatis aliquid impertias. Idem. Att. Nil impertisti tuę prudentię ad salutem meā. Idē. Ille dolorē suum nemini impertiebat. Idem pro Syl. Oneris mei partem nemini impertio. antepenul. acuit: etiam legi quintæ actiuorum regulæ. passiuè nō solū, sed actiuæ. Cicero pro Archi. Multis gratuitò ciuitatē in Græcia homines impertie

bantur. Terentius in Adel. Cur cesso he ram his malis impertiri. Idem in eundem. Plurima Parmenonem summum suum impertit gnato. antepenult. acuit.

IMPETRO, pen. cor. Stat. Syl. 2. Limine cui soli cuncta impetrare facultas. Hor. Epist. 2. Impetrat, & pacem, & locupletem frugibus annum. Mant. Impetrare dies tetris sine matre quietos. Idē. Collocat & fieri dignos impetrat Olympo. Cicero Att. Impetrabis igitur a Cesare. Idē Acad. A me istam exemptionem non impetrabunt. Idem Epist. Et Dolobella rogatu meo ciuitatem a Cesare impetrauit. antepenul. acuit.

IMPETVS, pen. cor. Lucr. 6. Post vbi commouit vis eius, & impetus aer. Idem impetibus crebris, interdum vertice torto. Iuue. Sat. 15. Si viuunt omnes ergo acrior impetus & iam. Oui. Met. 1. Mox queamnes alij, qui qua tulit impetus illos. Idem 2. Imperus & rapido contrarius euehor orbi. Stat. Syl. 2. Seu ludimus ager, seu Tybridis impetus, altas. Idem Theb. 5. impetus, hinc properè stipamur, & ordine nullo. Mant. Impete & immissis segetes vinetaque passim Oui. Meta. 111. Impete nunc vasto, ceu concitus imbribus amnis. Stat. Theb. 7. Trāsiliunt campos, aurigamque impete vasto. Lucr. 6. Nubila ui cumulata premūtur & impete venti. Idem. Inde vbi non potuit nubes capere imperis auctū. Ab antiquo nominatiuo impes, qui non est in vsu. antepen. acu.

IMPIVS, pen. cor. Ver. Buc. Impius, hæc tam culta noualia miles habebit. Idem Geo. 1. impiaque æternam timuerunt sæcula noctem. Idem 111. Impia quàm cœlis gens est epulata iuuentis. Idem Aen. 4. Impius, exuuiasque omnes abole re nefandi. Stat. Theb. 1. Inpia iam merita scrutatus lumina dextra. Mant. Argus, & impietas, ego vos genuisse negabo. ant. penult. acuit.

IMPINGO, pen. pro. Mant. Fauste quis insyrtes auster te impigerat istas. Cicero Epist. Quid si filius meus fuissem mihi impingere volet. pen. acu.

IMPIGER, pen. cor. Oui. Met. 1. Impiger vmbrosa Parnasi constitit arce. Idem Sydereis transit, patriosque adit impiger ortus. Verg. Opusc. Confirmare locum capit impiger hunc & in orbem. Idem Aen. 1. Tum Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit. Stat. Syl. 5. Impiger, & multùm faucibus velocior ipsis. Luca. 1. Impiger & toto baleatis vbere fundæ. Sil. 1. Nunc sude, nunc iaculo, nūc saxis imperio instat. Stat. Theb. 1. Nil fure quod dictis flectar quare impiger ales. antepenult. acuit.

IMPLACABILIS, pen. cor. Stat. Theb. 1. Ciuis in vsque manus quis nam implacabilis ardor. antepenult. acuit.

IMPLEO, pen. cor. Sat. 2. Notum est, cur soli tabulas impleuerit Hister. Idem 14. Parcendum est teneris nondum impleuere medullas. Oui. Met. 2. Eridanum iplerat, syluamque sororibus auctam. Stat. Syl. 2. Ac primum, impleuitque toros, oculisque nitorem. Idem Theb. 4. iā que Atalanthæas implerat nuntius aures. Ver. Aen. 1. Implentur veteris bacchi, pinguisque ferinæ. Ait Seruius, impleor duos casus regit: dicimus enim impleor illius rei, vt Cicero. Squalloris plenus, ac pulueris. & Terentius, Plenus rimarum sum: & impleor illa re, vt hoc loco, & alibi, Plenaque sagittis. Iuuenalis Lectica Mathonis plena ipso. Verbum ablatiuum regere differentiæ planum est. Cicero de D. Tuis. n. oraculis Chrysippus totum volumen impleuit. Idem contra Rul. Cùm sese regum sanguine implerint. Ver. Aen. 4. Sic effata, signum lacrimis impleuit obortis. De genitiuo idem Epist. 9. Nec potes ollam denariorum implere. De nomine Laurentius libro 111. inquit, Tametsi cætera huiusmodi nomina ablatiuū semper habent, vt vacuus incolis, non incolarum: frequens populis, non populorum: præter quàm plenus, cui Cicero semper genitiuum dedit. Idem Quint. est præceptū: de cęteris authoribus, inquit, nō possum in vniuersum pronunciare cùm multi etiam ætatis eius dederint ablatiuum. Contra Laurentium Vallam, apud Ciceronem passim legitur in Ver. Ornamētis fanorum plena domus est. Idem Epistol. 262. Itaque habui noctem plenam timori-

timoribus. Idē Epi.libro 10. 194. Tum erant grauissimis verbis,& sententijs plenæ.Idem pro Sest. Ociosa vita,confecta. & plena voluptatibus. Idem ad Att. Sed hoc horribili vigilantia,celeritate, & diligentia est plenum. Luca.1. Compositis plenæ gemuerunt ossibus vrnæ. Restat igitur incolume Seruii præceptum. Impleo antepenult.acuit.

IMPLICO,pen.cor.Ver. Aen.11. Implicat, atque habilem mediæ circumligat hastæ. Idem. Implicuit bello, qui nos fugiatis amicos. Idem. Implicat,eiectoque incumbit cernuus armo. Idem 7. Implicat,& geniumque loci,primăq; deorū. Stat. Theb. 1. Longæuum implicui regem, secuique trementis. Idem 6. Mox latus, & firmo celer implicat ilia nexu. Flac. 111. Implicuit fumus en nimiæ, funius hospita. turba. Stat. Syl. 2. Osculaque impliciti vernos redolentia flores. Idem 111. Leuiter implicitos vultus sanctamque parentis. Mart.1. Implicitam visco perdidit ille fugam. Idem. Vreret implicitum cum scelerata lues. Idem 9. Pinguis,& implicitas virga teneret aues. Hor. de Art. Litibus implicitum mirabor, si sciret inter. Cicero Att. Fit vt Cęsar te implicet. Idē pro Dom. Nisi etiam muliebribus religionib. te implicuisses. Idē Att. Ita tū nobis amicitijs implicati sumus.antep.acu.

IMPLORO,pen.pro. Hor. Epist. 1. Implorauit opes hominis,frenumq; recepit. Idem 2. Cælestes implorat aquas docta prece blandus. Ver. Aen.7. Magna satis, dubitē haud equidem implorare quod vsquam est. Idem 12. Saucius orauitq; implorans nomine Turnum. Idem 10. Nāque aliud quid sit iam implorare queamus. Ait Seruius, Implorare est auxiliū cū miseratione deposcere: qua rōne bene dicimus, imploro te,vt misero feras auxilium:contra imploro te ad diem festum, nō procedit. Stat. Syl. 1. Quæ tua longinquis implorant iura querelis. Idem Theb. 7. Conseruitq; manus,nec quem imploraret habebat. Mant. Imploretis opem frustra, diuumq; hominumq;. Cicero in Ver. Deū atque hominum fidem implorabis. Idem pro Rab. Illa altera pars consulis auxilium implorat.penult.flect.

IMPLVMIS, pen.pro. Ver. Geo.4. obseruāns nido implumes detraxit, at illa.pen.flect.

IMPONO, pen.pro. Iuue. Sat.4. Brute tuum facilè è barbato imponere regi. Ver. Geo. 1. Puppibus & læti nautæ imposuere coronas. Stat. Theb. 1. Imposuere locis, illic Mauortius axis. Cicero in Ant. Antonius collegæ diadema imposuit. Idem de Or. Ne nomen quidem ei uitio imposuerunt. Idem de Fin. Metellum multi filij in regum imposuerunt.penult flect.

IMPORTVNVS,pen.pro. Hor. Ser. 2. Importunus amat laudari,donec ohe iam. Idem Epist. 1. Diues, & importunus ad vmbrā lucis ab ortu. Idem. Quem tenet argenti sitis importuna,famesque. Mant. Importuna fames labor improbus aeris ardor. Oui. Met. 2. Qua tibi,quaque places nostro importuna marito. Ver. Geo. 1. Obscęniq; canes, importunæq; volucres. Idē Aen. 11. Bellum importunum ciues cum gente deorum. Ait Seruius importunum autem est,quod caret portu idest quiete, vbi nullus est portus,& de homine dicit. Cicero pro Clu. Mulieris importunæ nefaria libido. Idem de Fin. homo importunus & crudelis. pen. flect.

IMPRECOR, pen. cor. Ver. Aen. 4. Imprecor, arma armis pugnent ipsique nepotes. antepenult. acu.

IMPRIMO, pen. cor. Stat. Theb. 1. Imprimat, aut magni cedat tibi Iuppiter æqua. Iuu. Sat. 9. Spes superest, tu tantùm Erucis imprime dētē. Mant. Imprimet, & fies Christi patiētis imago. Aesopus. Imprimit,& sopit mēbra leonis equus. Cicero de Diuin. Sus rostro humi a, literam impressit. Idem in Ant. Horum flagitiorum ille vestigijs tota Italiā impressit.antepen. acu.

IMPROBVS, pen. cor. Stat. Syl. 2. Improbus ante rogos,& adhuc viuente fauilla. Ver. Geo. 1. versando terram experti, nil improbus anser. Idem 111. Improbus ingluuiem,ranisque loquacibus explet. Idem Aen. 4. Improbe amor quid nō mortalia pectora cogis. Idem 12. Corripite O rutuli quos improbus aduena bello. Idē. Fertur in abruptū magno mons improbus actu. Mart. 5. Improbius nihil est hac Charopine gula. Iuue. Sat. 5. Improbulū superest illic, qui ponere cogat. Idē 10. Im-

probitas ipſos audet tentare parẽtes. Idem 13. Improbitas illo fuit admirabilis æuo. Idem. 1. Si uis eſſe aliquid, probitas laudatur, & alget. antepenult. acuit.

IMPROVISVS. pen. pro. Ver. Aen. 7. Improuiſi aduent., hic torre armatur abuſto. Idem. Georg. 4. Improuiſus ait coram, quem quæritis, adſum. Horat. Epiſtol. Improuiſa ſimul ſpecies exterret vtrunque. penult. flect.

IMPVTO, pen. cor. Iuu. Sat. 5. Et quamuis rerum tamen imputat ergo duos poſt. Mar. 4. Imputet & nobis ocia parua roga. Oui. Met. 2. Sæuit enim, natumque obiectat, & imputat illis. Iuu. Sat. 5. Fructus amicitię magnæ cibus imputet hunc rex. antepenult. acuit.

IMPVNÈ, pen. pro. Oui. Me. 2. Haud impunè feras, adimam ſibi nanque figuram. Idem Faſt. 4. Verum impunè ferat, nos hæc patiemur inultæ. Idem 2. Non impunè fuit, nam dicitur omine ab iſto. Iuu. Sat. 1. Hic elegos impunè diem cõſumpſerit ingẽſ. Ver. Aen. 11. Per Syluas Teucri, mitiſq; impunè Latini. idem 6. Quam ſup haud ullæ poterant impunè volantes. Iuuena. Sat. 13. Haud impunitum quondam forę quod dubitaret. penulti. flect. Hor. Sat. 2. Tergo plector enim', qui tu impunitior illo. antepenul. acu.

IMVS, pen. pro. Ver. Geo. 1. Sciuàque quæ currus à tergo torqueat imos. idem Aenei. 12. Cum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe recisum. Idem Opuſc. His natura ſuos aluo tenus ima per orbem. Iuue. Sat. 3. Tu neſcis nam ſi gradibus, trepidatur ab imis. Idem 8. Gaudia longa feras, tamen ima Phœbe Quiritem. Ouid. de Pont. 3. Atque iacens ima uipera ſerpit humo. Horat. de Art. Aemilium circa ludum faber, imus, ar ungues. Mant. Imò etiam cœlo, uenietque incognitus ore. Idem. Imò gubernator pecus hoc Europica tellus. Mar. 5. Sic Capitolinus Iuppiter imò tibi.

IMO, ad verbium ſimplici m, ſcribendum eſſe ex Gaſparino, in libro de Ortographia, & ita vſus eſt frequens hodie Latinis, & aduerbiorum more accentus differentiæ cauſa: quod ſeu coniunctio, ait Cornucopiæ ab imum fit, quæ apud veteres, prorſus ſignificat: nunc uerò, quinpotius. Si ab imum fit imò, ergo ſimplici ſcribatur m. Idem Calep. imò vnico m, idem eſt quinpotius, veteres per duplex m.

IN, cor. Ouid. Meta. 1. Inachidas ripas, nouaque vt conſpexit in vnda. Ver. Aen. 6. Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum, idem 11. Troia, captiuo ſiue vt ſe ferret in auro. Idem 3. Portus ab Eoo fluctu cur natus in arcum. Idem 11. Si nullam noſtris vltra ſpem ponis in armis. Ait Seruius Aened. 1. ibi, Sæua ſedens ſuper arma: dixit ſuper arma ſecundum licentiam antiquam. Sciendum tamen hodie in, & ſub, tantùm communes eſſe præpoſitiones: cæterùm ſuper, & ſubter iam accuſatiuæ ſunt, ſicut clam, & poſt, quæ anteà communes fuerunt: nunc in his mutata natura eſt, quem accentum habet. Vide A, præpoſitionem.

INACHVS, pen. cor. Ouid. Meta. 1. Inachus vnus abeſt, imoque reconditus antro. Idẽ. Inachidas ripas, nouaque ut conſpexit in vnda. Idem. Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipſe. Idem. Non tulit Inachides, matrique, ait, omnia demens. Idem 11. Inachis, ante torum pompa comitata ſacrorum. Idem Sat. 5. Littus ad Inachium puluis inanis eam. Idẽ. 1. Det iecur in lances Inache laute tuas. Ver. Aen. 11. Terra viros vltro Inachias ueniſſet ad urbes. Sta. Theb. 2. Somnus, at Inachio tenuis ſub pectore regi. Idem. In læuum prona nixus ſedet Inachus vrna. Idem. Inachidæ, quæ cuique domus, ſacrique facultas. antepenul. acuit.

INACCESSVS, pe. pro. Ver. Aen. 7. Diues inacceſſos vbi ſolis filia lucos. Ait Seruius, Inacceſſos, ad quos nullus debeat ſeu poſſit accedere penult. acuit.

INANIS, pen. pro. Iuue. Sat. 5. Defeciſſe puta, quod inani ſufficit aluo. Idem 11. Suſpectumq; iugum Cumis, et Gautus inanis. Hora. de Art. Nullum vltra verbũ, aut opera ſuperabat inanem. Mart. 1. Nil habet, & magnũ ſemper inane ſophos. Oui. Met. 2. Nec minus Heliades lugẽt, & inania morti. Ver. Aen. 6. His ſaltem accumulem donis, & fungar inani. Idem. 4. Tẽpus inane

peto

peto requiem, ſpatiumque furori. Idem. Buc. Montibus, & ſi vis ſtudio iactabat ina ni. Idem. Namque canebat vti magnū pér inane coacta Lucr.6. Claudicat exemplo pennarum Niſus inanis. Idem. Factus, ina nitusque locus magis, ac vacuatus. Idem. Hoc vbi inanitur ſpatium multuſque uaceſſit. penult. flect.

INARIME, pen. cor. Sil.12. Apparet procul Inarime, quæ turbine nigro. Oui. Met.14. Inarimen, Prochitenque legit, ſterilique locatas. Flac.3. Vt magis Inarime, magis vt mugitor anhelat. Stat. Sil.2. Hæc videt Inarimen illi proclita aſpera parcet. Ver. Aen.9. Inarime Iouis imperijs impoſta Tiphoeo. Ait Seruius, inarimes mōs fuit; qui terremotu diffiſus alteram inſulam fecit, quæ Prochita ab effuſione dicta eſt. antepenult. acuit.

INCANVS, pen. pro. Verg. Geo.3. Nec minus interea barbas, incanaq; mēta. Seruius exponit, valde cana. penult. Flect.

INCEDO, pen. pro. Hora. Sat.1. Incedo ſolus percunctor, quanti holus, ac far. Iuue. Sat.12. Incedet victis riualibus ergo vides quā. Ver. Aen.1. Eſt ego, quæ diuum incedo regina, Iouiſque. Ait Seruius, incedere propriè eſt nobilium perſonarū. Cicero Or. Et primò ſummiſſius, deinde preſſius, poſt ſenſim incedens exultauit audacius. Idem pro Seſt. Dij boni, quàm teter incedebat. Idem 2. Epiſt.22. Repente verò inceſſi omnibus lætitijs. penult. Flect.

INCHOO, pen. cor. Mar.2. Rem peragit nulla Sertorius, inchoat omnes. Mant. Nanque dies feſtos vna inchoat, altera finit. Sil.10. Inchoat, & rapidos curſus proponit equorum. Ver. Aen.6. Tum ſtigio regi nocturnas inchoat aras. Ait Seruius Geo.3. ibi, Cùm gemitu reboant ſyluæque, & magnus olympus. Eſt autem verbum Græcū reboo, Nam apud Latinos nullum verbū eſt, quod ante o, finalem habeat o, excepto inchoo: quod tamen maiores aliter ſcribebant, aſpirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant, incoho tria enim habebant nomina, in quibus c, literam ſequeretur aſpiratio: Sepulchrū, orchus, pulcher, è quibus pulcher tantùm hodie recipit aſpirationem. Quint. Inſtit. primo, cap.10. de aſpiratione loquens ait, qua de re Catulli nobile epigramma eſt, inde durat ad nos vſque, vehementer, & comprehendere, & mihi. Ioānes Pontanus in libro de Aſpiratione, aſpiramus etiam ch, ante in verbo inchoo. Si verum eſt, quod dicitur à chao, quod dixerunt rerum initium. Diomedes tamē refert Valeriū Flaccū eruditū virum voluiſſe, eique Trāquillum aſſenſum eſſe, vt hoc verbum in vltima ſyllaba aſpirationem haberet: quod eſſet à nomine choū, quod apud priſcos mūdum ſignificat, habebantque aſpirationē ante u: vſus tamen hodie extat eruditis in choo. Vide H, aſpirationē. Cicero Acad. Philoſophiam multis locis inchoaui. Idē Decla. Quod mihi nuper in Tuſculano inchoaſti de oratoribus. Idem. Meos libros, quos expectas, inchoaui. antepen. acu.

INCIDO, à cado, pe. cor. Iuue. Sat.4. incidit Adriaci ſpatiū admirabile rhombi. Idē 8. Quod poſſim titulis incidere præter honores. Idem 10. Martis, vt in laqueos nunquàm incidat, exigat autem. Hor. de Art. Inciderit, ne quarta loqui perſona laboret Idem Ser.2. Hæredes ſtaberi ſummam incidere ſepulchro. Idem. Senſit cùm ſummam patrimoni incidere ſaxo. Marti.1. incidit in flammas iuuenemque ſecuta, relicto. Ouid. Metamor.2. Incidit in matrem, quæ reſtitit Archade uiſo. Vergil. Aen.10. Incidit, atque uiam clypei mollita per oras. Idem 11. Incidit huic ſubitòque aſpectu territus hæſit. antepenulti. acuit. Cicero. Atti. Vadius cùm omnia obſignaret, in Vadianas res incidit. Idem pro Clu. M. Aurius captus in Qu. Sergij manus incidit. Vergi. Buc. Atque mala vites incidere falce nouellas. Incido à cædo, penult. flect.

INCIPIO, pen. cor. Vergi. Geo.1. Hinc canere incipiam, vos ò clariſſima mundi. Idem 3. Deſinit ante decem, poſt quattuor incipit annos. Sat. Syl.5. Incipiam nec Caſtaliæ vocalibus undis Iunena. Sat.4. Incipe Calliope, licèt hic conſidere non eſt. Idē 6. Et futere incipias, vt auunculus ille Neronis. Mart.2. incipiat poſitus quam te puiſſe calis. Idem 5. Incipio quoties alicui tua dona referre. Oui. Met.2. Nec deſinit, incipiat, ſed quod finit illa parata eſt. Hoc verbum famulare dicitur, ſemper enim cum

tum infinitiuo, & vbi solùm legitur, infinitiuum intelligi necesse est. Cicero pro Plan. Quod ne incipies quidem. Idem Att. Vincere incipit timorem dolor. Idē in Cat. Cùm iam pontem ingredi inciperent. antepen. acu.

INCITO, pen. cor. Ouid. de Art. I. Incitet & velo remigis addat ope n. Stat. Syl. 2. Incitus, aut cæco foueæ deceptus hiatu. Sil. 6. Motat vtroque caput, trepidosque inde incitus ira. Cicero Atti. Quòd si in eam me partem incitarem. Idem pro Flac. Nec desunt, qui istos in me, & in optimum quenque incitent. antepenultima acuit.

INCLINO, pen. pro Stat. Syl. 3. Temperet hæc æstus, pelagusque inclinet adortus. Idem Theb. 2. Claustra tonant, multusque polos inclinat orion. Mart. I. Inclinat varias pondere nigra comes. Horat. Seruius I. Si modò plura mihi bona sunt, inclinet amari. Iuuena. Sati. 9. Quod taceo, atque ipsos etiam inclinare maritos. Ouid. Metamor. 2. Inclinat cursus, & easdem circinat auras. Vergi. Aenei. II. Parsque boum fuluis genua inclinaret arenis. Mant. Natura ingenuas erat inclinatus ad artes. Ouid. Metamo. 15. Inclinata solent cum mœnibus oppida mer sis. Cicero de Sen. Cum sententia Senatus inclinaret ad pacem faciendam cum Pyrrho. Idem. Att. Tum igitur intelliges quid inclinent ad hoc meum consilium adiuuandum. penult. flect.

INCLYTVS, pen. cor. Mant. Inclyta solivagi lustrans vestigia Pauli. Idem. Inclytus Archeleos dux ingeniosus, & acer. Stat. Syl. I. Ante Iouem rogat, hoc Latiæ pater inclytus vrbis. Vergil. Aenei. 6. Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis. Idem. En huius natæ auspicijs, illa inclyta Roma. Ait Seruius, nam Clyton gloriosum dicunt. De quo Cicero in Oratore ad Brutum. Quid verò hoc elegantius? quod non naturâ, sed quodam instituto: Inclytus dicimus breui prima litera: insanus producta, inhumanus breui, infelix, longa. Et ne multis: quibus in verbis eæ primæ literæ sunt quæ in sapiente, atque felice productè dicitur: in cæteris omnibus breuiter. Sed quid enim est productè dici, atque breuiter, nisi plus, minusve moræ trahi in pronunciando? Vnde in particulam diutius in lingua, & pronunciatione retineri quando sequuntur hæ literæ s, & f, quia tum duorum temporum sit, breuis autem expediri, & enunciari, cùm vocales, aut con sonantes aliæ insequuntur: quia tum sit vnius temporis. hæc, inquam, metrum iu uant, non accentum, ait Seruius. Vide peragro: nam insanior, prima producta est, vt insanus, tamen nulla longa est ac centu, sed breuis natura: breuis quidem, Ait Despaut. pro graui sit. inclytus ante penul. acu.

INCLVDO, pen. pro. Vergil. Geo. 2. Includunt, vdoque docent inolescere libro. Idem Aen. 2. Includunt cæco lateri, penitusque caue. nas. Mant. Ille auibus pugnæ furas incluserat, auro: Luca 3. Inclu dit gelido, vastisq; Hircania syluis. Sil. 14. Inclusi gemitus, pelagiq; imitata foro rem. Iuue. Sat. 12. Delebit tabulas inclusus carcere nassæ. Vergil. Aenid. 9. Inclusus muris, hostilisque aggere septos. Cicero Att. Penè orationem in epistolam inclusi. Idem in Or. Eos in eam formam non poterat includere. Idem de Nat. Physica ratio inclusa in impias fabulas. Idem Tuscu. Quam opinionem in omnes definitiones superiores inclusimus. penultima flect.

INCOLA, pen. cor. Ouid. Metamor. Penel. Incola captiuo quæ boue victor arat. Hor. Ser. I. O pueri nituistis, & huc nouus incola venit. Ouid. Metam. I. Cui placeas inquire tamen, non incola montis. antepen. acuit.

INCOLVMIS, pen. cor. Hor. Episto. I. Incolumi Rhodos, & Mitylene pulchra facit quod. Ouid. de Pont. 4. Quem vix incolumi cuiquam, saluoque Daretis. Idem Fast. 2. Munus ob incolumes ille ferebat oues. Idem de Trist. 2. In columen toties vna procella ratem. Iuuena. Sat. 12. Nuper & incolumen sese mirauit is amici. Vergi. Geo. 4. Obseruant, rege incolumi, men' omnibus vna est. Idem Aen. 10. In columnem Ascanium liceat superesse nepotem. Hor. Serm. I. Fecit & incolumis lector quid viuit in vrbe. Luca. I. Incolumi

mi remanēt res corpore dum satis actis. antepenul.acuit.

INCREDVLVS, pen.cor.Mant. Cuncta labant si mens vlla est incredula nostræ. Hor.de Art. Quodcūque ostendis mihi, sic incredulus odi. antepenultima acu.

INCREMENTVM, pen.pro. Luca.4.Incrementa timens non primis robora ripis. Iuue. Sat. 14. Incrementum est teneris nōdum impleuere medullas. Vergi.Buc. Chara Deum soboles.magnum Iouis incrementum.penul.acuit.

INCREPITO, pen.cor.Sat.Syl.5.Increpito tunc damna dolens,aliena repono. Verg. Aen.1.Cùm Bitiæ dedit increpitans, ille impiger hausit. Idem 10.Hostis amare, quid increpitas? mortemque minaris.antepen. acuit.

INCREPO, pen.cor. Ouid.Penel. Increpet vsque licèt, tua sim, tua dicar, oportet. Idem in Ibin. Terque cruentatas increpuere manus.Vergi. Geo. 4. Marius ille æris raucicanor, increpat, & vox. Idem 12.Sanguineus Mauors clypeo increpat, atque fruentes. Idem. Ille simul fugiens Rutulos simul increpat omnes.Stat.Syl. 3.Increpat,ecce meum timido iam frigore pectus. Idē Theb.9.Abstulit ense manum simul increpat, hanc tibi Tydeus. Flac.3.Iamque moræ impatiens,cunctantes increpat ausus. Cicero in Sal. Nam quòd ætatem increpuisti, puto. Idē Qu. Fr. Cato Pompeij in me perfidiam, increpauit.Idem pro Mur.Simulatque increpuit suspicio tumultus. antepenultima acuit.

INCVBO, pen.cor.Stat.Syl.2.Incubat, atque vmbris sinuatur amantibus vndas. Idem 3. Fata salutifero mitis Deus incubat angui. Idē 4.Incubat amissæ,mersūque in corde dolorem. Hor. Ser.2. Potet acetum, age, si & stramentis incubet vnde. Ouid. Metamor. 1 Incubat infelix, limosaque flumina potat. Idem 2. Incubuitque loco, nomenque in marmore lectum. Idem 14. Incubuit ferro, deceptaque decipit omnem. Vergil. Aen. 12. Incubuit, voluitque manu conuellere ferrum. Idem 1. Incubuere mari, totumque à sedibus imis. Idem 7.Pellibus incubuit stratis sonnosque petiuit. Ait Seruius. incubare dicuntur propriè hi, qui dormiunt ad accipienda responsa. Vnde est, ille incubat Ioui, id est dormit in capitolio, vt responsa possit accipere. Cicero pro Clu. Qui illi pecuniæ, quem condiderat spe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. antepenul.acuit.

INCVRIA, pen.cor. Hor. de Art. Offendar maculis, quas aut incuria fudit. antepenult.acuit.

INCVSO, pen.pro.Stat.Achil.1.Thessalis, & geminis incusat fata querelis. Luca. viii. Incusat bimarem vadis frangentibus æstu. Vergil. Aenid. 1. Talibus incusat, gressumque ad mœnia tendit. Ait Seruius. Incusare propriè est superiorem arguere, vt Terentius, Pater ad filium. Quid me incusas Clitipho? Accusare verò, vel parem, vel inferiorem, vt in eodem ad maritum vxor: me miseram, quæ nunc, quam ob causam accuser, nescio. Et hoc proprietatis est: licèt vsus ista malè corrumpat. Sciendum tamen est Terentium propter solam proprietatem omnibus Comicis esse præpositum: quibus est, quantum ad cętera spectat, inferior. Idem 12. Aenęas, magnaque incusat voce Latinum. Idem Geor. 1. Incusum, aut atræ massam picis vrbe reportat. Pers. Sat. 2. Si tibi crateras argenti, incusaque pingui. penulr.flect.

INCVS, pen. cor. stat. Syl. 1. Ignis adhuc fessum, Siculaque incude rubentem. Idem 3.Non tam grande sonat motis incudibus Aetna. Idem Theb. 2. Gorgone osque orbes, siculaque incude relictos. Claud. Quæ non incudes streperent, quæ flamma vocaret. Iuue. Sat. 3. Qua fornace graues, qua non incude catenæ. Idem 10. Incude, & luteo Vulcano ad Rhetora misit.Idem 14. Incude assidua, semperque ardente camino. Hor. de Art. Et malè tornatos incudi reddere versus. Ouid.de Trist. 1. Allatum medijs opus est incudibus illud. Mart. 9. Tam graue percussis incudibus æra resultant.Ait Seru.Aen.1.ibi, Scintillam excudit Achates. Vnde & incus

cusdicitur, quod illic aliquid cudamus, idest,feriamus.Idem Aen.2. Et sunt pauca,quæ vs,producunt, vt senectus,iuuentus,salus,virtus,seruitus,incus, thus, rus, mus,pus.

INCVTIO,pe.co.Iuu.Sat.9.Nos colaphum incutimus lambéti,crustula seruo. Idem III. Alter at hic tignum capiti incutit ille metretam. Ver.Aen.1.Incute vim vẽtis, submersasque obrue puppes. Cicero de Vn.Quibusq; temporibus stellæ emer sæ errorẽ incutiant rationis expertibus. Idem Att.Incutere dolorem alicui.

INDAGO,pe. pro.Stat.Syl.2.Nõ grege Massylo, curuaque indagine clausus. Idem Achil.1.Deposita est, sic torua feras indaga latentes. Sil. 10. Lustrat inaccessos venantum indagine saltus. Mant. Legifer inclusit, grauiumq; indagine legum.Luca 6.Et Syluas, vastaque feras indagine clausit.Tibul.2.Quis furor est,quæ mens densos indagine colles. Ver.Aen.4.Dum trepidant alæ,saltusq; indagine cingunt. penult.flect.

INDE, pe.pro.Sta.Syl.2.Inde per obliquas erepit porticus arces. Idẽ. Inde vagis omen felix cuple a carinis.Iuu.Sat.1.Hinc atque inde patẽs, ac nuda penè cathedra. Oui.Meta.1.Talibus inde modis ora indignantia soluit. Idem.Inde Promethides placidis epimathida dictis. Idem 2. Educat inde da:ũ nymphę. Nyseides antris.Idẽ Fast.1. Inde vocor Ianus cui cum Cereale sacerdos. Ver.Aen.1.Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lætus.Idem 2.Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Aphæresis est pro deinde, at Seruius.Idẽ 10.Carthago premat Ausoniam, nihil vrbibus inde.Exponit Seruius, idest ab Ascanio,vbi ponitur aduerbiũ pro noĩe.

INDECOR,pen.cor.Ver.Aen.12.Nec genus indecores si me hæc haud mollia fatu. Idem 7. Non erimus regno indecores, nec vestra feretur. antepen.acuit. Vide Decus.

INDEFESSVS,pen.pro.Ver.Aen.11. Nunc validũ dextra rapit indefessa bipennem. penult.acuit.

INDELEBILIS, pen.cor.Oui.Metam.15. Astra ferar,nomenque erit indelebile nostrum.antepenul.acuit.

INDEVITATVS,pen.pro. Ouid.Met.2.in deuiato traiecit pectora telo.flect.

INDICO,pen.cor.Catul. Heroũ mira virtutes indicat artes.Iuu. Sat 15.Indica tygris agit rabida cũ tygride pacem. Stat. Syl. 4. Frænari, nondum gremium Iouis indica laurus.Luca. 9. Indiga cogatur laticis potare iuuentus. Cicero pro Clu.Puer rem omnem dominæ iudicauit.Idem de Leg. Atque hoc rei exitus indicauit. Idem. Vultus indicat mores. Idem. Epist.Indicabo temerarium meũ consilium tibi.antepen.acuit.

INDICO,is,pen.pro.Vergi.Aen.1.Tecta simul diuum templis indicit honorem. Idem 7.Indicit primis iuuenum & iubet arma parari. Idem.5.Indicitque forũ,& patribus dat iura vocatis. Ait Seruius,indicit verbum iuris,& per hoc potentem vult significare ciuitatem. Cicero Att. Antonius bellum reipublicæ indixit.Idem in Att. Iustitium indici dico oportere.penult.flect.

INDICIVM,pen.cor.Hor. de Art.Indiciis monstrare recentibus abdita rerũ. Oui. de Trist.III.Nec meus indicio latitantes versus amicos. Auso. Indicij vocem quę sine mente gero.Iuue. Sat.10.Delator⁹ quibus indicijs?quo teste probauit. Vergi.Geo. 2.Indicio est tractu surgens oleaster eodem. Idem. At sapor indiciũ faciet manifestus, & orat. Idem Aen. 8. Indiciis raptos, saxo occultabat opaco. Ait Seruius.Nam indicium ab indicando nomen accepit.antepenul.acuit.

INDIGEO,pen.cor.Flac.10.Multa solet cupere interdũ, quibus indiget vsus. Ver. Buc.Quin tu aliquid saltem potius,quorum indiget vsus. Ait Seruius, Sanè & eget illa re dicimus, & eget illo senatu, & eget illius rei: inde & indiget,nam & hoc vtrique iungitur casui.Mant.Omnibus, vt nemo sibi sit satis indigeatque. Cicero de Or.Iam illa non tam artis indigent,quàm laboris Idem Atti. Tamen indigeo tui consilij. Idem pro Qu. Fab. Mea adolescẽtia indiget illorũ bona existimatione. Idem de Inue.Nũc commisi vt me viuo alijs indigeres. indigeo antepenul.acuit.

INDIA,pen.cor.Ver.Geo.2. Diuisæ arboribus

ribus patriæ,sola India nigrum.antepenult.acuit.

INDIGENA, pen.cor.Oui.Met.2.Suspicit indigenæ Sidonida nomine dicunt. Idem 6.Indigeque ve dei cum talia rettulit hospes.Idem 10.Est ager indiginæ Damascenum nomine dicunt.Idem 14. Indigenas fixurus apros, tergumque premebat. Sil.3. Milicus indigenis latè regnarat in oris. Luca. 2. Indigenas Latij populos non deserit ante. Iuue. Sat.3. Quondam non indigenæ viuebant more priusquã. Ver.Aen.8.Hæc nemora indigenæ Fauni, Nymphæque tenebant. Ait Seruius, indigenæ,id est inde geniti dicti sunt. Et sciendum secundum Hesiodi Theogoniam primò deos genitos, inde emitheos, post heroas, inde homines innocentes,vltimò sceleratos:& ibi, Tunc manus Ausoniæ,& gentes venere Sicanæ. Omnes terræ habitatores, aut indigenæ,aut aduenæ: indigenæ sunt inde geniti, aduenæ de vno loco venientes; vt Saturnus, conuenæ de diuersis, vt Ausones, & Sicani. antepenultima acuit.

INDIGETES, pen. cor. Ouid. Metamorph. 15. Cesserunt dijque indigetes, genitorque Quirinæ. Vergilius Aeneid. 12. Indigetem Aeneam scis ipsa, & scire fateris. Ait Seruius, indigetes,duplici ratione dicuntur, vel secundum Lucretium, quòd nullius rei indigeant:vel certè indigetes sunt dij ex hominibus facti,& dicti indigetes,quasi a dijs agentes. Vergi. Geor.2. Dij patrii indigetes,ac Romule, Vestaque mater. vbi subdit Seruius: Abusiue autem omnes dij generaliter possunt dici indigetes.antepenult.acu.

INDIGNOR, pen.pro. Hor. de Art. Indignatur item priuatis,ac propè socco Lucre.3.Tu verò dubitabis,& indignabere obire.Cicero de Inuen.Per quem indignabitur, accusatorem conari. Idem Epist.Hem,nos homuculi indignamur, si quisnostrum interijt. penultima. acuit. Vergil.Geor.2. Atque indignatum magnis stridoribus æquor. Idem Aeneid. 12. vitaque cum gemitu, fugitque indignata sub vmbras. penultima. Iuue. Sar. 5.Structorem intereà, nequa inclinatio desit. Idem 1. Si natura negat,facit indignatio versus. antepenult acuit.

INDIGVS,pen.cor. Luca.9. Indiga cogatur laticis potare iuuentus. Stat. Syl. 5.concessit;raperis genitor non indigus æui.Sil.2. Agmina vastabat claua, nil indigus ensis. Lucr.1.Ipsa suis pellens opibus nil indiga nostris. Idem 5.Nauita nudus humi iacet,infans indigus omni.Mant. Non fortuna inopem cum sit indigus æris,& auri.Idem. Non miseræ subiecta neci, non indiga somni.antepenult.acuit.

INDOCILIS, pen.cor.Stat.Syl.5. Belliger, indocilem ferro seruire Neroni. Sil.1. Nec Cereri terra indocilis,nec inhospita Baccho.Ouid.Fast.3. Ergo animi indociles,& adhuc ratione carentes.Prop. 1. Et ciat indociles currere lympha vias. Vergil. Aen. 8. Is genus indocile, ac dispersum montibus altis. antepenult.acuit.

INDOLES, pen. cor. Luca.3. Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma. Stat. Theb.2.Membra solo periphas, nihil indole clarius illa. Sil. 2. Indole non adeò signi,sumus, aspice turmæ. Vergil. Aen. 5. Indole si dignum Latia, si sanguine prisco.Idem 10.Quid pius Aeneas tanta dabit indole signum. Ait Seruius. Indoles propriè est imago quædam virtutis futuræ.antepen.acu.

INDOMITVS, pen.cor.Luc.1.Acer, & indomitus, quos spes quoque ira vocasset. Idem 2.Indomitum regem,Romanaq; fata morantem.Idem.3.indomitos sciat esse viros, timeatque furentem. Iuue. Sat.2. Acer,& indomitus, libertatisque magister. Ouid.de Trist.5.More nec indomiti fræna recusat equi. Hor. Ser.2. Lassus ab indomita,vel si Romana fatigat. Idem Epist. 1.Indomita ceruice feros vbicunque locorum. Vergil. Aen.2. Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras.antepenult.acu.

INDVCO, penult.prod. Vergil. Buc.Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra. Idem. Spargite humum folijs,inducite fontibus vmbras. Cicero de

de Nat.difficultas induxit imperitos, vt errarent. Idem ad Her. Multos induxit in peccatum pecuniæ spes.Idem Att.An tonius induxit animum,sibi licere,quod vellet. penult.flect.

INDVCIAE, pen.cor.Mant.Non pacē, nō inducias, nō gente volebat.ante penult. acuit.

INDVLGEO, pen.cor. Stat.Syl.1. Indulgebit ebur Dacas,quæ gloria maior.Vergi. Aen.2.Quid tāitū insano iuuat idulgere labori.Idem 4.Indulge hospicio, causasque innecte morandi. Iuue. Sat.9. Vos humili asseclæ, vos indulgebitis vnquā. Mant. Indulgere videt pueros puerilibus vti. Idem. Indulgere bonis,quæ fert iustissima tellus.Stat.Syl.1.Hunc & bissenos sic idulgētia pergat. Cicero Tusc. Sibi imbecillitas indulget.Idem Qu.Fr. At enim Græcis solis indulgeo.Idem de Inuen.Cur his rebus sumptus suggeris? vestitu nimio indulges? anrepen.acu.

INDVO, pen.cor. Oui.Met.1.Induit ignotas hominum conuersa figuras. Idem 2. Induitur faciem tauri, mistusque iuuencis.Idem 13.Induerat neque enim clypei cœlamina nouit.Idem Fast.1. Induerat Tyrio distincta muryce pallam.Ver.Ge. 4.Induerat totidem autumno natura tenebat.Idem 5. Induet in florē, & ramos curuabit olentes.Idem Aen.3.Induit,implevitq; mero, diuosq; vocauit. Idem 9. Non fuit Aeneadum Troiana neque induit arma. Idem 10. Induat & cingdum per costas exigat ensem. Idem 11. Harum vna inueni supremū mœstus honorem.induit,Seruius inquit,fanè figuratè dixit, vestem induit:vt exuuias indutus Achillis:cùm in vsu sit,induit illa re,vt Indutosq; iubet truncos hostilibus armis.Cicero tamen ait Att. Quare talaria induamus. Et de Off. Duabus quasi nos iudutos esse personis.antepenu.acu. Oui.Met.1.Numina Iunonis varios induta colores.Hor.Epist.1.Quilibet indutus celeberrima per loca valet.Iuu.Sat.2. Cærulea indutus scutulata, & galbana rasa.penult.flect.

INDVPEDIO, pen.cor.Lucr.4.& multò citius,quantò minus indupediri.antepen. acu.Idē 5.Indupedita suis fatalibus omnia vinclis.Idem 2. At nō esse tamen perplexis indupedita.Idem 1.Inter se nexus, minus aut magis indupedita. penult. flect.

INDVPERATOR, pen.pro. Iuu. Sat.4. Induperatorem,cùm tot sextertia partem. Idem 10.Romanusq;,grauisq; ac barbarus induperator. Lucr. 4.Induperatores pugna,ac prælia obire. Idem 5. Induperatorem classis super æthera vertit. Ait Seruius Aen. 1.ibi,Terga suū pingues cētum cum matribus agnos. Alituum verò vbi legimus epenthesis est, sicut Mauortis,vel induperatoris: & est figura sic dicta quasi iterpositio literæ, vel syllabæ ad medium dictionis: vt longior fiat numero syllabarum, vel temporum ait Laurentius Valla lib.3. cap.75. Anchisem facio certum, ideo dixit Vergi.quo Syllaba breuis inter longas nō potest collocari in versu heroico. ita Imperator, Vide Ales.Nam alitum facit,vel Martis, aut imperatoris. Induperator penult. flectit.

INDVSTRIVS, pen.cor. Iuu. Sat.8.Custodes aquilas armis industrius,at tu.antepenult.acu.

INEO, pen.cor.Oui.Met.2.Nomine diuorum thalamos iniere pudicos. Idem. Te solet amplecti, Veneris cū fœdus initis. Idem 14. Et patulis inijt tectum sublime fenestras.Ver. Buc.Teque adeò decus hoc æui,te consule inibit. Idem. Sæpe leui somnum suadebit inire susurro. Stat. Syl.1.Tunc charas iniere fores,comitiq; canoro. Cicero pro Deio. Tu illius domū inire voluisti.Idē pro Sex.Ro.Filius conniuia cum patre non inibat. Idem in Ant.Cùm consules magistratum inierint.Idem pro Syl. Initum est consilium a Catilina.antepenult.acu. vide Eo, vide Audio.

INERMIS, penult. prod. Ouid. Meta.2. At nunc a puero Thebæ capientur inermi. Ait Seruius Aen. 1. ibi, Exanimumque auro corpus vendebat Achilles.Exanimus,& exanimis decimus:sicut unanimus,& unanimis, inermus,& inermis.ergo pro nostro arbitrio aut secundæ declinationis erunt,aut tertiæ: sed à tertia ablatiuum singularem *in i*, mittunt:

tunt:quia communis sunt generis. pen. acut.

[IN]ERS,pen.pro.Ver.Buc.Libertas, quæ sera,tamen respexit inertem. Idem Geor. 1.Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes.Idem Aen.9.Horrisono Teucrum mirantur inertia corda. Idem 2. Plurima perque uias sternuntur inertia passim. penult.acu.

[IN]EXORABILIS,pen.cor.Ver.Geor.2.Ac que metus omnis & inexorabile fatum. antepenul.acu.

[IN]EXPLETVS, pen. prod. Verg. Aen. 8. Hæret inexpletum lachrymans, ac talia fatur.penul.flect.

INEXTRICABILIS, pen. cor.Verg.Aen. 6. Hic labor, ille domus, & inextricabilis error. antepenul.acuit.

INFAMIA,pen.cor.Oui.Met.1.Contigerat nostras infamia temporis aures.Idē Enumerare, minor fuit ipsa infamia uero.Idem 2.Inque nihil merito vetus infamia saxo.Hor.Epist.1.Falsus honor iuuat,& mendax infamia terret.Mant.Vnde illi parta est æterna infamia sæclo.antepenul.acu.

INFAMIS,pen.prod.Pers.Sat.2.Infami digito,& lustralibus antè saliuis.Iuu. Sat. 2. Infamis Catillus ait quo deterior te. Mant.Cladibus, & lucris damnatum infamibus omni.pen.flect.

INFAMO, pen.prod. Ouid.de Pont.3.Desine mitem animum vano infamare timore.Stat.Syl.1.Non vos quæ culpa decus infamastis aquarum. Prop. 3. Iuppiter infamat seque, suamque domum. Stat. Theb. 7. Deformem cornu vagas infamabat Acarnan. Cice. Epist.Vt tua moderatio aliorum infamet iniuriam. penult.flect.

INFANDVM, pen.prod.Ver.Aen.1. Nauibus infandum,amissis vnius obiram.Ait Seruius,Infandum, pro infandè, ut in 6. Miserum,septena quotannis. Item,Toruumque repente clamat,pro toruè:& est figura,quæ fit quoties nomen pro aduerbio ponitur:magis autem poetica est: in prosa uerò aut rara est,aut nunquam; tamen hoc infandum,potest esse etiam interiectio dolentis.

INFANTARIA, pen.cor.Mart.4. Et quod mireris magis infantaria non est. antepenult.acuit.

INFANTIA, pen. cor.Iuue. Sat.3. Vsque adeò nihil est, quod nostra infantia cœlum.antepenul.acu.

INFERIAS, pen. cor. Stat. Syl. 5. Inferias præmittit olor,nec rupe quod atra.Oui. Met. 12. Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.Ver.Geo.4. Inferias Orfei mittit,lucumque reuisit. Idem Aen. 10.Viuentes rapit,inferias quos immolet vmbris. Ait Seruius,Inferiæ sunt sacra mortuorum, quæ inferis soluuntur. Sanè mos erat in sepulchris uirorum fortium captiuo necari,post quàm crudee uisum est,placuit,gladiatores ante sepulchra dimicare,qui abustis cineribus, bustuarii appellati sunt.antepenult.acu.

INFIDVS,pen.pro.Syl.14.Abstinuit Marte infido comitata Nemæis.Idem.Subsidium infidum fugientibus æquora Myle. Luca.1.Temperiem segetes tellus infida negabit.Ver.Geo.2.Flexit, & infidos agitans discordia fratres.Idem 1.Et quā do infidum remis impellere marmor. Ait Seruius, infidum, cui nullus potest, aut debet committere fidem:nam subitò fallit hominem.Idem Aen.1.Infidæ quā tum miseræ deus at memor ille. penulti. flect.

INFICIO, pen.cor. Oui. Met.2.Nec lapis albus erat,sua mens infecerat illam.Idē 15.Tradedum Phœbo Palantias inficit orbem.Idem.Inficit in liquida præuisos forsitan unda. Idem de Trist.4.Thuraq; in igne sonant,inficiuntq; diem. Idem de Pont.1.Nec tamen inficior si possint nostra coire. Iuue. Sat. 13. Nunc si depositum non inficietur amicus. Verg. Geo.1. Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.Idem Aen. 12. Inficit occultè medicans,spargitque salubris. Idem Opusc.Nec tamen inficior lapides ardescere certos. Stat. Theb. 9. Cui super adsistens,non inficiamur honorem. Cicero deFi.Puer infici debet bonis artibus.Idē Tusc. Sed nos vmbris,deliciis, ocio,langore,desidia animum infecimus.antepenult.acu.Oui.de Pon.Noticiam,pars est inficiata mei.Sta.The.1.Arceat alternū regni inficiatus honorem. Idem Syl. 3.

Inficiata

inficiata lyra sæuum, ingratumq; dolebas. penul. flect.

INFLATVS, pen. pro: Verg. Buc. Inflatum hesterno venas, vt semp Iaccho. Idē Geo. 2. Inflauit cū pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. Cicero Acad. Simul inflauit tibicen. Idem in Piso. Cùm tibi spe falsa animos rumor inflasset. Idem de Diui. Faba venter inflatur. penult. flect.

INFODIO, pen. cor. Ver. Geo. 2. Quàm læ tum infodias vitis genus optima putri. Vide Fodio. antepenult. acu.

INFORTVNIVM, pen. cor. Hor. de Art. Primi ipsi tibi tunc tua infortunia lædent. antepenult. acuit.

INFRA, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Infra ventriculum, & tenui distantia rima. Hor. Epist. 2. Infra sepositas extinctus amabitur idem. Stat. Syl. 1. Ipse Anien miranda fides, infraque, superque. quo sit accen tu. Vide a præpositio.

INFREMO, pen. cor. Luca. 1. Infremuit tū torta leuis si Lancea Mauri. Iuue. Sat. 1. Infremuit, rubet auditor, cui frigida mens est. antepen. acu.

INFRENIS, pen. pro. Mant. Et nimis infrenes qui relligiosa malignis. Ver. Aen. 4. Et Numidæ infreni cingunt & inhospita syrtis. Idem 10. Illum infrenis equi lapsu tellure iacentem. Ait Seruius, Dicimus autem & infrenis, & infrenus: sicut inermis & inermus. Ver. Aen. 12. Infrenant alij curnis, aut corpora saltu. penult. flect.

INFVLA, pen. cor. Ver. Geo. 3. Lanea dum niuea circundatur infula vitta. Idē Aen. 2. Labentem pietas nec Apollinis infula texit. Idem 10. Infula cui sacra redimibat tempora uitta. Ait Seruius, infula fascia in modum diadematis, a qua vittæ ex vtraq; parte depēdent: quæ plerūq; lata est, & plærunq; tortilis de albo, & coc co. antepen. acu.

INFVNDO, pen. prod. Iuue. Sat. 6. Infundit quæ non faciet, quod principis vxor. Pers. Sat. 3. Nigra quod infusa vanescat Sepia lympha. penult. acuit.

INFVDO, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Infudit quæ non faciet, quod principis vxor Pers. Sat. 3. Nigra quod in infusa vanescat sepia lympha. Infusus penult flect.

INGEMINO, pen. cor. Pers. Sat. 1. Euion ingeminat, reparabilis assonat Echo. Oui. Met. 1. Me miserum ingeminat, tu ne es quęsita p omnes. Ver. Geo. 1. Deiicit, ingeminant austri & densissimus imber. antepenul. acuit. Idem 3. Et vox assensu nemorum ingeminata remugit. penult. flectit.

INGEMO, pen. cor. Pers. Sat. 4. Ingemit hoc benefit tunicatū cū sale mordens. Oui. Fast. 5. Ingemuit Chiron, traxitq; è vulnere ferrū. Ver. Buc. Daphni tuū Pœnos etiam ingemuisse leones. Idem Geo. 1. Ingemere, & sulco attritus splēdescere uomer. Idem Aen. 1. Ingemit, & duplices tēdens ad sydera palmas. antepenul. acu.

INGENIVM, pen. cor. Luca. 9. Et grauis ingenium surgens caput Amphisilæna. Sil. 1. Ingenio motus auidus, fideque sinister. Hor. Ser. 1. Ingenium capsis quē, fama est esse, librisque. Mart. 1. Qui iubet ingenium mitius esse feris. Idem. O quantum est fucilis casibus ingenium. Oui. Met. 1. Sæuior ingeniis, & ad horrida promptior arma. Idem de Pont. 4. Istius ingeniū corporis esse negent. Ver. Geo. 1. Ingenium, aut rerum fato prudētia maior. antepenult. acu. Oui. in Ibin. Aeacus in pœnas ingeniosus erit. Idem Fast. 3. Terra sed ad segetes ingeniosus ager. Idē de Art. 2. Materiā, qua sis ingeniosus, habes. Stat. Syl. 2. Ingeniosa leuat, veluti descendat in imos. penult. flectit.

INGENITVS, pen. cor. Lucr. 1. Vnde mare, ingeniti fontes, externaq; longæ. antepenult. acuit.

INGENVVS, pen. cor. Mant. Natura ingenuas erat inclinatus ad artes. Iuue. Sat. 3 Herba nec ingenuum violarent marmora tophum Idem. Diuitis hic serui claudit latus ingenuorum. Mant. Ingenuas artes, ac prima elementa dedisse. antepen. acuit.

INGLACITO, pen. cor. Aesopus. Inglacitas corpus, corque senile gelu. antepenult. acuit.

INGERO, pen. cor. Claud. Ingerit, exterret cunabula discolor infans. Luca. 2. Nec iā ta incassum virtus eat, ingerat omnis. Hor. Ser. 1. Ingerere huc Appelle, tercentos

tos inferis,ohe. Iuue.Sat.6. Ingerit, atque suos ridés producit alumnos. Perf. Sat.5.Ingeris,ut pars sit centeno gutture niti. Cicero Att. Sed ingero præterita.antepenult.acuit.

INGLORIVS, pen. cor. Stat Syl.3. Luminis & paruæ custos inglorius aræ. Ouid. de Trist.5. Viue sine inuidia, mollesque inglorius annos. Verg.Geo.2. Flumina amem, syluasq; inglorius, ò vbi campi. Idem 4. Desidia,latamq; trahens inglorius aluum. Idem Aen.9. Ense leuis nudo,parmaq; inglorius alba.Idem 12.Maluit,& mutas agitare inglorius artes. antepenult.acu.

INGLVVIES, pen.cor. Claud.Ingluuiem non Egæus nō alta propinctis. Sil.6.Ingluuiem.immensi Veneris, grauidaq; venenis.Mant.Cuius erat dum præ ingluuiæ se ingurgitat esca. Hor.Ser.1. præclaram ingrata stringat malus ingluuiem.Ver.Geo.3.Improbus ingluuiem, ranisque loquacibus explet. Mant. Ingluuies hominis, nec se pateretur inultum. Idem. Ingluuiem,audito properat tibicine ad vlmum.antepen.acu.

INGRAVO,pen.cor.Ver.Aen.11.Ingrauat hæc sæuus Drances,solumq; vocari.antepenult.acuit.

INGRATVS, pen.pro.Iuue.Sat.7. Fusa venena silent malus ingratusque maritus. Ver. Aen.6.Flebant,& cineri ingrato suprema ferebant. Idem 2. Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo.Idem 12. Magnanimi Iouis ingratū ascendere cubile.penult.flect.

INGREDIOR, pen. cor. Ouid. Met.1. Ingredior traherent cùm sera crepuscula noctem Idem 2.Menalon ingrediens,& cæde superba ferarum. Idem.Ingreditur liquidum panonibus aera pictis.Idem 14. Rhegion ingreditur, feruentesque æstibus vnda. Ver.Geo.2.Ingredior sanctos casus recludere fontes.Idem 3.Altius ingredior, & mollia crura reponit. Idem 10. Turbidus ingreditur campo, quā magnus orion. Idem 6. Ingreditur linquens antrum,cæcosque volutat. Idem 4.Ingrediturque solo,& caput inter nubila condit. Hic vacat præpositio, quia pro graditur accipitur,ideoiungitur ablatiuo.Hæc Seruius Aen.6.ibi,Ingreditur linquens. Cicero in Ant.Tu ingredi illam domum ausus es. Idem Acad. Vt quam vitam ingrediar, diffinias. Idem de Clar.In vitam paulò serius tanquam in viam ingressus sum.Idem in Ant.Magna spe ingredior in reliquā orationē. antepen.acu.

INGRVO, pen.cor.Verg.Aen.2. Clarescūt sonitus,armorumque ingruit horror. Idem 12. Ingruere infensos hostes, & Marte secundo. Idem 2.Ingruit Aeneas armis,& prælia miscet.Idem Geo.2.Postremus merito, bis viribus ingruit vmbra. Mant.Ingruit vlla lues deuestatura colonos antepen.acu.

INGVEN, pen. pro. Hor. Ser.1. Inguen ad obscœnū subductis vsque facetus. Iuue. Sat.1.Partes quisque suas ad mensuram inguinis hæres. Oui. de Pont.3.Scyllaque, quæ Siculas inguine terret aquas. Idem de Art.1.Pube premit rabidos, inguinibusque cane.Idem Met.14.Inguinibus Trucis, vtroque extare coercet. Verg. Opuscu. Candida succinctam latrantibus inguiua monstris. penultima acuit.

INGVRGITO, pen.cor. Mant. Cuius erat dum præ ingluuie se ingurgitat esca. Idem. Thracius Euxinis Aegeū ingurgitat vndis.Cicero in Ant.Cum in eius copias se ingurgitasset.Idē deFin.Crudique postridie se rursus ingurgitent. Idē in Piso. Nunquam te in tot flagitia ingurgitasses.antepenult.acu.

INHIBEO, pen.cor. Oui. de Trist.5. Tum fletus inhibes, durior hoste meos. Verg. Aen.12. Parcite iam Rutuli,& uos tela inhibete Latini. Cicero in Verr.Si te illius vox miserabilis non inhiberet. Idē contra Rul. Sed tamen inhibet illis legibus spem nonnullam.antepen.acu.

INHIO, pen.cor.Verg. Aen.4. Pectoribus inhians, spirantia consulit exta. Idem Geo. Nec varios inhiant pulchra testudine postes. Ait Seruius, inhio illā dicimus.Cicero in Cat.Romulus paruus,atq; vberibus lupinis inhians,antepe.acu.

INHOSPITA, pen.cor.Ver.Aen.4.Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita syrtis.antepenult.acu.

INHVMATVS, pen. pro. Stat. Theb. 9. Exanimes socios, inhumataq; corpora Graium. Verg. Aen. 11. Nos animæ viles inhumata, infletaq; turba. Idem 6. Tu stygias inhumatus aquas, omnemque seuerum. penul. flect.

INIICIO, pen. cor. Oui. Met. 1. Iniicere naguipedũ captiuo brachia cœlo. Idẽ Fast. 6. Iniiciuntq; manus, puerumque auellere tentant. Stat. Theb. 5. Inijcio, & nostas regum gestamina vestes. Verg. Geo. 4. Vnge fouens circũ, & raras super inijce frondes. Idem Buc. Luserat, inijciũt ipsis ex vincula sertis. Idem Aen. 6. Inijce nanque potes, portusque require Velinos. Idem 10. Iniecere manũ parcæ, telisque sacrarunt. Idest texerunt debitũ tibi, ait Seruius, & sermone vsus est iurismam manus iniectio dicitur, quoties nulla iudicis autoritate expectata, rem nobis debitam vendicamus. Cicero pro Cecil. Cùm Cotta decem viris religionem iniecisset. Idem in Catil. Ne temere à me tantus tumultus ciuitati inijceretur. antepe. acu. Vide Abijcio.

INIMICVS, pen. pro. Verg. Geo. 1. Ecce inimicus atrox magno stridore per auras. Idem Aen. 1. Accipiunt inimicũ imbrem, rimisque fatiscunt. Idem 4. Quid struit? aut qua spe inimica in gente moratur. Idem 5. Ni me quæ salium fortuna inimica tulisset. Stat. Theb. 2. Fossor & hostiles inimicent classica turmas. Cicero de per. Cons. sinautẽ neges ab alienant se, & inimicantur. pen. flect. Hora. Episto. 1. Ira truces inimicitias, & funebre Bellum. Mart. 4. Protinus ingentes sunt inimicitiæ. antepenul. acuit.

INIQVVS, pen. pro. Luca. 1. Eumenis aut qualem iussu Iunonis iniquæ. Idem 2. Sufficiens idem pelago delatus iniquo. Iuuc. Sat. 14. Seruorum vèrres modio castigat iniquo. Idem 1. Difficile est satyram non scribere, nã quis iniquè. Mart. 2. Sidet iniqua tibi tristem fortuna reatum. Oui. de Pont. 4. Excidit asperitas huius iniqua loci. Verg. Geo. 1. Tribulaque, traheęque, & iniquo põdere rastri. Idem Aen. 1. Littora iactetur odijs Iunonis iniquæ. Idem 5. Interior spatioque subit Sergestus iniquo. Idem 4. Funera necdum se sub leges pacis iniquæ. penu. flectit.

INIVRIA, pen. cor. Verg. Aen. 1. Iudicium Paridis, spretęq; iniuria formæ. Idem 9. Debita complerant, cùm Turni iniuria matrem. i. Industria, exponit Seruius. hinc apud Comicos, iniurius qui audet aliquid contra ordinem iuris. antepenultima acuit.

INNABILIS, pen. cor. Verg. Geo. 4. Cocyti tardaque palus innabilis vnda. Idem Aen. 6. Fata obstant; tristiq; palus innabilis vnda. antepe. acu.

INNATVS. pen. pro. Vergil. Geo. 4. Cecropias innatus apes amor vrget habendi. penult. flectit.

INNOCVVS, pe. cor. Mart. 1. Innocuus censura potest permittere lusus. Ouid. de Trist. 2. Scinditur, innocuas vt agat facundia causas. Sil. 5. extra ter innocuos latè portare per ignes. Luca 8. Horreat innocua est ętas, nec iura, fidemque. Ver. Aen. 10. Omnes innocuæ sed non puppis tua Tarchon. Idem 7. Innocuum & cunctis, vndamque, auramque patentem. Ait Seruius, nõ quòd nulli noceat, sed cui vindicato nulli possit nocere. Aliter serpentes innocuos dicimus: sic de innocẽs, loquitur Seruius Aen. 6. ibi, Inopinaue surgit: sicut & nocens participium, quia inuenimus noceo, innocẽs nomen: quia innoceo non dicimus. Nullum enim participium est, quod à verbo non trahitur: licèt à sui verbi forma nõ veniat. antepen. acuit.

INNVBA, pen. cor. Ouid. Met. 14. Innuba permaneo, sed iam felicior ætas. Vergil. Opusc. Tu leo terribilis veniens, atque innuba virgo. Vide Connubium. ante penult. acu.

INNVO, pen. cor. Iuue. Sat. 6. Libertas emittur coram licèt innuat, atque. Cicero ad Her. Quid si iste suos hospites rogasset, imò innuisset modò. antepenultima acuit.

INO, Inus, pen. pro. Hor. de Art. Sit Medęa ferox, inuictaq; flebilis Ino. Oui. Met. 3. Furtim illum primis Ino matertera cunis. Idem 4. Per cognata suis exempla sororibus Ino. pen. acu. Stat. Syl. 2. Culmen ab Inoo fert semita recta lethæo.

thæo. Idem. Totius Inoo reptantem pectore Bacche. Flacc. 1. Fugerit Inoo linquens Athamanta Learcho. Idem 2. Regna nec Inois noster sinus inuidet vndis. Verg. Geo. 1. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Ait Seruius, Inoo autẽ patronymicum est à matre Ino. Idem Aen. 5. Et senior Glauci chorus, Inousque Palæmon. Melicerta Inus filius. Et notandum à matre patronymicum in autore idoneo.

INOLESCO, pen. pro. Vergi. Aen. 6. Multa diu cõcreta modis inolescere libro. Mãt. Sortibus, antiquo mos hic inoleuit ab æquo. penul. acuit.

INOPS, pen. cor. Oui. Met. 14. Solus inops, expes letho, peneque relictus. Sil. 2. Iam dudum, atque inopes penitus coquit intima pestis. Auso. Fœnoris, & velox inopes vsura trucidat. Iuue. Sat. 7. Paupertas, atque æris inops quo nocte, dieque. Idem. Carinatis, & hunc inopem vidistis Athenæ. Idem 8. Ponet auaritiæ miserere inopum sociorum. Vergil. Aen. 9. At tu, oro, solare inopem, & succurre relictæ. Idem 4. Sæuit inops animi, totam que incensa per vrbem. Idem 6. Hæc oĩs quam ceruis, inops, inhumataque turba est. Ait Seruius. inopem enim dicit sine pulueris iactu: nam ops terra est. penultima acuit.

INOPINVS, pen. pro. Stat. Syl. 1. Sed quę causa toros, inopinaque gaudia vati. Idem 3. Vnde hæc aula recens? fulgorq; inopinus agresti. Claud. Armeniasque niues inopino tramite ducti. Idem. Præuento rumore vias inopinus vtrunque. Verg. Aen. 8. Iungere castra paro, quàm fas inopina salutem. Idẽ 5. Vix primos inopina quies laxauerat artus. Idem 6. O virgo noua mi facies inopinaue surgit. Ait Seruius, nomen esse, non participium: nam inopinata diceret, quod non procedit: opinatus enim venit ab eo quod est opinor. Sed quia inopinor non dicimus, ideo nec inopinatus facit: sicut & nocens participium est, quia inuenimus noceo: innocens nomen, quia innoceo non dicimus. Nullum enim est participium, quod à verbo non trahatur, licet à sui verbi forma non veniat: vt placita, placeor non dicamus, tamen placeo inuenimus. Item regnata, triumphata: Vnde galeatus, & tunicatus, nomina comprobantur: nullum enim verbum horum origiuis reperitur. Inopinus. penult. flect.

INQVIO, pen. cor. Hor. Ser. 2. Communi sensu planè caret, inquimus, eheu. Marius Nizolius in Cice. Obs. admonet. inquis, inquit, cuius verbi prima persona est inquam: Sed vide Io. Despaut. lib. 6. antepen. acu.

INQVINO, pen. cor. Hor. Ser. 1. Mentior at si quis, merdis caput inquiner albis. Ouid. Fast. 3. Quid facis? amplexus inquinat illa tuos. Idem de Trist. 4. Ruris opes niteant, inquinet arma situs. Idem 14. Inquinat hic pressos latices radice nocenti. Claud. Inquinat egregios adiũcta superbia mores. Cicero pro Planc. Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Idem pro Deio. Vt domestica tua inhumanitas te nostræ ciuitatis humanitatem inquinares. antepenultima acu.

INQVIRO, pen. pro. Hor. Ser. 1. Euenit, inquirant vitia, vt tua rursus, & illi. Mart. 6. Inquiris, dubitas, cunctaris, meque diebus. Ouid. Met. 1. Filius ante diẽ patrios inquirit in annos. Idem. Cui placeas, inquire tamen, non incola montis. Idem. Desinat inquiri, petit hanc Saturnia munus. Cicero Tuscu. Quam vnam maximè natura inquirit. Idem in Verg. Dum in istum inquiro. Idem Off. tum autem inquirunt, aut consultant. penultima flect.

INSANVS, pen. pro. Hor. Ser. 1. In cruce suffigat Labeone insanior inter. Oui. Fast. 4. Omnis it insana nomine Gallus aqua. Sil. 1. Excipere insanos imbres, cœlique ruinas. Stat. Syl. 2. Mulceat insanos gemitus, stat pectore demens. Idem. Aequora, & insani spirant clementius austri. Idem Theb. 1. Aure parens, passimq; insano turbine raptas. Claud. Quàm penes insani fremitus, animique profanus. Vergilius Geor. 1. Proluit insano contorquens vertice syluas. Idem Buc. Huc ades, insani feriant si littore fluctus. Idem Aeneid. 2.

Quid tantùm insano iuuat indulgere labori. Idem 6. Tartara & insano iuuat indulgere labori. pen. f ect. Vide Inclytus. Idem Buc. Insanire libet quoniam tibi pocula ponam. Mant. Nam iuuenes isti facit insanire dicbus. Hor. Ser. 1. Non minus insanit, quàm qui moechatur, at hic si. Idem 2. Vincit enim stultos ratio insanire nepotes. Idem Episto. 1. Insanire putas solennia, me neque rides. Mant. Id cõmune malum semel insanuimus omnes. Hor. Ser. 2. Stulticia est hic summa insánia, qui sceleratus. Flac. 1. Tũ verò fremitus, vanique insania cœpti. Ver. Aen. 2. Et procul o miseri, quæ tanta insania ciues. Idem 10. Imo corde pudor, mistoque insania luctu. Mant. Ista superstitio leuis hæc insania nostros. Hor. de Art. Si tribus Antyciris caput insanabile nunquàm. Cicero Tusc. Omnes insipientes igitur insaniunt. Idẽ in Or. In alienos insanus insanisti. Idem in Epist. Insanire tibi videris. Idem pro Sest. Qui vaticinari, atque insanire dicebat. antepenult. acuit.

INSATIATVS, pen. pro. Stat. Theb. 6. Vberibus parcens etenim insatiatus eundi. penult. flect. Iuue. Sat. 14. Mox acquirendi dolet insatiabile votum. Lucr. 6. Insatiabiliter totius voluatur ibidem. antepenult. acuit.

INSCIVS, pen. cor. Ver. Geo. 3. Inualidus etiamque tremens, etiam inscius æui. Hor. Ser. 2. Quem mala stulticia, & quæcunque inscitia veri. Idem 1. Illum nequities, aut vafri inscitia iuris. antepen. acuit.

INSERO, pen. cor. Claud. Inseret heu semper Ptolomæi noxia mundo. Stat. Theb. 4. Inserere, amplexumque truces deducere conos. Vergilius Georg. 2. Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex. Idem. Inserat aut scrobibus mandet mutata subacti. Ait Seruius ibi. Et sæpe alterius ramos impunè videmus. Sanè insitas arbores dicimus: insertas verò causas, aut fabulas. Idem. Inseritur ex fœtu nucis arbutus horrida. Cicero in Ver. Naturæ vis est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit. Idem in Or. Inserere nouas opiniones, & euellere insitas. antepenult. acu.

INSEQVOR, penultim. cor. Vergil. Geor. 1. Insequitur, cumuloque ruit male pinguis arenæ. Flac. 2. Insequitur niger , & magnis cum fratribus eurus. Cicero in Ver. Pergam, atque insequar longius. Idem de Or. Nec verò te rhetoricis quibusdam libris insequor. Idem de Fin. Suspicio insequitur facta improborum. antepen. acu.

INSIDIOR, pen. cor. Ouid. Metamor. 13. Hostibus insidior, fossas munimine cingo. Marc. 13. Tutior est virtus insidiemur apris. Mant. insidiæ fallendi artes incendia cædes. Sil. 14. Cocalidum insidijs confessa Minoia turba. Hor. Ser. 1. Insidias fieri, preciumque auellier ante. Marc. 1. Qui potes insidias dona vocare tuas. Ouid. Metamor. 1. Insidiæque, & vis, & amor sceleratus habendi. Idem. Struxerit insidias notus feritate Lycaon. Idem Fast. 2. Non datur insidias, armaque tecta parant. antepenultima acuit. Vergilius Aeneid. 11. Arripuitque locum & syluis insedit iniquis. Vnde sunt insidiæ inquit Seruius. Idem 9. Ac veluti pleno lupus insidiatus ouile. Mant. Insidiata tibi est. hac tempestate carinam. Idem Ser. 2. Insidiatorem præroso fugerit hamo. Mant. Insidiatori raptor donatur olympo. Auso. Insidiatorem blandis erroribus anguem. Oui. Epist. O facies oculus insidiosa meis. Idem Metamor. 14. Ille domum circes, & ad insidiosa vocatus. Idem de Art. 1. Nunc quoque formosis insidiosa manet. Idem de Rem. 1. Affuit incautis insidiosus amor. Hor. Epist. 2. Vt patris attenti lenonis vt insidiosi. Stat. Theb. 6 Gaudentem lachrimans astra insidiosa docebat. Claud. insidiosa tuos alienent murmura sensus. pen. flect. Salust. in Iugur. Adherbalem uitæ suæ dolis insidiatum esse. Cicero in Catil. Mihi Catilina insidiatus es. Idem pro Mil. Hæc

sica

fita intentata est, hæc insidiata Pompeio est. Tibul. 1. Insidet celeri conspiciendus equo.

INSIGNIO, pen. cor. Sil. 14. Portus æquo reis fiteta insignire trophœis. Claud. de Rap. 1. insignibat acu veterem qua lege tumultum. Mant. Insignire modis, certo que extollere uultu. stat. Theb. 7. Captæ insignibant gentes, cęlatáque ferro. Ver. Ae. 7. Auro insignibat, iam setis oblita, iam bos. antepen. acu. Mant. Artibus his bifido caput insignitus amictu. penult. flect.

INSILIO, pe. cor. Hor. Ser. 1. Insiluit si uis, liceatq; perire poetis. antepenult. acuit.

INSINVO, pen. cor. Oui. Heroi. Sed nihil insinuo, foueo quoque laudibus istis. Luc. 1. Nota sit, an contrà, nascentibus insinuetur. Prop. 2. Tempore tam faciles insinuentur opes. Stat. Syl. 2. Qui potes & misero perge insinuare parentes. Ver. Ae. 2. Insinuat pauor, & scelus expedisse merentes. Ait Seruius Aen. 1. ibi, Franguntur rami, tum prora auertit, & vndis. pro auertitur, & est figura creberrima: potest nanque pro actiui significatione passiuum poni, vt est. Et pictis bellantur Amazones armis. Hic pro bellant poni: nec nos debet mouere, quòd bellor non facit: natura enim non prohibuit, nam compone hoc verbum, & inuenitur actiuum: facit enim debello. & contrà, pro passiui verbi significatione actiuum ponitur, vt est hoc loco, auertit pro auertitur, & insinuat pauor, pro insinuatur: & nox humida cælo præcipitat, pro præcipitatur. Vergil. Aenei. secundo. Et lateri adglomerant nostro, iuuenisque chorœbus, id est adglomerantur ait Seruius. & hęc verba tantummodo pro se inuicem poni: nam & neutralis verbis declinatio actiua est, & communis, deponentisue passiua: & aliud est, esse actiuum verbum, & aliud habere actiui verbi declinationem. Cicero ad Heren. Ergo his rebus nos insinuabimus ad causam. Idem Tusculan. Zeno insinuauit se in antiquam philosophiam. Idem contra Rul. Cum familiariter me in eorum sermonem insinuarem. antepenult. acuit.

INSIPIENS, pen. cor. Mantu. O genus insipiens unde hæc aoraxia fluxit. antepe nult. acuit.

INSISTO, pennul. cor. Hora. Ser. 2. Quod nimium institerit viuenti cautus adito. Vergil. Aene. 6. Nulli fas castos sceleratum insistere limen. Ait Seruius, insisto illam rem dicimus, non illius rei, quod qui dicunt decipiuntur, propter isto illi rei, & cum datiuo etiam legitur. Quint. Inst. primo. Ne vulgarem uiam ingressus alienis demū vestigijs insisterem. Cicero Acad. Si negas te vsque ad obscura progredi, illustribus igitur rebus insistis. Idem in Or. Quid est, cur claudicare, aut insistere velint. penult. acuit.

INSITIO, pen. cor. Ouid. de Rem 1. Venerit insitio, fac ramum ramus ad optet. Vergil. Geo. 1. Panditur insitio vitis diuersa notatur. Ait Seruius Geo. 2. ibi, Inseritur vero ex fœtu. insitio est duplex, aut insitio dicitur, cum in fixo trunco surculus secundæ arboris sterili inseritur, aut oculorum impositio, cum inciso cortice libro, alienæ arboris germen inserimus. antepenult. acuit.

INSITVS, pen. cor. Sil. 1. Atque armata dolis mens, & uis insita fandi. Prop. 3. Insitor hic soluit pomosa uota corona. Vergil. Geo. 1. Vertere in alterius mutatamque insita mala. antepenulti. acuit.

INSOLABILITER, pen. cor. Hor. Epistol. 1. Insolabiliter tamen isthuc mens, animusque. antepenulti. acu.

INSOLITVS, pen. cor. Luca. 1. Iudi tium insolita trepidum cinxere corona. Vergil. Geo. 1. Audiit insolitis tremuerunt montibus Alpes. antepenulti. acuit.

INSPERATVS, pen. pro. Verg. Aen. 8. Ergo insperata deprensum in luce repente. Idem 3. Ergo insperata tandem tellure potiri. pen. flect.

INSPICIO, penult. cor. Ouid. de Trist. 2. Vsque decem decies inspicienda uiris. Idem Meta. 15. Inspiciunt, mentesque deum scrutantur in illis Iuue. Sat. 1. Ille tamen faciem prius inspicit, & tre-

pidat ne. Stat. Theb. 8. Inſpicitur, tumidusne meas regnator olympo. Cicero pro Cornel. Neque noſtras leges inſpicere potuiſti. Idem pro Flac. Nam vt ſignum publicum inſpexit. Idem in Ant. Viſne igitur te inſpiciamus a puero. antepenul. acuit.

INSPICO, pen. pro. Vergil. Geor. 1. peruigilat, ferroque faces inſpicat acuto. penulti. flectit.

INSPIRO, penulti. pro. Stat. Syl. 1. Hic mulcet dictis, tacitumque inſpirat amorem. Ouid. Metamor. 1. Inſpirare iubet, fluctusque, & flumina ſigno. Vergilius Aenid. 1. Occultum inſpires ignem, fallasque veneno. penultima flect. Vide Spiro.

INSTABILIS, penulti. cor. Vergilius Aeneid. 4. Inſtabiles animos ludo prohibebis inani. Id eſt ſuadentes inanem vagandi licentiam. antepenultima acuit.

INSTAR, pen. pro Oui. Met. 14. Numinis inſtar eris ſemper mihi meque fatebor. Verg. Aen. 2. Inſtar montis equum diuina Palladis arte. Ait Seruius, inſtar eſt indeclinabile, licèt Probus inſtaris declinauerit, vt Neſtoris: & caret præpoſitione, ſicut peregrè: quamuis Serenus Lyricus ad inſtar dixerit. inſtar autem eſt ad ſimilitudinem: vnde non reſtaurata, ſed inſtaurata dicuntur ædificia ad antiquam ſimilitudinem facta. Idem 6. Quis ſtrepitus circa comitum? quantum inſtar in ipſo eſt. Ait Seruius. & eſt nomen quod non recipit præpoſitionem: ad inſtar enim non dicimus, quod Probus declarat. Valla libro 6. cap. 18. contra Seruium, Inſtar montis equum: Seruius inquit, inſtar .i. ad ſimilitudinem: quid ſimilitudinis equo ad montem? quod ſi etiam ſimilis eſſet, non tamen eum magnum potius, quàm paruum. meo quidem iudicio, Valla non bene Seruii mentem percepit: non enim Seruius comparauit equum monti, ne equum quidem ad ſimilitudinum montis factum. ſed equus diuina Palladis arte ædificatus trabibus ſectis equo animali cōparatus mons videbatur. expreſſit poeta magnitudinem per montem. comparatio quidem ait Cicero in Rhetoricis, ex ſimilibus fit: factam eſſe comparitionem à poeta ad equum animal nulla protinus eſt comparatio equi ad montem. At vide in Vallæ 6. cap. 18. cuius exempla fortaſſe pro Seruio faciunt, quæ Ciceronis ſunt, vt videri licèt in obſeruationibus Marij Nizolij, quæ breuitatis gratia omitto.

INSTAVRO, pen. pro. Sil. 4. Inſtaurant galeæ coni decus, & haſta mutatur. Verg. Aen. 10. Inſtaurant acies, Vulcani ſtirpe creatus. Idem 4. Inſtaurantque diem donis, pecudumque recluſis. Cicero Att. Cum id ſacrificium virgines inſtauraſſent. Idem in Verg. Cùm in Cn. Dolobellam ſcelus ſuum illud priſtinum renouauit, & inſtaurauit quæſtorium. pen. acu. Vide Inſtar.

INSTIGO, pen. pro. Stat. Syl. 4. Laxaturque chelys vires inſtigat, aliter que. Idem Theb. 10. Siue nouum comitem bonus inſtigabat Apollo. Idem. Bacchus, & Alcides? piget inſtigare minores. Vergi. Aen. 11. Fertur equo, variiſque inſtigat vocibus alas. Idem Opuſc. Exanimant preſſoſque inſtigant agmine ventos. Oui. Met. 1. Ignari inſtigant, oculiſque Actæona quærunt. Cicero ad Heren. Si eos vehementer inſtigare velimus. penul. flectit.

INSTITOR, pen. cor. Iuuena. Sat. 7. Inſtitori Hybernæ tegis, niueique cadurci. Ouid. de Art. 1. Inſtitor ad Dominam veniet diſcinctus emacem. Ait Vlpianus, inſtitor eſt, qui tabernæ, locòue ad emendum, vendendùmue præponitur: quique ſine loco ad eundem actum præponitur: ſic dictus quòd negocio gerendo inſtat. Ouid. de Art. 1. Quæque tegis medios inſtita longa pedes. Hor. Serm. 1. Quarum ſub ſura talos tegat inſtita veſte. Stat. Theb. 7. Candida purpureo ſubnectitur inſtita filo. Aeſopus. Inſtitor & preſſum pondere fuſte premit. Mant. Stringit in auguſtum noua candicat inſtita lapſum. antepen. acu.

INSTITVO, pen. cor. Luca. 4. Inſtituunt, & aper millo libamina Baccho. Iuue. Sat. 14. Moribus inſtituat ſerpente

teciconia pullos. Idem 1. Instituitque rudes melior locusta propinquas. Hora. de Art. Institui currente rota, cur vrceus exit. Vergi. Geor. 1. Instituit, cùm iam glandes, atque arbuta sacræ. Ouid. Met. 1. Instituit sacros celebri certamine ludos. Flac. 4. Instituere toro medijsque tapetibus ipsum. Cicero pro Quint. Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituerat sine impendio. Idem pro Flac. Cùm prætor sumptus instituit eos, qui antea non erant. Idem in Ant. Antonius earum rerum omnium domesticum mercatum instituit, illeaciem instruit. antepenul. acu.

INSTRVMENTVM, pen. pro. Mant. Instrumenta, tubas, & tympana quadrupedumque. Luca 10. Instrumenta rapit belli pax maxima turbæ. Hor. Serm. 1. Abiecto instrumento artis clausaque taberna. Ouid. Metamor. 3. Instrumenta necis, ferrumque, ignesque precantur. penultima acuit.

INSTRVO, pen. cor. Iuue. Sat. 5. Instruit ergo forum, prouincia sumitur illinc. Ait Valla lib. 5, cap. 1. Illud quo quidã vtuntur instruo, quale est, instruam te in via hac, qua gradieris. nobis, ait, apud idoneos autores incompertum est: dicimus enim instruo classem, instruo aciẽ, instruo causam, instruo militem: non autem discipulum, aut mentem alicuius, in quem Calepinus obijcit illud Fabii Quint. Inst. Lib. 3. ca. 5. Orationum lectione susceptos à se discipulos instruxerit. Idem. His omnibus admiscentur, vt quisque locus postulabit, dicendi ratio, quæ non eorum modò scientiam, quibus solis quidam dederant, studiosos instruant. Cicero de Or. Oratorem esse instructum voce, & lepore quodam volo. Idem. Oratorem omnibus ingenijs artibus instructum accedere ad dicendum. antepenult. acu.

INSVAVIS, penltima pro. Hor. Sermo. 1. Quod nisi concedes habeare insuauis acerbus. penultima flectit. con trahi.

INSVLA, pen. cor. Vergil. Aeneid. 10. Insula inexhaustis chalibum generosa metallis. Ouid. Metamor. 14. Insula visa mihi, tuque ò iustissime Troum. Luca. 5. Candida Foraica complectitur insula lauro. Vergilius Aeneid. 2. Insula diues opum, Priami dum regna manebant. Idem 3. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto. Ouid. Metamor. 15. Insula Romuleæ sacris adiecerit vrbis. Flac. 10. Insula, & vt sacro mandauit degeret antro. antepenultima acuit.

INSVBRES, pen. pro. Mant. Italiæ pacem, populisque Insubribus ora. Idem. Insubrum, Ligurumque domos rediere Solones. Idem. Totaque fulgentes ducens Insubria turmas. Idem: Insuber istud habet genus istud aquatica Manto. antepenultima acuit.

INSVETVS, pen. pro. Vergilius Aen. 6. Insuetum pariter gelidas enauit ad Arctos. Idem Bucoli. Candidus insuetum miratur limen olympi. Idem, Non insueta graues tentabunt pabula fœtas. Luca 5. Hæsit & insueto concepit pectore numen. penultima flectit.

INSVPER, pen. cor. Vergilius Aenei. 9. Insuper his: campi, quod rex habet ipse Latinus. Lucre. 6. Insuper extructa ingenij clamore locabant. antepenultima acuit.

INTEGER, pen. cor. Iuuena. Sat. 8. Integer ambiguæ si quando citabere testis. Idem 15. Integer aspiceres iam tota per agmina vultus. Sil. 10. Excipias tergo superos precor integer oro. Stat. Theb. 4. Fulmineus Tydeus iam lætus, & integer artus. Idem 5. Castigata toris contra non integer ille. Hor. Serm. 2. Integer est mentis Damasippi creditor? esto. Iuuena. Sat. 10. Integer & iacuit Catilina cadauera toto. Ouidius de Tristi. 4. Integer & melior nitidis gladiator in armis. Vergilius Aeneid. 9. Actutum pius Aeneas, atque integer æui. Idem 2. Exiliumque pati, vos ò quibus integer æui. Ait Seruius, Plenam ætatem significat ex sanguine, non est integer nisi iuuenis. Nam dicunt phisici minui sanguinem per ætatem: vnde & in senibus tremor est. Mant. Integritas non ambitio, quę tempore nostro. Stat. Theb. 8. Et

face mutata bellũ integrabat Enyo. Cicero de Inuen. Animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. antepenult. acu.

INTELLIGO, pen. cor. Iuue. Sat. 4. Venator quis enim iam non intelligat artes. Cicero de Or. Hęc dumtaxat in Gręcis intelligo. Idem de Parad. Quē enim intelligimus diuitem? Idem de Nat. Illud non queo intelligere. antepen. acu. Oui. de Trist. 3. Intellecturis auribus vtar, adest. pen. flect.

INTEMERATVS, pen. pro. Ver. Aen. 9. Intemerata colit, vellem haud correpta fuisset. Idem 2. Intemerata fides oro, miserere laborum. Idem 3. Intemerata focis perfecto lætus honore. penult. flect.

INTEPEO, pen. cor. Ver. Aen. 10. Vt semel intepuit mucro, quin ecce Nyphæi. ante penul. acu. Vide Tepeo.

INTER, pen. pro. Oui. Met. 1. Nix tegit alta duas, totidem inter vtranque locauit. Idem. Nat lupus inter oues, fuluos vehit vnda leones. Vergi. Aene. 2. Nanque manus inter mœstorumque ora parentum. Vide A.

INTERCEDO, pe. pro Stat. Theb. 8. Oĩa cernebam, subitusque intercidit ignis. Cicero pro Clu. Vnus, & alter dies intercesserat. Idem pro Quint. Rosc. Quæ ratio intercesserat. pen. flect.

INTEREA, pen. cor. Oui. Fast. 5. respicit interea clauam spaliumque leonis. Idem Met. 5. Quæritur intereà, quis tantæ pōdere molis. Sil. 14. Intereà dum incerta labat sententia clausis. Luca. 2. Intereà trepido descedens agmina magnus. Sta. The. 2. Intereà gelidis Maia satus aliger vmbris. Ver. Geo. 1. Nec nulla intereà est, inaratæ gratia terræ. Idem Aen. 12. Nec minus intereà maternis læuus in armis. Idem 10. Intereà genitor Tyberini ad fluminis vndam. Ait Seruius, intereà .i. dum hæc geruntur, & omnino sic est apud poetas, vt apud Salustium, eodem tempore: & cùm est aduerbium finalem a producit. antepenult. acuit. est enim composita præpositio, vnumq; verbum sub acuto proferendum: quæ per regimen casus omnibus grauatur syllabis, vt intereà. Vide A. Priscianus admonet libro de 12. carminibus: intereà figuræ compositæ ex integro & corrupto, si ea pluraliter accipiamus, inter integrum est, quia per regimen casus: & omnibus grauatur syllabis, vt inter eà: aduerbiũ verò vt interea: ea corruptũ est: cùm in ea, a breue neutro genere pluraliter, & produci aduerbium: vbi clarius in commento: ea accusatiuus pluralis corripitur regulariter: nũc vbi adiungitur præpositioni naturam mutat. ideo ex integro, & corrupto fit intereà; & alia id genus, vt propterea, præterea, anteà, quæ ex duobus corruptis ex ante & ea componi, admonet Calepinus: quæ pariter ambæ corrũpũtur: vt ante in anteà e deficit: a, verò in ea produci: itaque duplicem esse corruptionem syllabicã & tēporaneam.

INTEREO, pen. cor. Hor. de Art. Prima cadunt, ita verborũ vetus interit ætas. Oui. Met. 3. Interiit, at vos pro fama vincite vestra. Catul. Spurcata impuris moribus intereat. Ver. Geo. 1. Carduus, intereunt segetes, vbi aspera sylua. Idem 3. Intereunt pecudes, stãt circumfusa pruinis. Cicero de Nat. Ignem interiturum esse, nisi alatur. Idem. Nõ intelligo, quo modo calore extincto corpora intereãt. antepen. acu.

INTERFICIO, pe. cor. Ver. Geo. 4. Fer stabulis inimicũ ignem, atque interfice messes. Cicero pro Dom. Quod cùm toties per insidias interficere voluistis. antepen. acu.

INTERIOR, pen. cor. Ver. Aen. 5. Interior, spatioque subit Sergestus iniquo. Idem 11. Eludit giro interior, sequiturque sequentem. Stat. Theb. 6. Interius ductis Phœbeius augur habenis. Aesopus. Interius totus dissociatus ei. antepen. acu.

INTERITVS, pen. cor. Lucr. 5. Donec ad interitũ genus. id natura redegit. Hor. de Art. Narrabo interitum deus immortalis haberi. Idem. Nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri. Ait Seruius Aen. 5. ibi, Concilia, Helisiumque colo. Vnde & interitus dicitur res inter animam & corpus veniens. antepenul. acu.

INTERIMO, pen. cor. Oui. Fast. 2. Interimam famulum, cum quo deprensa fereris.

ris.Idem Met.13. Interimo non ante tamen, quàm cuncta coegi. Ver. Aen.10. Oppositum interimit pugnæ, nodumque, moramque. Lucr.2. Nec sic interimit mors res, vt materiai. Idem 1. Dissoluat natura, neque ad nihilum interimat res. Cicero de Nat. Mercurius, qui Argum dicitur interemisse. Idē pro Se. Rosc. Quint. Scæuola a ciuibus suis interemptus est. Idē. de Fin. Lucretia se ipsam interemit. antepenult. acu.

INTEGRO, pen. pro. muta, & liquida. Vide Peragro. Lucr.2. Omnia, debet enim cibus integrare nouando. Ver. Aen.4. Integrat & mœstis latè loca questibus implet. antepen. acu.

INTERPES, pen. pro. Hor. de Art. Post affert animi motus iterprete lingua. Ver. Aen.10. Tertius ille hominum, diuumque interpres Asylas. Idem.3. Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi. Ait Seruius. Vaticinator est, qui mentem deorum mortalibus publicat. Sed quia interpres generale nomen est, currit per species. Nā vt ait, omnis diuinandi peritia in duas partes diuiditur: nam aut furor, vt in vaticinantibus auguribus, & omnia ista ex se pendent. Stat. Theb. 9. Cur penitus magnoque interpretor omine quercū. Cicero de Amic. Iam virtutem ex cōsuetudine nostri interpretemur. Idem Tusc. Rectène interpretor sententiam. Idem Att. Tuam epistolam interpretari ipse vix poteram. antepenult. acu.

INTERROGO, pe. cor. Stat. Theb.6. Nunc armenta mouet, vacuosque interrogat agros. Iuue. Sat.10. A capreis benè habet, nil plus interrogo, sed quod. Cicero. Quin. fr. Clodius interrogat suos. Idem in Part. Sic ego te vicissim eisdem de rebus interrogabo. Idem in Vat. Quid enim te de Hispaniensibus furtis interrogem? antepenult. acu.

INTERSVM, pen. pro. Iuue. Sat.14. Plurimùm enim intererit, quibus artibus, & quibus hunc tu. Hor de Art. Intererit Satyris paulùm pudibunda proteruis. Idem. Intererit multū, Dauus ne loquatur, an heros? Cicero de Sen. Sæpe interfui querelis meorum æqualium. Idē Att. Tu plura audis, & interes consilijs. Idem pro S. Rosc. Quibus in rebus interesse non possumus. Idē Att. Magni interet Ciceronis, vel mea potius. Idē. Hoc inter me, & illos interest. Idem pro Milo. Semper Milo quantum interesset P. Clodij, se perire cogitabat. pen. acu.

INTESTATVS, pen. pro. Iuue. Sat.3. Intestatus eas, adeo tot fata, quot illa. Idem 1. Hinc subitæ mortes, atque intestata senectus. pen. flect. Hor. Ser.2. Vestrū prætor, is instabilis, & sacer esto. antepenul. acuit.

INTESTINVS, pen. pro. Catul. Sub repstemi, atque intestina perurens. Idem. Intestina canes cætera membra lupi. Lucr.4. Horum intestinum quod vis quale esse putandum est. penult. flect.

INTYBA, pen. cor. Verg. Geo.4. Quoque modo potis gauderent intyba riuis. Idē 1. Strymoniæque grues & amaris intyba fibris. Ait Seruius malè quidam. intybam auem quendam amarii ecoris accipiunt. Nam intyba dicit cicorea herbas quasdam noxias: quarum radices multę & tenues ambiunt segetes & necant. Fibris autem abusiuè ait, quòd radices intyborum hac, atque illac decurrunt: vt fibræ per iecur, idest venæ quædam, & nerui. intybus, intybum, & intyba dicūt: sic intuba. antepen. acu.

INTIMVS, pen. cor. Ver. Geo.4. Quin ipsę stupuere domus, atque intima læti. Idē. Intima more suo sese in cunabula condent. Sil.2. Iamdudum, atque inopes penitus coquit intima pestis. Pers. Sat. 1. Intrant & tremulo scalpuntur vbi intima versu. antepen. acu.

INTOLERABILIS, pen. cor. Iuue. Sat.6. Intolerabilius nihil est, quàm fœmina diues. antepen. acu.

INTONVIT, pen. cor. Verg. Aen.9. Intonuit læuum, sonat una lethifer arcus. antepen. acu.

INTRA, pen. pro. Hor. Epist.2. Et versentur adhuc intra penetralia vestæ. Iuue. Sat.9. Et salibus vehemens intra pomęria natis. Verg. Aen.11. Coniugis infandæ prima intra limina dextra. Idem. Iāque intra iactum cœli progressus vterque. quem accentū habet. Vide Regulas.

INTRA-

INTRACTABILIS, pen.cor. Ver.Aen.1. Sed fines Libyci, genus intractabile bello. Idem Geor.1. Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. antepenult.acuit.

INTREPIDVS, pen.cor.Iuue.Sat.13. Atque ideo intrepidi, quæcunque altaria tangunt. antepen. acuit. Vide Trepidus.

INTRO, pen.pro.Iuue. Sat.6.Intrauit calidũ veteri centone lupanar Ouid.Met. 3.Qui simul intrauit rorantia fontibus antra.Idem.1. Intrauere sui non est hor tamine longo. Stat.Syl.1. Hasque intrare domos, ipsi erraretis amores. Idem.4. Intrauit repetita larem sic fertilis oro. Idem Theb 9. Corpora nec ponto sum mota intrabat amatam.Oui.Met.15.Iã que caput rerum Romanam intrauerat vrbem.Idem. At proceres quoniam muros intrare vereris.Mart.14.Masculus in trauit fontes, emersit vtrumque. Cicero de Nat. Cùm Gracchus pomerium intrasset. Idem pro R. P. Rabirius regnũ intrauit. Idem pro Dom. Intrare in Capitolium non debuisti. Idem Quin. Fr. Qui in tuam familiaritatem penitus intrauit.pen.acu.Intrò ad verbium more aliorum accentum habet. Terentius And. Vos isthæc intrò auferte. Vide Quintianum Epographia 5. Vide Intus, Vide Regulas nostras.

INTROITVS, pen.cor. Oui. Fast.1. Ianitor egressus, introitusque videt. Iuue. Sat.11. Creditur introitum solet expectare macelli. Ver. Opusc. Sed res introitus soluunt adituque patenti. Sil.4. Introitu facili quam traxit ab æquore piscem. Idem 14. Tot vno introitu capiuntur militis arces. antepenultima, acuit.

INTVITVS, penul. cor. Claud. Pascitur intuitus sic rex ad prima tumebat.antepenult.acuit.

INTVS, pen.pro.Pers.Sat.1.Quid non intus habet? non hic est, Ilias Acci.Idem 3. Ad populum Phaleris, ego te intus, & in cute noui.Hor.de Art.Format enim natura prius non intus ad omnem. Oui. Met.2.Concussæ patuere fores, videt intus edentem.Idem Fast.6.Nos tamen ad ductos intus agemus equos. Idem de Trist. Formaque nõ taciti funeris intus erat.Verg.Aen.7.Exultantque æstu latices furit intus aquai.Idem.1.Intus aquæ dulces, viuoque sedilia saxo. De quo Quintilianus Inst.1.cap.10.inquit, hoc amplius intrò & intus loci aduerbia, eo tamen intus, & intrò sum solecismi sunt sed dicimus eo tamen intro, & sum intus: intus est loci, intrò ad locum.

INVADO, pen. pro. Sil.2. Nec facilem populis, nec nomina inuadite laudem. Idẽ 12. Vt rupto terras inuadunt carcere mẽti. Ver. Aen.11. Troes agunt, princeps turmas inuasit Asylas. Idem 10. Signa canunt primus turmas inuasit agrestes. Idem 6. Tumque inuade viam, vaginaque eripe ferrum. Idem 12. Inuadunt matrem clypeis, atque ære sonoro. Cicero in Sal. Qui ista iusitata rabie petulanter in vxorem meam inuasisti. Idem Qu.Fr. Imperator noctu vrbẽ hostium inuasit. Idem de D. Auis fame enecta in offam pultis inuadit. pennult. flectit.

INVALIDVS, pen.cor. Ouid. de Trist.5. Des licèt inualido pectus mihi robore fultum. Idem in Epistol. Dij melius, validoque precor vibrata lacerto. Vide Validus.anrepen.acu.

INVENIO, pen. cor. Mart.1. Quis tantas liquidis artes inuenit in vndis. Ver. Aen. 10. Fata viam inuenient, stygijs per flumina fratris. Idem 4. Inueni germana viam, gratare sorori. Idem Geo.1. Exesa inueniet scabra rubigine pila. Luca.1. esse ducis motus, & causas inuenit armis. Stat Syl.5. Inuenire viam, liuentia fata, piumque. Idem Theb.9. Gurgitis effugiens inuenerat hasta cruorẽ. Iuue. Sat. 8. Facundum inuenias, solet hic defendere causas. Hor. Ser.2. Primus & inuenior piper, album cum sale nigro. Cicero de Clar. Nihil autem inueniri potest. Idem de Fin. Torquatus qui hoc primus cognomen inuenerit. antepenult. acuit.

INVIDEO, pen. cor. Verg. Buc. Non equidem inuideo, miror magis vndique totis. Idem Aenid. 4. Ascanio ne pater Romanas inuidet arces. Ait Seruius honestior

nestior est elocutio, si addamus quam rem inuidemus. Idem Opusc. Liber pampineas inuidit collibus vmbras. Ait Seruius, Inuideo tibi illam rem dicimus. Idem Aenid.8. Inuidet imperium, feraxque ad fortia vires. Idem 5. Nec bonus Eurytion prælato inuidit honori. Stat Syl.1. Inuidere viro, iamdudum post recliuis. Idem Arua nec inuideant quæ te genuere Dicarchi. Idem 5. Inuidet, & velis adnubilat aura secundis. Claud. Conuenit, inuideat claris, fortesque trucidant. Hor. de Art. Si possum, inuideor? cum lingua Catonis, & Enni. Cicero contra Rul. Illi, qui honori inuiderunt meo. Idem Tusc. Vt nobis optimam naturam inuidisse videantur. Idem de Or. Interdum in hoc tibi Crasse paulùm inuideo. Ouid. de Pont.4. Inuide, quid laceras Nasonis carmina rapti. Idem Episto. Inuidus, iracundus eris, vinosus amator. Stat. Syl.2. Inuidus, atque arctæ desunt in munera flammæ. Idem 3. Cecropio stagnata luto cur inuida Memphis. Idē Theb. 10. Inuida, fata pijs, & fors ingentibus ausis. Mart.10. Inuida quem Lachesis raptum Trieteride nona. Vergil. Bucol. Arcades, inuidia rumpantur vt ilia Codro. Idem Geor. 3. Inuidia infelix furias, omnemque seuerum. Luca. 1. Inuida fatorum series summisque negatum. Iuue. Sat.10. Inuidiæ mergit longa, atque insignis honorum. Stat. Syl. 2. Inuidia felix, animi vitalia vidit. antepenult. acuit. Vergil. Geor. 4. Aut durum tineæ genus, aut inuisa Minerua. Idem Aen.4. Deserit, ac Delum maternum inuisit Apollo. Idem 6. Hic quibus inuisi fratres, dum uita manebat. Mart.14. Flectit ab inuiso morientia lumina disco. Iuue. Sat.14. Inuidiosa dabit minimus solatia sanguis. Luca.9. Inuidiosus eras, mene, inquit degener vnum. Mart.1. Inuidiosa feri radiabant atria Regis. Ouid. Fast. 1. Dempserat oppositas inuidiosa feras. Idem Metamor. 15. Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas. penultima. flectit.

INVIGILO, pen. cor. Sil. 10. Sed meus in uigilat curis, noctisque quietem. Idem 14. Inuigilat cautis fronte imperterritus armis. Vergil. Geor.4. Namque aliæ victu inuigilant, & fœdere pacto. Stat. Theb.8. Inuigilare malis, illum. æreus vndique clamor. antepen ultima acuit.

INVIOLABILE, penulti. cor. Vergilius Aenid. 11. Turne simul pacis solum inuiolabile pignus. antepenultima acuit. Idem Opuscu. Inuiolata vacat cura, quòd sæua mariti. penultima flectit.

INVITVS, penulti. pro. Hor. de Art. Tu nihil inuita dices, faciesque Minerua. Mart. 1. Iuuitas nullum, nisi cum quo Cotta lauaris. Oui. Met. 1. Quanquam inuita probat, nec non & cuius, & vnde. Idem 2. Gaudet & inuito grates agit ille parenti. Idem Fast.1. Quid facis? inuito pectore passa Iouem. Idem de Pont.4. Si minus inuito te quoque gratus ero. Idem Met. 11. Inuitat somnos crepitantibus vnda lapillis. Vergil. Aen.5. Inuitat qui forte velint, & præmia ponit. Idem 9. Freti armis vltroque inuitant moenibus hostem. Idem Geor.1. Inuitat genialis hyems, curasque resoluit. Idem 4. Vicina inuitet decedere ripa calori. Stat. Syl.3. Prouocat, & dignis inuitat Pallada templis. Sil.8. Lætus ama, si qua interea inuitauerit aura. Hor. de Art. Verbaque prouisa rem non inuita sequentur. Vergilius Opuscu. Inuitata pijs nunc carmine saxa, lyraque. Iuue. Sat.14. Inuitatus ad hæc aliquis de ponte negabit. Cicero in Ver. Quis senatorem Romanum tecto, ac domo non inuitet? Idem in An. Tota familia occurret, hospitio inuitabit. Idem Episto. 15. Me crebrò ad cœnam inuitat. Idem. Atticum a Cæsare valde liberaliter inuitor in legationem. penultima flectit.

INVIVS, pen. cor. Ouid. Met.14. Elicuere sui nondum tamen inuia Iani. Vergilius Aenid. 1. Perque vndas superante salo, perque iuuia saxa. antepenult. acuit.

INVLA, pen. cor. Hor. Ser.2. Atque acidas

das mauult inulas, nec dum omnis ab acta.antepenul.acuit.

Invtilis, pen.cor. Ver. Aen.2. Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrum.antepen.acu.

Io, Ius indifferēs. Hor.de Art. Perfidus Ixion, Io vaga, tristis Orestes. Stat. Syl.1. Testis Io superi, nec inexorabile Clotho. Tibul. Vxor Io, remoue sæua puella faces. Mart.5. Ecquis, Io reuocat? discedentemque reducit. Idem. Ecquis, Io, larges pandit amicus opes. Oui. Met.1. Fletibus auget aquas, natamque miserrimus Io. Idem. Constiterat quocunque loco spectabat ad Io. Idem de Trist.4. Miles Io magna voce triumphe canet. Idem in Ibin. Quem memor a sacris nunc quoque pellit Io. Idem Epist. Hiperm. Quæ tibi causa fugæ est, quid Io freta longa pererras. Iuue. Sat.6. Erepet genibus, si candida iusserit Io. Sil. 14. Quaque ferebatur ductor Sidonius Io. Vbi exponitur Io inter iectio lætantis, & bacchantis. Ver. Aen.7. Clamat iò matres, audite vbi quæque Latinæ. Ait Seruius, vox clamantis est, & tragicus sermo. Idem. Vt leuē clypeum sublatis cornibus iò. Cuius fabula, ait Seruius, hæc est. Hæc Inachi filia Argiuorum fluminis fuit, hanc amauit Iuppiter: & dum cum ea esset, Iuno superuenit: timens ille ne deprehenderetur, Ionem mutauit in vaccam, & eam poscenti dedit Iunoni: ne pellicem consiteretur: cui Iuno Argum oculatum omnibus membris Aristonis filium custodem apposuit. quem cùm Iuppiter per Mercurium interemisset, Iuno eum in pauonem mutauit. Ioni verò immisit oestrum, quo diu exagitata ad Aegyptum venit: & Iouis voluntate in Isin mutata est. A Seruio Io, Ionis declinari. Io, Ius, Græcè declinari pen. cor. eandem acui.

Ioachim, pen.cor. Mant. Sed Ioachim vir primus erat Galilçus eandem. Idem. Ad Ioachim dixit, venienti eccurre marito. Vide Abram.antepen.acu.

Ioannes, pen.pro. Mant. Altera Ioannes tanto dignissima patre. Idē. Surgit. Ioannes centeno proximus anno. Idem. Inclyte Ioannes Christi sobrine volantis. Idem. Cui Stephanus, cui coniungit sua festa Ioannes. Idem. Principio fatur sonat alta arcana Ioānes. Idem. Hic iuuat in diuos magnum transferre Ioannem. penult.acuit.

Ioanvs, pen.pro. Mart. Imberbis Ioanus adhuc lanugine prima. Idem. Talibus in sonuit verbis Ioane parentum. penulti. flectit.

Iobel, pen.cor. Mant. Quod Iobel appellat soboles Abramica cornu. Vide Abrā. penult.acu.

Iobilevs, pen.pro. Mant. Huic anno cognomen erat Iobileus ab ipso. pen.flect. ex metro.

Iocor, pen.cor. Auso. Ludere me dixit, falsoque in amore iocari. Idē. Laudat permissis sobria musa iocis. Ait Seruius Aen.1. ibi, vt primùm lux alma data est, exire, locosq;. Et locos, & loca dicimus, Cùm in numero singulari locus tātùm dicamus. simile est & iocus, nam ioca facit, & iocos. penul.acu. Hor. Ser.1. Campanum in morbum, in faciem per multa iocatus. Tibul.2. Aut etiam sibi quisque palàm nam turba iocosa Mart. 1. Non potuit melius litē finire iocosam. Oui. de Trist.2. Vita verecunda est, musa iocosa mea. Ouid. Met.2. Arbiter hic igitur sumptus de lite iocosa. Hor. Ser. 1. Prçtereà, nec sic, vt qui iocularia ridēs. Cicero Epist. Sed iam cupio tecum coram Iocari. Idem. Iocer ne te cum per literas. Idem. Sed de re seuerissima tecū iocor. penul.flect.

Iolas, pen.pro. Ver. Aen.11. voluitur ille excussus humi, Catillus Iolam. Idē Buc. Nec si muneribus certes, concedet Iolas. Idem. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. Idem. Et longum formose, vale, vale, inquit, Iola. Oui. de art.3. Alcides Iolem hanc ego, dixit, amo. penultima acuit.

Iolavs, pen. pro. Oui. Met.9. Ore reformatus primos Iolaus in annos.

Iolciacvs, pen.cor. Oui. Met.7. Victor Iolciacus tetigit cum cōiuge portus. antepenul.acu.

Ionigena, pen.cor. Mant. Ionigenam Petrum, sacraque in sede locarunt. antepenult.acuit.

Io-

Ionam, quæ pertulit aluo. penultima acuit.

IONIVS, pen.cor.Oui.de Pont.4.Et maris Ionij transieritis aquas. Idem Fast.4.Ioniumque capax, Icariumque legit. Idem de Trist.1.Nos tamen Ionium, non nostra findimus æquor. Idem 2.Egerit Ionio Bosphorioque mari. Ver.Aen.5.Ionioque mari, malexque sequacibus vndis.Stat Syl.1.An solum Ionijs sub fluctibus Elidis amnem.Oui.Met.15. Nauigat Ionium, Lacedæmoniūque Tarentum.Sil.14. Pulsata Ionio respondet saxa profundo, Perf. Sat.6. Condidit Ionio, iacet ipse in littore & vna. Oui. de Art.1.Ionicas inter chalathum tenuisse puellas.antepenult.acu.

IOPAS, pen.pro.Ver.Aen.1.Post alij proceres Citheræa crinitus Iopas. Prop.2. Nobiscum est Iope, vobiscum candida Tyro.pen.acu.

IORDANIS, pen. pro.Sannazar.de partu Virg. Iordanem regio nostris stat cognita sacris. Mant. Tu Iordanis aquis genus immedicabile morbi. penultima flectit.

IOSEPH, pen. cor.Mant. Adiutore Ioseph grandi sub marmore clausit.Idem.Hanc putat ob noxam Iosephon qui patria bella. Vide Abram.Iosephus antepenult. acuit.

IOVIS, pen.cor.Oui.de Pon.2. Occulit, & colitur pro Ioue forma Iouis. Stat. Sil. 1.Acticus Elæis senior Iouis, & tua mitis.Iuue.Sat.10.In tunica Iouis, & pictæ Sarrana ferentem. Mant. Brixia Fausti num genuit, comitemque iouitam. pen. flect.Iouis acuit.

IPSE, pen.pro.Ver. Aen.3.Ipse diem, noctemque negat discernere cœlo.Ait Seruius, hoc enim significat emphasis pronominis.Idem 7.Ipse domum sera quanuis se nocte ferebat.Idem 2.Hoc ipsum vt strueret Troiamque aperiret Achiuis. Ait Seruius hoc ipsum, per m, quia vsurpatum est ipsud: & est naturale ipsus, vt ipsus mihi Dauus: Dicimus ergo ipsus, ipsa, ipsum: vt doctus, docta, doctū; quod recessit abusu, cui ipse successit, quem accentum habet. Vide Ille.penul. acuit.

IPHIGENIA, pen.pro.Iuue. Sat.12. Iphigenia domi dabit hanc altaribus. & si. penultim.flectit.scribitur enim per ei, diphthongon Græcè. Iphigeniæ immolatione Agamemnon nulle naues seruauit.

IPHIANASSAEVS, pen.pro.Lucr.1.Iphinassæo turbarit sanguine foede. penult. acuit.

IPHIS, pen.pro.Oui.Met.9.Iphis auus fuerat, gauisa est nomine mater. Idem. Cū pater Iphi tibi flauam despondet Ianthem. Idem. Iphis amat quo posse frui desperat, & auget.Idem 14.Iphis Anaxareten humili de stirpe creatus. Idem. Iphis, & ante fores hæc verba nouissima dixit.penult.acuit.

IRA, pen. pro. Luca.1. Acer, et indomitus quo spes, quoque ira vocasset. Sil.1. Non ille errantis Massilæ palluit iras. Iuue. Sat.1.Quid referam, quanta siccum iecur ardeat ira. Ver. Buc. Nonne fuit satius tristis Amarillidis iras.Oui. Met.1. Ingentes animos, dignas Ioue concipit iras. Idem. Victa remollescunt, si flectitur ira deorum.Idem de Trist.1.Quis vetat irato numen adesse deo. Iuue. Sat.1. Ducitur iratis plaudendum funus amicis.Hor.de Art.Iratusque Chremes tumido dilitigat ore. pen. flect. Idem. Aut fanaticus error, & iracunda Diana. Idem. Impiger, iracundus, inexorabilis aer. Ouid. Metamor.2. Posse loqui eripitur, vox iracunda, minasque. Idem Phill. Irascor votis heu leuis ipsa meis. Vergilius Aenid.12. Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat. Idem Geor.4. Et tentat sese, atque irasci in cornua discit. Stat. Syl.3. Irascorque etiam quantum irascuntur amantes. Cicero in An. Omnino irasci amicis non temerè soleo. Idem pro Quint. R. Dij hominibus irasci, & succensere solent ira.penult.flect.

IRIS, pen.pro.Ouid. Metamor.1. Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. Idem 14. Quasque rates Iris Iunonia penè cremarat. Vergilius Aen. 10. Egit vbi hic Iuno demissaue, nubibus Irim. Idem 9. Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. Idem.

Iri

Iri decus cœli, quis te mihi nubibus actam. Ait Seruius, Iris quasi eris dicta est: nunquam enim ad conciliationem mittitur, sicut Mercurius, sed ad disturbationem, & est ministra non tantùm dearum, sed & deorum. Idem 5. Irim de cœlo misit Saturnia Iuno. Idem 4. Ergo Iris croceis per cœlum roscida pennis. Ait Seruius, Iris nisi è regione solis nō fit, cui varios colores illa dat res: quia aqua tenuis, aer lucidus, & nubes caligantes irradiatæ varios creāt colores. Idem Difficilesq; obitus Irim demisit Olympo. de quo Pierius admonet, quærebant veteres cur Irim, & non Iridem Verg. dixisset? positumque Irim pro Iridem. C. Iulius Romanus inquit, Varroné tamen, Tullium, & alios huius Iris, protulisse. Hæc Pierius. Iris penult. flect.

IRVS, pe. pro. Oui. Penel. Irus egens, pecorisque Melanthius autor edendi. penul. flect.

IRREMEABILIS, pen. cor. Ver. Aen. 6. Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ. antepenult. acuit.

IRREPARABILIS, pen. cor. Ver. Geo. 3. Sed fugit intereà, fugit irreparabile tempus. Idem Aen. 10. Stat sua cuique dies, breue, & irreparabile tempus. antepenult. acu.

IRREQVIETVS, pen. pro. Mart. 4. Cui nō mane feras, irrequietus aue. Stat. Syl. 5. Irrequietus ama nunc quod cupis esse videri. pen. flect.

IRRIDEO, pen. cor. Oui. Met. 1. Cœperat irridet prima pia vota Lycaon. Hor. Epist. 1. Nunc semel irrisus triuiis attolere curat. Cicero Acad. Vos ab illo irridemini. Idem de Nat. Claudius per iocum deos irridens. antepenult. acuit.

IRRIGO, pen. cor. Verg. Aen. 10. Exercentque viri, Pactolusque irrigat auro. Idē Geo. 4. Figat humo plantas, & amicos irrigat imbres. Pers. Sat. 5. Hic satur irriguo mauult turgescere somno. Hor. Ser. 2. Irriguumq; mero sub nocte corpus habento. Luca 5. Montis & irrigui premitur fastigia campi. antepenult. acu. Cicero de Nat. Aegyptum Nilus irrigat. Idē. Democriti fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit.

IRRITO, pen. pro. significat instigo, incito, stimulo, vel irruendo a canum similitudine, qui in eos, a quibus prouocantur, irruunt, componiturque, ait Anr. Nebriss. a rito, ritas. Ver. Aen. 10. Irritat que virum telis, & voce lacessit. Ouid. Fast. 2. Tunc sicco primas irritat coitice flammas. Idem. Irritare tuas, nec laudes afferre nostras. Ver. Opusc. Irritat flammas illius corporis Aetna est. Mant. Irritare solent vomitum de cordibus imis. Idem. Res malè tuta viros lingua irritare proterua. Lucr. 5. Irritata lex iaciebant corpora saltu. Idem. Irritata canum cum primùm magna molossum. Mant. Irritata pilas rictu iaculātur aheno. Idem. Intonat irritatus aper, qui lumina toruo. Oui. Met. 2. Cunctaque magna facit quibus irritata dolore. Cicero pro Mil. Vi irritare, & ferro lacessere aliquem. Irrito verò ait Anto. Nebris. ab in & ratus significat inanio is, penult. breuiatur. Despaut. irritus quasi non ratus, pen. cor. & verbum hinc factum irrito, as, dequo vulgatur hic versiculus Irritat euacuans, irritās prouocat iras. Ver. Geo. 4. Lustrabat raptam Eurydicen, atque irrita Ditis. Idem Buc. Irrita perpetua soluent formidine terras. Idē Aen. 11. Quo ferrum quid ve hæc geritis tela irrita dextris. Idem 10. Omnia discerpunt, & nubibus irrita donant. antepen. acu. Oui. Met. 1. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Iuue. Sat. 11. Irritamentum Veneris languentis, & acres. penul. acuit.

IRROGO, pen. cor. Hor. Ser. 1. Regula peccatis quæ pœnas irroget aquas. antepenulti. acu. Cicero pro Dom. Mihi præsenti multa irrogarentur.

IRRORO, pen. pro. Ver. Geo. 1. Aut cum sese nouo terras irrorat eous. Idem. III. Iam cadit, extremoque irrorat Aquarius anno. Oui. Met. 1. Inde vbi libatos irrorauere liquores. penult. flect.

IRRVGIO, Rui Philomela. Tygrides indomitæ raucant, rugiuntque leones.

IRRVMO, pen. cor. Mart. 2. Quæ faciat, duo sunt irrumat, aut futuit. antepen. acu.

IRRVO, pen. cor. Flac. 2. Irruerant actæ pariter nataeque, nurusque Cicero de Or.

Quòd

quòd in alienas possessiones tam temerè irruisses. Idem pro Dom. In quem quisque per homines tam temerè concitatos irruerit.antepenul.acuit.

Is, cor. Oui. Met.3. Si modò verus is est quantus, & quasis ab alta. Hor.de Art. Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.acu. eadem, nominatiuus antepen. acu. Ver. Aen.10. Sors eadem Ismarios Hebrũ cum Strymone siccat. ablatiuus verò pen.flect.

Isacidae, pen.cor. Mant. Isacidæ cœlo inuisi reiectabimus isto.antepen. acu.

Isavrvs, pen.pro.Luca.2.Crustumium q; rapax,& vinctus sapis Isauro.Claud. Indomitos curru Seruilius egit Isauros. penult.flect. dipthongus enim longa est natura,ait Lascaris.

Isis, pen.pro.Ouid.de Pont.1.Isidis Isiacos ante sedere focos. Idem de Trist.2. Isidis æde sedens,cur hanc Saturnia quęret.Iuue.Sat.6. Isidis antiquo quæ proxima surgit ouili.Idem. Aut apud Isiacæ potius sacraria lenæ. Idem 13. Isis & irato feriat mea lumina Sistro. Idem 3. Promptus & Isæo torrentior ede quid illum.Ait Seruius Aen.10.ibi, Massicus ærata princeps secat æquora tigri. Græca nomina, quæ genitiuum singularem in dis,mittunt:in eo tantùm,& in datiuo crescunt, & in accusatiuo, & ablatiuo paria sunt nominatiuo,vt tygris,tygridis,tygridi,tygrim, tygris, tygri. Isis, Isidis,isidi,isim,isis,isi,si aliter inuenerimus,abusiuè dictum est,vt Luca.3.Quaque caput rapido tollit cum tygride magnus. Idem. Ocior & cœli flammis, & tygride fœta.pen.flect.

Ismarvs, pen.cor. Verg.Geo.2. Heu segnes iaceāt terræ,iuuat Ismara Baccho. Idem Aen.10.Et treis quos Idas pater, & patria Ismara mittit. Idem Buc. Nec tantùm Rhodope miratur, & Ismarus Orphea. Idem.Ismarus, aut Rhodope, aut extremi Garamātes. Idē Aen.4. Fit Beroe Ismarij coniux longęua Dorcli. Idem 10.Tę quoque magnanimæ viderũt Ismare gentes.Idem. Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strymone siccat. antepenult.acuit.

Ismaelitaevs, pen. pro. Mant.15. Maelitæum sine mansuetudine vulgus. penult.flect.

Ismenvs, pen. pro. Oui. Met.2. Et celer Ismenos cum Phocaico Erymantho. Idem 6.Equibus Ismenos,qui matri Sarcina quondam. Idem 3. Ismenis crocale sparsos per colla capillos. penult. flect. Idem,Thuraque dant,sanctaque colunt Ismenides oras.antepen.acu.

Istvd, pen. pro. Iuue. Sat.6. Istud onus subeas ipsis manantibus vrnis. Ver. Aen. 4. Mecum erit iste labor nunc qua ratione,quod instat.

Ister, pen.pro.Ver.Geo.3. Turbidus, & torquens flauentes Ister arenas. Ait.Seruius,Ister fluuius Scythiæ, qui & Danubius nominatur.penult.acu.

Ita, pen.cor. Oui.Met.1. Vix ita limitibus discreuerat omnia terræ.Idem. Atque ita femineces partim feruentibus artus. Idem atque ita disparibus calamis compagine ceræ.Idem de Trist.1. Atq; ita tu tacitus quærenti plura legendum. Ver.Aen.11. Et Venulus dicto parēs ita farier iusit. Idē.Haud ita me experti binas, & pandalus ingens. Idem 12. Tum sic affatur gregem, atque ita turbidus infit.Ait Seruius Aen.2.ibi.Nos contra effusi lachrymis,cōiuxque Creusa. Præpositiones, uel aduerbia in a, exeuntia, modò producunt vltimam literam, excepto puta, & ita; quia apud Ennium & Pacuuium breuia sunt: hinc est quòd etiam numerorum nomina indeclinabilia producuntur: vt, Triginta magnos, volēdis mensibus orbes. Ea verò quæ declinantur, breuia sunt secundum rationem in a exeuntium:sed ita quando cōponitur cum que,quæ est cōiunctio causalis,& habet accentum in prima,vt itaque, & vna est dictio. Idem significans quod ergo, seu igitur: sed si iungitur cũ que encletica, duæ sunt partes, que, & ita vt,itaque significans & ita, & est ad uerbium similitudinis.

Italia, pen.cor.Luca.1.Vrbibus Italiæ, lapidisq; ingentia muris.Sil.14. Discreta Italia,atque Osco memorabilis ortu. Ver.Aen.1.Italiam fato profugus,Lauinaque venit.Idem 3. Italiam dixisse ducis de nomine gentem.Idē. Italiam,Italiam

liam primus conclamat Achates. Idem. Italiam læto socij clamore salutant. De quo ait Fabius Inst. 1. cap. 10. Præterea barbarismi uitia quæ fiunt, siue cùm syllaba corre. producitur: vt, Italiam fato; Despaut. admonet, omnium grãmaticorum communi astipulatu corripi, & per ectasin a poetis, præsertim a Vergilio produci: ideo nemo vereatur eam producere; sic Italus, Italicus, & Italidis. Oui. Met. 15. Grata quis Italicis autor posuisset in oris. Ver. Aen. 11. Italides, quas ipsa decus sibi dia Camilla. Ait Seruius, pulchra deriuatio non vera, nam verum est Italæ. Italus autem vnde est Italides magis est patronimicum, quàm deriuatiuum: sicut Belias, vnde est Belides. Oui. Fast. 4. Itala non tellus, Græcia maior erat. Ver. Ae. 3. Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare. Idem 9. Coniecto sternit iaculo, volat Itala cornus. Syl. 6. Nec tamen aduersis fuerat fracta Itala virtus. Mart. 10. Mutauere meas, Itala regna comas. Hactenus Italus producit primam. Hinc corripit eandem. Pers. Sat 5. Mercibus hic Italis mutat sub sole recenti. Hor. Epist. 2. Res Italas armis tuteris, moribus ornes. Idẽ Aen. 12. Spes Italas tecalent nostro Tyberina fluenta. Idem. Non ego nec Teucris Italos parere iubebo. Hor. Ser. 1. Sat. 7. At Græcus postquàm est Italo perfusus aceto. antepenult. acu.

Iter, pen. cor Mart. 1. Omnibus vt natis triste pateret iter. Oui. Met. 1. Hac iter est superis ad magni tecta tonantis. Idẽ 14. Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit. Stat. Syl. 1. Primus iter nostris ostendit in æthera diuis. Luca. 1. Hac iter est belli gemitu sit quisque latenti. Sil. 14. Cæcum iter ad manes tenebroso limite pandit. Hor. de Art. Doctus iter melius mortalia facta peribunt. Idẽ Epist. 1. Sic iterat voces, & verba cadentia tollit. Oui. Met. 12. Tota fremit, vocesque refert, iteratque quod audit. Idẽ 2. Dixerat hæc resonis iterabat vocibus heu heu. Cicero Orat. Vt quod dixit, iteret. Idem. Cùm aut duplicantur, iteranturque verba. Iter penult. acu. Itero antepenult. Sil. 7. Postquàm iterata tibi sunt pocula iam pede risum. Oui. Met. 7. Vtque virginea nullis iterata priorũ penult. flect.

Item, pen. cor. Lucr. 1. Vt capere humorẽ nec item manabile frigus. Idem 6. Non valet e lapide hoc alias impellere item res. Hor Ser. 1. Cætera item nequeunt stultis hærentia cur non. Ver. Geo. 1. Cõtemplator item, cum se nux plurima syluis. Idem. Pinguis itẽ quæ sit tellus hoc denique pacto. pen. acu.

Iterum, pen. cor. Mart. 3. Meiere vis iterum iam Palinurus eris. Stat Syl. 1. Hic iterum sudare neget macte oro nitenti. Luca. 1. Antiquum repetens iterum chaos omnia mistis. Oui. Fast. 3. En iterum fluctus similes audite querelas. Idẽ Met. 1. Iupiter hoc iterum sermone silentia rupit. Idem 2. Arsurus iterum Xanthus, flauusque Lycornas. Ver. Aen. 12. Testaturque deos, iterumq; ad prælia cogi. Idem 10. Redde oro miseris, iterumque reuoluere casus. Idem 3. Prædicam, & repetens iterumque, iterumque monebo. antepenult. acuit.

Ithacus, pen. cor. Oui. de Pont. 2. Non Ithacæ puppi sæuior vnda fuit. Iuue. Sat. 14. Aut Ithacum parcat tunicis licẽt, atque lacernis. Hor. Ser. 2. Non satis est Ithacam reuehi, patriosque penates. Idẽ Epist. 1. Non est aptus equis Ithacæ locus, vt neque planis. Vergil. Aen. 2. Hoc Ithacus uelit, magno mercentur Atridæ. Idem 3. oblitusque sui est Ithacus discrimine tanto. antepenult. acuit.

Itidem, pen. cor. Oui. Fast. 3. Ante tuas itidem curia prisca fores. Lucr. 4. Magna itidem sæpe in somnis faciuntq; geruntque. Ver. Opusc. Sæpe mauus itidem Bacchus ad arma vocat. antepenult. acu.

Itys, pen. cor. Oui. de Trist. 2. quæque suũ luget nunc quoque mater Itym. Idem Met. 6. Ad matrum veniebat Itys, quid possit, ab illo. Idem Fast. 3. Implet vt amissum cùm gemit ales Itym. Ait Seruius, in Ver. Buc. Ecl. 7. ibi, Aut ut mutatos Terei. Tereus autẽ rex Thracum fuit qui cùm Pannionis Athenarum regis filiam Prognem nomine duxisset vxorẽ, & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, vt sibi Philomelam sororem videndam

dam accerseret: profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiauit in itinere, & ei linguam, ne facinus indicaret, abscidit: Illa tamen rem in veste suo cruore descriptam misit sorori: quare cognita, Progne Itym filium interemit, & patri epulandum apposuit; postea omnes in aues mutati sunt: Tereus in Vpupam, Itys, in Phasianum, Progne in hirundinem, Philomela in lusciniã. pen. acuit.

IVBA, pen. cor. Luca. 1. Erexitque iubam exhausto graue murmur hiatu. Idem 4. Signa suum comitata iubam non fusior ulli. Stat. Syl. 1. Cui rigidis stant colla iubis, viuusque per armos. Idem immortale iubar vicina sede tueri. Claud. Eripiat lunare iubar, quid signa sagacis. Ouid. Met. 2. In dextras abiere iubas, pariterque nouata est. Idem 13. Turpis equus nisi colla iubæ flauentia uellent. Idem 1. Per iubar hoc, inquit, radijs insigne coruscis. Ver. Aen. 2. Pectora, quorum inter, fluctus arrecta, Iubæque. Idem, Armorum facie, & Graiarum cruore iubarum. Idem 4. It portis iubare exorto delecta iuuentus. Ait Seruius, Nam proprie iubar lucifer dicitur, quod iubas lucis effundit. Vnde iam quicquid splendet, iubar dicitur, vt argenti, gemmarum: est antem lucifer interdum Iouis, Plærumque Veneris stella: iubar enim præcedit Auroram, & facit, hoc iubar, huius iubaris. penult. acu.

IVBEO, pen. cor. Mart. 1. Qui iubet ingenium mitius esse feris. Oui. Met. 1. Inspirare iubet, fluctusque, & flumina signo. Idem. Ossa reor dici, iacere hos post terga iubemur. Iuue. Sat. 2. Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas. Stat. Sylu. 1. Ast illam summam leuiter, sic nanque iubebas. Luca. At tumulos iubet ipse dolor iuuat ignibus atris. Ver. Buc. Oppida quæ iubeant telluri infindere sulcos. Idem Geor. 2. Ante locum capies oculis, alteque iubebis. Idem 3. Post hinc digressus iubeo frondentia capris. Idem Aen. 2. Infandum regina iubes renouare dolorem. Idem 9. Mortalem eripiam formam, magnique iubebo. Idem 12. Non ego, nec Teucris Italos parere iubebo. Cicero. Episto. 215. Literæ, non quæ te aliquid iuberent. Idem Att. Dionysium iube saluere. antepenult. acuit.

IVBILO, penul. cor. Mant. Cyriaco tunc æra sonant, tunc iubilat ancon. antepenul. acuit.

IVCVNDVS, pen. pro. Ouid. de Pont. 2. Te mihi iucundas efficiente uias. Verg. Aen. 6. Quod ter per cœli iucundum lumen, & auras. Idem Opusc. Singula diuini est animi, ac iucunda uoluptas. Iuue. Sat. 5. Iucundum, & charum sterilis facit uxor amicum. Stat. Theb. 8. Sydera, iucundaque offensus luce profatur: Philelicus Cic. Epist. 2. Epist. 1. admonet, nullam ponas differentiam siue iocundum, siue iucundum dicas: nam o, & u, affinitate iunguntur sine discrimine: & quodcunque uoluptatem nobis, atque lætitiam affert, iocundum appellamus: errant qui pro lætis iucudos uocant. Ait Ioan. Despaut. iucundus à iuuo, iocundus non dicitur, sed uox est barbara. Cornucopiæ ait, à iuuo fit iucundus, quod non significat lætum, ut quidam barbarè accipiunt, sed lætitiæ plenum penult. acuit.

IVDAS, penul. pro. Mant. Hæc crucis inuector Iudas miracula cernens. Idem. Principio Iudã tenebroso emergere ab orco. Idem, Iuda in Cyriacum uerso qui tempore longo. Idem, Mater erat Iudæ uerò duo nomina, Iudas. Idem, Arua petens, Iudas uerò Babilonia Christi. Iuue. Sat. 3. Iudæis quorum cophinus, fœnumque supellex. Luca. 2. Incerti Iudęa Dei, mollesque Sophænæ. Mart. 7. Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum. Idem. Iudæum nulla sub cute põdus habet. Mant. Tu quoque Iudæa ueniens ab origine Iesu. Idem. Iudæa de gente uirum Mauorte potentem. Iudas penult. acu. Iudæus pe. flect. diphthongus longa est, Vide Eo. Iuu. Sat. 14. Iudaicum ediscunt, & seruant, & metuunt, ius. Clau. Nutrit Iudaicis, quæ pingitur India velis. Mant. Iudaicæ mendam tulit ignorantia linguæ. Idem, Iudaicæ venturum hominem, qui regna per omnes. Idem. Iudaicæ manus intrauit cre-

ſcentia in horas. antepen. acu. Ioannes Tortelius, Iudæus cum æ diphthongo ſcribendum præcipit.

IVDEX, penulti. produ. Vergil. Bucc. Iudice te, metuam, ſi nunquam fallit imago. Ouid. de Triſt.li. 1. Res quoque priuatas ſtatui ſine crimine iudex. Idē Metamorph. 1. Iudicis ora ſui, ſed erat ſine iudice tuti. Idem 3. Iudicis æterna damnauit lumina nocte. Horat. de Art. Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt. Iuuen. Sat. 4. Si feciſſet idem caderet ſub iudice morum. Idem 7. Hoc ſatius, quàm ſi dicas, ſub iudice uidi. penul. acuit.

IVDICIVM, penulti. corre. Vergili. Buccol. Iudicio noſtro tantùm tibi cedit Amyntas. Idem Aenei. 1. Iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ. Oui. de Pont. 1. Quarum iudicio ſiqua probata proba eſt. Stat. Sylu. 1. Iudicium, mētemque uiris licèt Enthea uatis. Lucanus. 1. Iudicium in ſolita trepidum cinxere corona. Flacc. 10. Iudicij ſocium, quo ſanctum exercet honeſtum. antepenultima acuit. Mantuan. Sacra domus ſeſtis fora iudicialia ponunt. pe nult. flect.

IVGERVM, & iugera, penulti. corre. Iuuenal. Sati. 3. Iugera quàm multa, magnaque paropſide, cœnat. Stat. Syl. 1. Iugera noſtra tenens ubi poſt Aeneia fata. Idem Theb. 6. Iugera delectas cui deſolauimus urbes. Mart. 1. Rura, nemuſque ſacrum, delectaque iugera muſis. Idem. Atque ſuburbani iugera pulchra ſoli. Idem. Et caſa iugeribus non oneroſa ſuis. Oui. Metamorph. 1. Qui modo peſtifero tot iugera uentre prementem. De quo inquit Valla libro 1. cap. 7. è diuerſo iugerum in ſingulari ſecundæ, in plurali tertiæ declinationis: non autem, ut ait Priſcianus, iugus, iugeris: cùm omnes dicant in ſingulari iugerum, & in plurali iugeribus. Cicero in Anto. Medico tria milia iugerum dediſti. Idem. Duo milia iugerum agri Leontini Sex. Clodio aſſignaſti. Quintilianus Inſt. 1. capit. 18. Iugeri menſuram ducentos, & quadraginta longitudinis pedes eſſe, dimidioque in latitudi nem patere. antepenultima acuit.

IVGALIS, penultima produ. Flac. 9. Sola recuſaſti lectum temerare iugalem. Stat. Syl. 2. Hoc celſete decus, nec tantùm Roma iugales. Catul. Nec Thetidis tædas noluit celebrare iugales. Oui. Met. 1. Illa uelut crimen tædas exoſa iugales. Idem 3. Non tulit æthereos, donisque iugalibus arſit. penul. flect. Vide Iugum.

IVGVLO, pen. cor. Lucr. 4. Tollunt clamorem, quaſi ſi iugulentur ibidē. Mart. 1. De nobis facile eſt, ſcelus eſt iugulare Falernum. Ouid. Met. 12. Haud tamen effigies medio iugulaberis eſſe. Ver. Aen. 12. In flammam iugulant pecudes, & uiſcera uiuis. Ouid. de Triſt. 1. Hæſurū iugulo iam puto, iamque meo. Idem de Pont. 2. Nec dabit intonſo iugulum caper hoſtia Baccho. Idem in Ibin. Da iugulum culteris hoſtia dira meis. Stat. Theb. 2. Effugit, & induo iugulum ferit irrita ligno. Lucr. 3. Nec prius ad iugulū, & ſuperas accedere fauces. Mart. 1. Vel dominiiugulum fode rat enſe nece. antepenult. acu. Cicero pro Clu. Poſtquam tam multis eum factis, decreuiſque iugulaſſet. Idem Tuſc. Nec grunnitum audiūt, cum iugulatur ſus. Iuuen. Sat. 12. Grande operæpretium faciat iugulata Mycenis. Oui. Penel. Denique quiſquis erat caſtris iugulatus Achiuis. Flac. 7. Expedit, totque ora ſimul iugulata procorum. penulti. flect.

IVGVM, pen. cor. Verg. Buc. Incipiunt, molliique iugum demittere cliuo. Idem Georg. 1. Cæditur & tilia ante iugo leuis, altaque fagus. Idem Aeneid. 5. Conſuſſere iugis, pronique in uerbera pendent. Sil. 2. Intremugre iugis mœſto clamore ciebat. Idem 14. Libertas, iactatque iugum pars Punica caſtra. Vergil. Aeneid. 6. Inde alias animas quæ per iuga longa ſedebant. penult. acuit. Ouidi. Heroi. Tu modo duritiem ſyluis depone iugoſis. Vergi. Aeneid. 4. Ne cui me vinclo uellem ſociare iugali. Ait Seruius, iugali autem propter iugum, quod imponebatur matrimonio coniungendis. Vnde etiam Iuno iugalis

lis dicitur. Iugum, penul. acu. Iugosus, penult. flect.

IVGVRTHA, penul. pro. Luca. 2. Vnda triumphati iacuit præregna Iugurthæ. Idem 9. Scandere Pompeium, qua fran gere colla Iugurthæ, penultima acuit. Ouid. de Pont. 4. Ille Iugurthino clarus, Cymbroque triumpho. Clau. Ipse Iugurthinam subiturus carcere pœnam. penult. flect.

IVLIVS, penult. cor. Mart. 1. O mihi post nullos Iuli memorande sodales. Idem 3. Iulius assiduū nomen in ore meo. Idem 6. Iulia lex populis ex quo Faustine renata est. Idem 9. Caius ut fiat Iulius & Parasinus. Mant. Iulius ingreditur diuis tritura flagellis. Ouidi. Metamorph. 15. Diuus ab excelsa prospectet Iulius æde. Hora. Ser. 1. Iulius, & fragilis Pediacia, furque Voranus. Stat. Syl. 1. Et laterum passus, hunc Iulia templa tuentur. Auso. Iulius, Augustus, nec non & Iunius, æstas. antepenulti. acuit. Vergil. Aeneid. 12. Tum socios, mœstique metum solatur Iuli. Idem. Cedet Iulus agris, nec post arma ulla rebelles. Mart. 10. Nascere Dardanio promissum nomen Iulo. Oui. Met. 14. Cum bene fun datis opibus crescentis Iuli. Iuu. Sat. 8. Vt te conciperet quæ sanguine fulget Iuli. Ver. Aen. 1. Vt puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Oui. Fast. 4. Magnus Iulæos Cæsar haberet auos. pen. flect.

IVMENTVM, pen. pro. Mant. Tabifico, iumenta greges armenta colonos. Hor. Epist. 1. Aeioliis onerata plagis iumenta, canesque. Iuue. Sat. 4. Quid refert igitur quantis iumenta fatigat. Idem 9. Esse putas serui, ut taceant iumenta, loquantur. Idem 7. Expectet, spargatque luto iumenta recenti. penult. acuit.

IVNO, penult. pro. Ouid. Metamorph. 1. Nuncia Iunonis uarios induta colores. Idem Fast. 3. Iunonem Sparte, Pelopeiadesque Mycenæ. Vergi. Aeneid. 12. At Iuno, ex summo, qui nunc Albanus habetur. Idem Georg. 3. Quæsitas ad sacra boues Iunonis, & urit. Idem Aeneid. 2. Eruit, hic Iuno scæas sæuissima portas. penult. flect. Ouid. Methamorph. 14. Quasque rates Iris Iunonia penè cremarat. Stat. Syl. 2. Quę non gemmata uolucris Iunonia cauda. Vergil. Aeneid. 1. Vocibus, & uereor, quo se Iunonia uertant. Ouidi. Metamorph. 4. Indoluit facto Iunonigenæque marito. Idem Fast. 6. Adde tenens Tatium Iunonicolasque Phaliscas. antepenult. acuit. Idem. Iunonale leges tempus, nec Romulus illas. penulti. flect.

IVNCTVRA, penult. pro. Ouid. Met. 2. Porrigitur, digitosque ligat iunctura rubentes. Idem 12. Terque, quaterq; grauiiuncturas uerticis ictu. Verg. Aeneid. 12. Balteus, & laterum iuncturas fibula mordet. penult. flect.

IVNIPERVS, penult. cor. Vergil. Buc. Iuniperi grauis umbra nocent, & frugibus vmbræ. Idem. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. antepenulti. acuit.

IVNIVS, penult. cor. Auso. Iulius, Augustus, nec non & Iunius, æstas. Ouid. Fast. 5. Iunius a Iuuenum nomine dictus adest. Idem 6. Iunius a nostro nomine nomen habet. Idem. Iunius est Iuuenum, qui fuit ante senum. Flac. 9. Iunior armentum Phœtusa simillima parti. Mant. Quo Iuni prima ipsa dies intrare uidebit. antepenulti. acuit.

IVPPITER, pen. cor. Oui. Met. 1. Iuppiter antiqui contraxit tempora veris. Idem. Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit. Idem. Iuppiter est genitor per me quod eritque, fuitque. Idem Fast. 3. Iuppiter est iuuenis, iuueniles aspice uultus. Ver. Aen. 3. Nec longo distant cursu, modo Iuppiter adsit. Idem 9. In vada præcipitant, cum Iuppiter horridus austris. antepenult. acu. Idem 10. At Iouis interea monitis Mezentius ardens. Idem 9. Constitit ante Iouem supplex per uota precatus. Idem. Quos Iouis eduxit luco syluestris Hiera. Idem Buc. Ecl. 3. Ab Ioue principium musæ, Iouis omnia plena. pen. acuit. vide Lucetius, vide Anxur.

IVNGO, penulti. pro. Fla. 2. Dona Dei nunc digna tuis adiungier armis. Cice. de Cl. Decus omne uirtutis cum summa eloquentiæ laude iunxisti. penulti. acuit.

IVRO, pen. pro. Mart. 9. Hunc puer ad Libycas iurauerat Hannibal aras. Oui. Meta. 1. In facinus iurasse putes, det ocius omnes. Idem 2. Ne dubita, dabitur, stygias iurauimus undas. Idem de Trist. 2. Per mare, per terras, per tertia numina iuro. Sil 2. Iurabat Phrygiam, atque animo prima arma mouebat. Lucan. 1. Perque tuos iuro quocunque ex hoste triumphos. Verg. Aen. 4. Aulide iuraui classem, & ad pergama misi. Idẽ 12. Hæc eadem Aenea terram, mare, sydera iuro. Idem 6. Præcipitans traxi mecum maria aspera iuro. Sil. 14. Iurati obtruncant, nec iam modus ensibus addunt. Ouidi. Briseis. Tu mihi iuratus per numina matris aquosæ. Stati. Syl. 1. Permeruit iurata manus, nec ocia pacis. Idem 3. Imbellis, tumidoque nihil iuratus Atridæ. Iuratus à iuro, ait Valla 1. cap. 30. Iuratos enim iudices dicimus, qui iurarunt. Vergili. Aenei. 9. Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat. Ait Seruius, alij uolunt, ideo antè, quia absens est Aeneas. Nam iurare possumus etiam per absentis filij caput. Vide Vallam 2. capit. 1. seu 4. pen. flect.

IVS, pro. Hor. Ser. 2. Ius anceps noui causas defendere possum. Idem 1. Agricolam laudat iuris, legumque peritus. Idem Episto. 1. Armenius cecidit ius, imperiumque Phraates. Luca. 8. Ius, & fas, multos faciunt Ptolomæe nocentes. Stat. Syl. 1. Reddere iura foro, nec perturbare curules. Luca. 1. Cedetur iurique tuo natura reliquit. Mar. 1. Cauimus, & domini ius omne remisimus ægro. Ouid. Metamorph. 2. Inque diem alipedum ius, & moderamen equorum. Idem Fast. 5. Et dederat fratri boreas ius omne rapinæ. Idem Metamorph. 13. Ius habet, & Triton, Athamantiadesque Palæmon. Sta. Syl. 1. Iura Asiæ? uelit illa quidem ter habere, quaterque. Ouid. Phyl. Iura, fides ubi nunc commissaque dextera dextræ. Vergil. Aeneid. 1. Iura dabat, legesque uiris, operumque laborem. Ait Seruius. Ius generale est, sed lex iuris est species: non est ergo iteratio. ius ad non scripta etiam pertinet, leges ad ius scriptum. Iuuenal. Sat. 14. Boletum condire, & eodem iure natantes. Hic ius aliud significat, quod uulgò brodo, flecti.

IVSTINIANVS, pen. prod. Mantu. Romanam asseruit rem Iustinianus in amplos. Mart. 11. Sexcenti cœnant à te Iustine uocati. penul. flec.

IVSTITIA, pen. cor. Ver. Aen. 1. Iustitiaque dedit gentes frænare superbas. Idem Geo. 2. Iustitia excedens terris uestigia facit. Iuue. Sat. 8. Iustitiæque tenax factis, dictisque mereris. Luca. 1. Iustitiũ latuit plebeio tactus amictu. Idẽ 5. Iustitio, nam si qua Deus sub pectora uenit. Ver. Aen. 11. Iustitiæue prius mirer, Belline laborum? Ait Seruius, figura Græca est, miror illius rei, & regno illius rei. Catu. Iustificam nobis mentem auertere deorum. antepenultima acuit.

IVTVRNA, pen. pro. Ouid. Fast. 2. Naiada, Iuturnam uir, vir tuus, inquit, amanti. Verg. Aen. 12. Disce tuum, ne me incuses Iuturna dolorem. Idem. Vix ea, cum lachrymis oculis Iuturna profudit. penult. acu.

IVVENIS, pen. cor. Ver. Buc. Hic illum uidit iuuenem, Melibæe, quotannis. Idem Aen. 11. Infensus iuueni Turno sic ore uicissim. Idem. Primitiæ iuuenis miseræ, bellique propinqui. Oui. Fast. 5. Iunius a iuuenum nomine dictus adest. Idem 3. Iuppiter est iuuenis, iuueniles aspice uultus. Hor. de Art. O maior iuuenum quamuis & uoce paterna. Vide Senex. Hor. de Art. Aut nimium teneris iuuenentur uersibus unquam. Stat. Theb. 3. Vulnera, & attrito cogunt iuuenescere saxo. Idem Syl. 1. Terruit, & subiti præceps iuuenile pericli. Vergil. Aeneid. 5. Et mihi quæ fuerint iuuenili corpore vires. Claudi. Ante genas dulces, quàm flos iuuenilis inumbrat. Mart. 14. Cynthia facundi

carmen

carmen iuuenile Properti. Stat. Theb. 1. Amphitrioniades fractũ iuuenilibus armis. Oui. Met. 1. Vtque meum intonsis caput est iuuenile capillis. Idem 2. Occupat ille leuem iuuenili corpore currũ. Idem 14. Silenusque suis semper iuuenilior annis. Idem de Trist. 2. Quo uidear quanuis nimium iuueniliter usus. Idem de Amore 3. Ille feram sonuisse raros iuueniliter arcum. Idem Meta. 10. Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum. Mantua. Te nimium grauibus, nimium iuueniliter offers. antepenul. acu. Iuuenilis, pen. flect.

IVVENCVS, pen. pro. Ver. Buc. Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci. Idem Geor. 1. Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci. Idem 3. Ad delubra iuuat, cæsosque uidere iuuencos. Idem Aene. 3. Bellum etiam pro cæde boum, stratisque iuuencis. Ouid. Fast. 3. Tollit humo munus cæsa prius ille iuuenca. Idem Meta. 1. Inachidas undas uultus mutauerat ille iuuencam. Idem 2. Induitur faciem tauri, mistusque iuuenci. Mart. 1. Alta iuuencorum, uulnera figet ubi. penulti. acu. Mant. Visam ut agnatam peragrare iuuencula saltus. antepenul. acuit.

IVVENALIS, pen. pro. Mart. 7. Cum Iuuenale meo quæ me committere tentas. Idem. De nostro facunde tibi Iuuenalis agello. penul. flect.

IVVENTVS, pen. prod. Stat. Syl. 1. nulla tibi, longe uiridis sic flore iuuentæ. Luca. 1. Rupta qui ex populi, stratique excita iuuentus. Sil. 14. Stat mediocre deus uincentum ignaua iuuentus. Iuue. Sati. 2. Quid Cremeræ legio, & cannis consumpta iuuentus. Verg. Aen. 1. Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ. Ait Seruius, iuuentus est multitudo iuuenum, iuuentas dea ipsa, ut libertas: iuuenta uerò ætas. Sed hæc à poetis confunduntur plærunque. penulti. acu. Vide Incus.

IVVO, pen. cor. Ouid. de Pont. 1. Non iuueni lusus qui placuere iuuant. Idem, Nec iuuat in lucem nimio macrescere uino. Idem Met. 1. Cæruleus frater, iuuat auxiliaribus undis. Hor. Ser. 1. Vt nasidieni iuuit te cœna beati. Oui. Fast. 4. Adiuuat & fortes uoce sonante manus. Stat. Syl. 2. Sed iuuere moræ, placido lunata recessu. Idem, Castigabat herum, studioque, altisque iuuabat. Idem 3. Terreat, ipse adero, & conamina tanta iuuabo. Luc. 9. Iuuit sumpta ducem, iuuit dimissa potestas. Verg. Aen. 10. Iuueris auxilio, sint tot responsa secuti. penulti. acu. Vide, Lector, his exemplis iuui primam producere, licet Antonius Nebriss. libro 5. ait, iuui præteritum ab eo quod est iuuo, as. Catullus breuiauit. Cicero Offi. Res quibus & se possint iuuare, & suos. Idem Nat. Sin autẽ dij neque possunt nos iuuare, nec uolunt. Vergil. Aen. 1. Mittite, forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Ait Seruius, huius autẽ uerbi præteritum perfectum anomalum est: nam cùm primæ coniugationis uerba in tempore perfecto, aut in aui exeant, ut amaui, aut in ui solutam, ut tonui: hoc uerbum, nec in aui facit, neque in ui, sed in uui, ut iuui. penult. acuit.

IVXTA, penult. prod. Verg. Aen. 9. Tres iuxta famulos temere inter tela iacentes. Stat. Syl. 1. Tunc Deus, Alpini qui iuxta culmina dorsi. Sil. 8. Marmoreis sistam tẽplis, iuxtaque dicabo. Vide A.

# L



LABOR, uerbum, pen. pro. Ver. Bu. Quàm nostro illius labatur pectore uultus. Mart. 6. Laberis, & domini gemmea tecta subis. Ouid. Met. 2. Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem. Idem, Pectoribus, lachrymęque genis labuntur obortis. Idem 15. Cum gradibus nitidis elabitur, oraque retro. Idem de Trist. 1. Labitur ex oculis tunc quoque gutta meis. Idem de Pont. 4. Labitur, & nullo tardior amne Tyras. Stat. Syl. 1. Labetur, cœlo, miscebitque oscula iuxta. Idem, Teque per obliquum penitus quæ laberis amnem. Idem 3. Labitur, & nequeo, quanuis mouet ominis horror. Iuuena. Sat. 15. Labitur hic quidam nimia formidine

midine curſum. Hor. Epiſt. 1 Labitur, & labetur in omne volubilis æuum. Valla lib. 5. cap. 59. Labo primam bre uem, hinc labor nomen: ſed labor uer bum primam longam. Cice. Tuſc. Inci tataque ſemel in procliue labũtur Idem de Leg. Quin labebar longius. Idem Or. Verba celerius labuntur. penulti. flect.

LABOR, nomen. penult. cor. Hor. Ser. 1. Paruula, nam exemplo eſt, magni formica laboris. Sil. 15. Nec ſoli faciles, longique laboris anhelos. Luca. 1. His Cæſar Peruſina fames, Mutinæque labores. Mart. 1. Omnis Cæſareo cedat labor Amphiteatro. Ouidi. Metamor. 2. Sponte ſua properant, labor eſt inhibere volantes. penulti. acuit. Vide Honor.

LABORO, pen. pro. Hor. Epiſt. 1. Claudius augusti priuignis ſcire laboro. Idē de Art. Decipimur ſpecie recti, breuis eſſe laboro. Idem. Inciderit, nec quatta loqui perſona laborat. Ouid. Metamorph. 1. Ardeat & mundi mores operoſa laboret. Idem. Atria veſtra ruēt, Atlas an ipſe laborat. Marti. 1. Litigat & podagra Diodorus Flacce laborat. Idem 14. Extruet huic vni parca laborat apis. Stat. Syl. 1. Subter anhelat humus, nec ferro, aut ære laborant. Idem 3. Quæue laboratas claudat mihi pagina Thebas. Idem Theb. 1. Grata laboratæ referens obliuia vitæ. Mart. 1. Plena laboratis habeas cùm ſcrinia libris. Oui. Metamorph. 3. Arte laboratum nulla ſimulauerat arte. Verg. Aeneid. 8. Dona laboratæ Cereris, Bacchumq; miniſtrat. Idem. 1. Arte laboratæ ueſtes, oſtroque ſuperbo. Ait Seruius, id eſt labore perfectæ, vt laboratasq; premũt ad pectora ceras. Et eſt ſermo in compendium coactus, ſicut, Rapuitque in fomite flammam, id eſt, raptim fecit. Cicero. Att. Habeo munus a te laboratum decem legatorum. ait Cornucopiæ, a nomine fit verbum laboro, quod interdum eſt fatigor, & cum labore ago, Seneca iugiter fodiendo laborat. Cicero in Fami. Illa ipſa propter quæ hęc laborantur, quod non legi. Cicero pro Cæl. Cum a me ipſo laborata proferri viderentur. Idem pro Mur. Quibus incommodo ualetudinis laborandum eſt. Idem in Fami. ad Lent. Laboratur uehementer. imperfo. penul. flectit.

LABORIFER, pen. cor. Sta. Syl. 4. Aera laboriferi viuant quæ marmora cœlo. Ouid. Metamorph. 15. Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci. Idem 9. Nanque laboriferi cum iam natalis adeſſet. antepenult. acu.

LABO, penult. cor. Ouid. Metamorph. 2. Vtque labant curuæ iuſto ſine pondere naues. Idem 6. Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare. Idem de Triſt. 4. Cur labat ambiguo ſpes mea, miſta metu. Lucr. 6. Omnia tum vero vitai clauſtra lababant. Sil. 14. Interea dum incerta labat ſententia clauſis. Luca. 2. Procumbunt, dubiaque labant ceruice ſed illos. Idem. Terra labet miſto coeuntis pondere mundi. Idem 3. Com pages humana labat, pulſuque deorum. Stat. Syl. 5. Monſtrabat, labat incerto mihi limite curſus. Claud. Non ætate labat iuuenum rorantia colla. Flac. 2. Sylla labat, cuneiſque gemit graue robur ad altis. Cicero Att. Scito labare meum conſilium illud. Idem. in Ant. cum ei labare M. Antonius uideretur. penult. acu.

LABES, penult. cor. Ouid. de Triſt. 1. Siue aliquod morum, ſiue vitæ labe carentis. Idem de Pont. 1. Nos quoq; præteritos ſine labe peregimus annos. Idem Metamorph. 15. Victima labe carens, & præſtantiſſima forma. Perſ. Sat. 3. Eſt tibi far modicum, purum, & ſine labe ſalinum. Sil. 7. His ſuper internæ labes, & ciuica vulnus. Ver. Aen. 2. Hinc mihi prima mali labes, hinc ſemper Vliſſes. penult. acu. Ouid. Metamorph. 3. Idque vbi ui multa partem labefecit in omnem. Idem de Pont. 3. Charta ſit a vinclis non labefacta ſuis. Perſ. Sat. 4. Eliſaſque nates labefactent forcipe adunca.

LABDACIVS, penultima cor. Stat. Theb. 2. Labdaciumque ducem præmiſſæ conſona nocti. Idem. Labdacus,

cus, hos regni ferrum penes ire, manusque. Idem 6. Labdacides lassa veluti ratione magister. Idem 7. Labdacies uerò, Pelopique a stirpe nepotes. antepenult. acuit.

LABEO, penult. cor. Pers. Sat. 1. Me mihi Polydamas, Troiades Labeonem. Hor. Ser. 1. In cruce suffigat Labeone insanior inter. antepenul. acu.

LABELLVM, penult. pro. Iuu. Sat. 1. Cum ueniat contra? digito compesce labellum. Idem 8. Quanuis te nudum spumanti virro labello. Pers. Sat. 2. Exemit puerum frontemque, atque uda labella. Idem 3. Atque ex porrecto trutinantur verba labello. Idem 1. Hoc natat in labris, & in udo menas & Atys. Ver. Buc. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Ait Seruius, hinc inanissimam quidam tentant facere discretionem. pen. acu.

LABERIVS, pen. cor. Hor. Ser. 1. Et Laberi mimos, aut pulchra poemata miror. antepen. acuit.

LABIENVS, pen. pro. Luca. 5. Cæsaris at Labienus erat nunc transfuga uilis. Idem 9. Euentus Labienus erat sors obtulit, inquit. Idem. Quid quæri Labiene iubes, an liber in armis. Mar. 7. Hęredem Fabius Labienum ex asse reliquit. Idem. Plus meruisse tamen se Labienus ait. Idem 12. Vt puero emeret, Labienus vendidit hortos. Idem. Nil nisi ficetum nunc Labienus habet. penult. flect.

LABICVS, pen. pro. Sil. 5. Hinc fadum petit, & veterem bellare labicum. Ver. Aen. 7. Et sacranæ acies, & picti scuta labici. vide ibi Seruium. Mart. 2. Labicana leui cespite uelat humus. penult. flectit.

LABYRINTHVS, penult. pro. Ver. Aen. 5. Et quondam Creta fertur labyrinthus in alta. Ait Seruius, labyrinthus locus apud Cretam factus a Dædalo perplexis parietibus, ubi Minotaurus inclusus est. Iuu. Sa. 1. Aut Diomedæas, aut mugitum labyrinthi. penultima acuit. Mant. In labyrinthiacis tu filum ambagibus illud. antepenult. acuit. Catul. Ne labyrintheis è flexibus egredientem. penultima flectitur.

LABRVSCA, pen. pro. Ver. Buc. Syluestris raris sparsis labrusca racemis. Ait Seruius, Vitis agrestis est, quæ quia in terræ marginibus nascitur, labrusca dicta est, a labris, & extremitatibus terræ. penult. acu.

LABVLLA, pen. pro. Iuu. Sat. 2. in proculas, & pollineas, & męcha labulla. penult. acu.

LABVRNVS, pen. pro. Sil. 13. Præstabat Laurens membrorum mole Laburnus. penul. acuit.

LACEDAEMON, pen. pro. Oui. de Pont. 1. pulsus Aristides patrio Lacedæmonia fugit. Idem Penel. O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat. Mart. 1. Hæc Veneris sedes Lacedæmone gratior illi. Verg. Aen. 7. At non sic Phrygius penetret Lacedæmona pastor. penult. acu. Scribi enim per o, magnum. Mart. 2. Te Lacedæmonio velat toga lota galeso. Idem 4. Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet. Idem 14. Nos Lacedæmoniæ pastor donauit amicæ. Luca. 3. Hinc Lacedæmonii moto gens aspera fræno. Stat. Sylu. 3. & Lacedæmonii pecuaria culta galesi. antepenult. acui.

LACAENA, penult. pro. Vergi. Geor. 2. Sperciusque, & virginibus bacchata Lacænis. Claud. Thessalides famulas, & quæ meruere Lacænas. Vergi. Aeneid. 6. Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ. Idem 2. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ. Ait Seruius, à prouincia Laconia: & notandum deriuationem minorem esse à principalitate, quod rarum est. penultima flecti.

LACERNA, penultima prod. Quàm primum nostra facta lacerna manu. Martial. 2. Quæque Tyron toties epotauere lacernæ. Idem 13. Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas. Stati. Syl. 2. Pectora, & angusta tela arctare lacerna. penultima acuit. Iuuenal. Sati. 1. Ipse lacernatæ cùm se iactaret amicæ. penultima flectitur.

LACERO, pen. cor. Mart. 1. Dedale Luca no cùm sic lacereris ab urso. Idem, Sæua ferum rabido lacerauit dente leonē. Ouid. de Pont. 4. Inuide quid laceras Nasonis carmina rapti. Idem 2. Parce precor nostrum laceratur in arbore cor pus. Iuue. Sat. 4. Cùm iam semianimū laceraret Flauius orbem. Flac. 1. Nunc lacerat celsis an si freta puppibus essent. Vergi. Aene. 3. Quid miserum Aenea laceras? iam parce sepulto. Idem 11. Loricamque manu ualida lacerare reuulsam. Ouid. Penel. Et lacer admissos terruit Hector equos. Stat. Syl. 1. Ipse palàm lacera poscebat regulus umbra. Sil. 8. Hic inter lacero manantem ex ore cruorem. Verg. Aen. 6. Deiphobum uidi lacerum crudeliter ora. Cicero. Att. Meus me mœror lacerat. Idem in Ant. Hæc te lacerat, hæc cruentat oratio. Idem Off. Qui lacerarunt omni scelere patriam. antepenul. acuit. Sil. 14. In pactū pelagus laceratæ uiscera terræ. Mar. 1. Ipse sed ingrato iacuit laceratus ab urso. penult. flect.

LACERTVS, penult. prod. Oui. Met. 1. quid mea colla tenes blandis ignare lacertis. Idem de Pont. 1. Amplectique meis corpus non pingue lacertis. Iuue. Sat. 14. Nutrit, & inuenta per deuia, rura lacerta. Idem, Alterius conchem æstiui cum parte lacerti. Sil. 15. Spicula Eliseus nuper contorta lacertis. Luca. 1. Et dum pila ualent fortes torquere lacerti. Stat. Syl. 2. Migrasset planctu genitrix tibi sæua lacertos. Ver. Bucol. Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos. Idem Opusc. Nunc etiam in gelida, sed a lacerta latet. pen. acu. Ouid. Met. 11. Dura lacertosi fodiebant arua coloni. penulti. flect.

LACESSO, pen. pro. Luca. 8. desuit Emathiæ nunc tantas illa lacessit. Idem, Teutonici quoties Romam fortuna lacessit. Verg. Geor. 3. Arboris obnixus trunco, uentosque lacessit. Stat. Theb. 8. Præterea ne sola furor mea regna lacessat. pen. acu. Claud. Sæpe lacessitus probris, gladiisque peritus. Hor. Epist. 2. Dente lacessiti fuit intactis quoque cura. Cicero pro Dom. Nos te Antoni, nulla lacessimus iniuria. Idem in Ant. Tu ne uerbo quidem uiolatus ultro maledictis me lacessisti. Idem de Orat. Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur. Idem. Videmur quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti ad scribendum. penulr. flect.

LACHANVM, pen. cor. Hor. Ser. 1. Ad porri, & ciceris fero, lachanique catinum. antepenult. acuit. Est omne olerum genus: leganum uerò cibus est. hæc Despauterius.

LACHESIS, pen. cor. Stat. Syl. 2. Scilicet infausta Lachesis cunabula dextra. Idē Theb. 2. Ecce metu subito, Lachesis sic dira iubebat. Idem Syl. 3. scilicet exhausto Lachesis mihi tempora fati. Claud. Atropos, & Lachesis iungebant stamina dictis. Iuue. Sa. 3. Dum superest, Lachesi, quod torqueat & pedibus me. Mart. 1. Cùm mihi supremos Lachesis peruenerit annos. Idem, Nil ducit pen so Lachesis, fusoque sororum. Idem 10. Inuida quam Lachesis raptum Trieteri de nona. antepenul. acu.

LACINIA, penul. cor. Ver. Aen. 3: Cernitur, attollit se diua Lacinia contra. Oui. Met. 15. Littora felici tenuisse Lacinia cursu. Idem, Italia tenuit præterque Lacinia templa. Luc. 2. Extenditque suas in templa Lacinia rupes. antepenult. acu.

LACON, pen. cor. Oui. Met. 3. Præualidusque Lacon, Et cursis fortis Aello. Sil. 3. Venatos dumeta Lacon, aut exigit Vmber. Idem 14. defuerunt Agatyrna manus, geminoque Lacone. Stat. Syl. 1. Libycus, phrygiusque silex, hic dura Laconum. Mart. 2. Vel non casus adhuc matre iubente Lacon. Idem 1. Et gratum nautis sydus fulgere Laconum. Idem. Qualia Ledæi fata Lacones habent. Ouid. Met. 3. Et patre Dictęo, sed matre Laconide nati. penu. acu.

LACRYMO, pen. cor. Oui. de Tri. 1. De lacrymis factas sentiat esse meis. Idem Met. 14. Interdum madidas lacrymarum rore coronas. Luc. 2. Hæ lacrymis sparsere deos hæ pectora duro. Iuuen. Sat. 13. Plotatur lacrymis amissa pecunia ueris. Ver. Geor. 4. Narcissi lacrymam, & lentum de cortice gluten. Idem

Idem 1. Et mœstum illacrymat templis ebur, æraque sudant. Stat. Syl. 1. Germina, nec virides satis illacrymare sorores. Catull. Frustrantur falsis gaudia lacrymulis. Stat. Syl. 2. Non te forma mouet, non te lachrymabilis ætas. Oui. Metamor. 2. Vixque tenet lachrymis, quia nil lachrymabile cernit. Ver. Aen. 3. Eloquar, an sileam? gemitus lacrymabilis imo. antepen. acu. Cicero Att. Te ut a me discesseris, lacrymasse molestè ferebam. Idem pro Sest. Video hûc oculis lacrymantibus me intuentem. Verg. Opus. Coralio fragili, & lacrymoso mouit electro. Hor. Epist. 1. Vt proprius spectes lacrymosa poemata puppi. Oui. Fast. 2. Iussa recusantes peragunt lacrymosa ministri. Idem de Trist. 5. Quis tibi Naso modus lacrimosi carminis inquis. Idem Fast. 1. Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas. penulti. flecti. & sine aspiratione scribendum iubet Ioannes Pontanus libro secundo de aspiratione. De ortographia præceptum immotum dari non potest: sæpe quidem mutata est cum tempore. Seruit omnino consuetudini, ait Fabius lib. Inst. primo, cap. de Ortographia. ideo quisq; consulat uiros eruditos. Despauterius tamē ex Cornucopiæ admonet, lachryma a græco dacryon d, in l, mutato, ut Vlysses ab Odysses. Sed apud illos nō aspiratur lacryma, vt apud nos robustioris soni causa, vt præcipit Aulus Gellius.

**Lacteus**, penul. cor. Ouid. Met. 1. Lactea nomen habet candore notabilis ipso. Sta. Syl. 1. Forte serenati qua stat plaga lactea cœli. antepen. acu. Hoc lacte, huius lactis antiquiores declinabant: a quo videtur hoc lac abscissum esse, docet Prisc. lib. 6. in c, duo generis neutri sunt lac, lactis, quod antiquissimi etiam hoc lacte, huius lactis protulisse Plautus in Men. Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius: & ex Flacco lac nō habere pluralem: nam hæ lactes partes sunt intestinorum, cuius singularis est hęc lactis. Plinius libr. 10. cap. 37. natur. Ab hoc uentriculo lactes in homine, & oue, per quas labitur cibus. fac, lac, sic breuiant omnes, ait Antonius Nebris. lib. 5. & si nullum mihi succurrit exemplū, quod Quintianus producit Sereni uersiculo, ibi: Lac asinæ, placidæque bonis prodesse locuntur. quem imitare, ait Despauter. Donec ex uetere poeta probetur corripi, & tum uariabis.

**Lactuca**, penul. pro. Hor. 2. Potorem coclea nam lactuca innatat acri. Idem. Rapula, lactucæ, radices, qualia, lassum. Mart. 3. Vtere lactucis, & mollibus vtere maluis. Idem 5. Inter lactucas, oxigarumque liber. Idem 13. Dum pinguis mihi turtur erit lactuca valebis. pe. flect.

**Lacuna**, pen. pro. Ver. Geo. 1. Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Idem 7. Et totæ solidam in glaciem vertere lacunæ. Ouidi. Met. 8. Assuerant pluuialis aquæ, tenet ima lacunæ. Idem 3. Sint modici rictus, paruæque utrinque lacunæ. Idem 8. Summa lacunabāt alterno murice conchæ. Mart. 8. Lippa sub attrita fronte lacuna patet. Iuu. Sat. 1. Ius nullum uxori doctus spectare lacunar. Hor. 2. Carm. Mea renidet in domo lacunar. Ait Seruius Aen. 1. ibi, Dependent lychni laquearibus aureis. Principaliter lacus dicitur, ut Lucillius, resultant ædesque, lacusque: diminutio lacunar facit. Hor. ut supra. inde fit diminutio lacunarium, & per antistichon laquearium. Vide Laquear. Lacuna penul. flect.

**Lacus**. penul. cor. Mart. 1. Decreuit stygios Festus adire lacus. Oui. Me. 2. Stagna petit, patulosque lacus, ignemque perosque. Idem Fast. 3. Et lacus antiqua relligione sacer. Idem 4. Præmia de lacubus proxima musta tuis. Idem Metamor. 12. Cùm faber eduxit lacubus demittit, at alto. Idem de Pont. 2. Aetneosque lacus, & olentis stagna Palici. Stat. Syl. 1. Formosusque lacus nomen memorabile seruat. Sil. 5. Hinc dotale lacus nomē lateque Hymenæon. Ver. Geo. 1. Aut arguta lacus circumuolitauit hirundo. Idem Aen. 8. Quo te cunque lacus miserantem incommoda nostra. Ait Priscianus lib. 7. Pluralis datiuus, & ablatiuus quartæ declinationis

tionis differentiæ causa seruat u, ut arcus, arcubus: partus, partubus: artus, artubus: artibus enim, & partibus, & arcibus ab arte, parte, arce nascuntur. in hac uerò quarta, in quibusdam inueniuntur ueteres per supradictos casus plurales, quãuis nulla cogente causa differentiæ u, penultimam pro i, ponentes, ut portubus, specubus, tribubus, lacubus. lacus penultima acuit. Mant. Non obscuris lymphas stagnare lacustres.

LADON, penulti. pro. Oui. Fast. 2. Quique citis Ladon in mare currit aquis. Idem Metamor. 3. Et substricta gerens Sycionius ilia Ladon. Idem 1. Donec arenosi placidū Ladonis ad amnem. Ait Seruius Buc. Ecl. 3. ibi, Et me Phœbus amat. nam scimus & Daphnem Ladonis fluminis Arcadiæ filiam dilectam ab Apolline. penult. acuit.

LAERTES, pen. prod. Ouid. Penel. Laertesque senex, Thelemachusque puer. pe. acu. Ver. Aen. 1. Effugimus Ithacæ scopulos, Laertia regna. antepe. acu.

LAEDO, pen. pro. Mart. 1. Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum. Hor. Epist. 1. Quid uolni? dices, ubi quis te læserit, & scis. Ouid. de Pont. 4. Et populum lædi deficiente loco. Idem Meta. 14. Nec Venere æterna socialia fœdera lædam. Stat. Thebai. 7. Læditur aduersum Phœbi iubar, ipsaque sedem. Cic. pro Mur. Is iniuste neminem læsit. Idē in Ver. Qui alterum nulla priuatim læsi iniuria. Idem Epist. 6. Quos tu Reipub. causa læseras. Lædo penulti. flecti. longa natura est.

LAELAPA, pen. cor. Oui. Metam. 7. Pascor, & ipse mecum consensu Lælapa magno. antepe. acu.

LAETIFICO, pen. cor. Luca. 3. Lætificat, magni queritur, quod tuta per æquor. Mantua. Omnia lætificat, fuerit cùm lucifer ortus. Stat. Theb. 8. Lætificos tenui captabat corde tumultus. Hor. de Arte. Lætitiæ clamabit enim pulchrę bene rectæ. Ver. Aen. 1. Lętitiaque, metuque auidi coniungere dextras. Cice. de Nat. Accessus solis lætificat terram. Idem, Indus non aqua solum agros lætificat, sed eos etiam conserit. antepen. acuit.

LAGOENA, pen. prod. Hor. Ser. 2. Mox cùm reticulis, & pane, & uentre lagœnæ. Mart. 10. Non facit ad stomachum nostra lagœna tuum. Idem 12. Fumosæ fotet ipse Tropin de fece lagœnæ. Hor. Epi. 2. Et signo læso non insanire lagœnæ. Pers. Sat. 3. De maiore domo modice sitiente lagœna. Iuuen. Sat. 5. Pugna Saguntina feruet commissa lagœna. Idē 8. Aut uinum Tyberi deuectum quinq; lagœnæ. Marti. 13. De Spolentinis quæ sunt cariosa lagœnis. Lagœna penulti. flect. natura produci.

LAGOPOS, pen. pro. Mart. 7. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus. penulti. flecti.

LAGVS, pen. cor. Verg. Aen. 10. Fit lagus hunc magno uelit dum pondere saxum. Iuu. Sat. 6. Ad Pharaon, & Nilum, famosaque mœnia Lagi. Luc. 5. Atque utinā in populos, donata est regia Lagi. Idem 10. Sufficit in pœnas, non omnis regia Lagi. Lagus Aegypti rex Ptolomæi pater, primam producit, flectitque. Verg. loquitur de Rutulo nomine dictus Lagus, primam acuit.

LAGEVS, pe. pro. Sil. 1. Terminus huic roseos amnes Lageus ad ortus. Luc. 10. Cæsaris in iugulum præstet Lagea iuuētus. Idem, Vt proles Lagea tenet, famulumque Tyranni. Vergi. Georg. 2. Et passo Psithia utilior, tenuisque Lageos. Ait Seruius. Lageos hic uua est, quæ latinè leporaria dicitur. diphthōgo Grecè scribitur ei, Latinè remanet e, longa. Hor. Ser. 2. Nec Scarus, aut poterit peregina iuuare Lagois. Genus piscis est: est etiā auis, cuius carnes leporinū gustum præ se ferunt. penul. flec.

LAIVS, penul. cor. Stat. Theb. 7. Meste genas, iuxtaque comes, quo Laius ibat. Idem 2. Laius & notos cunctantur inire penates. antepen. acu.

LAGONA, pen. cor. Mart. 9. Nos facimus Bruti puerum nos Lagona uiuum. ante penult. acu.

LALAGE, penul. cor. Prop. 4. Cæditur & Lalage tortis suspensa capillis. Mart. 2. Hoc facinus Lalage speculo quod uiderat

rat vlera est. Idem. Desine iam, Lalage, tristes ornare capillos. antepenulti. acuit.

LALETANVS, pen. pro. Mart. 7. Et laletanæ nigræ lagœna fapæ. Idem 1. A cau pone tibi sex Laletana petatur. penult. flect.

LALISIO, onager adhuc paruus, pen. cor. Mart. 13. Cùm tener est onager, solaque lalisio matre. antepenult. acu.

LAMENTOR pen. pro. Oui. Met. 11. Accipit & natam delaméatur ademptam. Lucr. 3. At qui obitum lamentetur miser amplius æquo. Mant. Hi gemini casus lamentabantur acerbos. Sil. 5. Quis lamenta ferat certantes laude ciebat. Stat. Theb. 6. Pignora non dum orbis modus, & lamenta redibant. Idem Sil. 2. Conclamare tori mœsta, & lamenta sororum. penulti. acuit. Ouid. Metam. 8. Mitis habebatur iam lamentabile Athenæ. Stat. Theb. 1. Si dulces furias, & lamentabile matris. Verg. Aened. 2. Troianas ut opes, & lamentabile regnum. antepenul. acu. Cicero in Ant. Lamentari uxoré uidebam. Idem Tusc. Cuius cæcitatem cùm mulierculæ lamentarentur.

LAMINA, penult. cor. Ouid. Fast. 1. Et leuis argenti lamina crimen erat. Claud. Flexilis inductis hamatur lamina membris. Vergil. Georgi. 1. Tum ferri rigor, atque argutæ lamina serræ. Mantua. Verbera carnificas, robur, pix lamina tædæ. antepe. acu.

LAMIA, penulti. corr. Iuuen. Sati. 4. Cœperat hoc nocuit lamiarum cæde madenti. Horat. Episto. 1. Me quanuis lamiæ pietas, & cura moretur. Idé de Art. Neu pransæ lamiæ uiuum puerum extrahat aluo. antepe. acu.

LAMPAS, penultima produ. Ouidi. Episto. Vndique collucent præcinctæ lampades auro. Idem Fast. 4. Illic accendit geminas pro lampade pinus. Idé Metamor. 12. Lampadibus densum rapuit funale coruscis. Mantua. Lampadibus posthæc mergor flagrante camino. Stat. Theb. 8. Nec prius astra sibi quàm mystica lampas, & insons. Sil. 14. Hic procul ardentem iaculatus lampada Cimber. Pers. Sat. 6. Qui prior es cur me in decursu lampada poscis? Vergili. Aened. 9. Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Ab hoc accusatiuo formatur nominatiuus lampadas, lampadæ, ait Calepinus. Luca. 10. Lampadas immitti iunctis inuecta carinis. Idem 6. Lampades Herculeis fortis Meliboeia Sagi. Stat. Syl. 1. Lampade, parcentes, & inermi strinximus arcu. Iuuena. Sat. 3. Multum præterea flammarum, atque ænea lampas, pro candelabro, uel lychno, seu aliquo pellucido. Cice. in Ver. Vidi argenteum cupidinem cum lampade. Lampas est quod ardet, non quod accensum continet. ait Despauterius, ut ex Raphaele Regio notauit Bebelius fortasse 12. Matamorph. Lampadibus densum, ut supra, ait ille ibi, funale quidem hoc loco instrumentum esse uidetur lampadibus sustinendis accommodatum, ubi exponit, lampadibus coruscis, lucernis coruscantibus, & lucentibus.

LAMPYRIS, penul. prod. Mantu. Musca uolans noctu dicūt lampycida Grai. penulti. flect.

LAMPSACVS, penultima cor. Oui. Fasti. 6. Lampsacus hoc animal solita est mactare priapo. Fla. 2. Lampsacus Oggygij quàm nec Trieterica Bacchi. Martia. 11. Nam mea Lampsacio lasciuit pagina uersu. antepenultima acuit.

LAMPETIE, penultima corr. Ouid. Metamorph. 2. Candida lampetie subita radice retenta est. Flac. 9. Lampetie tauros fuluo similes orichalco. antepenul. acuit.

LAMVS, penultima corr. Stat. Theb. 9. Figitur ora lamus, flet saucius inguina Lygdus. Sil. 8. Fudique, & regnata Lamo Caieta, domusque. Ouid. Metamor. 14. Inde Lami ueterem Lestrygonis, inquit, in urbem. Idem Epi. Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo. penult. acuit.

LANA, pen. pro. Ver. Geo. 1. Tenuia nec lanæ per cœlum uellera ferri. Hor. Epist. 1. Alter rixatur de lana sæpe caprina.

Stat.

Stat. Theb. 4. Ora cruentata deformis, hiantia lana. Iuu. Sat. 8. Intereà dum la natus, toruumque iuuencum: pen. flect. Stat. Syl. 5. Lanea cui Phrygii est coma flaminis, & tua multùm. Ver. Geo. 3. Lanea dum niuea circumdatur infu la uicta. Oui. Fast. 1. Numina lanigeræ coniuge debet ouis. Idem Lanigerumque pecus, ruricolæque boues. Idem Met. 3. Lanigerosque greges non ulla armenta reliquit. Sil. 14. Lanigera Melite, & littus piscosa Melacte. Idem 15. Lanigeræ balaut stabulis, ipse ocia molli. Ver. Geo. 3. Si tibi lanicium curæ primum aspera Sylua. Ait Seruius Aen. 2. Hęc lana dicimus, & hoc lanicium, sicut fuga, & effugium: quod autem dicit oues lanæ caussa non debere pinguescere, phisicum: omne enim pingue animal caret pilis, quod hirsutum efficit macies. Mant. Lanicio excellit Veronaque proxima Mantò. antepenult. acuit.

**Lanificus**, pen. cor. Mart. 1. Lanificas nulli tres exorare puellas. Idem 6. Si mihi lanificæ ducunt non pulla sorores. Ver. Opusc. Inter lanificas, ducere sæpe suas. Tibull. 2. Lanificam pensis imposuisse manum. Oui. Met. 6. Quam sis lanificæ non credere laudibus artis. Iuu. Sat. 12. Lanificæ modica non multò fortior aura. antepenult. acu.

**Laniger**, pen. cor. Oui. Met. 3. Lanigerisque greges non vlla armenta reliquit. Idem Fast. 1. Numina lanigeræ coniuge debet ouis. Ver. Geo. 3. Lanigeros agitare greges hirtasque capellas. antepen. acu.

**Lancea**, penult. cor. Luca. 1. Infremuit tum torta leuis si lancea Mauri. antepenult. acuit.

**Lanio**, pen. cor. Luca. 2. Nunc laniate comas, neue hunc diserte laborem. Oui. Met. 1. Quin lanient mundum tanta est discordia fratrum. Idem 2. Tertia cùm crinem manibus laniare pararet. Idem Fast. 4. Ille etiam saxo corpus laniauit acuto. Idem Met. 12. Humatisque viri laniauerat unguibus ora. Ver. Geo. 3. Discissos mundis laniabant dentibus vua. Mart. 7. Tōsor, caupo, coquus, lanius sua lumina seruant. antepenult. acu. Ouid. Met. 2. Et laniata sinus totum percensuit orbem. Ver. Aen. 12. Et roseas laniata comas, concussaque pectus. penult. flec. Cicero de Diui. Cū ferus immani laniauit viscera morsu. Idem Epist. 95. Cum homo imbecillus a ualentissima fera laniatur.

**Lanista**, pen. pro. Iuu. Sat. 3. Primi rapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistæ. Idem 11. Scripturus leges, & regia verba lanistæ. pen. acuit.

**Langueo**, pen. cor. Sil. 14. Sed ferro languebat amor sedare mouendo. Lucr. 5. Ex inimicitiis languebat quo magis ipsum. Idem 6. Languebant, penitusq; cassa contrusa iacebant. Idem. Aut vbi gustarat, languebat morte propinqua. Cicero de Nat. Cum ocio langueremus. Idem in An. Cumque lāguerem de uia. antepen. acu.

**Languidus**, pen. cor. Sill. 10. Languida vix ægro, & dubia ceruice leuabat. Iuue. Sat. 1. Languida, vel prægnans, & circūducitur uxor. Hor. Ser. 2. Languidus in cubitum iam se cōuiua reponet. Ouid. Metam. 1. Languida permulcens medicata lumina virga. Idem 2. Cum Dea uenatrix fraternis languida flammis. Idem Fast. 3. Languida consurgit, nescit, cur languida surgit? Idem. Et cadit a mento languida facta manu. Ver. Aen. 12. Ac uelut insomnes oculos ubi languida pressit. Mar. 14. Languida ne tristè, obscurent lumina ceræ. ante penult. acuit.

**Lanugo**, pen. pro. Mart. 1. Dum nulla teneri sordent lanugine vultus. Idem 9. Iam mihi prima latet longis lanugo capillis. Idem. 10. Tam dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam. Oui. Met. 13. Signarat teneras dubia lanugine malas. Mant. Imberbis Iohanus adhuc lanugine prima. Ver. Buc. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Idem. 10. Tu quoque flauentem prima lanugine malas. Stat. Thæb. 1. Olim etiam ne prima genas lanugo nitentes. Idem. Syl. 4. Serpere crudeles uidit lanugine flammas. Idem Theb. 6. Deserpitque genis nec se lanugo fatetur. penult. flect.

Lao-

**Laodicea**, pen. pro. per ei diphthongū scribi Græcè vrbis nomen est. Man. Laodiceæ & enim cōflictu peritus acri. Idem. Laodicea patres ubi consedere pa trati. penult. flect.

**Laodomia**, pen. pro. Oui. Epist. Laod. Parcere me iussit Laodomia sibi. Idem de Art. 2. Phylacidas aberat Laodomia tuus. Idē de Tri. 1. Aut comes extincta Laodomia viro. Idem de Pont. 2. Esset dux facti Laodomia tui. Catul. Quo ti bi tum casu pulcherrima Laodomia. Ver. Aen. 6. Euadnenque, & Pasiphaen his Laodomia. Ait Seruius. Vxor Protesilai, quæ cùm in bello Troiano primùm periisse cognouisset, optauit, ut eius vmbram videret: qua re concessa, non deferens in eius amplexibus periit. penult. flect.

**Laocoon**, pen. cor. Verg. Aen. 2. Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos. Idem. Laocoonta petunt, & primùm parua duorum. Idem. Laocoon ardens summa decurrit ab arce. Ait Seruius, omnia in on, exeuntia tertiæ sunt declinationis, ut Laocoontis, Demophoontis, Hippocoontis, antepen. acu.

**Laomedon**, pen. cor. Oui. Fast. 6. Curaque ad hæredem Laomedonta uenit. Iuue. Sat. 6. Laomedontiades, & Nestoris Hernia possit. Ver. Aen. 8. Talia per Latium quæ Laomedontius heros. antepen. acu. Mart. 8. Laomedonteæ fuerant hæc pocula mensæ. Ouid. Met. 11. Laomedonteis Latoius astitit aruis. Flacc. 2. Laomedonteus fugeret fortuna penates. pen. flect.

**Lapathum**, pen. cor. Hor. Ser. 2. Et lapathi breuis herba, sed albo non sine Coo. Idem. Epodon. Ode 2. Aut herba lapathi prata amantis, & graui; quę non dissimiles à malua effectus habet. Colum. 2. Lubrica iam lapathos iam thami sponte virescunt. Huius herbæ vis ructus facit, vrinam ciet, caliginem oculorum discutit. Vide Plin. 20. Cap. 21. antepen. acu.

**Lapis**, pen. cor. Mart. 1. Signat vicina quartus ab urbe lapis. Ouid. Met. 1. Magna parens terra est, lapides in corpore terræ. Idem 2. Et lapidem ostendit simulat Ioue natus abire. Idem. Nec lapis albus erat, sua mens infecerat illam. Vergili. Buccol. Hinc lapides Pyrrhæ iactos Saturnia regna. Idem Georg. 1. Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem. Claud. Velamenta lapis, precio saque fila smaragdis. Luca. 10. Purpureusque lapis, totaque effusus in aula. Ouid. de Pont. 4. Gutta cauat lapidē, consumitur annulus usu. Vergi. Georg. 4. excussusque breues tentant, & sæpe lapillos. Stat. Syl. 4. Nox ex Erithreis Thetidi signanda lapillis. pen. acu. Oui. Fast. 3. Defluit incerto lapidosus murmure riuus. Idem 15. Clauiger alloquitur lapidosa Cæsaris undas. Idem 1. Fronde tegi syluas, lapidosos surgere montes. Hor. Ser. 1. Non Canusi lapidosus aquæ, non ditior urna. Ver. Geor. 2. Ferre pyrum, prunum, lapidosa rubescere corna. pen. flect.

**Lapithae**, pe. corr. Stat. Theb. 2. Qualis in aduersos Lapithas erexit inanem. Idem 7. Aut Lapithas Marti, aut veterem Calydona Dianæ. Ouid. Met. 8. Cū Lapithis pugna nobile carnis opus. Idem 12. Hæc inter Lapithas, & semi homines centauros. Luca. 6. Spumauitque nouis Lapithæ domitoris habenis. Mant. Te memorat non Lapithis erate re minantem. Ouid. Met. 12. Antra simul subeunt, & tum Lapitheia tecta. Idem 14. Solicitata procis, nec quæ Lapitheia mouit. antepen. acu.

**Lapsacus**, pen. cor. Oui. Fast. 6. Lapsacus hoc animal, solita est mactare priapo. antepenult. acu.

**Laqueo**, pen. cor. Mant. Altius immergunt, laqueant genus omne natantum. Oui. Me. 11. Vtque suum laqueis quos callidus abdidit auceps. Stat. Syl. 5. Astianacta parēs laqueo quin illa supremo. Luc. 2. Hic laqueo fauces elisaque guttura fregit. Idem 8. Aut laqueum collo, tortorque aptare rudentes. Verg. Geor. 1. Tum laqueis captare feras, & fallere visco. antepenult. acu. Luca. 10. Extruet, instar erat, laqueataque tecta ferebat. penult. flect.

**Laquear**, pen. cor. Pers. Sat. 3. Et magis auratis pendens laquearibus ensis.

Stat. Syl. 3. Quod dominum celsis niteat laquearibus aurum. Idem 4. Visibus auratisque putes laquearia cœli. Idem Theb. 1. Et nõ dum crasso laquearia fulta metallo. Sil. 7. Luminis. & tremula laquearia uerberat umbra. Fla. 10. Respondent, tremulique ututnt laquearia tecti. Vergil. Aeneid. 8. Erigitur, summique ferit laquearia tecti. Idē 1. Atria dependent lichni laquearibus aureis. Ait Seruius, à nomine lacus significancetrabem in ædificijs planam, diminutiuum esse lacunar, à quo lacunarium, & per antisthichon laquear, & laquearium, & laqueare. penultima produ. Addit Calep. à laqueare per apocopen laqueàr: unde finalem flectit, ut Arpinas nostras.

Lares, penultima cor. Mart. 1. Ad Proculi nitidos officiose lares. Idem. Flacce Antenorei spes & alumne laris. Ouidi. Fast. 4. Transferri iussos in noua tecta lares. Idem de Trist. 1. Illa etiam ante lares sparsis prostrata capillis. Idem 3. Respiciens frustra rura, laremque suū. Iuuenal. Sat. 6. Præberet spelunca domos, ignemque laremque. Pers. Sat. 5. Bullaque succinctis laribus donata pependit. Flacc. 3. Cum laribus sacrasse diem procul aduenit Idmon. penulti. acuit.

Largior, penulti. cor. Pers. Sat. 3. Quantū elargiri deceat, quem te Deus esse. Cicero de Offi. Quidam eripiunt aliis, quod aliis largiantur. Idem pro Quint. Cui summam copiam, facultatemque dicendi natura largita est. antepenulti. est. Claudi. Magnarum largitor apum largitor honorum. Sil. 15. Cedentemque urget tota largitus habenas. penultima flect. Hor. Ser. 1. Largiter abstulerit longa ætas liber amicus. antepenul. acuit. Marti. 1. Qualiter ò utinam, quàm large, quàmque beatè. Lucre. 5. Largificum fontem scatere, atque erumpere flumen. Vide Regulas.

Larides, ait Despauterius, proprium, aut patronymicum. penul. pro. Verg. Aen. 10. Daucia Laride, Thymberque simillima proles. Idem. Te decisa suum Laride dextera quærit. penult. acuit.

Larina, penult. prod. Verg. Aene. 11. At circum lectæ comites, Larinaque uirgo. penult. flectir. Sil. 8. Et Larinatum dextri socia hispidis arma. Ait Despauterius, Larinates populi, omnibus syllabis productis. apud Silium. penul. acu. Larinatum flect.

Larix, penult. corr. Luca. 9. Et larices, fumoque gramen serpentibus urunt. penul. acuit.

Larissa, nomen multarum ciuitatum, penultima prod. Lucan. 6. Atque olim Larissa potens, ubi nobile quondam. penultima acuit. Oui. Ibin. Quosque putes fidos, ut Larissæus alebat. Idem Metamorpho. 2. Pulchrior in tota quàm Larissæa coronis. Vergil. Aeneid. 11. Nunc, & Tydeides, & Larissæus Vlisses. Idem 2. Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles. penul. flect. diphthongus longa est.

Laronia, penulti. corr. Iuuen. Sati. 2. Non tulit ex illis toruum Laronia quēdam. Sil. 14. Duxissetque ratem pressa Laronius hasta. Martial. 2. Abnegat, & retinet nostrum Laronia seruum. Claud. Hæsit Apollineo Delos Laronia seruum. antepe. acuit.

Lasanum, penulti. corr. Hor. Ser. 1. Te pueri, lasanum portantes, œnophorumque. est lasanum genus uasis inuentum ad usum leuandi uentris. antepenultiacuit.

Lasciuus, penultima prod. Hora. Ser. 1. Lasciui pueri, quos tu nisi fusse coerces. Martial. 1. Aethereas lasciue cupis uolitare per auras. Idem. Lasciua est nobis pagina uita proba est. Idem, Lasciuos leporum cursus, lususque leonū. Idem 4. Quis siccis lasciuit aquis, & ab æthere ludit. Idem 11. Nam mea lampsacio lasciuit pagina uersu. Ouid. Metamorph. 1. Quidque tibi lasciue puer cum fortibus armis. Mantuan. Lasciuire solet, per rustica templa, quod olim. Stat. Sylu. 1. Ponite dilecto uolo lasciuire sodali. Idem 3. Curuæ Terapnæi lasciuiat ora conopi. Vergili. Opusc. Comica lasciuo gaudet sermo-

ne

ne Thalia. Stat. Syl. 2. Quæsisti lascitiuus herum, tardæque parasti. Idem. Fregisset rosea lasciua Thalia corona. Sil. 3. Lasciuo genitus satyro, nymphaque myrice. Ouidi. Fast. 4. Filius huius erat primo lasciuus in æuo. penultima flectitur. Idem 5. Quærere conabar, quare lasciuia maior. Mantuan. Significat Iesum, scire lasciuia non uult. & lasciuio. antepenultima acuit.

LATAGVS, pen. cor. Verg. Aeneid. 10. Sternit humi cum quo latagum, palmũque fugacem. Idem. Sed latagum saxo, atque ingenti fragmine montis. Mant. Quid latagum, quid si amnigenam misere coassem. Ait Seruius latagum poni pro latagis os. antepenul. acu.

LATEO, penult. cor. Ouid. Met. 1. Cum quæ pressa diu massa latuere sub ipsa. Idem 2. Occuluitque caput, quod ad huc latet hostia septem. Idem. Sæpe feris latuit uisis ... quid esset. Idem Fast. 3. Quæ latuere prius multa reperta ferunt. Verg. Buc. Tityre coge pecus, tu post carecta latebas. Idem Aeneid. 3. Ingens quod torua solum sub fronte latebat. Auso. Causa latet bimarem nisi quod patientia morbo. Stat. Syl. 1. Nobilitas, nec origo latet, sed luce sequente. Idem Theb. 7. Nec causæ latuere patrem, supplexque profatur. Idem Achill. 2. Narrabor famulis, aut dissimulata Latebo. Hor. de Art. 2. Et lateat uicinum proximitate boni. Mart. 14. Cymphio poterit planta latere sinu. Cicero in Cat. Quod mihi latere ualeat in tempore. antepenultima acuit.

LATEBRA, penul. cor. Luca. 1. Emic tunc produntque suas omenta latebras, Idem 2. Non satis est muris latebras quæsisse pauori. Vergil. Georg. 2. Dulcem ferre cibum, & curuas præbere latebras. Ouidi. Metamorph. 10. Forte suem latebris vestigia certa secuti. Ver. Aen. 12. Ense secent lato vulnus, telique latebra. antepenultima acuit. ubi te longa est, sed non solida positione: muta enim & liquida quoties ponuntur, metrum iuuant, non accentum: vide peragro. Ait Christophorus in Auton. Nebris. libr. 5. Syllaba longa natura perquamraro breuis reperitur muta, & liquida. ut a lateo, lates, latebra: à lateo inquam potius esse, vbi e breuis est. Luca. 6. Non obscura petit latebrosæ tempora noctis. Vergil. Aeneid. 5. Cui domus, & dulces latebroso in pumice uidi. Idem 12. Inclusa ut cum latebroso in pumice pastor. penul. flect.

LATEX, penultima correcta. Ouidi. de Pont. 3. Non tibi sunt fontes laticis nisi penè marini. Idem 14. Inquinat hic pressos latices radice nocenti. Idem 3. Excipiunt laticem, Niphequeque, Hialeque, Rhanisque. Stat. Sylu. 2. Spargere cùm laticem, & foliis turbare memento. Sil. 4. Absorbet latices sæuoque uigente uapore. Vergil. Georgi. 2. Hic laticis qualem pateris libamus, & auro. Idem Aeneid. 1. Regales inter mensas, laticemque Lyæum. Ait Seruius. Latex proprie est aqua, ab eo, quod intra terræ uenas lateat. Lucre. 5. Hoc facile expletur laticum, frugumque cupido. penult. acuit.

LATERANVS, penultima producta. Martial. 1. A caupone tibi fex Laterana petatur. Sil. 5. Abrectus pulchro cædum Lateranus amore. Iuuen. Sati. 10. Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædes. Mantuan. Angelus admonuit Laterani in limine templi. penultima flectitur. Idem. Et Lateranensis stares in limine templi. penulti. acuit.

LATERNA, penult. prod. Iuuena. Sat. 5. Laternum illud enim uestris datur alueolis quod. Martial. in Apol. Dux laterna uix clausis feror aurea flammis. A lateo dici, quòd lumen lateat. pen. acuit.

LATINVS, penultima prod. Mart. 1. Siue obscura nimis, siue Latina parum. Ouidi. de Tristi. 3. Siue tamen Græca scieris, siue illa Latina. Idem Metamorphos. 2. Si qua uidebuntur casu non dicta Latinè. Idem 14. Quo satus antiquo tenuit repetita Latinus.

Stat.

Stat. Syl. 1. Ipsa toros, & sacra parat, cœptuque Latino. Iuu. Sat. 5. Cliuosæ ueheris dum per monimenta Latinæ. Verg. Aen. 7. Maius opus moueo, rex arua Latinus, & urbes. Idem 12. Sacra, deosque dabo, socer arma Latinus habeto. Idem. In te oculos referunt, mussat rex ipse Latinus. Idem. Demittunt mentes, it scissa veste Latinus: penulti. flect.

**Latito**, pen. cor. Lucr. 1. Res putat im mistas rebus latitare, sed illud. Ouid. de Trist. 3. Nec meus inditio latitantes uersus amicos. Idem 14. Perque dies multos latitans, omnemque tremiscens. Idem. 13. Senserunt undæ latitans ego rupe meique. Man. Quæ latitant magno mundi hoc in corpore causæ. Cicero. pro Quint. Si latitare, ac diutius, ludificare videatur. Idem pro Clu. Extrahitur domo latitans. antepen. acu.

**Latium**, pen. cor. Mart. 1. Si quis Cecropiæ madidus, Latiæque Mineruæ. Stat. Syl. 1. Vnde sacro Latii sonuerunt carmine mōtes. Idem. Stat Latium cōplexa forum celone peractum. Idem. Eia age præclaros Latio properato nepotes. Luca. 1. Mitis Aiax Latias gaudet non ferre carinas. Idem. Totum sub Latias leges, cum miseris orbem. Verg. Aen. 8. Composuit legesque dedit, Latiumque uocari. Ait Seruius, Vergilius uult Latium dici, quod illic Saturnus latuit. Varro autem Latium dici putat, quòd latet Italia inter præcipitia Alpium, & Apenini. antepen. acu. Ouid. Met. 15. Accepisse Numam populi Latialis habenas. Stat. Syl. 1. Imperii Latiale caput nisi Dardana furto. Luca. 1. Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba. Idem, Percussit Latiale caput, stellæque minores. peu. flect.

**Latona**, penul. pro. Ouid. de Pont. 4. Quā grata est igitur Latonæ Delia tellus. Idem Met. 14. Latona quondā stirpes pariente retentes. Verg. Aen. 1. Latonę tacitum pertentant gaudia pectus. Idem 12. Latonæque genus duplex, Ianumque bifrontem. pen. flectit. Idem Geo. 3. Cui non dictus Hylas puer? & Latonia Delos. Idem Aen. 9. Astrorum decus, & nemorum Latonia custos. Ouid. Met. 1. Falleret, & posset credi Latonia si non. Tibul. 3. Candor erat, qualem profert Latonia Luna. antepen. acuit.

**Latorius**, pen. cor. Mart. 12. Et rogat vt cœnes secum Latorius, inquir. antepenul. acuit.

**Latous**, pen. pro. Sta. Syl. 1. Latous uatum pater, & Semeleius Euan. Idem Thebai. 1. Latoiden uotis, iterumque, iterumque canamus. Oui. Met. 11. Laomedonteis Latoius astitit aruis. antepenul. acu. Latous pe. flect.

**Latria**, penult. pro. Ait Antonius Nebris. libro. 5. Producunt uerò quæ apud Græcos per ei, diphthogon scribuntur, vt latria. Mant. Est fidei caput, est veri latria tonantis. penult. flect. At Claud. breuiat. Sola nouum latriæ uectigal Hyberia rebus. antepenult. acu.

**Latrina**, pen. pro. Mant. Latrinas curare, uiamque aperire coactis. Idem. Et per stagna facit, latrinalesque lacunas. penult. flect.

**Latrocinium**, peu. cor. Hor. Ser. 1. Furca latrociniis, & magnis parua mineris. Mant. Arma latrociniis totum infestantia pontum. Oui. de Art. 2. Siue latrocinii sub imagine calculus ibit. antepenult. acu.

**Latro**, verbum, penult. prod. Iuu. Sat. 10. Latrauit rictu, quæ post hunc uixerat uxor. Hor. Epist. 1. Tempore cerui nam pellem latrauit in aula. Stat. Syl. 1. Illum nec calido latrauit Syrius astro. Lucr. 5. & cum iam latraret, & uocibus omnia complent. Cicero de Or. Hic frater meus a Philippo interrogatus quid latraret. Idem. pro S. P. Alii canes & latrare, & mordere possunt. Idē de Clar. Latrant enim iam quidam oratores, nō loquuntur. penult. acu.

**Latratus**, pen. pro. Ouid. Met. 2. Ah quoties per saxa canum latratibus acta. Stat. Syl. 4. Laxat, & Icarius cœlum latratibus urit. Sil. 14. Latratus fama est, sic arcta interuenit unda. Iuu. Sat. 6. Exorata solet, nam si latratibus altis. Verg. Geor. 3. Latratu turbabis agens, montesque per altos. Idem Aen. 12. Venator cursu canis, & latratibus instat. Idem

Idem 8. Omnigenumque Deum mon ſtra latrator Anubis. Mart. 12. Retia dum ceſſant, latratoresque moloſſi. Sil. 2. Geſaque, latratorque Cydon, tectũque, focique. pen. flect.

L A T R O, nomen. Vide Peragro. Hor. Ser. 1. Magnus uterque timor latronibus, at bene ſi quis. Oui. Metamor. 7. Compoſito Syrone patet, ſparſiſque latronis. Iuuen. Sat. 10. Cantabit uacuus coram latrone uiator. Hor. Ser. 1. Turtur ab infeſtis latronibus, ò pater, & rex. Ouidi. de Art. 3. Curaque non ſtultè latronum prælia laudat. Vergili. Aeneid. 11. Excutiens ceruice toros, fixumque latronis. Ait Seruius. Vnde latrones uocantur conducti milites: moris antem erat, ut hos imperator, & circa ſe haberet, & primos mitteret ad omne diſcrimen: unde tunc dicit, latronis telo fixum leonem: quia etiam uenatores operas ſuas locare conſueuerunt. Varro tamen admonet, hoc nomẽ poſſe habere etiam Latinam etimologiam: ut latrones dicti ſunt quaſi laterones, quòd circa latera regum ſint: quos nunc ſatellites uocant. uana tamen eſt ſignificatio. Plautus in Pyrgopo. apertè oſtendit, qui ſint latrones, dicens. Rex me Seleucus miſit ad cõducendos latrones. Mantua. Aequoreis heu præda fuit latronibus, & mox. Mart. 14. Inſidiaſorum ſi ludis bella latronum. penul. acu.

L A T V S, nomen, penultima correpta. Ouid. de Pont. 4. Gauderem lateri nõ habuiſſe locum. Idem 2. Penna latus uelat teneros ſine acumine roſtrum. Idem. Nunc latus in fuluis niueum deponit arenis. Vergili. Buccol. Ille latus niueum molli fultus hyacinto. Sta. Sylu. 1. Id tergo demiſſa chlamys, latus enſe quieto. Idem Theb. 5. Per latera abrupta credas radicibus ire. Idem Sylu. 1. At laterum paſſum hinc Iulia templa tuentur. Idem. Martia fluminea poſuit latus ilia ripa. Iuue. Sati. 3. Diuitis hic ſerui claudit latus ingeniorum. pen. acu.

L A T V S, participium. penultima producta. Ouidi. Metamorpho. 14. Proripit, & latos errat ueſana per agros. Luca. 1. Hæreat aut latum ſubeant uenabula pectus. Hora. de Art. Latior amplecti murus, uinoque diurno. Iuuena. Sat. 12. Quattuor, aut ſeptem, ſi ſit latiſſima tædas. Mantuan. Palmitibus fruticans longè, lateque per orbem. Sta. Syl. 1. Impetus, & tantis calcaribus ilia latè. Sil. 3. Milicus indigenis latè regnarat in oris. Lucan. 1. Stat ſtragem latè, ſparſoque recolligit ignes. Vergil. Georgic. 2. Diuiti opum uariarum, latis ocia fundis. Idem Aeneid. 12. Enſe ſecent lato uulnus, telique latebram. Idem 1. Molliri, & latè fines cuſtode tueri. Ouidi. Metamorphoſ. 1. Forma futura rogant, quis ſit laturus in aras. penultima flectit.

L A V A C R V M, penultima producta. Claudi. Aſſiduis ludis auibus ſplendere lauacris. Auſo. Donec marcentem calidi ſermone lauacri. Mantuan. Incolumen fecit de tali exire lauacro. Ait Aldus Manutius, Præterea notandum, uocales natura longas non poſſe unquam corripi ſequente muta cum liquida; ſed produci ſemper in proſa, & in carmine: ut ſalubris, lauacrum, aratrum, ſimulachrum, ambulacrum, candelabrum, penultima flectit.

L A T V S C V L V M, penultima correpta. Lucre. 4. Quin etiam quæcunque latuſcula ſunt ſpeculorum. antepenultima acuit.

L A V D O, penultima producta. Horatius de Art. Laudauere ſales, nimium patienter utrunque. Ouidius Metamorphoſ. 12. Hectora laudamus, quis enim laudauerit hoſtem? penultima. Horatius de Art. Deriſor uerò plus laudatore mouetur. Idem. Difficilis querulus laudator temporis acti. penultima flectit. Iuuenal. Sati. 11. Luxuria eſt in Ventidio laudabile nomen. Ouidius de Triſti. 5. Aſpicit ut longo teneat laudabilis æuo. antepenultima acuit. Cicero Off.

Ea nescio, quomodo pleniore ore laudamus. Idem de Leg. Laudamus igitur prius legem ipsam ueris, & propriis generis sui laudibus.

LAVERNA, penult. pro. Hor. Epist. 1. Labra mouet metuens audiri pulchra Lauerna. Mant. Nam minor Hetruscæ ueniens de monte Lauernæ. penul. acuit. Idem festa Lauernicolæ nudis solennia plantis. antepenult. acu.

LAVINVS, penult. pro. Mart. 14. De polletinis, quæ sunt cariosa Lauinis. Oui. Metamor. 15. Lauini sedes Tyberinaque ad hostia uenit. Ver. Aeneid. 1. Ita liam fato profugus Lauinaque uenit. pen. flect. Ouid. Metamorph. 14. Nec sceptrum soceri, nec te Lauinia uirgo. Luca. 9. Aeneæque mei, quos nunc Lauinia sedes. Verg. Aeneid. 11. Dona ferens, iuxtaque comes Lauinia uirgo. Idem 4. Nec prolem ausoniam, & Lauinia respicit arua. Stat. Syl. 1. Non talis niueos strinxit Lauinia uultus. antepenult. acu.

LAVO, penult. cor. Mar. 7. Omnes Tongilium medici iussere lauari. Idem 11. Octauam poteris seruare, lauabimur unà. Vergil. Aeneid, 10. Vulnera siccabat, lymphis corpusque lauabat. Stat. Syl. 1. Hic uelox Hecate uelit, & deprehensa lauari. Mart. 1. Tam male cùm cœnem cur bene Flacce lauor. Ho. Epist. 1. Emptum mulus aprum crudi, tumulique lauemur. Ouidius Metamorpho. 15. Eripienda fides, illic lauere bimembres. Iuu. Sat. 2. Nec pueri credunt, nisi qui non dum ære lauantur. Hor. Ser. 1. Sat. 5. Ora, manusque tua lauimus Feronia lympha. Vergil. Aeneid. 3. Luminis effossi fluidam lauit inde cruorem. Idem 10. Visceribus super accumbens lauit improba teter. Quibus in locis cùm prima syllaba huius uerbi corripitur, certum est non esse præteriti, sed præsentis: cum disyllaba præterita priorem necessariò producant, exceptis paucis. ut Ennius, Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & unxit. Ait Seruius, lauit, ab eo, quod est lauo, lauis, prima breui: nam hoc uerbum & primæ coniugationis est, & tertiæ: de quo etiam Aeneid. 1. ibi. Hinc portum petit, & socios partitur in omnes. & est uerbum de his, quæ cum utranque recipiant declinationem, pro nostra uoluntate actiuæ tamen est significationis, ut punio, punior: fabrico, fabricor: lauo, lauor. Vide Fabrico. Cicero de Or. Manus laua, inquit, & cœna. penultima acu. Hora. Ser. 1. Ne longum faciam, dum tu quadrante lauatum. Ouidi. Fast. 3. Sacra lauaturas mane petebat aquas. penult. flect.

LAVRENTES, penultima producta. Ouidi. Fast. 2. Est uia, quæ populum Laurentes ducit in agros. penultima acuit. Idem 3. Vester honor uenit cum Laurentalia dicam. penultima flectit.

LAVRENTINVS, penultima producta. Martial. 10. In Laurentino tur pes in littore ranas. penultima flectit.

LAVREOLVS, penultima correpta. Martial. 1. Non falsa pendens in cruce Laureolus. Iuuenal. Sati. 8. Laureolum uelox etiam bene lentulus egit. antepen. acuit.

LAVRVS, penultima producta. Ouidi. Metamorpho. 1. Nondum laurus erat, longoque decentia crine. Vergil. Aeneid. 3. Vittis, & sacra redimitus tempora lauro. Idem Buccol. Eclo. 8. Inter uictrices hederam sibi serpere lauros. Idem. Et hos ò lauri carpam, & te proxima myrte. Ait Seruius, licet Horatius dixerit, depone sub lauru mea, melius tamen est, iuxta secundam formam inflectere: nam melius sonat. Et Aeneid. 10. ibi, At Iouis interea monitis Mezentius ardens: sed à quarta declinatione nec singulari datiuo utimur, nec plurali. Nam unum nomen est de his, quæ licèt duplicem habeant declinationem, tamen aliquibus eorum casibus propter asperitatem non utimur. ut laurui, lauribus: cum huius laurus, & ab hac lauro dicamus. Idem Aenei. 6. ibi. Spargens rore leui, &

& ramo felicis oliuæ. Ait. Sanè dicit Donatus, quòd hoc propter Augustum mutauit: nam nata erat laurus in palatio eo die, quo natus est Augustus. Vnde triumphantes coronari consueuerant: propter quam rem, uoluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere. Laurus penulti. flecti. prima enim diphthongo est. Lucan. 8. Actaque lauriferæ damnat Syllana iuuentæ. Idē 5. Lauriferos nullo comitetur uulnere currus. Ouidi. de Art. 3. Visite laurigero sacrata palatia Phœbo. Idem 7. Martia laurigera cuspide pila uirent. Idem 8. Laurigeros domini liber intrature penates. Idem 9. Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi. Stat. Theb. 1. Tempus erit, cum laurigero tua fortior œstro. Idem 8. Heu ubi laurigeri currus? solemniaque arma. Lucre. 6. Lauricomos, ut si per montes flamma uagetur. antepenult. acu. Vide Moneo.

LAVTISSIMVS, penultima corre. Iuue. Sat. 3. Persicus orborum lautissimus, & meritò iam. antepenultima acuit.

LAXANOR, penultima producta Flac. 6. Primaque ad infesti laxanoris horruit arcus.

LAZARVS, penult. cor. Mantua. Lazarus antiqua uir nobilitate per omnem. antepen. acuit.

LEA, penultima correpta. Ouidi. Fast. 5. Ipse fuit Libycæ præda cruenta leæ. Idem. Dumque petit latebras fœtæ, catulosque leænæ. Mantuan. Venantem pauidi lepores uidere leænam. Vergili. Buccol. Torua leæna lupum sequitur, lupus ipse capellam. Idem Georgi. 3. Tempore non alio catulorum oblita leæna. Ait Seruius, leæna autem Græcum est, sicut Dracæna: nam nos hic, & hæc leo dicimus, lea nanque usurpatū est: quia in o, exeuntia fœminina ex se non faciunt, ut fullo, latro, leo. penult acuit.

LEANDRVS, penultima producta. Martial. 1. Cum peteret dulces audax Leandrus amores. Idem. Quod nocturna tibi Leandre pepercerit unda. Martial. 14. Clamabat tumidis audax Leander in undis. Ouidi. Leand. Quam mihi misisti uerbis Leandre salutem. Idem. Nil, nisi Leandri nomen in ore meo est. penultima acuit.

LEARCHEVS, penultima producta. Ouidi. Fast. 6. Mœsta Learcheas mater tumulauerat umbras. penultima flecti.

LEBES, penultima correpta. Oui. Metamorpho. 12. Missa uolant, fragilesque cadi, curuique lebetes. Idem Briss. Viginti fuluos operoso ex ære lebetes. Vergil. Aen. 3. Ingens argentum, Dodonæosque lebetas. Idem 5. Tertia dona facit geminos ex ære lebetes. penul. acuit.

LEBYNTHOS, penul. produ. Ouid. Meta. 8. Dextra Lebynthos erat, fœcundaque melle Calydne. penultima acuit.

LECANIA, penultima correpta. Martia. 5. Thais habet nigros, niueos Lecania dentes. antepenul. acu.

LECTICA, penultima produ. Oui. de Art. 1. Lecticam dominæ dissimulanter adi. Iuuenal. Sat. 5. Causidici noua cùm ueniat lectica Mathonis. Martial. 2. Laxior exaphoris tua sit lectica, licebit. Idem 10. Lecticam, sellamque sequar? nec ferre recuso. penultima flectit. Idem 9. Dat tibi securos, uilis lecticula somnos. antepenultima acuit.

LECTORIA, penultima correpta. Martial. 6. Hæc est casta Venus nubit lectoria Lygdo. antepenultima acuit.

LECTVLVS, penultima correpta. Vergil. Opusc. Non Lybis Assyrio sternetur lectulus ostro. Hor. Ser. 1. Consilium proprium, neque enim lectulus, aut me. Iuuena. Sat. 10. Lectulus hæc pœna caruit, ceciditque Cethegus. Martial. 10. Et non unius spectator lectulus undæ. Idem. Lectulus hos uoces, nec lectulus audiat omnis. Ouidi. de Tristib. 1. Nec consuete me le-

ctale corpus habet. antepenulti. acuit.

LEDAEVS, penultima produc. Martial. 1. Qualia Ledæi lata Lacones habent. Idem 4. Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo. Idem 8. Ledæo poteras ad ducere Cyllaron Ostro. Stat. Syl. 1. Et patet aspiciens Ledæus ab æde propinqua. penul. flect.

LEGATVS, penultima prod. Vergil. Aene. 11. Vix ea legati, uariusque per ora cucurrit. Stat. Theb. 2. Legato, iuslaque preces uicere sororis. Idem. Legatos hinc ire fuit, teque ordine certo. Idem 3, Orantem in medus legatum, cetibus ense. Claud. Legati grauibus latet sub moribus ætas. Idem. Legatis poscit Lybiam, famulosue precatur. penul. flect.

LEGEVS, penultima producta. Luca. 10. Cæsaris in iugulum, præstat. Legea iuuentus. penul. flect.

LEGIO, penultima corre. Vergili. Geor. Explicuit legio, & campo stetit agmen aperto. Iuuenal. Sat. 10. Imperium fasces legiones omnia nunc se. Sta. Theb. 4. Herculeæ dumeta uaga legione tenebant. Sil. 7. Iuuere aut densis legio con ferte maniplis. Idem 15. Nil celer instructa stilico legione se cuutus. Luca. 7. Et quarta legione datur tibi numine pugnas. Hora. Ser. 1. Olim qui magnis legionibus imperitarint. antepen. acuit.

LEGITIMVS, penultima correpta. Martial. 5. Vxorem potes hanc dicere legitimam: Idem 6. Legitimos, esset cum uagus ante toros. Vergili. Opusc. Legitime cessit cui fracta potentia tegis. Mantuan. Legitima coniuncta toro non horruit illa. Ouidi. de Tristib. 2. Nil nisi legitimum concessaque furta canemus. Idem de Pont. 3. Non me legitimos sollicitasse toros. Idem Fast. 3. Corpora legitimo quique merebar equo. Idem 5. Corpora legitimis impo suere toris. Idem 2. Legitima seruas credita rura fide. Mantuan. Legitimas regni sumpsit Lodouicus habenas. ante penul. acu.

LEGO, tertiæ coniugationis. penultima correpta. Martial. 2. Tertia res hæc est, quod si cui forte legeris. Ouidi. Metamorphos. 1. Emicuit, summaque locum sibi legit in arce. Idem. Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant. Idem de Pon. 4. Impius in nullo quod legerere loco. Vergil. Buccol. Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur. Stat. Sylu. 1. Lumina, et Euboica carmen legit ille sibyllæ. Idem 3. Quodque legit mersus pelagi scrutatur Eoi. Martial. 6. Quam placido nostras lege rat ore preces. Lucan. 1. Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe. Idem 6. Legit in Aemoniis quas non aduexerat herbas. Cicero de Cla. Antimachus poeta conuocatis auditoribus legebat eis magnum illud uolumen. Idem Epist. 95. Dummodo is tibi quid nis potius quam orationes meas legerit. penultima acuit. Vide Defendo.

LEGO, as, primæ coniugationis, penultima produc. Lucan. 6. Ac medio pugnare foro cum bella relegem. Martial. 9. Nil tibi legauit Fabius Eithinice, cui tu. Pers. Sat. 6. Legarat Statius neu dicta repone paterna. Cicero Atti. Dolobella me sibi legauit. Idem. Nam cum Cæsari legarat Appius. penultima flectit.

LEGVMEN, penultima producta. Mantuan. Viscera damnantur prodire legumina, & herbæ. Iuuena. Sat. 15. Tanquam homine, & uentri indulsit non omne legumen. Vergil. Georg. 1. Vnde prius lætum siliqua quassante legumen. Ait Seruius. Legumen dicitur, quod manu legitur, nec sectionem requirit. penul. flect.

LELEX, penultima corre. Ouidi. Metamorphos. 8. Ante omnesque Lelex ani mo maturus, & æuo. Idem. Parte Lelex, raris iam sparsus tempora canis. Idem. Interea Minos Lelegeia littora uastat. Idem 7. Tutus ad Alcatheon Lelegeia mœnia limes. Idem 9. Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque peterrat. Vergili. Aeneid. 8. Hic Lelegas, arasque, sagittiferosque Gelonos.

Luca.

Lucan. 7. Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum. penul. acu.

LELEPA, penul. cor. Oui. Met. 7. Pascor & ipse mecum consensu Lelepa magno. antepe. acu.

LEMANVS, penulti. prod. Lucan. 1. Deseruere cauo tētoria fixa Lemano. idest iuxta Lemanum Galliæ Transalpinæ lacum, per quem Rhodanus Ararim deferens rapitur. penul. flect.

LEMVRES, penultima corre. Mantuan. Qui lemures ausos regem detrudere olympo. Idem. Esse malos lemures, prior & sic orat locuta. Idem. Vexatam furiis lemurum phlegerontia co ram. Ouid. Fast. 5. Mox etiam lemures animas dixere silentum. Idem. Ritus erit ueteris nocturna lemuria sacri. antepen. acu.

LEMNIACVS, penultima correcta. Stat. Syl. 3. Lemniacis fragor est, ubi flammeus Aegida cælat. Idem Theba. 5. Hoc mihi Lemniacæ de te meruere catenæ. Martia. 5. Parce pater sic Lemniacus lasciua cateruis. antepenultima acuit.

LEMMATA, penultima corre. Martial. 14. Lemmata si quæris, cur sint adscripta docebo. Idem. Vt si malueris Lemmata sola legas. antepenult. acuit.

LENAEVS, penultima produ. Ouidi. Metamorpho. 4. Et eum Lenæo genialis consitor vuæ. Vergi. Aenei. 4. Gens opulata toris Lenæum libat honorem. Idem Georgi. 3. Lenæos ea uila sains morientibus una. Idem 2. Huc pater ò Lenæe tuis, hic omnia plena. Idem. Huc pater ò Lenæe ueni, nudataque musto. Ait Seruius, Lenæus autem ἀπὸ τοῦ λήνου, idest à lacu. nam quod Donatus ait, ab eo quòd mentem leniat, non procedit: nec enim potest Græcum nomen Latinam etymologiam recipere. penultima flecti. diphthongus est.

LENIS, penultima producta. Onidi. de Pont. 4. Lenem te miseris genuit natura nec ullis. Stat. Syl. 2. Nam lenis patiare precor me fulmine in ipso. Idē Theb. 7. Lenis adhuc, frondesque, & aperta cacumina gestat. Vergil. Georg. 3. Lenibus horrescunt flabris, summæque sonorem. Hic sonor, sonoris ueteris declinationis. Hor. Episto. 1. Lenibus imperiis, quotiesque educet in agros. penultima flecti. Stat. Syl. 3. Leniter aut ullo concusso uulnere corpus. Ouid. Fast. 5. Leniter Achiui constitue te iugo. antepen. acu. Idem Metam. 11. Hoc quoque linimen, quo solo flexit amantem. penul. flect.

LENIO, penultima correcta. Vergili. Aeneid. 4. At pius Aeneas quanquàm lenire dolentem. Claud. Indomitasque mora precio lenibat auaras. Ouidi. de Pont. 1. Flensque rogat precibus lenitō Cæsare uestris. Idem. Lemnonis hanc utinam lenito Cæsare mater. Idem 4. Qua pia si posset supero lenire rogando. Idem de Trist. 3. Tristia leniri numina posse dei. Idem Metamorpho. 13. Tentaretque feros requie lenire dolores. Luca. 10. Cerbereus Orpheo liniuit sibila cantu. Vergil. Aeneid. 6. Lenibat dictis animum, lacrimasque ciebat. Idem 1. Leniit hic primum Aeneas sperare salutem. Ait Seruius. Leniit quartæ coniugationis tempus præteritum, uel in ui, iunctum exiit, uel sublato digammo in ii, pro nostro arbitrio, ut lenii, leniui: audii, audiui. Vide Audio. Sanè cùm in ui, exit penultima longa est, & in ipsa accentum retinet: cùm uerò in ii, penultima breuis est, & perdit accentum: quia, ut supra diximus, Vnius ob noxam, quoties uocalis uocalem sequitur, detrahit longitudinem præcedenti. Sed hoc in metro, ubi necessitas cogit: nam in prosa, & naturam suam, & accentum retinet. Nunc ergo leniit tertia à fine habet accentum, quia penultima breuis est. Sanè plærumque accentum suum retinet etiam lermo curruptus, ut Mercuri, Domiti, Ouidi, tertia à fine habere debuit accentum, quia penultima breuis. Sed constat hæc nomina apocopen pertulisse. Nam apud maiores erat idem nominatiuus, qui & uocatiuus, ut hic Mercurius, ò Mercurius. Cicero Att. Sæpe etiam lenini iratum. Idem. Me

Ser. 2. Vt Lethargicus hic cum fit pugil, & medicum urget. antepenultima acuit. Idem. Quondam lethargo grandi est oppressus, ut hæres. penultima acuit.

LETHE, penultima producta. Mart. 7. Gustata Lethes penè remissus aqua. Ouidi. Metamorph. 11. Riuus aquæ Lethes, per quem cum murmure labens. Idem de Ponc. 4. Da mihi si quid ea est, habitantem pectora Lethen. Stat. Syl. 3. Aut placare malæ datur aspera numina Lethes. Luca. 10. Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis. Idem 3. Non me Lethææ coniux obliuia ripæ. Stat. Syl. 3. Cur seruet Pharias Lethæus Ianitor aras. Vergili. Opusc. Misera Lethæas cogunt tranare per undas. Ouidi. de Tristib. 4. Vt tua Lethęis acta dabuntur aquis. Idem de Art. 3. Nec mea Lethæis scripta dabuntur aquis. penultima acuit.

LETHVM, penultima producta. Lucan. 3. Tradidit in lethum uacuos uitalibus artus. Ouidi. Metamorpho. 3. Vt nemus intrauit lethataque corpora uidit. Lucan. 3. Multi inopes teli iaculum lethale reuulsum. Stat. Syl. 2. Heu misero lethale fauens seseque uidendo. penultima flectit. Auso. Nec coniecta ictus lethaliter ire per artus. Ouid. Metamorpho. 9. Accipiam, cunctisque meum lethabile factum. Lucan. 9. Lethifica dubios explorant aspide partus. Oui. Metamorpho. 15. Lethifer ille lacus, quem post quàm vulneris autor. Ver. Aen. 3. Arboribusque, satisque lues, & lethifer annus. Hor. Ser. 2. Aut magno, aut paruo lethifuga, quo bene circa. antepenultima acuit.

LETORIVS, pen. cor. Mart. 12. Et regat ut cœnes secum Letorius, inquit. antepenult. acuit.

LEVIS, penultima correcta. Vergil. Buc. Sæpe leui somno suadebit inire susurro. Idem Georgi. 1. Atque leuem stipulam crepitantibus urere flammis. Luca. 1. Infremuit tum torta leuis, si lancea mauci. Stat. Syl. 2. Pectore iam præ dæ leuis imminet, ecce citator. Lucret. 2. Incidere è supero leuioribus, atque ita plagis. penul. acu.

LEVITER, penultima correcta. Stat. Sylu. 1. Ast illam summa leuiter, sic namque iubebas. Hor. Epist. 1. Cultello proprios pugnantem leuiter ungues. Idem. Qua ratione queas traducere leuiter æuum. Idem 2. Vt Cretici dicunt leuiter curare uidetur. Mart. 14. Seu leuiter noto, seu charo missa sodali. Ouidi. Brisei. Et leuiter dicas, hæc quoque nostra fuit. Leuiter à leuis, quod significat non grauem, primam breuiat. Leuis pro plano, pen. pro. quod à plærisque per æ, scribi sit leuiter, idest planè. antepe. acu.

LEVITAS, penultima corre. Ouidi. de Art. 2. Nec leuitas culpanda mea est, nec semper eodem. Idem Metamorph. 1. Proximus est aer illi leuitate, locoque. Idem de Trist. 5. Deseruit leuitas Automedontis equos. Sil. 15. Astris miscebant Tyrios leuitate Sicana. Idem. Procurrunt leuitate agili, docilesque regentis. Mantuan. Cur leuitas isto tempore tanta potest. antepenult. acuit. Aesopus. Fit mora decursu, Leuitas improuida lapsum.

LEVAMEN, penultima produ. Prop. 4. Te Lepide, & te Paule mecum post fata leuamen. pen. flect.

LEVO, penultima correcta. Stat. Syl. 1. Inque uicem tepuisse uiro sic fata leuauit. Lucan. 1. In medio dum terra fretum, terramque leuabit. Vergil. Aeneid. 3. Ritè secundarent uisus, omnemque leuarent. Sil. 10. Ipse leuabo humeris, & dorso tuto leuabo. Ouidi. de Tristib. 1. Crinibus, & gelida membra leuauit humo. Cicero. Epistο. 37. Vt leuarem miseriis perditas ciuitates. Idem in Or. Quem laborem nobis leuauit Attici nostri labor. penultima acuit.

LEVINVS, penulti. prod. Stat. Theb. 6. Virtutis sacram rabiem Leuinus ab alto. penul. flect.

LEVVS, penul. produ. Stat. Syl. 1. Dextra uetat pugnas, leuam Tritonia uirgo. Iuue. Sat. 4. In leuam conuersus, at illi

dextra iacebat. Verg. Geo.4. Si qua nu mina leua finunt, auditque uocatus, Apollo. Idem Buc. Sæpe malum hoc no bis, si mens non leua fuisset. Ait Antonius Nebr. a plærisque per æ, scribi.penult. fectit.

LEVCADIVS, penul. pro. Ver. 3. Leucadius uersus acies memorabit Apollo. Luca 6. Quantum Leucadio placidus de vertice pontus. Oui. Fast. 5. Tristia Leucadio sacra peracta modo. Idē de Tri. 3. An quia Leucadio semper amata Deo. Idem 5. Vel freta Leucadii mittar in alta Dei. antepen. acu. Ouidi. Met. 15. Leucada continuam ueteres habuere coloni. Leucas, Leucadis. pen. acu.

LEVCATA, pen. pro. Mant. Cùm gemi tu prope Leucatæ confinia quondam. Verg. Aeneid. 3. Mox & Leucatæ nim bosa cacumina montis. Sil. 15. Leucatæ, & Phœbi uidit citus actia templa. Ouidi. Meta. 15. Leucada continuam ueteres habuere coloni. pen. flect.

LEVCON, penul. pro. Oui. Met. 3. Vt niueis Leucon, & uilis Asbolus atris. pen. acu. Mar. 11. Culcitra Leuconico quam uiduata suo. antepenul. acu.

LEVCOSIA, pen. cor. Sil. 8. Leucosiæ, è populis, nunc quem picentia peste. Oui. Metamo. 15. Leucosiamque petit, te pidique rosaria pesti. antepen. acu.

LEVCOSYRVS, pen. cor. Mant. Leucosyrus Graii sic appellare solebant. ante penult. acui.

LEVCOTHEA, pen. cor. Ouid. Fast. 6. Leucotheæ gratis Matuta uocabere nostris. Idem. Nondum Leucotheæ, non dum puer ille Palæmon. Prop. 2. Hanc miser implorat nauita Leucothoen. antepenult. acu.

LEVITICVS, pen. cor. Mant. Arce comes Petri quondam Leuitica proles. antepenult. acu.

LEVIGENA, pen. cor. Mant. Leuigenum quo constet eosdem tempore Christi. antepenult. acu.

LEX, prod. Ouid. Met. 1. Sponte sua sub lege fidem, rectumque colebat. Idem de Pont. 1. Exule seruatis legibus vrbe frui. Hora. Ser. 1. Agricolam laudat iuris, legumque peritus. Iuuen. Sat. 4. Interpres legum sanctissimus omnia quanquam. Luca. 1. Totum sub Latias leges cum miseris orbem. Vergil. Aen. 4. Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique, Lyæo. Mantuan. Legifer induxit graiumque indagine legum. antepenul tima acu.

LIBA, pen. pro. Mant. Assiduè ueniunt operis vitalia liba. Ouid. Fast. 1. Impo nit libum, farraque mista sale. Iuu. Sat. 3. Plena domus libis uenalibus, accipe & illud. Hor. Epist. 1. Vtq; sacerdotis fu gitiuus liba recuso. Vergil. Georgi. 2. Carminibus patriis, lancesque, & liba feremus. Idem Buc. Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis. Flac. 9. Liba uaporatis lustrantia fumus in aris. pen. flect.

LIBAMEN, pen. pro. Mant. Offerimus meritis illi libamina soli. Vergil. Aen. 6. Ignibus imponit sacris libamina prima. Flac. 10. Hic molles inter populos, inter libamina diuis. Idem purgetis per sacra nefas libamē, & Orphei. Stat. Syl. 3. Libamenta tuli nunc ipsum in limine cerno. penult. flect. Mant. Nauserat ad Libani cedros, priscāque Damascū. antepenult. acu. Sedulius. Semper habens frondēs & tanquam libana cedrus.

LIBENTER, pen. pro. Hor. Ser. 1. Simplicior siquis, qualem me sæpe libenter. Mart. 1. Qui dulcis vultus, & non legis ista libenter. penult. acu.

LIBER, pen. cor. Mart. 1. Cùm tibi par ue liber, scrinia nostra uacent. Idem. Va de salutatum, pro me liber ire iuberis. Ouid. de Trist. 1. Parue, nec inuideo, sine liber ibis in urbem. Prop. 2. Et tur pis de te iam liber alter erit. Hor. Ser. 1. Ingenium rapsis quem fama est esse libristque. Ouid. de Pont. 1. Si uacat hospitio peregrinas Brute libellos. Auso. Malo, inquis, tineas sapis erumnose libelle. Iuue. Sat. 3. Iamque uetus Græcos seruabat cista libellos. Ver. Aen. 11. Huic natam libro, & syluestri subere clausam. Ait Seruius, liber dicitur corticis pars quæ ligno cohæret: & alibi, Alta libraret in ulmo. Vnde & liber dicitur, in quo scribimus: quia ante usum chartæ, seu membranæ; de libris arborum

borum volumina compaginabantur. pe nult. acu.

LIBER, pro filio, penult. pro. Hor. de Art. Liber, & ingenuus præsertim census equestrem. Iuue. Sat. 5. Tu tibi liber hamo, & regis conuiua uideris. Ouid. Met. 1. Quoque magis doleas genitrix, ait, en ego liber. Idem. Liberioris aquæ pro ripis litora pulsant. Idem 15. Liberiore frui cœlo cum carcere rima. Verg. Geor. 1. Liber & alma Ceres vestro si numine tellus. Inquit Valla, pro filiis singularem non agnoscit: liberum tamen apud Fabium reperio. De quo Seruius Aen. 10. ibi, Gnatis parce tuis belli commercia Turnus. At qui supra dixit, gnatoque, patrique: quomodo ait gnatis? Non est contrarium: nam liberos etiam unum dicimus filium, adeò ut Terentius etiam filiam liberos dixerit: ut in Hecyra. Illum dignum decreuerũt suos, cui committerent liberos, ubi pater de filio ad uxorem loquitur. Ergo usurpauit respiciens ad liberos, ut gnatos de uno diceret, Vbi Donatus ait. nota, liberos in significatione unius filiæ coactus est autor nominis pro filia liberos dicere: est enim expers singularis & fœminei. Cicero pro Clu. Fratris autem liberos uita priuauit. Cùm de uno tantum filio loquatur, ait Marius Nizolius in Ciceronis obseruationes. pen. flect. Luca. 10. Imploratus adest, nec campos liberet undis. Cicero antequam arcem urbis ab incendio, & flamma liberaui. Idem in Ver. Cæteri ex his incommodis pecunia se liberarunt.

LIBERTAS, pen. pro. Verg. Buc. Libertas, quæ sera tamen respexit inertem. Idem. Nec spes libertatis erat, nec cura peculi. Stat. Syl. 1. Libertate doma, iam flendi expleta uoluptas. Idem. Libertas ex mente fuit, ne comprime fletus. Idem 3. Libertas oblata uenit, nec proximus hæres. Sil. 14. Libertas, iactatque iugum, pars Punica castra. Luca. 3. Libertas, inquit, populi quem regna coercent. Iuue. Sat. 2. Acer, & indomitus, libertatisque magister. Idem 7. Dicturus dubia pro libertate bubulco. penult. acuit.

LIBERTVS, pen. pro. Iuue. Sat. 2. Liberto dederit, uiuus cur multa puellæ. Idē 5. Inter uos quoties, libertorumq; cohortem. Mart. 1. Libertum docti Lucensis quære secundum. pen. acu.

LIBERTINVS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Libertinarum dico Salustius inquas. Idē. Ignotos ut me Libertino patre natum. Idem 2. Libertinus erat, qui circum compita siccus. Iuue. Sat. 1. Sed Libertinus prior est, prior inquit, ego sum. Mar. 5. Et libertinas arca flagellat opes. Idē. Libertina mihi proxima conditio est. pen. flecti.

LIBETHRIDES, pe. cor. Ver. Buc. Nymphæ noster, Libethrides, aut mihi carmen. antepenult. acu.

LIBET, pen. cor. Stat. Syl. 4. Stet mens cura pedem, tamen exclamare libebit. Idem. Pensabatque libens, modò qua diademate detra. Idem 5. Qua fandi uis lata patet, sicorsa libebat. Luca. 2. Si libet ulcisci deletæ funere gentis. Idem O utinam cœlique Deis, Herebique liberet. Iuue. Sat. 1. Cur tamen hoc potius libeat decurrere campo. Idem 3. Sic libitum uano, qui nos distinxit Othoni. Vbi ait Britannicus, est autem unum ex uerbis, quod apud ueteres geminauit præteritũ, ut libuit, & libitum est: licuit, licitum: placuit, placitum est: puduit, puditum est: nupsit, & nupta est: prandit, & pransus est: cœnauit, & cœnatus est: potauit, & potus est: & dicimus libet, & libent, in forma tantum tertiæ personæ in singulari, & in plurali: sic etiam licet, & licent. Ouid. Met. 3. Heu famulos fugit ille suos, clamare libebat. Idem Fast. 1. Cum libuit pacem placidis emittere tectis. Cicero de Or. Si tibi id minus libebit. Idem. De quo libitum mihi est paulò plura dicere. Idem de Sen. Non libet mihi deplorare vitam. pen. acuit.

LIBYS, pen. cor. Stat. Syl. 4. Mons Libys, Iliacusque nitent, & multa Syenæ. Flac. 1. Et Libys, & uestri Pelopis domus horrida sæuo. Ouid. Met. 3. Hoc Libys, hoc flauus proræ tutela Melanthus. Idem Fast. 4. Hinc Libys, hinc Meroe, siccaq; terra subest. Vergil. Aen. 8. Efful-

Effultum foliis,& pelle Libystidis ursæ. Idem 1. Horridus in iaculis, & pelle Libystidis ursæ. pen. acu.

Lybia, pen. cor. Sil. 14. Hic contra, Libyamque situm, charosque furentem. Iuu. Sat. 10. Lybia disiunge boues, dum tubere mittas. Ver. Gor. 1. Consurgit, premitur Libye deuexus in austros. Idē 3. Heu male tum Libyæ solis erratur in agris. Sil. 1. Exactam ponto Libyen te stantia nostra. Luc. 9. Finibus extremis Libyes ubi feruida cantu. Flac. 10. Indigenis Libycis ut numina sacra pararet. Ouid. Met. 2. Tum facta est Libye raptis humoribus æstu. Stat. Syl. 1. Hic Libycus, Phrygiusque silex, hic dura Laconum. Sil. 8. Muricee nec Libyco, statq; humectata uomanus. Idem 11. Magonem Libycis lauro redimita subibat. Mart. 7. Et Libycæ fici pondere testa grauis. Idem. Hunc puer ad Libycas iurauerat Hannibal aras. Ouidi. Fast. 4. Hæc ait illa dies Libycis, qua Cesar in oris. Luca. 2. Quam Theutonicos uictor Libyeosque triumphos. antepenul. acu. Flacc. 10. Deflетúmque diu terra posue re Lybissa. Lucan. 9. Pasta caput monstri, terræque in fine Libissæ. Sil. 16. Insurgens eono, spolia, exuuiæque Libyssę.

Libido, pen. pro. Mant. Pullulat, & & sumit uires animosa libido. Iuu. Sat. 6. Imperio sexus, minimumque libidine peccant. Idem 7. Afficit ille animos tanraque libidine vulgi. Pers. Sat. 3. Haud alia ratione velis eum dira libido. Hor. Ser. 2. Altercante libidinibus tremis ossa pauore. Mart. 9. Ne faceret steriles sæua libido uiros. Idem 14. Arma damus tantis apta libidinibus. penult. flect.

Libo, pen. cor. Luca. 2. Gens Hetrusca fuga trepidi nudata Libonis. genitiuus penult. flect.

Libo, uerbum, pe. pro. Mar. 2. Libat florentes, hæc tibi prima genas. Oui. Fast. 2. Et libate dapes, vt grati pignus amoris. Idem 6. Sic ubi libauit profecta sub æthera ponit. Ver. Aen. 12. Summa notant pecudum, paterisque altaria libant. Idem 7. Nunc pateres libatæ Ioui, precibusque uocate. Idem 3. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Idem 4. Gens epulata toris Leneum libat honorem. Idem Geo. 2. Hic laticis qualem pateris libamus, & auro. Mant. Si nostri, quia quotidie libare solebant. Idem. Libarer, quàm sacra Deo trieteri da totam. Lucr. 4. Ergo terra tibi libatur & aucta recrescit. Stat. Syl. 3. Assidue libabo depes, & pocula sacris. Idem 4. Possessum fortique Deo libauit honores. Idem Theb. 1. Qua Danaus libare Deis, seniorque Phoroneus. Flac. 10. Innumeræ, & uestris primùm libabimus aris. Stat. Syl. 2. Incæptas quis ab ore dapes, libataque vina. Ouidi. Metamor. 1. Inde ubi libatos irrorauere liquores. Catul. Libarum agricolæ ponitur anre Deos. Ouidi. de Trist. 1. Indelibatas cuncta sequuntur opes. Cicero de In. Ex uariis ingeniis excellentissima quæque libauimus. Mant. Circunstanr, & emunt auro libamina multo. penult. flect. Idem. Candida monstraret eum libamenta Sacerdos. penult. acuit.

Librarivs, pen. cor. Hor. de Art. Vt scriptor si peccat idem librarius usque. Iuu. Sat. 6. Auersus iacuit, perit, libraria ponunt. Mart. 2. Deinde quod hæc una peragit librarius hora. Idem. Non meus est error nocuit librarius illis. antepenult. acu.

Libratvs, pen. pro. Oui. Met. 2. Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure. penult. flect. Stat. Syl. 2. Libratur fundo, rursusque enode cacumen. Ver. Aeneid. 9. Ecce aliud summa telum librabat ab aure. Ait Seruius. Gestus iaculantis exprimitur: duobus autem generibus manualia tela mittuntur, aut enim ab aure, aut a latere tela iaciuntur. penult. acuit.

Libvrnvs, penult. pro. Verg. Aeneid. 1. Regna Liburnorum, & fonrem superare Timaui. Luca. 4. Pugnacesque mari Graia cum classe Liburnos. penult. acuit.

Lycabas, pen. cor. Ouid. Metamorph. 3. De numero Lycabas, qui Thusca pulsus ab urbe. Idem 5. Assyrius vidit Lyca-

Lycidas iustissimus illi. antepenulti. acuit.

LYCAMBEVS, penult. pro. Mart. 6. Si qua Lycambæo sanguine tela madēt. Ouid. Ibin. Tincta Licambæo sanguine tela dabit. penult. flect.

LYCAON, pen. pro. Stat. Theb. 7. Arcados insanas latrare Lycaonis umbras. Verg. Aen. 9. Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon. Oui. Met. 1. Cœperat, irridet primo pia uota Lycaon. Idem. Struxerit insidias notus feritate Lycaon. penult. acuit. Idem 2. Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis. Idem. Collocat in thalamo, socerumque Lycaona sumat. Idem 1. Fœda Licaoniæ referens conuiuia mensæ. Idem. Fast. 3. Stella Lycaonia uergit decliuis ad Arton. antepen. acu.

LYCATÆ, penult. pro. Mant. Qui tu sacur agros, & fama æterna licatæ. penult. flect.

LYCASTE, pen. pro. Stat. Theb. 5. Flet super æquæuum soror exarmata Lycaste. penult. acu.

LYCAVNVS, pen. pro. Sil. 4. At non tardatus iaculo occurrente Lycaunus. penult. flect.

LYCAEVS, pe. pro. Oui. Met. 1. Et cum Cyllene gelidi pineta Lycæi. Idem Fast. 2. Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Mant. Grauis erat doctus primum præcepta Lycæi. Stat. Syl. 1. Taygeta & siluis arcessere Pana Lyceis. Verg. Geo. 3. Pastor ab Amphryso uos syluæ, amnesque Lycæi. pen. flect.

LYCES, penul. cor. Flac. 4. Quas Tanais, flauusque Lyces, Hypanisque, Nomasque. penult. acu.

LICENTIA, penult. cor. Claud. Viuat Amazonio confusa licentia ritu. Luca. 1. Quis furor o ciues, quæ tanta licentia ferri. Hor. Epist. 2. Fescenina per hūc inuenta licentia morem. Oui. Met. 1. Obruerat tumulos immensa licentia ponti. antepen. acu.

LICET, penult. cor. Luca. 1. Si ciues huc usque licet, tunc pertulit horror. Stat. Syl. 1. Pone tua est, licet expositum per limen apertum. Pers. Sat. 5. Et centum Græcos curto cētusse licetur. Mart. 1. Dum licuit, sed nunc positis custodibus ingens. Ouid. Metamorph. 2. Ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos. Verg. Aeneid. 6. Nec uim tela ferunt, licet ingens ianitor antro. Hic licet, concedentis est aduerbium, ait Seruius. Idem 10. Haud licitum est, nec ueſtra capit discordia finem. Ait Seruius, & licuit dicimus, & licitum est: sicut & placuit, & placitum est. Idem 5. Me liceat casum miserari insontis amici. Ait Seruius, liceat me miserari, ait Poeta. Nam non dicimus, me liceat, sed mihi liceat. Sil. 14. Et cui non licitum fatis camarina moueri. licet pen. licitum antepen. acuit.

LICHAS, pen. cor. Mart. 9. Portasset Nessi perfida dona Lichas. Idem. Appellanteque Lichan, at tu Iouis inclyta proles.

LYCHNVS, pen. pro. Ver. Aen. 1. Atria dependent lychni laquearibus aureis. Ait Seruius, Græco sermone usus est, ne uile aliquid introferret a lychno autē lucerna dicta est: vnde lu, breuis est, ut Iu. Depositæ pinguē nebulam uomuere lucernæ. Horatius. Non quo fundatis, immundus nacta lucernis. Si enim a luce diceretur, non staret uersus. Vbi etiam Christophorus Landinus contra Seruiū infert, Lychno idest omne, quod lucet: lucernam autem non hinc esse puto, sed a luceo, nam quamuis primam corripiat, quam luceo producit, non caret exemplo: nam a dico dicacem, a duco ducem, a vito vitium, quæ omnia nomina a verbis primā producentibus deriuata corripiuntur. Idem asserūt Quintianus, Despaut. Anto. Nebris. Lyces, lycis Græcum nomen primam lucem significat, seu matutinam, quæ præcedit solis ortus: hinc lux fit, unde luceo, a quo lucerna, quæ Græce lychnus uocatur. Lychnus penult. acu.

LICIA, pen. cor. Ver. Geo. 1. Et prēsos domitare boues, & licia telæ. Auso. Licia qui texunt, & carmina, carmina musis. Luca. 10. Et mos est Phariis miscendi licia telis. Oui. Fast. 3. Licia dependēt longos velātia sepes. Stat. Syl. 5. Licia, & extēti superē pars ultima fili. antepen. acu.

LYCI-

**Lycida**, pen. cor. Luca. 3. Affixit Lycidam, mersus foret ille profundo. Verg. Buc. Sæpius, at si me Lycida formosa re uisas. Idem, O Lycida, uiui peruenimus aduena nostri. Idem. Nostra ualent Lycida tela inter martia, quantum. Idem. Id quidem ego, & tacitus Lycida mecum esse voluto. antepenult. acu.

**Lycius**, pen. acu. Oui. Penel. Sanguine Thlepolemus Lyciam tapefecerat hastam. Ver. Aen. 4. Qualis ubi Hybernam Lyciam, Tantique fluenta. Idem 7. Auro internectat, Lyciam ut gerat ipsa pharetram. Idem. Aut Hermi campos aut Lyciæ flauentibus aruis. Stat. Syl. 1. Hinc Lycii montes, gelidæque umbracula Thymbræ. antepenult. acu.

**Licinus**, penult. cor. Mart. 8. Altaque cum Lycinis marmora puluis erũt. Iuu. Sat. 14. Seruorum noctu Licinus iubet attonitus pro. Perf. Sat. 2. Nunc Licini in campos, nũc Crassi mittit in ædes. Stat. Theb. 4. Exploratores si stagna Licinia restent. antepenul. acu.

**Lycisca**, pen. pro. Verg. Buc. Excipere insidiis multùm latrante lycisca. Ait Seruius, lyciscæ sunt, ut etiam Plinius dicit, canes nati ex lupis, & canibus, cum inter se forte miscentur. Iuu. Sat. 6. Cõstitit auratis titulum mentita lycisca. Oui. Met. 3. Et thous, & Cyprio, velox cum fratre lycisca. penult. acu.

**Lycophron**, pen. cor. Oui. in Ibin. Vt que cothurnatum periisse Lycophrona narrat. Stat. Theb. 2. Dyrcæũque Gyan, & Echionium Lycophrontem. Idẽ. Syl. 4. Carmina Battiadæ, latebrasque Lycophronis atri. antepen. acu.

**Lycomedius**, pen. cor. Prop. 4. Tempore quo socii uenit Lycomedius armis. antepenult. acu.

**Lycoris**, penulti. pro. Marti. 5. Lusca Lycoris amat, quam bene lusca videt. Idem. 6. Fœmina proferri potui tibi nulla Lycori. Oui. de Trist. 2. Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo. Idẽ in Ibin. Stella Lycoridæ non fuit æqua uiro. Verg. Buc. Pauca meo Gallo, sed quæ legat ipsa Lycoris. penult. flect. Idẽ Geo. 4. Cydippe, & flaua Lycorias altera uirgo. antepen. acu.

**Lycornas**, pen. pro. Ouid. Met. 2. Arsurusque iterum Xanthus, flauusque Lycornas. Idem 5. Nec finit hunc impune ferus cecidisse Lycornas. penult. acu.

**Lycurgus**, pen. pro. Oui. Met. 4. Panthea tu uenerande bipenniferumq; Lycurgum. Idem Fast. 3. Inque tuum furiis acte Lycurge genu. Idẽ Epist. Quæ tibi subieci clarissima regna Lycurgi. Stat. Syl. 2. Hic & Amyclæi cæsum de morte Licurgi. Idem 4. Et uos Tyndaridæ quos non horrenda Lycurgi. Luca. 1. Impulit, aut sæui contorsit tela Licurgi. Verg. Aen. 3. Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo. penult. acuit.

**Lycus**, pen. cor. Ouid. Met. 15. Sic ubi terreno licus est epotus hiatu. Ver. Aen. 9. Et licus elapsi, quorum primæuus Helenor. Idem 10. Inde lycum ferit, exectum iam matre perempta. Flacc. 5. Hospes humum sedemque Lycus, flensque arma reuellit. pen. acu.

**Lydus**, pen. pro. Stat. Syl. 2. Viue Mydæ Gazis, & Lydo ditior auro. Ouidi. Epist. Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo. penult. flect.

**Lydia**, penul. cor. Verg. Aen. 8. Vrbis Agillinæ sedes, vbi Lidia quõdam. Oui. Met. 6. Lydia tota fremit Phrygiæ per oppida facti. Idem in Ibin. Lydia se populis, ut uirgo misit ab alto. Stat. Syl. 1. Lydius unde meos iterasset Tybris Iulos. Idem 3. fonte Meles, Hermique uadum, quo Lydius intrat. Idem 4. Lydia qua penitus stagnum na uale coerce. antepenult. acu.

**Lyaeus**, pen. pro. Stat. Syl. 2. Sæpe per autumnum iam pubescente Lyæo. Ver. Aeneid. 4. Legifere Cereri, Phœboque, patrique Lyæo. Idem. 1. Regales inter menses, laticemque Lyæum. penulti. acuit.

**Lygdamus**, penult. cor. Catull. Lygdamus hic factus est, dolor huic est causa Neæra. Prop. 3. Nec speculum strato ui disti Lygdame lecto. Idem si non uana canunt mea somnia Lygdame testor. Idem. Hac eadem in rursus Lygdame curre uia. Idem. Exciterit, per me Lygdame liber eris. Idem 4. Lygdamus

ad

ad cyathos, vtrique æstiua supellex. Luca. 3. Lygdamus excussa balearis tortor habenæ. antepen. acu.

Liger, pen. cor. Luca. 1. Et nunc tonsa Liger quondam per colla decora. Verg. Aen. 9. Emathiona Liger Chorineum sternit Alylas. Idem 10. Acta uocant Ligeri, nec non & Troius Heros. Sil. 4. Exclamat Liger huic superos sentire mouentes. penult. acu.

Ligo, nomen, penult. cor. Hor. Epist. 1. Nam pridem non tacta ligonibus arua, bouemque. Ouid. Met. 9. Sarculaque, rastrique graues, longique ligones. Iuue. Sat. 11. Erectum domito referens a monte ligonem. Stat. Theb. 3. Rastraque & incurui sæuum rubuere ligones. Claud. Exesosque situ cogit splendere ligones. Luc. 1. Vomere, & antiquos Curiorum passa ligones. pen. acu.

Ligo, uerbum, penul. cor. Stat. Syl. 2. Tollit humo, magnaque ligat ceruice, diuque. Vergi. Aeneid. 2. Corripiunt, spirisque ligant, ingentibus, & iam. Idē 7. Gramineo ripæ religauit ab aggere classem. Ouidi. Metamorph. 1. Aere ligabantur, nec supplex turba timebat. Idem 2. Porrigitur digitos ligat iunctura rubentes. Vergil. Aeneid. 11. Implicat atque habilem mediæ circumligat hastæ. penult. acuit. Idem 10. Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus. Ouidi. de Tristib. 2. Quid nisi Mæonides Venerem, mortemque ligatos. Prop. 2. Quæ cum Sidoniæ nocturna ligamina mitræ. Ouidi. Metamorphos. 14. Esse ratus aurum, dempsisse ligamina ventis. penultima flectit.

Ligonicus, pen. cor. Mart. 1. Vrbica ligonicus tyrianthina bardo cucullus. antepenult. acuit.

Ligurio, pen. cor. Hor. Ser. 1. Semesos pisces, trepidumque ligurierit ius. Idem 2. Tractauit calicem manibus dū furta ligurit. Cicero in Ver. Non leuiter improbissima furta ligurire, sed deuorare pecuniam. Idem Epist. 178. Cū quidam de collegiis nostris agrariam curationem ligurirent. antepenultima acuit.

Ligur, pen. cor. Luca. 1. Et nunc tonse Ligur, quōdam per colla decora. Ver. Aeneid. 11. Vane Ligur, frustraque animis elate superbis. Idem. Haud Ligurū extremus, dum fallere fata sinebant. Idem Geor. 2. Assuetumque malo Ligurem, Volscosque uerutos. Oui. Met. 2. Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes. Persi. Sat. 6. Egregios lusisse senes mihi nunc ligus ora. Sil. 1. & ligurum horrentesque comæ, parmæque relatæ. Idem 14. Mox ligurum pubes Siculo ductore nouauit. penultima acuit.

Ligula, pen. cor. Iuu. Sat. 5. Debeat & ligulas dimittere solicitus ne. Mart. 2. Non extrema sedet lunata ligula planta. Idem 5. Saturnalitiæ ligulam misisse selibræ. Idem 8. Quid tibi cum phiala, ligulam cùm mittere posses. Idem. Pocula solicitι perdūt, ligulasque ministri. Idem 14. Quamuis me ligulam dicant, equitesque, patresque. antepenult. acuit.

Ligurinus, pen. pro. Mart. 5. Ignoro, fugimus nos Ligurine tuam. Idem. Versiculos recites ut Ligurine tuos. penult. flect.

Ligustrum, pen. pro. Mart. 8. Lilia tu uincis, nec adhuc dilapsa ligustra. Idem 9. Pestana uiolas, & cana ligustra colono. Ouid. Met. 13. Candidior folio niuei Galathea ligustris. Verg. Buc. Alba ligustra cadunt, uacinia nigra leguntur. Claud. Hæc graditur stellata rosis, hæc alba ligustris. Idem. Audiretur olor corno certante ligustris. Flacc. 9. Ausoniam terramque ligustida, sthecadas & quæ. penult. acu.

Lilium, pen. cor. Verg. Buc. Huc ades ò formose puer, tibi lilia plenis. Claud. Pratorum spoliator honos hæc lilia fuscis. Stat. Syl. 1. Tu modò fronte rosas uiolis, modo lilia mista. Idem 3. Qualia pallentes declinant lilia culmos. Verg. Georg. 4. Lilia, uerbenasque premens, uescumque papauer. Idem Aen. 12. Si quis ebur uel mista rubent, vbi lilia multa. Mart. 8. Lilia tu uincis, nec adhuc dilapsa ligustra. antepen. acu.

Lilybaeum, penult. pro. Luca. 4. Nanque

Namque rates audax Lilybæo littore soluit. Oui. Fast. 4. Tamque Peloriden, Lilybæaque, iamque Pachinos. Sil. 14. Cernit deuexas Lilybæon nobile chelas. Oui. Met. 5. Leua Pachyne tibi Lilybæo crura premuntur. Idem 13. Mollibus expositum Zephyris Lilybæon ad arctos. penu't. flect. Ver. Aen. 3. Et va da dura lego saxis Lilybæia cæcis. antepenult. acu. Et Lilybe, genere fœminino ait Quintilianus.

LILAEVS, pe. pro. Sil. 14. Quàm rapidis puppem manibus frenate Lilæus. Stat. Theb. 7. Coryciumque nemus? propellentemque Lilæam. pen. flect.

LIMA, pen. pro. Oui. de Trist. 1. Defuit & scriptis ultima lima meis. Idem de Pont. 2. Vtque meus lima rasus liber esset amici. Idem 1. Scilicet incipiam lima mordacius uti? Hor. de Art. Quem que poetarum limæ labor, & mora uos ò. Idem. Non istic obliquo quisquam mea commoda limat. Idem Epist. 1. Limat non odio obscuro, marsusque uenena. Mart. 14. Accipe limata scriptum testudine signum. pen. flect. Hor. Ser. 1. Comis, & urbanus fuerit limatior idem. antepenult. acu. Lima instrumentum fabrile, cuius officium est expolire quod rude folle relictum est ab arte: ut Quint. Inst. 10. cap. de emendatione ait, ut opus poliat lima non exterat: ut Cinnę Smyrnam accipimus, de quo etiã Seruius in Verg. Buc. Ecl. 10. inquit, Cinna etiam poeta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elaborauit, idest elimauit. Hinc non inelegantes dicimus, scriptis deesse ultimam limam: cùm significare uolumus non satis tersa esse, & expolita. Non mireris igitur, mi lector, quia hoc titulo lima poetarum donaui hunc libellum: si cunctis legentibus offert, qui bus carmina incondita, atque rudia scripta primo, ipse poeta absque ductore, elimando polita facile reddere possit ultima arte lima, pili faciens tandem lima mordacius utentem.

LIMAX, pen. prod. Mant. A campe, & pinguis virides limacibus hortor. penult. acuit.

LIMEN, pen. pro. Mart. 7. Inque suo nullum limine limen erat. Oui. Met. 3. Limen adit Semeles, nec nubes, ante remouit. Idem Fast. 5. Ebrius ad durum formosæ limen amicæ. Ver. Geor. 3. Ducunt, & grauido superant uix ubera limen. Claud. Frugibus ad rapidi limen tendebat olympi. Stat. Syl. 1. Par operi sedes hinc obuia limina pandit. Idem. Pone, tua est, licet expositum per limẽ aperto. Luca. 1. Ferrea belligeri compescat limina inani. Stat. Syl. 3. Liminis, & paruæ custos inglorius aræ. penult. flectit.

LIMES, pen. pro. Verg. Buc. Hinc tibi quæ semper vicino ab limite sæpes. Ver. Geor. 1. Nec signare quidem, aut partiri limite campum. Stat. Syl. 2. Agmina flamineo quã limite miluius agger. Claud. Me quoque limes ago medius deserta iacebo. Luca. 1. Limes ab Ausoniis disterminat arua colinis. Idem. Fibra latet, paruisque secat uitalia limes. Oui. Met. 1. Vix ita limitibus dissceuerat omnia certis. Hor. Epist. 2. Limitibus uicina refugit iurgia tanquam. pen. flec.

LYMON, pen. produ. Stat. Syl. 2. Surrentina tuus spectat prætoria Lymon. Ouid. in Ibin. Solaq; Lymone pœnam ne senserit illam. pen. acu.

LYMPHATVS, pen. pro. Luca. 7. Lymphato trepidasse metu, præsaga malorum. Verg. Aen. 7. immensa fine more furit lymphata per vrbem. Ait Seruius, idest percussa furore nympharum. penult. flect.

LIMVS, pen. pro. Oui. de Trist. 3. Ridet & ipse Deus, limumque inducere monstra. Idem Met. 15. Semina limus habet virides generantia ranas. Pers. Sat. 3. Respondet uiridi non cocta fide lia limo. Ver. Buc. Limus ut hic durescit, & hæc ut cæra liquescit. Idem Geo. 2. Felicemque trahunt limum quique editus austro. Verg. Aen. 12. Velati limo, & uerbera tempora uincti. Ait Seruius. Limus autem est uestis qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pudenda poparum: hæc autem uestis habet in extremo sui purpuram limam, idest flexuosam:

xupsam: vnde & nomen accepit. Nam limum obliquum dicimus. Vnde Terentius, limis oculis dicit, idest obliquis. Luca.4. Exprimit ora super nigro, si tur bida limo. Oui. de Pont. 4. Quæ tibi tam tenui cura limatur ut omnes. Hor. Ser. 1. Rem patris oblimare malum est ubicunque quid inter. Ver. Buc. Limosoque palus obducat pascua iunco. Idem 2. Limosoque lacu per noctem obscurus in ulua. Ouidi. Fast.4. Sedit limoso pressa carina vado. pen. flect.

LYNCEVS, penul. cor. Non contractum. Flac. 1. Et frater magnos Lynceus serua ius in usus. Idem. Perdiderit solus tran sibit nubila Lynceus. Hor. Epist. 1. Nõ possis oculo quantum contendere Lynceus. antepen. acu. Vide Atreus. Ouid. Met. 1. Consitaque arboribus Lyncea reliquerit arua. antepenult. acu.

LYNX, prod. Prop.3. Lyncibus in cœlum uecta Ariadna tuis. Vergil. Aeneid. 1. Succinctam pharetra, & maculosæ tegmine Lyncis. Ait Seruius, & erit nominatiuus hæc lynx, vt Pan, Tros, quæ in genitiuo una syllaba crescunt.

LINGONVS, penult. cor. Mart. 8. Lingonus Areota Flaminiaque recens Idem 14. Hoc pro lingonico stamine pauper erit. Idem. Vellera Lingonicis accipe rosa sagis. Luca. 1. Pugnaces pictis cohibentia Lingones armis. antepen. acu.

LINIO, pen. cor. Claud. Et Romæ linire famem, quot nube leporis. Luca. 9. Cerberus Orpheo liniuit sibila cantu. Sil. 7. Hospitii liniuit honos, tunc discere mœsta. Hor. de Art. Dictus ob hoc linire tygres, rabidosque leones. Oui. de Trist. 1. Musaque, quæ mouit metam quoque liniet iram. antepenul. acuit.

LINO, penult. cor. Hor. de Art. Posse li nenda cedro, & leui seruanda cupresso. Mart. 1. Ista linunt dentes ientacula, sed nihil obstat. Idem 2. Et numerosa linunt stellantem splenia frontem. Idem 9. Et linit Hesperidum bractea uiua pecus. Idem 8. Hoc linitur sputo Iani Cariota calendis. Verg. Georg. 4. Spiramenta linunt, fucoque, & floribus oras. penult. acu.

LINVM, pen. pro. Ouid. Met.3. Pauper & ipse fuit, linoque solebat, & hamis. Idem. Lina madent, comites ferrumque cruore ferarũ. Verg. Geor. 1. Vrit enim lini campum seges urit auenæ. Luca. 9. Et tectum lino spargã per uulgus Osyrim. penult. flect. Vide Acetum. Stat. Syl. 3. Linea nec proauis demissum stēma sed ingens. Idem 4. Linea quę uete rem longe fateatur Apellem. Ver. Aen. 10. Aere cauum, triplici per linea terga, tribusque. Luca. 10. Linigerum placidis compellat Achorea dictis. Ouidi. Metamorph. 1. Nunc dea linigera coli tur celeberrima turba. Idem de Pont. Vidi ego linigeræ numen uiolasse fatentem. antepenult. acu.

LINVS, pen. cor. Mart. 1. Dimidium donare lino, quam credere totum. Stat. Theb. 6. Irradiant medio linus intertextus acantho. Verg. Buc. Nec linus huic mater, quamuis atque huic pater adsit. penult. acu.

LINQVO, pen. pro. Stat. Syl. 1. Gnosida desertam profugus liquisset, & Euam. Idem Theb. 12. Linquitur eois longe speculabile proris. Flac. 1. Linquimus, & poscunt iam me sua tempora Graii. Idem 3. Linquite, ait, feretro, potius mihi dextera ferro. Ouid. Phyll. Linquor, & ancillis excipienda cado. Cicero de Fat. Vt is in insula Lemno linqueretur. Idem de D. Luce Serenanti vitalia lumina liquit. penult. acu.

LIPARE, pen. cor. Sil. 14. Non Lipare vastis subter depasta caminis. Claud. In fluisque gemit Lipare formosa carinis. Idem. Turbatus Liparis stupuit fornace relicta. Flac. 2. Aut Lipares domus, has epulas, hæc templa peracta. Vergil. Aeneid. 8. Erigitur Lipare fumantibus ar dua saxis. Man. Supplicio miseros Lipa ræa incendia, & Aetnæ. antepen. acu.

LIPO, pen. cor. Oui. Philo. Accipiter pipat, miluus hiansque lipit. penulti. acu.

LIQVO, pen. cor. Luca. 7. Perfudit gla dius ereptaque pila liquauit. penul. acu. Ouid. Fast. 3. Sumere & expressis mella liquata fauis. penulti. flectit. Sil. 14. Semiambusta rotat liquefactis saxa cauernis.

LIQVET, pen. cor. Oui. de Trist. 1. Dissimulare uelis te liquet esse meum. Idē de Pont. 1. Si te non nobis ista mouere liquet. Vergil. Buc. Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit. Stat. Syl. 3. Indomitusque silex curua fornace liquescit. Idem Theb. 6. Ante ciuis crepitant gemmæ, atque immane liquescit. penult. acu.

LIQVIDVS, pen. cor. Mart. 13. Potabis liquidum signina morantia uentre. Ouid. Met. 1. Et liquidum spisso secreuit ab æthere cœlum. Idem. Iuppiter ut liquidis de tot modo milibus unum. Idem. Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis. Claud. Calliope liquidas Alciden posce palestras. Luca. 3. Nunc pice nunc liquida rapuerunt incendia cera. Stat. Syl. 1. Tecta per & postes liquidas emergis in auras. Idem. Ite deæ uirides, liquidosque auertite uultus. Verg. Georg. 1. Apparet liquido sublimis in aere Nisus. Ouid. Fast. 4. Denique iam liquido uimina rara fero. Mart. 1. Quis tantas liquidis artes inuenit in undis. Idē. Annuit in liquidis ire pede ster aquis. antepenult. acu.

LIQVOR, penult. cor. Verg. Buc. Galle quid insanis, inquit, tua cura liquoris. Ouid. Met. 15. Verum animos etiam ualeant mutare liquores. Verg. Geor. 3. Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se. Idem Opusc. Sparsa liquore manus sacros ubi ventilet ignes. Stat. Syl. 1. Quodque Arabes, Phariisque, palam est, vidique liquores. Idem 3. Semper et Assirios felix bibet urna liquores. penult. acu.

LIQVOR, verbum, pen. pro. Ouid. Met. 2. Liquitur ut glacies incerto saucia sole. Idem. 3. Liquitur, & certo paulatim carpitur igni. Luca 9. Liquitur, & nigra distillant inguina tabe. Ver. Aenei. 3. Vellitur huic atro liquuntur sanguine guttę. Idem Geor. 2. Despicere huc summis liquuntur rupibus annos. Idem 1. Liquitur & Zephiro putris se gleba resoluit. Ait Seruius, Liquor cum nomen est, li est breuis, cùm aduerbum uenerit, producitur: ut liquor, liqueris, liquitur: nam mutauit naturam, sicut humus; u, breuis est, humanus producitur. Item itur; i, producitur, iturus corripitur. liquor, pen. flect.

LYRA, pen. cor. Ouid. de Pont. 3. Ad lætum carmen vix mea versa lyra est. Idem 4. Pindaricæ fidem tu quoque Rufe lyræ. Idem Fast. 1. Nonæ signa dabunt exoriente lyra. Idem. Fulgebit toto iam lyra nulla polo. Stat. Syl. 3. Infitiata liræ sæuū, ingratumque dolebas. Per. Sat. 6. Iam ne lyra, & terrico uiuunt tibi pectine chordæ. penulti. acu. Oui. Sapphus. Carmina cū Lyricis sim magis apta modis. Lira cum i, latino pro sulco. penul. prod. Vide Deliro.

LIRIOPE, pen. cor. Ouid. Metam. 3. Cærula Lyriope, quam quondam flumine curuo. antepen. acu.

LYRIS, penul. pro. Mart. 13. Cæruleus nos Lyris amas, quem silua Maricæ. Luca. 2. Sarnus, & vmbrosæ Lyris per regna Maricæ. Verg. Aeneid. 11. Tum Lyrim, Pegasumq; super quorum alter habenas. Sil 8. At qui Fibreno miscentem flumina Lyrim. pen. flect.

LIS, pro. Hor. de Art. Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est. Idem. Litibus implicitum mirabor si sciet inter. Mant. Quod si concordes agerent sine litibus annos. Stat. Theb. 6. Consilium tandem ipse refert componere litem. Iuu. Sat. 7. Et veras agitant lites raptore relicto. Idem 6. Expectandus erit, qui lites inchoet annus. Vergil. Opusc. Omnia quærentes frustra sub lite puellæ. Ouid. Fast. 2. Omnis erit sine te litigiosus ager. Idem 3. Et fora Marte tuo litigiosa uacent. pe. flect.

LYSIPPVS, penult. pro. Stat. Syl. 1. Pellæo Lysippe duci, mox Cæsaris ora. Idē 4. Indulsit Lysippe tibi, paruusque uideri. Hor. Epist. 1. Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra. Mart. 9. Nobile Lysippi munus, opusque vides. penult. acuit.

LISIAS, penult. cor. Mant. Sub Lisia uidit multas percurrere pœnas. antepenult. acuit.

LITANEA, seu Litania. Scribitur enim Græce per ei, diphtongum: quæ mutatur in e, productam, uel in i. Quæ supplicatio

plicatio Latinè dicitur. Mant. Hac maior quoque luce meat Litanea per urbem. Idem. Hinc traxit Litanea ortum transiuit in omnes. Idem. Conscendat Litanea minor per rura, per urbes. Idē. Quæ miseris donantur opes, Litanea, precesque. penult. flect.

LITERA, pen. cor. Oui. Brif. Quam legis a rapta Briseide littera uenit. Idem Ibin. Litteta Nalonis sanguinolenta legi. Mart. 9. At me litterulas stulti docuere parentes. Litera, ut Aldus, & Antonius Nebrif. libro 3. docent, scribitur t, simplici, in metro uerò duplici, ut primam producat; vbi t, simplici legitur in metro, alterum intelligatur. A lineo uerbo linea uenit, certis enim lineis literas contineri uidemus. Vnde primum dictæ sunt lineaturæ, & literæ postea factæ sunt. Euenit deinde, ut quoniam album nigredine aspergeretur, atque ei quasi officeretur, & litura inde etiam macula diceretur. Oblitterare autem uerbum non à literis, ut dixere, sed à lituris deductum est, uersa scilicet uocali, quemadmodum à fœnus, fœneror, à pignus, pigneror; à tempus, tempero: sic à lineando, linere. Vnde lineaturæ, & literæ, & lituræ, ex eodem fonte æquè omnia: neque enim à lituris literæ quia delentur: prius .n. factæ, quàm deletæ sunt. Ex his constat eosdem ueteres non rectè commentos esse: ut extrema pars uocis ab itinere fingatur. si igitur a lineis dicta est litera, & linea minima corporis dimensio est, erit profectò litera minima pars dictionis. Hæc Scaliger admonet libro primo de caulis linguæ Latinæ. Litera antepenul. acuit.

LITIGO, penul. cor. Hor. de Art. Iratusque Chremes tumido dilitigat ore. Iuue. Sat. 7. Respicit hoc primum, qui litigat, an tibi serui. Idem 6. Pusio qui noctu nō litigat, exigat a te. Idem 16. Seruato, miles ne uallum litiget extra. Mar. 1. Litigat, & podagra Diodorus, Flacce, laborat. Idem 7. Ah miser, & demens uiginti litigat annis. Cicero Att. Hircius cum Quirino acerrimè pro me litigauit. Idem Qu. Fr. Litigatem tecum, si fas esset. Idem in An. Hic cum C. fratre putat se litigare. antepe. acu.

LITO, pen. corr. Claud. Sæpius hortendos manes, sacrisque litari. Ver. Geor. 4. Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Idem Aen. 2. Sanguine quærendi reditus, animaque litandum. Sta. Syl. 2. Hi fibris, animaque litant, hi cespite nudo. Idem 1. Digna litem? nec si uacuet meuania ualles. Idem 3. Et lacrymas qui maior honos, sic sacra litabit. Man. 8. Omnis & ad reducem dum litat ora Iouem. Oui. Met. 15. Victima nulla litat, magnoque instare tumultus. Mant. Fert Deus? esse rati diuos simulachra litamus. pen. acu. Cicero pro Flac. Litemus igitur Lentulo. Idem. Qui tandem euenit, ut litetur aliis, aliis non litetur. Idem de Diu. Hostia litatur pulcerrimè. Luca. 1. Prodere me populis, neque enim tibi summe litatis. Ouidi. Met. 14. Troius Aeneas, sacrisque et amore litatis. penul. flec.

LITTVS, penul. prod. Stat. Sylu. 4. Littoribus fractas ubi Vesbius egerit iras. penul. acu. Ait Donatus, Litus à litando, unico t, scribendum: in carmine tandē omnes geminant consonantes. Sta. Syl. 3. Littoream blanda feriens Anthedona cauda. Oui. Met. 15. Littoream tractu squammæ crepitantis arenam. Idē. Concaua littoreo si demas brachia cancro. antepe. acu.

LITVRA, penultima producta. Ouidi. Bris. Quascunque aspicies, lacrymæ fecere lituras. Idem de Trist. 1. Neue liturarum pudeat, qui uiderit illas. Idem Littera suffusas quid habet maculosa lituras. Idem de Pont. 2. Non semel admonitu facta litura tuo est. Stat. Sylu. 2. Ore natant, tristesque cadunt in uerba lituræ. Martial. 1. Sed tu ne toties domini patiare lituras. penult. flect. Vide Litera.

LITVVS, penulti. corre. Claud. Terribiles rursum lituos ueneratus adibo. Lucan. 1. Signa foro stridor lituum, clangorque tubarū. Stat. Syl. 5. Quique tubas acres lituoque audire uolentē. Idem The. 7. Post tergum, & litui bellū iouere secuti. Ouidi. Fast. 6. Tunc Venus,

& lituo pulcher, trabeaque Quirinus. Verg. Aeneid. 7. Ipse Quirinali lituo, paruaque sedebat. Ait Seruius. Lituus est incuruus augurum baculus, quo utebantur ad designanda cœli spatia: nam manu nō licebat. Quirinalem autem ex persona sua dixit, qualem postea Quirinus habuit uel liuuum, idest regium baculū, in quo potestas esset dirimendarum litium. antepe. acu.

LIVEO, pen. cor. Stat. Syl. 1. Ochalis, & Tyrij moderator liuet aheni. Idem. Liuentem satyram nigra rubigine turbes. Idem 4. Liuentesque genas, & credite planctibus orbi. Idem Theb. 4. Amnis, & innumeris liuescunt stagna uenenis. Mart. 8. Te nec Amyclæo decuit liuere ueneno. Ouid. Met. 2. Nusquam recta acies liuent rubigine dentes. Idem 6. A quibus ad cœlum liuentia bracchia tollens. Idem 13. Prunaque non solum nigro liuentia succo. antepe. acu.

LIVIA, pen. cor. Oui. Fast. 6. Liuia quā claro præstitit illa uiro. Idem de Trist. 2. Liuia sic tecum sociales impleat annos. Idem de Pont. Dum domus, & nati, dum mater Liuia gaudet. Manil. 1. Liuius Hasdrubalis socio per bella Nerone. Sil. 15. Liuius huc iuuenes, huc me spectare ruentem. Mar. 14. Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens. antepe. acuit.

LIVIANVS, pe pro. Mant. Transierant, ideo ex templo Liuianus atroci. Idem. Tydea magnanimo terra Liuianide natus. Idem. Non potuit frenare ferox Liuianus amarum. Idem. His ita patratis uictor Liuianus in alto. penul. flec.

LIVIDVS, pen. corr. Mart. 1. Omnibus inuideas liuide nemo tibi. Stat. The. 1. Qui regitis, tuque umbrifero styx liuida fundo. Iuuen. Sat. 6. Liuida mater no serueat adipata ueneno. Idem 11. Omnia tunc, quibus inuideas, si liuidu lus si. antepe. acu.

LIVOR, pen. pro. Oui. de Pont. 3. Quarum tu pręsta ne liuor dicere possit. Idē de Tristi. 2. Et quibus è siccis abeat de corpore liuor. Iuue. Sat. 2. Vuaque cō tacta liuorem ducit ab uua. Idem 16. Et nigram in facie tumidis liuoribus offam. Luca. 1. Liuor edax tibi iuncta neger, gentesque subactas. Idem. Pluri mus asperso uariabat sanguine liuor. pe uult. flect.

LOCVS, pe. cor. Stat. Syl. 1. Ipse loci custos, cuius sacrata uorago. Idem The. 5. Dant fluuii, noctesque locum cùm terra superbit. Luca. 1. Exigit impatiēsque loci fortuna secundi. Oui. Met. 2. Est locus in geminos, ubi brachia concauat arcus. Ver. Aen. 1. Vt primùm lux alma data est exire locosque. Ait Seruius, & locos, & loca dicimus, cùm in numero singulari tantum locus dicamus, simile est & iocus, nam & ioca facit, & iocos. Sil. 10. Ipse leuabo humeris, & dorso tuta locabo. Hora. Ser. 2. Ergo ubi purpurea porrectum in ueste locarit. Ver. Aenei. 12. Prætulerim, cœlique libens in parte locarim. Mar. 14. Munus erit, nihil est, ipse locellus erit. pen. acu. Pers. Sat. 3. Iussit & humana cum parte locatus es in re. pen. fle. Cicero pro Mur. Duæ sunt artes, quæ possunt locare hominē in amplissimo gradu dignitatis. Idem Att. Dolobella locum illum sternendum locauit. Idem Quint. Fr. Ad telluris quidē tuam statuam locaui. Idem in Ant. Curio te in matrimonio certo, ac stabili locauit. Ver. Opus. Per secura patris locitantur numina quorum. antepe. acu.

LOCVLI, pen. cor. Hora. Ser. 1. Nil erat in loculis noctes uigilabat ad ipsum. Mant. Aere graues loculi uaria quibus alite chorus. Iuue. Sat. 1. Hos animos, neque enim loculis comitantibus itur. Idem 11. In loculis quis enim te deficiente crumena. Marti. 14. Hos nisi de flaua loculos implere moneta. Ouidi. Fast. 6. Gramina continuò loculis depromit eburnis. antepe. acu.

LOCVPLES, pen. cor. Iuu. Sat. 4. Et locupletem aquilam tibi sexagesimus annus. Hor. Ser. 2. Forte minus locuples uno quadrante periret. Mar. 6. Sit pia, sit locuples, sed potet filia mustum. Idē 11. Orbus es, & locuples, & Bruto consule natus. Idem 5. O frustra locuples, ò dissimulator amice. Ouidi. Fast. 5. Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta

dicta est. Hor. Epist. 1. Aeque pauperibus prodest, locupletibus æque. antepe- acuit.

LOCVSTA, pe. pro. Iuu. Sat. 1. Instituitque rudes melior locusta propinquas. Mant. Omnia rura Deus dedit eroden da locustis. penul. acu.

LODIX, penul. pro. Iuue. Sat. 7. Magnæ mentis opus, nec de lodice paranda. Mart. 6. Zoice Plichi modo sub lodice relictis. Mantua. Mane autem fessos dum sub lodice teneret. Mart. 14. Lodices mittet docti tibi terra Catulli. pe nulti. acu.

LODOVICVS, pe. pro. Mant. Magnanimus rex Gallorum Lodouicus eadem. Idem. Legitimas regni sumpsit Lodouicus habenas. Idem. Plorandum: Lodouicus enim de sanguine natus. penulti. flect.

LOGOS, pen. cor. Auso. Quæ logos, aut methodos, cuique experientia nomen. penul. acu.

LOISVS, pen. pro. Mant. Gallia se bello accingit, regemque Loisum. Idem. Gallorum de more canūe animosa Loisi. Idem. Tempora, tam malum debent sua regna Luiso. Idem. Tempestate me rens illa sub rege Loiso. pen. flec.

LOLIGO, pen. produ. Hor. Ser. 1. Fugerit hic nigræ succus loliginis hæc est. penul. flec.

LOLIVM, pen. cor. Oui. Met. 5. Semina iacta legunt, loliumque, tribulique fatigant. Idem Fast. 1. Et careant loliis oculos uitiantibus agri. Ver. Buc. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Idem Geor. 1. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. antepe. acu.

LOMENTVM, penul. prod. Marti. 3. Lomento rugas uteri quod condere tentas. pen. acu.

LONGARENVS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Exclusus fore cùm Lōgarenus foret intus. penul. flec.

LONGAEVVS, pen. produ. Claud. Longæuum mentita senem, rugisque seueras. Ver. Aen. 12. Longeui quem nunc mœstum patria Ardea longè. Marti. 1. Nec se miretur Cæsar longæua uetustas. pen. flec.

LONGE, peu. pro. Luca. 9. Abrotanum, & longè nascentis cornua cerui. Iuuen. Sat. 8. Et tamen ut longè repetas, longèque reuoluas. Stat. Syl. 1. Auditum longè numen mihi nunc mea felix. Vide Regulas.

LONGINVS, pen. prod. Mant. Te armorum Longine decus, tu bella gerebas. Idem. Quem Longinus adhuc tepidū, riuisque fluentem. pen. flect.

LOQVAX, pen. cor. Oui. de Pont. 2. Fama loquax uestras si tam peruenit ad aures. Idem Meta. 2. Corue loquax subito nigrantes uersus in alas. Tibul. 1. Illa uiro coram nutris conferre loquaces. Lucan. 1. Marcellusque loquax, & nomina uana Catonis. Idem 5. Diuinam sperare fidem, uetosque loquaces. Ver. Geor. 3. Improbus ingluuiem, ranisque loquacibus explet. Idem Aenei. 12. Pabula parua legens, nidisque loquacibus escas. penul. acu.

LOQVELA, pen. pro. Mantua. Vmbra uiro tales dedit adiurata loquelas. Ouid. de Trist. 5. Graiaque quod Getico mista loquela sono est. Vergil. Aeneid. 5. Phorbanti similis, fuditque has ore loquelas. Lucr. 5. Almæ nutricis blanda, atque infracta loquela. penul. flec.

LOQVOR, penulti. cort. Ouid. de Trist. 1. Nec quod opus non est fortè loquare caue. Idem Metamor. 2. Dum loquor, Hesperio positas in littore metas. Idem 3. Oret opem, nomenque suum, casusque loquatur. Idem 14. Quod loquor, & spiro, cœlumque, & lumina solis. Stat. Theb. 4. Qui uentura loquar, satis est meminisse priorum. Martial. 10. Nil aliud loqueris, quam Thesea, Perithoumque. penulti. acuit. Stat. Sylu. 4. Atque locuturas, mentito corpore ceras. Idem 1. Compositosque sales, meditataque uerba locutus. Ouid. Metamorpho. 1. Plura locuturum timido Peneia cursu. penult. flect. Cicero Atti. De ea re nos inter nos locuti sumus. Idem. Dolobella suis literis merum bellum loquitur. Idem. Tum cum Democrito tuo locutus sum.

LORICA, penulti. produ. Mart. 7. Dum uacat hæc, Cæsar, poterit lorica sagit-

tis. Ouid. Metamorpho. 3. Loricę modò squammis defensus, & altæ. Idem 14. Loricamque simul, subiectaque pectora rupit. Stat. Theb. 9. Loricæ, tandemque animam sub pectore magno. Lucan. 7. Quærit iter, quæ torta grauis lorica cathenas. Mant. In manicas & se tunicis loricat ahenis. Vergil. Aeneid. 3. Loricam consertam hamis, auroque trilicem. Idem 11. Loricam, galeamque inter, qua colla sedentis. Ait Seruius. Nam propriè lorica est tegmen de loro factum, quo maiores in bello uti consueuerant. penultima flectit.

LORIPES, pen. cor. Iuu. Sat. 2. Loripedem rectus derideat Aethiopem albus. Idem 10. Nec prætestatum rapuit Nero loripedem uel. antepen. acu.

LORIDVS, penulti. cor. Ouidi. Metamorphos. 4. Loridus exangues pallor conuertit in herbas. antepen. acu.

LORVM, penult. pro. Ouid. de Pont. 4. Idque finas loro, nec fastidita repellas. Mart. 6. Dixit, & arcano percussit pectora loro. Ouid. Metamorphos. 2. Parce puer stimulis, & fortius utere loris. Idem. Mentis inops gelida formidine lora remisit. Iuuenal. Sat. 1. Flamineam puer Autumedon, nam lora tenebat. Stat. Theb. 6. Lora Pelops, pressaque rotas auriga notantes. Lucan. 2. Succendit Phaeton flagrantibus æthera loris. Vergili. Aeneid. 1. Flectit equos, curruque uolans dat lora secundo. Sil. 16. Lora suis victor mediaque Pelorus arena. penultima flectit. Vide Acetum.

LOTOS, pen. pro. Mart. 8. Palladius tenero lotos ab ore sonat. Ouid. Fast. 1. Omnibus ex illis lotide captus erat. Idē 3. Terret & horrendo lotos adunca sonos. Idem de Pont. 4. Si noua Dulichio lotos gustata palato. Idem Met. 9. In spem baccarum florebat aquatica lotos. Idem. Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos. pen. flect.

LOTVS, pen. pro. Pers. Sat. 4. Stoicus hic aurem mordaci lotus aceto. Stat. Syl. 1. Parua Neronea nec qui modo locus in unda. Mar. 2. Nouit loturos Dasius numerare poposcit. Idem 6. Lotus nobiscum est hilaris, cœnauit, & idem. Idē 12. Et si iā lotus, iam soleatus erit. Idē 14. Virgine vis sola lotus abire domum. Verg. Geor. 3. Bruma gelu, uel cum tonsis illotus adhæsit. Ait Seruius, & lautus dicimus: inde est, & lautum eo nam illud ab Horatio satis licenter dictum est, Ast ubi me fessum solactior ire lauatum. pen. flect.

LVBRICVS, pen. cor. Verg. Aen. 8. Innectitq; comas, & membris lubricus errat. Idem 11. Nequicquam patrias tentastis lubricus artes. Iuu. Sat. 11. Qui Lacedæmonium pedematte lubricat orbem. Oui. Fast. 4. Est locus in Tyberim, qua lubricus influit Almo. Sta. Sylu. 1. Et nūc ignaro forsan, uel lubrica Nais. Hor. Ser. 2. Lubrica nascentes implent conchilia lunæ. Ouidi. de Art. 3. Spicula quot menses lubricus annus erit. Mart. 9. Dum puer es, redeas dum uultus lubricus, & te. Idem. Lubrica Corytio quamuis sine pulpita nimbo. antepenult. acuit.

LVCANVS, penul. pro. Hor. Ser. 1. Vita senis sequor hūc Lucanus, an Appulus anceps. Mart. 1. Dedale Lucano cùm sic laceraris ab urso. Idem 7. Lucanum populis, & tibi Polla dedit. Iuu. Sat. 7. Contentus fama iaceat Lucanus in hortis. Hor. Ser. 2. In primis Lucanus aper leni fuit austro. Star. Syl. 2. Seu Lucanus ager, seu Tybridis impetus altas. Idem 3. Lucani rabida ora maris? num torua Charibdis. penulti. flect. Mant. Ipse genus Lucanus erat, Lucania pars est. Mart. 13. Filia Picenæ uenio Lucanica porcæ. antepeu. acu.

LVCAS, penultima producta. Mant. Antiochenus adest Lucas, & cornua fronte. Idem. Alter erat fama si fas est credere Lucas. Idem. Sit uolucris Lucas crescens in cornua tauri. Sil. 9. Nam prouectus equo moderantem cuspide Lucas. Idem 10. Hæc fatus iaculo Lucam, qui maximus æui. Lucan. 1. Aruns incoluit desertæ mœnia Lucæ. penu. acu.

LVCAGVS, pen. cor. Verg. Aeneid. 10. Lucagus, & pronus pendens in verbera telo.

telo. Idem. Lucage nulla duos currus fuga segnis equorum. Idem. Flectit equos strictum rotat acer Lucagus ensem. antepe. acu.

Lvcellvm, pe. pro. Hor. Epi. 1. Quod pure tranquillet honos, an dulce lucellum. Idem Ser. 2. De sene gustarit tecum partita lucellum. penul. acu.

Lvceo, penulti. cor. Vergili. Aeneid. 8. Virgatis lucent sangulis, tum lactea colla. Idem Buccoli. Iamque nouum terræ stupeant lucescere solem. Idem Opu. Lumina collucent infernis omnia templis. Iuuenal. Sati. 1. Pone tigillinum tæda lucebis in illa. Martial. 4. Lucebat totis cùm tegeretur aquis. Vide Lichinus. Cicero de somn. Luna quæ luce lucet aliena. Idem de Nat. Luna à lucendo nominata est. Idem de Clar. Et ingenij quædam forma lucebat. Idē pro Sest. Virtus lucet in tenebris. antepen. acu.

Lvcetivs, penul. corre. Lucan. 2. Scipio Lucetiæ quanquam fortissima pubes. Verg. Aeneid. 9. Lucetium portæ subeuntem igne ferentem. Ait Seruius. Solum hoc nomen est, quod dictum à Vergilio, in nullo alio reperiatur autore: sanè lingua Osca Lucetius est Iuppiter, dictus à luce; quam dicitur omnibus præstare. Ipse est nostra lingua Diespiter, idest diei pater. antepe. acu.

Lvcensis, pen. prod. Mart. Libertum docti lucensis quære secundum. penult. acuit.

Lvceres, pen. cor. Oui. Fast. 3. Quosque uocant ramnes, Luceribusque dedit. Lucerus à Lucumone dicti sunt, Ait Seruius Aen. 5. ibi. Tres equitum numero formæ. antepe. acu.

Lvcerna, penul. produ. Mar. 8. Quod media miseras nocte lucerna uidet. Idē. Exiguæ uolitat suspensa uapore lucernæ. Idem 14. Subducta est puero nanque lucerna tuo. Idem. Non norat parcos uncta lucerna patres. Idem. De candelabro magna lucerna tibi. Ver. Opu. Admouet hic pronam submissa fronte lucerna. Iuuenal. Sati. 1. Hæc ego non credam Venusina digna lucerna. Lucr. 4. Bina lucernarum florentia lumina flammis. Auso. Obsequitur studio nostra lucerna tuo. Tibull. 1. Hæc tibi fabellas referat, positaque lucerna. Hora. Ser. 1. Accessit feruor capiti, numerusque lucernis. penul. acu. Vide Lichnus.

Lvcidvs, pen. cor. Ouid. Metamor. 2. De ramis electra nouis quæ lucidus amnis. Idem 3. Fons sonat a dextris tenui perlucidus unda. Idem de Trist. 5. Telaque uipereo lucida felle gerar. Vergi. Opusc. Lucida qua patulos uelabat gramina colles. Idem Geor. 1. Hædorumque dies seruandi, & lucidus anguis. Sil. 2. Exesis fugere genis cùm lucida sola. Claudi. Lucidus umbroso miscebitur aer auerno. antepe. acu.

Lvcifer, pe. cor. Oui. Metamor. 2. Lucifer, & cœli statione nouissimus exit. Idem de Pont. 2. Qualis ab Eois lucifer ortus aquis. Idem de Trist. 1. Stella grauis nobis lucifer ortus erat. Mantu. Quando si luciferum Phœbi percurrerit ortus. Stat. Theb. 5. Lucifer astra polo tum demum littore rauco. Lucan. 1. Solis lucifero fugiebant astra relicto. Idem 10. Lucifer à Casia prospexit rupe, diemque. antepe. acu.

Lvcifvga, pen. cor. Oui. de Philomena. Noctua lucifuga cucubat in tenebris. Ver. Geo. 4. Stellio lucifugis congesta cubilia blattis. Mant. Lucifugam, uiolenta magis quam calida siquos. antepenul. acu.

Lvcilivs, penul. cor. Mar. 12. Audemus satyras, Lucilius esse laboras. Iuuena. Sat. 1. Ense uelut stricto quoties Lucilius ardens. Hor. Ser. 1. Hinc omnis pendet Lucilius hosce secutus. Idē. Olim quæ scripsit Lucilius eripias si. antepenul. acu.

Lvcina, penul. pro. Mart. 1. Hanc ego Lucinæ credo fuisse manum. Tibull. 3. Efficiat uanos noctis Lucina timores. Oui. Fast. Gratia Lucinæ dedit, hæc tibi nomina lucus. Idem. Parce precor grauidis facilis Lucina puellis. Vergili. Bucc. Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Idem Geor. 2. An memorem portus, Lucinoque addita claustra. Stat. Syl. 1. Sed pareat Lucina, precor, tuque ipse parenti. Idem 3. Quippe bis

ad partus uenit Lucina, manuq; Oui. Meta 9. Lucinā ad nexos partus clamore uocabam. penulti. flect. Hor. Ser. I. Lucinias soliti impenso prandere coemptas. antepe. acu

LVCIVS, penul. corr. Mantu. Lucius in bellis qui te Ptolomæe secutus. Auso. Lucius una quidem geminis sed dista punctis. Mantu. Lucius armorum ductor Maluicia proles. Idem. Lucia quā magno quondam celebrauimus ortu. antepe. acu. Vide Maria.

LVCRETIA, penul. cor. Claud. Visceribus frustra callum Lucretia ferrum. Idem. Et grauis incumbens casto Lucretia ferro. Martial. I. Esse uidebaris, fateor, Lucretia nobis. Idem II. Erubuit, posuitque meum Lucretia librū. Ouidi. Fast. 2. Inde cito passu petitur Lucretia cuius. Idem. Vtque torum pressit, ferrum Lucretia mecum est. Ait Seruius Aeneid. 4. ibi, Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat. Tarquinius superbus habuit perditos filios, inter quos Aruntem, qui dum in castris esset, patre suo Ardeam obsidente, & ortus esset inter eum, & Collatinum maritum Lucretiæ, de uxoribus sermo eousque contentio pressit, ut ad probandos earum mores simul proficiscerentur: ingressi itaque ciuitaté Collatinam, ubi Lucretiæ domus, inuenerunt eam lanificio operam dantem, & tristem propter mariti absentiam: inde ad Aruntis domum profecti cum uxorem eius inuenissent cantilenis, & saltationibus indulgentem: reuersi ad castra sunt: quod Aruns dolens cùm de expugnanda Lucretiæ castitate cogitaret: mariti eius nomine epistolam finxit, deditque Lucretiæ, in qua hoc continebatur, ut Aruns susciperetur hospitio, quo facto, per noctem stricto gladio eius ingressus cubiculum cum æthiope hac arte egit: ut secum coiret, nisi mecum concubueris, æthiopem tecum interimam, tanquàm in adulterio deprehenderim: timens itaq; Lucretia ne castitatis famam amore deperderet, quippe quam sine purgatione futuram esse cernebat, in uita turpibus imperiis paruit: altero die conuocatis propinquis, marito Collatino, patre Tricipitino, Bruto auunculo, qui tribunus equitum celerum fuerat, rem indicans petiit uiolatus pudor, neue inultus eius esset interitus, & eiecto se interemit. antepenul. acuit.

LVCRINVS, penultima producta. Marti. 3. Dum modò Lucrino, modò semper mittit Auerno. Idem. Dum nos blanda tenent lasciui stagna Lucrini. Idem 6. Tu Lucrina uoras me pascit aquosa Peloris. Idem. Hic mihi Baiani soles mollique Lucrinus. Stat. Syl. I. Nec tibi sulfureis Lucrinæ Naides antris. Prop. I. Paruula Lucrina cymba moretur aquam. Stat. Syl. I. Iugera Lucrinæque domus, littusque cruenti. penulti. flect.

LVCROR, penul. prod. Hor. de Art. Pythias emuncto lucrata Simone talentū. Martial. 8. Tyria coloris optime lucri facit. Cicero Off. Debitores lucrentur alienum. pen. acu.

LVCTIFICABILE, pen. cor. Pers. Sati. I. Antyopa ærumnis cor luctificabile fulta. antepe. acu.

LVCTOR, penultima producta. Claud. Secretum meruit, luctetur quisquis eous. penultima acuit. Persi. Sati. 5. Nam luctata canis nodum erupit tamen illi. Stat. Sylu. 2. Nec patitur tactus tandem ineluctata sub auras. Oui. de Tristib. 4. Fortior in fulua nouus est luctator arena. Vergil. Aeneid. 8. Sterneret æquor equis remo eluctamen abesset. penultima flectit. Idem 2. Venit summa dies, & ineluctabile tempus. Stat. Theba. 9. Dure parens quæ te alta, & ineluctabilis uno. Idem 10. At tuba luctificis pulsat clangoribus urbem. Flacc. 3. Nullæ ideo pestes, ac luctifer ingruat annus. antepenulti. acuit.

LVCTVS, penultima producta. Ouid. Metamorphos. 2. Datque animum in luctus, & luctibus adiicit iram. Idem 15. Luctibus imposuit, uenitque salutifer urbi. Vergili. Aeneid. 2. Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago. penult. acu.

LVCVS,

LVCVS, penultima producta. Stat. Sylu. 1. Signat Apollineo sancto cognomine lucos. Idem Theb. 9. Excubat antiquo seu pendet gloria lucos. Sil. 2. Et sua fatidico repetebat nomine luco. Lucan. 3. Lucus erat longo nunquàm uiolatus ab æuo. Ouidi. Fast. 2. Gratia Lucinæ dedit hæc iam nomina lucus. Vergili. Bucc. Per nemora, atque altos quærendo buccula lucos. Idem Georgi. 2. Aut quos Oceano propior gerit India lucos. Idem Aene. 1. Lucus in urbe fuit media lætissimus umbra. Ait Seruius. Lucus autem per antiphrasin dicitur, quod non luceat, non quod sint ibi lumina causa religionis, quanuis à luceo dicatur. Stat. Sylu. 1. Lucorum senium te quæ uada fluminis infra. pen. flectit.

LVCVLLVS, penult. prod. Hor. Epist. 1. Me fueris hic tu chlamydes Lucullus, ut aiunt. Mantua. His studiis affectus erat Lucullus, & urbem. penultima acuit.

LVDIBRIVM, penultima correpta. Luc. 7. Ludibrium soceri uester pudor ultima fata. Idem 10. Ludibrio seruatus erat non utile mundo. Claud. Ludibrio, prædaque datur frondentis ad usque. Idem. Ludibrium mensis erecto pectore diues. Sil. 6. Ludibrium nec ces horrescens uis aspera ponti. Mantuan. Nec sine nos stigiis ludibria manibus esse. Vergil. Aeneid. 6. Ne turbata uolent rapidis ludibria uentis. antepenul. acu.

LVDO, penultima prod. Mart. 4. Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cœno, quiesco. Verg. Buc. Prima Syracusio digna ta est ludere uersu. Idem. Ludere quæ uellem calamo permisit agresti. Ouidi. de Pont. 2. Aut ego me fallo, nimiaque cupidine ludor. Horat. Ser. 2. Ludere par, impar, equitare in arundine longa. Luca. 2. Non soliti luxere sales, nec more Sabino. Ouid. Fast. 4. Quod decuit primus sine crimine lusimus annis. Martia. 1. Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto. Ouidi. Metamorpho. 3. Luserat hic nymphas, sic cœtus ante uiriles. Idem Fast. 2. Luditur in castris otia miles agit. Idem de Art. 1. Sic ne perdiderit, nó cessat perdere lusor. Stat. Theb. 4. Ludus, & arra facium recolit Trieteris Ophelten. Iuu. Sat. 6. Nupta Senatori comitata est Hippya ludum. Oui. Met. 1. Instituit sacros celebri certamine ludos. Idem de Trist. 2. Lusibus ut possis aduertere numen ineptis. Martia. 1. Aut docuit lusus hos Thetys, aut didicit. pe. flec. Lucr. 4. Aut puerorum ętas improuida ludificatur. Iuue. Sat. 6. Gurgitis aut Fabii quæ ludia sumpserit unquàm. Idem. Hyppia quid uidit, propter quod ludia dici. Idem 11. Omnia tunc quibus inuideas sit ludiculus sis. antepe. acu.

LVDICRVM, pe. cor. Hor. Epist. 1. Nunc itaque, & uersus, & cætera ludicra pono. Idem. Ludicra qui plausus, & amici dona Quiritis. Idem 2. Subruit, ut reficit, ualeat res ludicra, si me. Ver. Aen. 12. Huc, illuc, nec enim leuia, aut ludicra petuntur. Muta, & liquida. pe. longauit Vergi. antepe. acu. de quo nomine uide Vallam libro primo, cap. 3.

LVGDVNVM, penul. pro. Mantua. Lugdunumque ierat uirosi infamia nostri. Iuue. Sat. 1. Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. pe. acu.

LVGEO, pen. corr. Oui. Met. 1. Luget ut amissam nescit, uitane fruatur. Idem 12. Viuere lugebat tumulo quoque nomen habenti. Idem de Tri. 2. Quæque suum luget, nunc quoque mater Lyn. Martia. 1. Non luget quisquis laudari Gellia quærit. Luca. 2. Lugent damna tæ Phœbo uictore calendæ. Stat. Syl. 1. Lumina, & ignaræ plebis lugere potentes. Idem 2. Quem natura patrem, nec te lugere seuerus. Ver. Aen. 2. Demisere neci nunc cassum lumine luget. Idẽ 11. Dardanus, & uersis lugeret Græcia fatis. Ait Seruius Aen. 6. Lugentes campi, sic illos nomine dicunt. quasi lucis egentes: quod & amoribus cõgruit. Idẽ 8. Thestius orbis erit melius lugebitis ambo. Cice. in Ant. Quis bonus nõ luget mortem Trebonii. Idẽ Att. Sed fortunam reip. lugeo. antepe. acu.

LVGVBRIS, penul. produ. Ouid. Epistolo. Hac tibi plangendo lugubria pectora

lassas. Idem de Trist. 1. Denique lugubres vultus nunquamque uidendos. Idē Met. 4. Conclamat uirgo genitor lugubris & ima. Idem 11. Surge, age, da lacrymas, lugubriaque indue nec me. Lucre. 1. Vagitumque locum lugubris complet, ut æquum est. Luca. 2. Sicut erat mœsti seruans lugubria cultus. Stat. Theb. 3. Ima flagellatis signum lugubre malorum. Ouid. in Ibin. Quisquis ades sacris lugubria dicite uerba. Verg. Aeneid. 10. Sanguinei lugubre rubent, aut Syrius ardor. Sil. 17. Lugubre increpitans late circumuolat ardor. Tu lector in poetarum exemplis legis lugubre penult. prod. & primam in lugeo, unde lugubre deducitur. Nihilominus Artigraphi syllabarum quantitatis in lugubre penul. breuiant Horatii exemplo carm. 2. ode 1. Qui gurges? aut quæ flumina lugubris. Cōstat enim duobus spōdæis, cæsura, & duobus dactylis, penult. acu. Mant. Te Padus, & noster lugubri Mineius ore. Idem. Cum mœrore viris, & erant lugubria tanquam. Idē. Ad Martham coeunt omnes, lugubriter orant. Ouid. Philom. Ast vlulant ululæ lugubri uoce canentes.

LVMEN, pen. pro. Ouid. Met. 1. Communemque prius, ceu lumina solis & atræ. Idem. Centum luminibus cinctum caput Argus habebat. Idem. Arge iaces, quodq; in tot lumina lumen habebas. Idem 2. Suntque oculis tenebræ per tantum lumen obortę. Idem de Trist. 2. Vtque trahunt oculos radiantia lumina solis. Luca. 2. Vltimaque effudit spectantis lumina membris. Vergili. Georgi. 1. Lumina labentem cœlo, quæ ducitis annum. Sil. 2. Per longum cœlata fames iam lumina retro. Idem 5. Intrauit toruum Gortynia lumen arundo. Claud. Lustralem sic triste facem, qui lumen odorum. penulti. flect.

LVNA, pen. pro. Stat. Syl. 1. Luna, & in Oceanum riui cecidere minores. Idem 5. Primaque patritia clausit uestigia luna. Luca. 2. Alnos, uicinæ percurrit in æquore lunæ. Vergi. Geor. 1. Ipsa dies alios alio dedit ordine luna. Oui. Met. 2. Inferiusque suis fraternos currere luna. Idem 9. Aut stetit, aut visa est, inerat lunaria fronti. Luca. 1. Thetios unda vagæ lunaribus æstuat horis. Claud. Eripiat lunare iubar quid signa sagacis. Oui. Fast. 5. Et nos lunares exoluistis equi. Idem Met. 2. Orbe resurgebant lunaria cornua nouo. Stat. Theb. 2. Vis probat, hæc circum spumis lunaribus ungit. Luca. 3. Opposirū pelago lunata classe recedunt. Verg. Aeneid. 1. Ducit Amazonidum lunaris agmina peltis. Idem 11. Fœminea exultant lunatis agmina peltis. Stat. Syl. 2. Sed iuuere moræ, placido lunata recessu. penult. flect. Manr. Vt fama est cubitos Lunensia uenit ad arua. pen. acu.

LVPANAR, pen. pro. Claud. Dilectumque diu quamuis longæua lupanar. Iuu. Sat. 6. Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Idem. Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Ait Priscianus libr. 3. Quis dubitet in ar, desinentia deriuatiua, si consonantem habeant ante ar, penultima syllaba producitur. Sin uocalem, corripitur. ut, Cæsus, Cæsar: lacus, lacunar: lupa, lupanar: laqueus, autem laquear corripi. Vocalem quidem habet ante ar. Lupanar penulti. flect.

LVPERCVS, pen. cor. Marr. 3. Stare Luperce tibi iam pridem mentula desit. Idem. Quæ non stat, magno stare. Luperce tibi. Iuu. Sat. 2. Nec prodest agili palmas præbere Luperco. Stat. Syl. 5. Verbera succincti formidauere Luperci. Prop. 4. Vnde licens Fabius sacra Lupercus habet. Ouid. Fast. 2. Tertia post idus nudos aurora Lupercos. pen. acu. Mant. Roma Lupercales ludos antiquitus isto. Verg. Aeneid. 8. Rettulit, & gelida monstrat sub rupe Lupercal. Ait Seruius, Lupercal sub monte Palatino est quædam spelūca, in qua de capro luebatur. Vnde & Lupercal dictum nō nulli putant. Alii quòd illic lupa Remum, & Romulum nutrierit. Alii, quod est uerisimilius, locum esse hunc [illegible] Peni Deo Arcadiæ. Idem. Hic [illegible] tes salios, nudosque Lupercos. Ait cum in honore panos lupercaliorum [illegible]-

nitas

nitas celebraretur, pecora Romanorum subitò a latronibus rapta sunt, illi proiectis uestibus persecuti sunt latrones. Vnde nudi Lupercales celebrarent. De quo Quintilianus Inst. 1. Cap. 10. Et inueniantur qui Lupercalia tres partes orationis esse contendant, quasi luere per caprum. Lupercalis. pen. flect.

LVPINVS, pen pro. Hor. Ser. 2. In cice re atque faba bona tu perdasque lupinis. Idem Epist. 1. Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Prop. 3. Et galea hirsuta compta lupina iuba. Vergil. Geor. 1. Aut tenues fœtus uiciæ, tristisque lupini. Aesopus. Cum natura iubet natos ululare lupinos. pen. flect.

LVPVS, pen. cor. Oui. de Tristi. 1. Incustoditum captat ouile lupus. Idem Metamor. 1. Fit lupus, & ueteris seruat uestigia formæ. Idem. Nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones. Idem Fasti. 4. Per sata, per syluas, fertque, refertque lupus. Stat. Syl. 1. Dulichiis ululata lupis, arcesque superbæ. Vergili. Geor. 1. Prædarique lupos iussit, pontumque moueri. Idem Aenei. 7. Sæuire, ac formæ magnorum ululare luporum. penul. acu. Luca. 4. Siccaque sanguineis durescit spuma lupatis. Stat. Theb. 4. Manat equum siccis illidunt ora lupatis. Idem 6. Fama patet, primus teneris læsisse lupatis. Ver. Georg. 3. Verbere lenta pati, & duris parere lupatis. penult. flect. Vergi. Buc. Ecl. 10. Iam fugit ipsa lupi Mœrin uidere priores. Ait Seruius. Hoc etiam phisici confirmant, quod uoce deseratur is, quem prior uiderit lupus. Vnde etiam prouerbium natum est, Lupus est in fabula, quoties superuenit ille, de quo loquimur, & nobis sui præsentia amputat facultatem loquendi.

LVO, penult. corr. Vergili. Georgi. 4. Magna lues commissa tibi has miserabilis Orpheus. Ouid. Meta. 3. Exilium dira pœnam pro cæde luebat. Sta. The. 10. Et per iura luam regalis crimina noxæ. Pers. Sat. 1. Nobile colluerit patranti fractus ocello. Cicero Atti. Itaque mei peccati pœnas luo. Idem de Fin. Lucretia stuprum per uim oblatum uoluntaria morte luit. penul. acu.

LVRIDVS, pen. cor. Oui. Met. 4. Lurida que arsuro portabat membra pharetra. Idem 1. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Lucan. 5. Ventorumque nota rubuit tum lurida pallens. antepe nul. acuit.

LVSITANVS, penul. prod. Mantu. Rursus ad Hesperias, & Lusitana petissa penul. flect.

LVSCINIA, pen. cor. Mart. 7. Lusciniæ tumulum si Thelesina dedit. Hora. Ser. 2. Luscinias soliti impenso prandere coemptas. antepe. acu.

LVSTRO, pen. pro. Verg. Aen. 6. Lustrauitque uiros, dixitque nouissima uerba. Idem 1. Lustrabunt, connexa polus dum sydera pascet. Idem 4. Postera Phœbea lustrabat lampada terras. Cicero de Fin. Pythagoras Aegyptum lustrauit. Idem de Som. Sol cuncta sua luce lustrat. pe. acu. Flac. Arma simul, uestesque uirum lustramina ponto. Verg. Aen. 8. Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis. Stat. Theb. 1. Electa ceruice greges, lustraliaque exta. Idē 10. Lustralem ne feris, ego te puer inclyte Thebis. Idem Syl. 3. Culmina, ceu tædis iterum lustratus honesti. pen. flect.

LVTEVS, pe. corr. Luc. 1. Lutea demissos uelarunt flammea uultus. Iuu. Sat. 10. Iucunde, & luteo Vulcano ad rhetorā misit. hic synęresis fit, ut Verg. Bucco. Murice iam croceo mutabit uellera luto. Ait Seruius. Hypallage est pro croceo luteo. Pers. Sat. 3. Quicquid id est, surgit tacitè tibi lutea pellis. Ver. Bucc. Mollia luteola pingit uacinia Caltha. antepe. acu. Pers. Sati. 5. Compositus lecto crassisque lutatus amomis. penul. flect. Luteus color dicitur rutilus dilutior, qualis est color auri, adiectiuum à substantiuo lutum prior producta, quod significat herbæ genus, quæ & lutea appellatur à Plinio. Hęc Calepinus. cum aspiratione à Græco est deductū.

LVTVM, à uerbo luo ductum, quod est terra ex humore soluta, quam & cœnum uocamus, primam corripit. Auso. Atque abacum Samio sæpe onerasse luto. Iuuenal. Sati. 6. Compositique luto

luto nullos habuere parentes. Idem 14. Et meliore luto finxit præcordia Titan. penult. acu.

LVTVLENTVS, pen. pro. Ouid. Met. 1. Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti. Hor. Epist. 2. Hæc rabiosa fugit canis hac lutulenta ruit sus. Idem Ser. 1. Cũ flueret, lutulentus erat, quod tollere uelles. Iuu. Sat. 9. Qui solet, & uexat lutulenta balnea turba. penultima acuit.

LVX, prod. Ouid. de Pont. 2. Tu mihi narrasti cum multis lucibus ante. Idẽ Fast. 3. Lucibus impexas debet habere comas. Idem Metamorphos. 1. Lucis egens aer nulli sua forma manebat. Idem 15. Dum dubitat feram pepulere crepuscula lucem. Idem 14. Lucibus ipse nouem, & terram aspexisse petitam. Idem 6. Sub terras specus, & triste sub luce tenebræ. Stat. Theb. 8. Lucis amor, tenet in epulis, hastisque paratas. Vergil. Georg. 4. Stellio, & lucifugis congesta cubilia blattis. antepenulti. acuit.

LVXVRIO, pen. cor. Mart. 2. Quod uomis Antoni, quod luxuriaris Apici. Verg. Geor. 3. Luxuriatque toris animosum pectus honesti. Idem 1. At si luxuria foliorum exuberat umbra. Oui. Met. 9. Luxuriare solet? squamamq; nitere recenti. Stat. The. 6. Luxuriant artus, effusaque sanguine laxo. Flac. 4. Luxurians, ipsoque ferens fastidia uisu. Luca. 4. Luxuries nunquam paruo contenta paratu. Hor. Epist. 2. Luxuriantia compescit nimis aspera sano. Ouidi. Fast. 4. Nunc ager assidua luxuriabat aqua. antepenult. acuit. Stat. Theb. 2. Luxuriata fames, caruixque, & tabe grauatæ. Luca. 10. Luxuriosa domus, sed adest defensor ubique. pen. flect.

# M



MACAREVS, penult. corr. Non contractum. Ouid. in Ibin. Vt que sua Macareus tu patiare tua. Idem Metamor. 10. Nam quem mihi genitor Macareus, Acestius illi. Idem 14. Naritius Macareus comes experientis Vlyssei. Idem. Accipe, ait, Macareu dominæ potentia quæ sit. Idem 6. Gesserit ut pastor Macareida Inserit Issem. Macareus non contractum. antepenult. acu. Vide Atreus. Mant. Macarios, ut fama duos Aegyptia tellus. Oui. Met. 10. Pelle moram, vinces dubium Macareius heros. antepen. acuit.

MACEDONICA, pen. cor. Ouid. Met. 12. Quid clypeo, gladioque, Macedoniaque Sarissa. Luca. 2. Graiorum, Macedumque nonas acquirite uires. Idẽ 10. Esse uiro Macedum fines, latebrasque suorum. Mant. Amigonus post magni obitum Macedonica adeptus. antepenult. acuit.

MACELLVM, penult. pro. Mart. 10. Diues & ex omni posita est instructa macello. Idem. Omnis ab urbano uenit ad mare cœna macello. Idem 13. Princeps Niliaci raperes Coracine macelli. Ver. Opusc. Vix nunquam urbani comitatus merce macelli. Hor. Ser. 2. Cum scurris fartor, cum uelabro esse macello. penult. acuit.

MACEZER, pen. pro. Claud. Macezer fugiens qui dira piacula fratris. penulti. acuit.

MACER, pen. cor. Verg. Buc. Heu quam pingui macer est mihi taurus in eruo. Ouid. de Trist. 4. Quæque nocet serpẽs, quæ iuuat herba, macer. Idem de Pont. 2. Hec tibi Nasonem scribere uerba macer. Idem 4. Iliacusque macer, sydereusque pedo. penult. acu.

MACAE, pen. cor. Sil. 3. Cinyphii didicere macæ, squalentia barba. penulti. acuit.

MACHAON, pen. pro. Ver. Aen. 2. Pelidesq; Neoptolemus, primusque Machaon. Mant. Aequiperandus erat Troiæ qui bella Machaon. Mart. 2. Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes. Ouid. de Pont. 3. Firma ualent per se, nullumque Machaona quærunt. penult. acuit. Idem 1. Vtque Machaoniis Pæantius auibus heros. Stat. Syl. 1. Sæua Machaonio coierunt uulnera succo. antepen. acu.

MACHAB-

MACHAERA, pe. pro. Mant. Angelus ab scondit rutilantem cæde machæră. Iuu. Sat. 7. Ostendatur, ames nomen, victumque machæræ. penult. flect.

MACHINA, pen. cor. Verg. Aen. 2. Aut hæc in nostros fabricata est machina muros. Idem 4. Murorum ingentes, æquataque machina cęlo. Luca. 6. Quod non ulla queat uiolenti machina belli. Idem 8. Non aries illis, non ulla est machina belli. Lucr. 2. Nam tibi propterea quo machiner, inueniam quod est. Stat. Syl. 2. Astraque nec solidis prodest sua machina terris. Idem 3. Dum me flammigeri porrabit machina cœli. Idem Theb. 8. Robur in occidui, te velox machina cœli. Cicero in Verr. Cùm interea aliud quid iam diu machinaretur. Idem pro Dom. Nihil aliud, nisi ut ne quid per uim agi posset, machinabere. antepen. acu.

MACHOMETEVS, penul. pro. Mant. De Machometeis cupiunt ad uera reuerti. Idem. Rem Machometea, stygioque inseruit auerno. penult. flect. Idem. At que alii quibus impietas Machometica cordi est. Idem. O Machometigene gentes hic maximus ille. antepenul. acu. Idem. Est qui Maumet Arabem cor rupit & austri.

MACIES, penult. cor. Ouidi. Metamor phos. 3. Adducitque cutem macies, & in aera succus. Idem de Trist. 3. Ossa tegit macies, nec iuuat ossa cibus. Claud. Decolor, & macies occursu lædetet omnes. Oui. Fast. 1. Et neque deficiat macie, neque pinguior æquo. Vergili. Georg. 3. Ipsa autem macie tenuant armenta uolentes. Idem Aeneid. 3. Cum subito è syluis macie confecta suprema. antepenultima acuit.

MACRINVS, pen. pro. Perf. Sat. 2. Nunc Macrine diem numera meliore lapillo. penult. flect.

MACROBIVS, pen. cor. Mant. Macrobii senis inuenit quem corpore functum. antepenult. acu.

MACTO, penultima producta. Lucan. 10. Crudelemque toris dominam mactemus in ipsis. Ait Seruius Aen. 4. ibi, Exquirunt, mactant lectas de more bidentes. Mactare enim verbum est sacrorum; & significat magis augere. Cicero de Arg. Clodius diuisiones omnium tribuum domi suæ crudelissima morte mactauit. penultima flectit. Ouidi. Metamorphos. 15. Vinaque dat pateris mactatarumque bidentum. pen. flect.

MACVLONVS, penultima producta. Iuuenal. Sati. 7. Succensus recites Maculonus commodat ædes. penulti. flect.

MACVLO, penultima correpta. Vergil. Aeneid. 10. Idem ego nate tuum maculaui crimine nomen. Sil. 2. Patritio Cremeræ maculauit sanguine ripas. Stati. Theb. 8. Commaculet, iuuet ista ferum spectare tonantem. Lu can. 2. Concidit & miseræ maculauit ouilia Romæ. Ouidi. Metamorphos. 1. Deiicit, & maculat præreptam sanguine rupem. Iuuenal. Sati. 5. Aut glacie aspersus maculis Tyberinus & ipse. Stat. Theb. 2. Horruit in maculas, somnosque excussit inertes. Sil. 11. Deprensa & nulla macula non illita uita. Vergil. Georg. 3. Nec mihi displiceat maculis insignis, & albo. Hor. de Art. Offendar maculis, quas aut incuria fudit. Cicero de Argia. Qui castissimos ludos omni flagitio pollueret, omni dedecore macularet. antepenultima acuit. Ouidi. de Tristib. 3. Littera suffusas quod habet maculosa lituras. Idem Metamorph. 11. Tertia forma fuit maculosæ tygridis illa. Stat. Syl. 1. Hinc chelim, hinc flauam maculoso nebrida uirgo. Luca. 2. Et quanuis nullo maculatus sanguine miles. Ouid. Metamorph. 15. Incaluisse putes maculatum sanguine ferrum. penulti. flectit.

MADEO, penultima correpta. Martial. 1. Et filices nimbis hic maduere suis. Idem 6. Et solum multo permaduisse sale. Ouidi. Metamorphos. 1. Victa iacet pietas, & virgo cæde madentes. Idem Fast. 1. Sparsaque cœlesti rore madebit humus. Idem 4. Accipit, & largo sparsa cruore madet.

Idem

Idē 6. Amne redundantis fossa madebat aquis. Idē de Pont. 4. Nec quæ uipereo terra cruore madent. Luca. 1. Fraterni primi maduerunt sanguine muri. Idē 2. Exegit famulus nati maduere paterno. antepe. acu. Idē 4. Eualuit, auxere niues, fractoque madescunt. Oui. de Ar. Nobilis æquoreis penna madescet aquis. pen. acu. Catull. Alta Polixena madefiant cæde sepulchra. Cicero in Ant. Natabant pauimenta uino, madebant parientes. Idem de Diuin. Madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine.

MADIDVS, pen. cor. Mart. 1. Siquis Cæcropiæ madidus, Latiæque Mineruæ. Oui. Met. 1. Emittitque notum madidis notus euolat alis. Idem 2. Hunc puer, ut nigri madidum sudore ueneni. Idem 14. Interdum madidas, lachrymatum rore coronas. Idem de Pont. 4. Aequoreo madidas quę premat imbre comas. Luca. 1. Et madidis euri resolutæ flatibus alpes. Ver. Aen. 6. Ni gens crudelis madida cum ueste grauatum. antepenul. acu.

MENADES, pen. cor. Iuu. Sat. 6. Męnades ò quantus tunc illis mētibus ardor. antepenult. acu.

MAENALVS, pen. cor. Ouid. Fast. 5. Arcades hunc, ladoque rapax, & Mænalus ignes. Idem Met. 2. Miles erat Phœbes, nec Mænalon attigit ulla. Idem 1. Mænala transieram latebris horrenda ferarum. Verg. Buc. Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus. Stat. Syl. 1. Et de Męnalia uolucer Tegeaticus umbra. Idē 3. Nec famulare timens, sed quē te Mænalis auge. Claud. Nec super Alphæas umbrantia Mænala ripas. Luca 3. Sicaris Alpheus aquas tunc Mænala liquit. Mart. 1. Arcam Mænalium non timuisset aprum. Idem. 5. Quod tua Mænalios collocat hasta sues. antepe. acu.

MAEONIVS, pen. cor. Mart. 11. Et tibi Mæonio quod carmine maius habetur. Oui. de Pont. 3. Dignā Mæoniis Pheacida condere chartis. Idem de Trist. 2. Quid nisi Męonides Venerem, Martem que ligatos. Idem Metamorph. 6. Mæonis alusam designat imagine tauri. Ver. Aeneid. 11. Mæonidæ incurrunt, tum fatis debitus a ruus. Idem 9. Mæonio rē gi quem serua lycinia furtim. Stat. Syl. 5. Mæonibus, quantumque pios dita it agrestes. Idem Achil. 1. Męonio, sed plura uacant nos ire per omnem. antepenult. acu.

MAEOTIS, pen. pro. Iuue. Sa. 15. Tale quid excusat Mæotide sæuior ara. Idem 4. Quos operit glacies Mæotica, ruptaque tandem. Lucr. 2. Pigra pali Scithici patiens Mæotica plaustri. Ver. Geor. 3. Et non qua Scythiæ gentes Mæotica que unda. antepen. acu.

MAGALIA, pen. cor. Verg. Aen. 4. Vt primum alatis tetigit magalia plantis. Idem 1. Miratur molem Aeneas magalia quondam. Ait Seruius magalia, & mapalia idem significant. Sed in hoc differunt, quòd mapalia primam corripit, magalia uerò producit.

MAGDALENA, pen. pro. Mant. Magdalena ferens sese in deserta sub altis. Idē. Magdalena ferens loculos spirātis amomi. penult. flect.

MAGE, penul. cor. Lucr. 5. Sed mage placata posse omnia mente tueri. Ver. Aeneid. 10. Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. Ait Seruius. Legitur & magis est, sed si mage legimus, propter metrum dictum pro magis, sicut etiā pote pro potis. Pers. Sati. 1. Qui pote uis dicam, nugaris, cum tibi calue. Quod adeò in usum uenit, ut etiam in prosa inueniatur. Cicero in Frument. Mage condemnatum hominem in iudicium adducere non posse. Prop. 3. Sed mage virginei tot bona gymnasii. penult. acuit.

MAGIS, pen. cor. Verg. Buc. Non equidem inuideo, mi rot magis undique totis. Oui. Met. 1. Non ego pro mundi regno magis anxius illa. Idem de Trist. 1. Seu magis odistis iussæ me aduertite terræ. Idem de Pont. 2. Nec magis est cur uis appia trita rotis. Luca. 2. Nec magis hoc bellum, quàm cum Catilina parauit. Claud. Te magis ah demens ueterem si respicis artem. Ait Seruius Aeneid. 7. Ibi tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis. Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Ait ille

ille, legitur in arte quòd tàm, magis, maximè, minus, minimè, positiuo tantùm iunganiur: quod tamen nunc obseruabitur, si ponantur ad augmentū istæ particulæ: tunc enim uitiosam faciunt elocutionem. Cæterum si ad exæquationē positæ sint, pussint uel comparatiuo, uel superatiuo, uel pro his gradibus ipsæ inter se iungi: hinc ergo est. Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis, Quàm magis effuso crudescūt sanguine pugnæ: non enim ad prælationem positæ sunt, sed ad exæquationem. Maiores enim nostri uitia non in dicto, sed in significatione esse uoluerunt. hinc est in Salustio, Quàm quisque pessimè fecit, tàm maximè tutus est. Nam & hic exæquatio est, non comparatio. contra hoc uide Vallam lib. 1. cap. de comparatiuo. Ait Seruius Aene. 4. Anna refert ò luce magis dilecta sorori, idest dilectior: nam Antiqui frequenter pro comparatiuo iungebant particulam magis. Tale & illud est, Nate mihi uita, quondam dum uita manebat, Chara magis. Hinc constat magis non comparatiuum esse, sed uim eiusdem. Est enim magis aduerbium comparatiui, ait Donatus cap. de aduerbiis. Da comparatiui, ut magis minus, plus .i. da significationem, aut uim comparatiui, non autem magis est aduerbium comparatiuum. Hæc Priscianus capit. de aduerbiis ibi. Omnia comparatiua mittere aduerbia sibi similia neutro genere. ut hic, hæc doctior, hoc doctius; ualidior, hoc ualidius: ualidius nomen genere neutro, exponi magis ualidum: & idem aduerbium est, ut ualidius, idest magis ualidè, & cætera huiusmodi. & de iis aduerbiis loquitur Priscianus. unde distant magnoperè aduerbia comparatiua, ut doctius, ualidius, similiaque, ab aduerbiis comparatiui, ut magis, minus, plus, similibusque. Vnde aduerbia cōparatiua resolui debent per magis, & aduerbium positiui. Aduerbium uerò comparatiui non resolui potest: in se enim positiuum non habet, sed tantùm uim comparatiui, quæ est *più*. quæ addito positiuo fit comparatiuo. Hæc Seruius ibi ut supra, Anna refert ò luce magis dilecta sorori. Ideò comparatiuum non resoluitur per ualidius, uehementius, ut uult Valla: habent enim in se positiua, si exponatur, ualidius ualidius ualde. adhuc ualidius resolui debet infinities, ideo sum non resoluitur in participium, idest sum ens. quia adhuc sum infinities resoluetur. addie semper comparatiuum positiuo augmentum syllabicum, ideo pius nolune posse fieri comparatiuum, quia æquisyllabicum fit, sed per magis fit, ut supra Seruius admonet. Anna.

MAGICVS, penultima correp. Vergilius Buccoli. Coniugis, & magicis sanos auertere sacris. Ouidi. Metamorpho. 3. Et magicæ fraudes, ut quos non bellicus ensis. Idem Fast. 2. Nec prece, nec magico carmine mater erat. Vergilius Aeneid. 3. Dulce caput magicas in uitam accingier artes. Sil. 1. Tum magico uolitant cantu per inania manes. Claud. Namque mihi magicæ uires æquique futuri. Tibul. 1. Pollicita est magico saga magisterio. Lucan. 3. Sculteque seruabant magicas animalia linguas. Idem 6. Carminibus magicis opus est, herbisque cadauer. antepenul. acuit.

MAGINVS, pen. prod. Tibul. 4. Quaque Hebrus, Tanaisque Getas rigat, atque Maginos. penul. flect.

MAGISTER, pen. pro. Verg. Bucc. Instituit, Pan curat oues, ouiumque magistros. Mant. Et legis didicisse sub hoc arcana magistro. Iuue. Sat. 2. Acer, & indomitus, libertatisque magister. Stat. Syl. 2. Ipse pater sensus, ipsi stupuere magistri. Idem 5. Inuida Tarpei caneret te nostra magistri. Luca. 1. Et doctus scyllam sceleris uicisse magistrum. Ouid. de Tristi. 3. Sæpe tui iudex, sæpe magister eram. penul. acu. Mant. Functa magisterio scrupulosa per æquora cymba. Idem. Tale magisterium titulos ecclesia tanto. Tibul. 1. Cum mea ridebunt uana magisteria. antepenultima acuit. Claud. Aula magistratum uobis, patribusque recurrit. Vergi. Aeneid. 1. Iura, magistratusque legunt, sanctumque

Sena-

Senatum. Mantua. Iámque magistratus celebres partitus in omnem. pen. flect.

MAGNANIMVS, pen. cor. Ouid. Met. 2. Dumque ea magnanimus Phaeton miratur, opusque. Idem 13. Nec se magnanimo maledicere sensit Achilli. Idē 14. Magnanimi Anchisem, didicit quo que iura locorum. Idem Fast. 4. Persida magnanimi contudit arma iubæ. Idē de Pont. 1. Et grauè magnanimi robur mirare rutuli. Luca. 2. At non magnanimi perculsit pectora Bruti. Stat. Theb. 8. Culmina magnanimus stipat Diræa Mecæneus. antepenult. acu.

MAGNETES, pen. pro. Lucr. 6. Et Magnetes equis, Mimyæ gens cognita remis. Ouid. Met. 11. Fata finunt, Magnetas adit uagus, exul, & illic. Lucr. 6. Quem Magneta uocant patrio de nomine Graii. Idem. Magnetum quia sit patriis in finibus ortus. Mant. Magnetes dare parua pudet, dare magna recusant. pen. flect.

MAGNIFICVS, penult. cor. Stat. Syl. 3. Quid nunc magnificas species, cultuque locorum. Oui. Phil. Magnificus titulis stet pater ante suis. Mant. Adde quod hæredes ut magnificentia regum. Oui. Fast. 6. Te quoque magnifica concordia dedicat æde. antepenult. acu.

MAGNILOQVVS, pen. cor. Mart. 2. Quę tu magniloquus nocte, dieque sonans. antepenult. acu.

MAGO, pen. pro. Sil. 5. Casibus alternat iam castris mago relictis. Idem 11. Magonem Libycis lauo redimita subibat. Idem 4. Hic mago, hic sæuus pariter uidere Maharbal. pen. flect.

MAGVS, pen. cor. Oui. Met. 7. Quæque magos tellus pollentibus instruis herbis. Idem 6. Adiutrix uenis, cantusque, artesque magorum. Luca. 8. Nostra iubes dubio contra cui pectora magus. Iuu. Sat. 3. Augur schænobatæ medicus magus omnia nouit. Mant. Nil magus inuenit quod dici debeat huius. Idem. Felices salucte magi, qui clara secuti. penult. acu.

MAHARBAL, pen. pro. Sil. 4. Hic mago, hic sæuus pariter uidere Maharbal. pen. acuit.

MAIESTAS, pen. pro. Ouid. de Pont. 3. Te maiestatem pertimuisse suam. Idem 4. Et maiestatem res data dantis habet. Idem Fast. 5. Hic bene maiestas armis defensa maiorum. Idem. Hinc sata maiestas quæ mundum temperat omen. Verg. Aen. 12. Pro Latio obtestor pro maiestate tuorum. Oui. de Trist. 2. Maiestas adeo comis ubique tua est. Stat. Theb. 2. Maiestate tremunt, radiant maiore sereno. Flac. 10. Maiestas æterna micans Dis reddidit æquum.

MAIOR, pen. pro. Ver. Buc. Maioresque cadunt altis de montibus umbræ. Sil. 1. Ne ueris maiora putes, par fama, decorque. Idē 5. Illo Maia tholo Venus hoc non improba saxo. Ouid. Fast. 4. Mensis erat maius maiorum nomine dictus. Idem. Exit & in Maias festum florale calendas. Idem. Maian & electram, Taygetamque Ioui. Idem 5. Quarum Maia suos forma superesse sorores. Ma longa est, ait Fabius Inst. 1. cap. de literis, ibi, Sciat etiam Ciceroni placuisse aiio, Maiiamque geminata i, scribere: quod si est, etiam iungetur ut consona, sic maior, hodie maior, quæ i, dupla fit consona, ut perhibent, in medio duarum uocalium. Veteres enim in maior priore i, priorem claudebant syllabam, altero verò sequentem. Idem erat in cuiius, similibusque: etiam Pompeiius. nunc cuius, huius, Pompeius, dupla i, scribuntur, ac si duo ij, essent. Hæc Scaliger lib. 1. cap. de i. Et ut autor est Priscianus, Mosellanus quoque in Fabium. Ad hæc extat illud Quintiliani Inst. 1. cap. de literis ibi, Iam ut tam scribitur, & uos, ut cos: hoc est, vt docet regula. Vnius syllabæ una est uocalis, si duæ sunt, altera est consona: duas enim a Gręcis mutuamur i, & u, uocales, sed propriè in latinis consonantes: quibus Gręci carent. Hęc regula quidem fallit in diphthongis: ubi in eadem syllaba duas esse uocales uim suam retinentes. Hæc Fabius ibi, At, quæ ut uocales iunguntur, aut unam longam faciunt, ut musæ, coelum. Hæc Camerarius; in quibus duas esse uocales quarum e sola enunciatur producta, quia sola facit ad syllabam:

bantur & o,ad productioné:ita au,eu.vt audio: eurus u, liquescit, ut constat pro ferentibus,a, & e,productè proferuntur in syllabis. Ai diphthongus Græca est, cuius nunc e, literam loco ponimus,ait Fabius. Inst.1.cap. de Ortogra.Seruius item Aen. 3.ibi, Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Aulai pro aulae di xit:est autem diæresis de Græca ratione ueniens. Constat igitur in diphthongis alteram proferri uocalium, quod Antonius Nebriss. miratur, qui lib. 5. inquit, Quid duæ uocales scribuntur in diphthongo? si priores supprimuntur? Si Quint. cap. de Ortographia præcipit, sic scribendum, ut pronunciamus; atque e diuerso,sic pronuntiãdum, ut scribimus. Hæc Antonius Nebriss. in côm. quod adeo miror, ut non putem, ab eo dictum esse, quod Fabius non dicit. Sed illud eius esse præceptũ: Ego (nisi quod consuetudo obtinuerit) sic scribendum quicque iudico quomodo sonat. Consuetudine constat, in diphtongis ae, oe, proferri e latinè legentibus. Rursus ait Nebriss.quod verò quidam dicunt,illud suam uim retinentium debere intelligi quantum ad syllabæ quantitatem: ridiculum est, ait ipse. Opinor quidem, ni fallor, quod Antonius Nebriss. non legit Fabium: aut oblitum esse Fabii præ ceptum cap. de literis.ibi. At,quæ ut uocales iunguntur, aut unam longam faciũt. Est enim diphthongus conglutinatio duarum uocalium in eadem syllaba uim suam retinentium: ubi per uim nô intelligi pronunciationem,sed in diphthongis ae, oe, uocales esse, & nullam consonantem,contra regulam,vnius syllabæ una est uocalis, si duæ sunt, altera est consona: in diphthongis ambæ uocales remanent: hæc Quint. cap. de Ortographia, ibi. Illa uetustissima transeo tempora. quibus & pauciores literæ nec similes his nostris earum formæ fuerũt: & uis quoque diuersa:figura,& uis litera rũ differunt: figuræ, seu formæ indicant nomina propria literarũ, ut, A, b, c, d, Similiumque. Vis indicat nomina communia literarum: ut uocalis, muta, semiuocalis. Vnde per uim intelligi uocales esse in diphtongis ae, oe, au, eu, & nullam consonam: non igitur pronunciationem,quam potestatem uocant. Diphthongus a dis,& phthogus fit:quæ ut uocalium est connexio, Ortographiæ subditur,& ut in syllaba est, cuius e pro fertur,sub prosodia iacet. Restat hoc loco admonendum scitu dignum auribus quasi nouorum curiosis:dictum est,iam, ut tam scribitur,& uos, ut cos. hoc est, unius syllabæ una est uocalis: si duæ sunt, altera est consona,ut Iuno, Venus. Sed adde inferendo: ergo unius uocalis una est cõsona:si duę sunt, altera est muta, aut semiuocalis: ut fallo, ferrum. Hæc Fabius cap. de literis ibi, quomodo demum duabus uocalibus in seipsas coeundi natura fit: cum consonantium coeat nulla, nisi alteram frangat, hoc est, nisi muta, aut semiuocalis remanet. In pello enim l, prior seruat sibi semiuocalis nomen, ut constat proferenti, altera sonat cum uocali sequente: ita de aliis quod frangere uocat Fabius.

MALEA, ait Quintianus, media communis est. Verg. Aeneid. 5. Ionioque mari, Malęęque sequacibus undis. Stat. Syl. 1. Si Maleæ credenda ratis, Siculosque per ęstus. Idem. Arripit extemplo Maleæ, de ualle resurgens. Idem Theb. 7. Detinet, & raucæ circunsonat ira Maleę. Prop. 3. Prebeat hospitio sæua Malea suo. Luca. 9. Dorida tunc Maleam, & apertam teneron umbris. Promontorium est Laconiæ prouinciæ ait Sulpitius. Idem 5. Et ratibus longe flexum donare Maleæ: quod Græce per ei, diphthongum scribi: quod Latine per e longum mutari, produci que etiam Græcè per e scribi, corripique Latinè. antepenult. acuit. Lucan. 6. Maliacas, Sperchios aquas,& flumine rapto. Sinus est iuxta Pegaseum. duplici ll, in metro scribendum. aiunt. antepenulti. acu.

MALA, pen. pro. Ver. Aeneid. 9. Diuidit, impubesque immani uulnere malas. Idem Georg. 3. Potniadis malis membra absumpsere quadrigę. Sil. 9. Turbidus incusso crepuerunt pondere malæ. Lucan. 5. Iuuentas molli uestit lanugine Malas. pen. flec.

Ma-

MALEDICO, penult. pro. Hor. 2. Potores uel quod maledicunt liberius uel. Ouid. Metamorph. 13. Nec se magnanimos maledicere sentit Achilli. Catul. Credis me potuisse meæ maledicere uitæ. pen. flect. Cic. de Or. Si quis alteri maledicit, petulans uidetur. Idem de Nat. Epicurus Phedoni Socratico turpissimè maledixit. pen. flect.

MALEFIDVS, penulti. pro. Stat. Theb. 7. Sidonium pterelam sonipes malè fidus in armis. Sil. 14. Cassidis a mento malefidæ uincula rupit. Verg. Aeneid. 2. Nunc tantum, & statio malefida carinis. penult. flect.

MALCHINVS, penul. pro. Hor. Ser. 1. Malchinus tunicis, demissis ambulat, est qui. pen. flect.

MALIFER, pen. cor. Ver. Aeneid. 7. Et quos maliferæ despectant mœnia bella. antepenult. acuit.

MALIGNVS, penult. pro. Mart. 1. Non me Zelotipum nec diuersis esse malignum. Oui. de Trist. 4. Non fuit ingenio fama maligna meo. Verg. Aeneid. 11. Angustæque ferunt fauces, aditusque maligni. Idem. 5. At matres primo incipites, oculisque, malignis. pen. acu. Hor. Ser. 1. Differtum nautis, cauponibus, atque malignis. Mant. Et nimis in frenes qui relligiosa malignis. Ouidi. Met. 10. Felices quibus ista licent humana malignas. pen. acu.

MALITIA, pen. cor. Oui. Fast. 3. Quarum malitiam, uotaque partus habet. Claud. Eripe malitiam comitem me pelle sodali. antepen. acu.

MALO, penul. pro. Stat. Theb. 6. Malit & erecto timeat spectacula uoto. Auso. Malo inquis tineas sapis erumnose libelle. Stat. Syl. 2. Ignorant fluctus, terræque silentia malunt. Luca. 2. Maluerint pharię busto damnantur aranę. Mart. 1. Argileranas mauis habitare tabernas. Idem 7. Hoc ego maluerim quã si mea carmina cantent. Idem 11. Viginti nummis non ego malo famem. Oui. Fast. 3. Cæsaris innumeris quos maluit ille mereri. Verg. Aeneid. 12. Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Mart. 13. Malueris, quàm si busta Falerna bibas. Stat. Syl. 1. Imperet, an terris sæuire, an malit in undis. Cicero de Fin. Quis non multis partibus malit? Idem in Ant. Noli putare me quicquã maluisse. Idem. Cato ipse iam seruire, quàm pugnare mauult. Idem de Diuin. Euanuisse mauultis. Idem in Or. Nequire pro non quire, malle pro magis uelle; nolle pro nõ uelle. Idem Att. Multo enim malo, hunc a Potidia quã illum a Seruilia. penul. flect.

MALVA, pen. pro. Oui. Fast. 4. Aut ut rides maluas, aut fungos colligit albos. Mart. 3. Vtere lactucis, & mollibus utere maluis. penult. acu.

MALVICIVS, pen. cor. Mant. Lucius armorum ductor Maluicia proles. antepenult. acu.

MALVM, notissimum pomi genus, & fructus, & arboris cuiusdam, quæ malus dicitur, fœminini generis. hæc Calepinus. Verg. Bucc. Malo me Galathea petit la sciua puella. Idem. Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Idem Georg. 2. Vertere in alterius, mutataque insita mala. Idem Bucc. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Mart. 1. Aut imitata breues punica mala rosas. pen. flect. Vide Acetum.

MALVS, arbor nauis. penult. pro. Luca. 5. Rursus hiãt undæ, uix eminet æquore malus. Idem. Hic utinam summi curuet carchesia mali. Sil. 6. His studium erepto cõponere carbasa malo. Claud. Transtra ligant hederæ malum circunflua uestit. Verg. Aeneid. 5. Quod tendet ferrum malo suspẽdit ab alto. Idẽ. Ingentique manu malum de naue Seresti. Seruius ait. Malus arbor nauis generis masculini. Hor. Carm. Nec malus celeri saucius Africo: & dictus est malus, uel quia habet instar mali in sumitate, uel quia quasi quibusdam malis ligneis cingitur, quorum uolubilitate uela facilius eleuantur. Ait Quint. Inst. 1. cap. de ortographia. Sed interim necessarium, cum eadem litera alium, atque alium intellectum, pro ut correpta vel producta est faciei ut malus verum arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. Vide Palus. penult.

penult. flect. Vide Vallam libro 5. cap. 82. Impendo.

Malus, a, um, adiectiuum, pen. cor. Oui. Metamorph. 1. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Idem. Cum Ioue uisa queri est, finem orare malorum. Vergil. Buc. Sæpe malum hoc nobis, si mens non leua fuisset. Idem. Nec mala uicini pecoris contagia lædent. Idem, Atque mala uites incidere falce nouellas. Stat. Syl. 3. Sed fœlix, simplexque domus, fraudumque malarum. Luc. 1. O male concordes nimiumque cupidine cæci. Mart. 3. De nullo quereris, nulli maledicis Apici. Ouidi. Metamorph. 3. Dixit & ad faciem rediit malesanus eandem. Idem de Trist. 1. Sic mea nescio quis malè fidus rebus acerbis. penult. acuit. Anto. Nebrissa bono bene: a malo male: e breuiant. Ouidi. Helen. Nam malè quod suades vtinam bene cogere posses. Vide Forte.

Mamercus, penult. pro. Mart. 2. Nil recitas, & uis Mamerce poeta uideri. Iuuenal. Sat. 8. Mamercorum alapas quanti sua funera uendat. penultima acuit.

Mamilla, penulti. pro. Iuuenal. Sat. 7. Scilicet arguitur quod leua in parte mamillæ. Idem 6. Ipsa loqui recta facie strictisque mamillis. Ait Seruius Aene. 11. ibi. Hastam sub exertam: Sanè mamilla est omnis eminentia uberis: papilla verò breue illud, vnde lac trahitur: de quo Calepinus, quamuis diminutiuum sit a mamma, tamen unico m, scribitur. Idem admonet Despaut. penult. acuit.

Mamurius, pen. cor. Oui. Fast. 3. Tunc sic Mamurius merces mihi gloria detur. antepenult. acuit.

Mamurianus, penult. pro. Mart. 1. Si deest, nil aliud Mamuriane tibi. Idem. Denique pædica Mamuriane satur. Idē. Tangi se digito Mamuriane tuo. penul. flectit.

Mamurra, penult. pro. Hor. Ser. 1. In Mamurrarum lassi, deinde urbe Manenus. Mart. 9. In septis Mamurra diu, multuumque uagatus. penultima flectit.

Mancinus, penul. pro. Sil. 9. Mater in uberibus nati Mancinus, & una. Idem. Mancinus gaudens hostilique vngere primus. Idem Mancini fratrum sparsa inter funera corpus. penultima flectit.

Mancipium, penult. cor. Claud. Mancipio cui cuncta licèt respōsa iuberent. Idem. Mancipium tot regna tenet, tot detrahit urbes. Iuuenal. Sat. 1. Fornice mancipium quibus abstinet ille fruatur. Hor. Epist. 1. Mancipiis locuples eget æris Cappadocum rex. antepenult. acuit.

Mandatum, penult. pro. Ver. Aeneid. 7. Vos contra regi mea nunc mandata referre. Idem 6. Idem orans mandata dabat, natique, patrisque. Hor. de Art. Telephe uel Peleu malè si mandata loquaris. Vide Vallam 1. cap. 25. penult. flectit.

Mandela, penulti. pro. Hor. Epist. 1. Quem mandela bibit rogosus fe igore pagus. pen. flect.

Mandragora, pen. cor. Colum. Mandragoræ pariat flores, mœstaque cicutam.

Mane, penultima producta. Mart. 1. Quod te mane domi toto non uidimus anno. Idem. Manè salutatum uenio, tu diceris esse. Ouidi. Metamorphos. 2. Ardua prima uia est, & qua uis manè recentes. Idem Fast. 3. Sacra lauaturas mane petebat aquas. Lucr. 2. Paucula quę porrò magnum per mane uagantur. Mart. Manè foro expositi lanæ uenalia pondo. Vergili. Georg. 3. Et quæ mane refert, & quæ surgentibus astris. Ait Seruius Aeneid. 1. ibi. Sed mihi sorte datum: manum bonum antiqui dicebant. Vnde & mane dicitur. accentum habet distinctionis causa. Vide Regulas.

Maneo, pen. cor. Oui. Met. 1. Lucis egēs aer nulli sua forma manebat. Idem. Et ne nulla suæ stirpis monimenta manerent. Idem. Nympha precor, peneia mane, non insequor hostis. Idem. Hoc mihi consilium tecum dixisse manebit. Verg. Buc. Fortunate senex, ergo tua rura manebunt. Idem Georg. 1. Si te

digna manet diuini gloria ruris. Idem Aeneid. 6. Te quoque magna manent regnis penetralia nostris. Idem 12. Et me Turne manent simul hęc inuisa relinquam. Stat. Syl. 1. Quippe manet, longumque æuo redeunte manebit. Idē 2. Hos manet imbrifero pallens autumnus hiatu. Mant. Hanc moneo nati, sic uestra manebitis olim. antepenultima acuit. Idem. Dum uolitat terras facta est mansura diebus. Cicero in Ant. Tu nunquam in hęc uerba mansisti. Idem Att. Maneo Thessalicæ suspensus. Idem pro Sest. 15. In pristina mente mansit.

**Manes**, penult. pro. Stat. Syl. 3. Duc & ad Emachios manes ubi belliger vibis. Idem. Theb. 8. Arceat exanimes, & manibus æthera nudis. Claud. Sæpius horrendos manes, sacrisque litaui Sil. 14. Cæcum iter & manes tenebroso limite pandit. Ouidi. Metamorphos. 1. An sit apud manes, sed quam non inuenit usquam. Idem. Fast. 5. Quod potuit lachrymas manibus ille dedit. Idem 6. Profuerāt glauci manibus illa prius. Vergili. Aeneid. 3. Aggeritūr tumulo tellus, stant manibus aræ. Ait Seruius. Manes sunt animæ, illo tempore, quo de aliis recedentes corporibus, nec dum in alia transferunt. Sunt autem noxiæ, & dicuntur per antiphrasim, nam manum, ut supra diximus, bonum est; unde est, & mane dictum: alii manes a mando dictos intelligunt: nā manibus plena sunt loca inter lunare, & terrenum circulum: Vndę & defluunt: quidam manes Deos infernos traduut manes. pen. acu.

**Manfredus**, penultima produ. Mantuan. Manfredi modo nomen habent, Batiensia prendunt. penultima flectit.

**Mangones**, penultima producta. Hor. Epist. 2. Nemo hoc mangonum faceret ibi non temere a me. Iuuenal. Sat. 11. Non Phrix, aut Lycius, non a mangone petitus. Martial. 7. Mitylænejs roseus mangonis ephœbus. penulti. acuit.

**Manica**, pen. cor. Sil. 17. Corripiunt tum iuncta uiro, manicæque pudenda. Idem 4. Auro virgatæ uestes, manicæque rigebant. Iuuenal. Sat. 6. Balteus, Et manicæ, & cristæ, crurisq; sinistri. Luca. 3. Est alias manicæque ligant, te teresque cathenæ. Mant. In manicis & se tunicis loricat abeuns. Verg. Aeneid. 2. Ipse viro primus manicas, atque arcta leuati, Idem 9. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. antepenult. acuit.

**Manichaeus**, pen. pro. Mant. Manichęa quibus puerili induisit ab æuo. penult. flect.

**Manifesto**, penul. pro. Stat. Theb. 2. Constitit in mediis ramus manifestat oliuæ. Idem 5. Inachidæ quæ certus agi manifestus Apollo. Vergili. Georgi. 2. At sapor indicium faciet manifestus, & ora. Idem Aeneid. 10. Fatalem Aeneam manifesto numine ferri. Idem 4. Dētulit ipse Deum manifesto in lumine uidi. Ouid. Metamorphos. 2. Hac sit iter, manifesta rotæ vestigia cernes. Idem 1. Contigit ut quędam sit non manifesta uideri. Ouid. Metamorphos. 13. Insidias prodet, manifestabitque latentem. penult. acuit.

**Manilia**, pen. cor. Iuu. Sat. 6. Mouerit, accusat manilia Sirea non est. antepenult. acuit.

**Manius**, penulti. corre. Pers. Sat. 6. Cliuumque ad uirbi præsto est mihi manius hæres. Mart. 10. Tu mihi simplicibus Mani dilectus amicis. antepenult. acuit.

**Mano**, penult. pro. Hor. de Art. Omne superuacuum pleno de pectore manat. Ouidi. Metamorphos. 2. Sanguineæ manant tanquam de vulnere guttæ. Idem 3. Iamque uenenifero sanguis manare palato. Idem 6. Pars uerubus stridet, manant penetralia tabo. Idem de Pont. 1. De niue manantis more, liquescit aquæ. Idem 2. Ingenioque meo uana quid paupere manat. Mant. Luminibus fecit manare putamina quædam. Vergili. Aeneid. 3. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. Idem Georgi. 1. Aut puteis manare cruor cessauit & altæ. Idem

3. Læta

3. Lætâ magis pressis manabunt ubere mammis, Flacc. 10. Manarent latices, fontisque argenteus humor. Stat. Syl. 5. Aeaciden nil iam placidum manabit ab ore. Lucre. 2. Nec capere hu morem, nec item manabile frigus. antepenultima acuit. Cicero Tuscu. Idque eorum nomen usque ad Pythagoræ manauit ætatem. Idem pro Cluen. Manaret sermo in consilio. Idem Off. Omnis honestas manat a partibus quatuor. pen. flect.

MANIPLVS, penultima producta. Mantuæ. Verberat arentes tapidos sub sole maniplos. Stat. Syl. 5. Pandere quis centum ualeat frenare maniplis. Vergili. Georgi. 1. Immundi meminere sues iactare maniplos. Idem 11. Disiectique duces, desolatique manipli. Ait Seruius, manipli autem dicti sunt significari, quia sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus hastis fœni maniplos alligabant: & hos pro signis gerebant: unde hoc nomen remansit. Idem. Tu Volusce armari Volscorum edice maniplis. de quo ait Seruius. Ars quidem exigebat, ut ma, haberet accentum: ni longa quidem est ex muta, & liquida: quod quoties fit, tertia a fine sortitur accentum, ut latebræ, tenebræ: tamen in hoc sermone, ut secunda a fine habeat accentum, usus obtinuit: alia literà habet uersus maniplis, idest signiferis, quia secundum antiquum morem in legione erant triginta. Legio autem habebat septem cohortes, sexaginta centurias. licet in his rebus accessu temporis ducum uarietas semper mutauerit militiæ disciplinam. Ouidi. Fasto. 3. Vnde maniplaris nomina miles habet. pen. flect.

MANSVESCO, penultima produ. Stat. Syluis. Cessit, & ignotos docilis mansueuit in usus. Idem Theb. 6. Margine & extremes auro, mansueuerat ungues. Idem 7. Corda labant ferrique auidus mansueuerat ardor. Lucan. 4. Mansuenere feræ, & uultus posuere minaces. pen. acu. Mant. Inter mille feras, tibi quę mansueta ferabant. Prop. 13 Carmina mâsuetus lenia quærit amor. Oui. in Ibin. Pro tam mansueto pectore semper agam. pen. flect. Oui. de Tristib. 3. Numinis ut læsi fiat mansuetior ira. antepen. acuit.

MANTILE, pen. pro. Mart. 12. Mantile è mensa surripit Hermogenes. Mantia. Solemni celebrare, alii mentilia longis. Vergil. Aeneid. 1. Expediunt, tonsique ferunt mantilia uillis. penult. flect. Ait Seruius. Constat enim maiores mappas habuisse uillosas, mantilia verò à manibus quoquo modo torale. Ouidi. Fast. 4. Dixerat, a dextera uillis mantile solutis. Despauterius scribit mantæle, mantælis, & mantælum, et mantile.

MANTINVS, pen. pro. Ver. Opusc. Vos ò mantina si qui de gente uenitis. penu. flectit.

MANTVA, pen. cor. Syl. 8. Mantua musarum domus atque ad sydera certanti Idem. Mantua mittenda certauit pube Cremonæ. Mantu. Mantua diuino fedet tibi Mantua nutu. Mart. 14. Quantum parua suo Mantua Vergilio. Vergili. Bucc. Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonę. Idem 10. Qui muros, matrisque dedit tibi Mantua nomen. Ait Seruius. Ocnus, quem Vergilius in Bucc. Ecl. 10. Bianorem dicit, Mantuam dicitur condidisse: quam à matris nomine appellauit. Nam fuit filius Tyberis, & Mantus Thyresiæ uatis filiæ: quæ post patris interitum ad Italiam uenit. antepenultima acuit.

MANTVS, penultima producta. Vergili. Aeneid. 10. Fatidicæ Mantus, & Thusci filius amnis. Ait Seruius, Mantos genitiuus Græcus est, nam si Latinè declinaueris, Mantonis facit sicut Plato, Platonis. penultima acuit.

MANVBRIVM, penulti. corre. Iuuenal. Sati. 10. Materia quin ipsa manubria cultellorum. antepenultima acuit.

MANVELLA, pen. pro. Mant. Os & labra tibi lingit Manuella catellus. penultima acuit.

MANVS, pen.cor. Oui.Epist. Iniice non timidas in tua iura manus. Idem. Rapta tamen forti uellera fulua manu. Idem. Ista Mycanea littera scripta manu. Idem Metamorphos. 1. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum. Idem. Inde manus aliquis despectus ad æthera tollens. Flac. 2. Pars conferre manus etiã, magnique paratæ. Mart. 2. Melle tibi dulces operum manus ista figuras. pen. acuit.

MAPALIA, pen. corr. Mart. 8. Pallidus attonitos ad plena mapalia pasto. Verg. Georg. 3. Prosequar & raris habitata mapalia tectis. Luca. 2. Hostilem in terram, uacuique mapalibus actus. Flacc. 2. Terga ferens coit elsparso concita mapali. antepen. acu. Vide Magalia.

MARATHON, pen.cor. Mart. 1. Non Marathon taurum Nemeę frondosa leonẽ; Oui.Met. 7. Miraca est Marathon Cretæi sanguine tauri. Tibul. 1. Heu Marathum torques puerò quę gloria uictę est. Idem. Eheu quam Marathus lento me torquet amore. Mart. 4. Exurit res est, magna tacere Mathon. Idẽ. Si nescis nõ es sanus amice Marathon. Sil. 14. Armaque fixa Deis, aut quæ Marathonius hostis. Stat. Theb. 5. Hic & ab asserto nuper Marathone superbum. pen. acu. Stat. Syl. 5. Tartara dura subis, nec enim Marathonia virgo. antepen. acu.

MARAXES, pen. pro. Sil. 8. Capta manu spolia, & rorãtia cæde Maraxes. pen. acu.

MARCELLIANVS, pen.pro. Mart. 2. Cuius olet toto pinguis coma Marcellianus. pen. flect.

MARCELLINVS, pen. pro. Mart. 2. Marcelline tuis bis celebranda sacris. Idem 6. Marcelline boni soboles syncera parentis. Idem 7. Hunc Marcellino poteris Faustine libellum. Idem 9. Miles hyperboreos modo Marcelline triones. Mant. Delituit scriptis tunc Marcellinus, & ipse. penult. flect.

MARCIDVS, pen. cor. Claud. Vmbratus dux ipse rosis, & Marcidus ibit. Stat. Theb. 4. Marcidus è domito bellum referebat ab Aemo. Idem 8. Marcidus, & turres carmen non tale secutæ. Ouidi. Metamor. 10. Marcida demittant subito caput illa grauarum. Lucan. 1. Alterius capitis, pars ægra & marcida pendet. antepenult. acuit.

MARCOMANVS, penul. cor. Stat. Syl. 3. Quæ modo Marcomanos post horrida bella uagosque. antepen. acu.

MARE, pen. cor. Oui. Met. 1. In mare deducunt fessas erroribus undas. Idem de Trist. 1. Dii maris, & cœli, quid enim nisi uota supersunt. Idem 2. Per mare, per terras, per tertia numina iuro. Idem 2. Per mare quod totum uentis agitatur, & undis. Syl. 14. Eiecti maris, & stridentibus effremit alis. Stat. Theb. 5. Vox media de puppe uenit maria ipsa carinę. Claud. Et mare fumasset geminum flagrante Corintho. Vergil. Aeneid. 1. It mare proruptum, & pelago premit arua sonanti. Ait Seruius. Amat poeta rem historiæ carmini suo coniungere. Varro enim ait, hũc fluuium ab icolis mare nominari. penult. acuit.

MAREOTIS, pen. pro. Mart. 1. Sit niue cãdidior, nãque in Mareotide fusca. Sta. Syl. 3. Excipe multisono puppẽ Mareotida sistro. Luca 10. Excepere merũ, sed nõ Mareotidos uuæ, penul. flect. Mart. 8. Pars quota Parrasiæ labor est Mareoticus aulæ. Oui. Met. 10. Sparetonium, Mareoticaque arua Pharonque. Stat. Syl. 3. Spargit Tyrrhenæ Mareotica uina Mineruæ. Idem 4. Quem tulerit sæuæ Mareoticus arbiter arcæ. antepenult. acuit.

MARGO, pen. pro. Oui Met. 1 Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Idem 3. Margine gramineo patulos succinctus hiatus. penult. acuit.

MARGARITA, pen. cor. Mant. Margaritas Graii appellant, quo nomine virgo. Ait Seruius Aeneid. 1. ibi. Baccatum, & duplicem gemmis, auroque coronam. Dicimus autẽ & hæc Margarita, & hoc Margaritũ, & hec margaris, quod Græcũ est, quomodo Nais. Sanè multi separant gemmam & margaritam. Cicero in Verrẽ. Nego ullam gemmã, aut margaritam fuisse, quin abstulerit: & gemmas uolunt, dici diuersi coloris: margaritas uero albas: vel gemmas integras, margaritas pertusas. Margarita rectius corripien-

ripiendum putant. Ait Despauterius. Quintianus tamen producit.

MARIA, pen. corr. Christi mater. Mant. Hic Mariam matrem magnam dum uita superstes. Idem. Hoc Mariæ templum dixit maioris, & ipso. Idem. In Mariæ laudes magis est accensa, diemque. Cla. Cui Mariani debes fœdus mihi solue paternum. Idem. Scis Mariam, patremque ducem, qui cuspide gallos. Idē. Hoc Mariæ cultus, hæc munera nostra precantur. Idem. Astitit, & blandè Mariam Cytherea salutat. Idem. Sic uterus crescat Mariæ: sic natus in ostro. Idem. Inque decus Mariæ iam sydera parturit æther. de quo nomine Beda, ubi de ratione metrica loquitur, admonet: in Maria i longa natura fit: ut, Angelus intactæ cecinit properata Mariæ. & fit breuis. ut, Exultat Mariæ cū prima affamina sensit. Raphael Regius in Fabii Inst. 1. cap. 10. ait ibi, Mihi autem placet Latinam rationem: hinc uerò manifestè colligitur, quosdam, qui aliis doctiores uideri uolunt: malè sentire, cùm eos reprehendunt, qui Sophiam, Mariam, similiaque, acuta uoce à fine secundam proferunt: cùm ipsi maiore sint digni castigatione: ut qui ueterem, synceramque pronunciandi nomina Græca rationem corrūpant. Nam Græcis nominibus, ex Fabii sententia, Græci accentus sunt attribuendi. Vide Philosophiam. At potius, inquam, distinctionis causa, ex amphibologia, ut, Maria domini mater differat a maria accusatiui pluralis a nomine mare, penult. longam habet qualitate: non metri quantitate. hæc Cicero in Oratore, ibi. Insanus primam breuiat: ut Despaute. bene sentit. Est quidem Græca ex ratione, de nominibus secundę declinationis in a, purum. Hæc Antonius Nebriss. in Arte. ut Theologia, Maria. igitur penul. acu. non tamen producit, ratione dictum est.

MARIANVS, penult. pro. Mart. 2. Supra quod fieri nil Mariane potest. Idem 5. Qui Mariane tuæ? Crispulus iste quis est. Idem. O quem, dignus eras alapis Mariane Latinis. Idem 6. Si cupis, ut placeret, des Mariane nihil. Prop. 3. Aut quibus in campis Mariano prælia signa. Flac. 4. Et Mariandinum patrias penetrauit ad urbes. penul. flec.

MARICA, penul. prod. Mart. 13. Cæruleus nos Liris amat, quem sylua Marycę. Vergil. Aeneid. 7. Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Marica. Ait Seruius. Est autem Marica Dea litoris Minturnensium, iuxta Lyrim. dicunt aliqui per Maricam Venerem intelligi debere: cuius fuit sacellum iuxta Maricam. penul. flec. Vergili. Geor. 2. Maricięque picis lucus iuuat arua uidere. antepe. acu.

MARINVS, penul. prod. Mart. 11. Hanc in piscina dicor futuisse marina. Ouid. Metamorphos. 11. Iussit, & amplexus in uirginis ire marinæ. Idem de Pon. 2. Est aliquid casus pariter timuisse marinos. Lucr. 2. Multaque contenti terrestria membra marinis. Hora. Ser. 2. Vt melius muria quam testa marina remittet. Verg. Georg. 1. Clamoremque ferunt ad littora cumque marinæ. Idem. Nascitur, & casus ab eis uisura marinos. Idem Opusc. Liliaque, & roris nouania cura marinis. penul. flec.

MARISCAE, pen. pro. Mar. 7. Infanti Melimella duo, fatuasque mariscus. Iuuen. Sat. 2. Cæduntur rumicæ medico ridente mariscæ. penul. acu.

MARITVS, penulti. produ. Mar. 2. Confidis natibus? non est pædico maritus. Idem 3. Non hæc peccatum est parte marite tibi. Ouid. Metamorpho. 1. Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Idem 14. Non bene dissidium Phrigii latura mariti. Verg. Bucco. Sparge marite nuces, tibi deerit Hesperus Aetam. Clau. Pronuba fit natura Deis, ferrumque maritat. Stat. Achill. 2. Concilio superum dum Pelea dulce maritat. Lucan. 2. Iussa Cato, & gemino excepi fœta maritos. Oui. de Art. 1. Lusa maritari Gallica ueste manu. Iuue. Sat. 6. Stulta maritali iam porrigit ora capystro. penul. flec.

MARIVS, penultima correpta. Marti. 1. Errat, ait siquis Mario putat esse neces-

se. Ouidi. de Pont. 4. In exena Marius iacuit, cannaque palustri. Verg. Geo. 2. Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos. Proper. 3. Consule cum Mario capte Iugurtha sedes. Luca. 1. Agri colæ fracto Marium fugere sepulchro. Idem 2. Ille fugit uitæ Marius modus omnia passo. antepe. acu.

MARMARICVS, penulti. correp. Sil. 2. Marmarisis audax in bella Aeuotria signis. Idem 3. Marmaricis ales populis responsa canebat. Claud. Marmaricus claris uiolatur cædibus Hamon. Mant. Vt leo Marmaricus quatum armenta ferarum. antepe. acu.

MARMARIDVS, penultima eorrep. Lucan. 4. Marmaridæ uolucres, æquatur usque sagittas. Idem 9. Marmaridæ psylli par lingua potentibus herbis. Sil. 3. Marmaridæ medicum uulgus stre pitere cateruis. antepe. acu.

MARMOR, penultima producta. Lucan. 10. Marmoribus stabatque sibi non segnis Achates. Vergil. Aeneid. 10. Verberat assurgens spumant uada marmore uerso. penultima acuit. Idem Geor. 4. Tu quoque marmorea caput a ceruice reuulsum. Claud. Debueras, uel marmoreus, uel ahenus, aut cur. Vergili. Bucol. Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu. Auson. Quanuis marmoreus uim patitur medici. antepe. acuit.

MARO, penultima correpta. Martial. 3. Audieris diees esse Maronis opus. Idem 7. Sacra cothurnati non attigit ante Maronis. Mantuan. Extiterit peccasse uelut peccasse Maronem. Stat. Sylu. 5. Tenderet ut toruo pietas æquare Maronis; Martia. 5. Grande eothurnati penè Maronis opus. Sta. Sylu. 2. Et uolueres habuere rogum, ceruisque Maronis. penultima acu. Obliqui flectuntur. Idem 4. Pulso Maroneique sedens in margine templi. Tibul. ad Mess. Victa Maroneo fœdatus lumina Baccho. penultima flect.

MARPESIVS, penultima correpta. Verg. Aeneid. 6. Quanuis duca silex, aut stet Marpesia cautes. Ait Seruius. Generali tas enim esse non potest, sequente specialitate: nam cautem Marpesia, Parium lapidem dicit. Marpesus enim mōs est Pariæ insulæ. Mantua. Sustinet, & rectos cautes Marpesia fluctus. Tibull. 2. Quicquid Amalthea, quicquid Marpesia dixit. antepe. acu.

MARRVBIVM, penultima correpta. Vergili. Aeneid. 7. Quin, & Marrubia uenit de gente sacerdos. Ait Seruius. Medea quando relictis Colchis, Iasonem secuta dicitur ad Italiam peruenisse, & populos quosdam circa Fucinum ingentem lacum habitantes, qui Marrubii appellantur, quasi circa mare habitantes propter paludis magnitudinem docuit remedia contra serpentes: quanquàm alii a rege dictos uelint. Hi ergo populi Medeam Angitiam nominauerunt: ab eo quod eius carminibus serpentes augerent: ab his nunc Vmbonem uenisse dicit, non regem, sed ducem. sunt autem isti Marsorum populi. antepenult. acuit.

MARRVCINVS, penultima produc. Syl. 7. Marrucina simul frenates æmula pubes. Stat. Sylu. 4. Nec Marrucinos agat hæc insania montes. penultima flec.

MARRVVIVM, penul. cor. Sil. 8. Marruuium ueteris celebratum nomine Varri. antepe. acu.

MARSIAS, penultima correpta. Ouidi. Metamorpho. 6. Marsia nomen habet Phrygiæ liquidissimus amnis. ubi ait Raphael. Marsias autem satyrus fuit tibias inflandi adeò peritus, ut eum Apolline certare sit ausus: quem superauit indignatus Apollo, atque cute priuauit, ex eius verò corpore tantus defluxit sanguis, ut à terra exceptus in fluuium fuit mutatus: qui a satyri nomine Marsias fuit appellatus. Sill. 8. Hæc bellare acies norant, ac Marsica pubes. antepenulti. acuit.

MARTIGENA, penul. corre. Ouid. Fast. 1. Dum casa Martigenam capiebat parua Quitinum. Mant. Martigenæ fratres facturi nomina Romæ. Sil. 13. Vis, & Martiginæ thalamos spectare Quirini. antepe. acu.

MAR-

Martyr, pe. pro. Mant. Martyres inuenit fratres, te sanĉte Protasi. Idem. Martires Astasio sub iudice regna tenebat. pe. acu. Idem. Martyrium passus modo cum legione triumphat. antepe. acu.

Martinvs, pe. pro. Mant. Insignis pietate senex Martinus ab illo. Idem. Turonense solum Martinus idoneus illi. Idē. Bariensis erat ciuis Martinus, & intra. pe. flec. Idem. Altera post decimam redit Martinia festa. antepe. acu.

Martivs, penul. cor. Ver. Aen. 9. Martius a stabulis rapuit lupus, undique clamor. Sta. The. 9. Martius inferius, & saeua efflagitat anguis. Sil. 1. Martius huic sonipes campos hinnitibus implet. antepenul. acu.

Marvllvs, penul. produ. Mart. 1. Narratur bellè quidam dixisse Marulle. penulti. acu.

Marvs, pen. cor. Sil. 6. Euolues non tarda Marus uetus ille parentis. Idem. At non spectatus Marus inter lilia segni. penul. acu.

Mas, pro. Oui. Meta. 11. Fœmina nempe marem meus est furiosior illo. Man. Induat ornatas, & mas, & fœmina uestes. Vergil. Georg. 3. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Luca. 9. Vix muribus rapuere mares fœcunda uirorum. Pers. Sat. 6. Atque marem strepitum fidis intendisse Latinae. prim. acu. in obliquis.

Massagetae, pe. corr. Flac. 5. Massageten, medumque trahens, est uera propago. Luc. 3. Massagetes quo fugit equo, uolucresque Geloni. Stat. Achil. 1. Lacteaq; Massagetae ueluti cum pocula fusant. antepe. acu.

Masinissa, pen. pro. Sil. 17. Feruidus ingenii Masinissa, & feruibus aeui. Ouid. Fast. 6. Postera lux melior superat Masinissa Siphacem. pen. acu.

Mascvlvs, pen. cor. Mar. 14. Masculus intrauit fontes emersit utrūque. Mant. Masculus in foricas alei properauit Auerni. Luca. 9. Tegmine poples erat femorum quoque masculus omnis. Pers. Sat. 5. Quid tibi uis? calido sub pectore mascula bilis. Hora. Epist. 1. Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho. Prop. 2. Masculus, & totum fœmina coniugium. antepe. acu.

Massicvs, pe. cor. Mar. 1. Massica Thesei, tam bene uina fauis. Idem. Tu fatina quidē semper, uel Massica ponis. Ver. Geo. 3. Inuertisse graues? at qui nō Massica Bacchi. Idem Aenei. 7. Massica qui rastris, & quos de collibus altis. Idem 10. Massicus aerata princeps secat aequora tygri. antepe. acu.

Massilvs, penulti. produc. Martial. 8. Auditur quanta Massyla per auia murmur. Idem 9. Et Missyleum uirga gubernat equum. Vergil. Aeneid. 4. Hinc mihi Massyle gentis, monstrata sacerdos. Idem. Massylique ruunt equites, & odora canum uis. Sil. 6. Florebat sed Massylus succiderat ensis. Idem 16. Non tibi Massylae gentes extentaque tellus. Idem 17. Massylus uolitat deposcēs praelia rector. pen. flec.

Massilia, penulti. corre. Mant. Massiliam sine remigio cūm tota per orbem. Mart. 14. Massiliae fumos miscere niualibus undis. Idem 13. Fumea Massiliae ponere uina potes. Idem. Massiliense suos uisi inuenisse penates. antepenulti. acuit.

Mater, penul. produ. Oui. Metamor. 1. Viuaci nutrita solo ceu matris in aluo. Idem Fast. 2. Ferret opem certe si non ope mater egeret. Idem. Nec prece, nec magico carmine mater erat. Idem de Pont. 1. Memnonis hanc utinam lenitò Caesare mater. Stat. Sylu. 2. Matribus edomui uictum dominęque potentis. Ver. Aen. 11. Multae illam frustra Tyrrena per oppida matres. Ait Seruius. Inter matrem, & matremfamilias hoc interest, quòd mater est praeter illam significationem, quae est ad aliquid, quae tantum conuenit in matrimonium. materfamilias uerò illa dicitur, quae in matrimonium conuenit per coemptionem: nam per quandam iuris solennitatem in familiam migrat mariti. Idem 9. Quae te sola puer multis a matribus ausa. Ait, è matribus, è nobilioribus, nam matres non nisi nobiles dicimus, unde matronae dictae sunt. penultima flectit.

MATERIA, pen. cor. Hor. de Art. Sumite materiem vestris, qui scribitis æquam. Idem. Publica materies priuati iuris erit si. Ouid. Met. 3. Nec pro materia fertur doluisse, suique. Idem de Pont. 2. Cætera materia debilitate iacent. Idem. Materiam superabat opus, nam Mulciber illic. Idem de Trist. 1. Materia uires exuperante meas. Verg. Opusc. Materiamue alias credas furere igne fauillam. Idem Aeneid. 13. Materies ipsi, numerumque, modumque carinis. Stat. Thebaid. 6. Materia suadebit amor tunc sępe locauit. Lucan. 1. Materia, magnamque cadens, magnamque reuertens. pen. acu. Lucr. 1. Materies igitur solido quæ corpore constat.

MATERNVS, pen. pro. Mart. 6. Testis maternæ nata pudicitiæ. Verg. Georg. 6. Accipiat cingens materna tempora myrto. Idem Aeneid. 5. Sic fatus, uelat materno tempora myrto. Idem 6. Maternas agnoscit aues, lætusque precatur. penult. acuit.

MATERTERA, pen. cor. Ouidi. Met. 2. Esse uelis, prolisque meæ matertera dici. Idem 3. Furtim illum primis Inò matertera cunis. Idem Ibin. Vt soror Autonoes, ut cui matertera Maia est. Stat. Syl. 5. Afforet atque omnis pariter matertera uatem. antepen. acu.

MATTHAEVS, pen. pro. Mant. Vt Matthæus homo, Marcus leo, prima Ioannis. Idem. Sed uoto Matthæus erat contrarius ore. pen. flect.

MATHEMATICVS, pen. cor. Iuue. Sat. 6. Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit. Idem 14. Nota mathematicis genesis tua, sed graue tardas. antepenul. acu.

MATHO, pen. cor. Mart. 4. Declamas in febre Mathon, hanc esse Phrenesin. Idē. Si nescis, non es sanus amice Mathon. Idem. Exurir, res est magna tacere Mathon. Idem 7. Iactat inęqualem Matho me fecisse libellum. Idem 1. Si uerum est laudat carmina nostra Matho. Iuue. Sat. 11. Orator uehemens an Curtius, an Matho buccæ. Idem. Causidici noua cum ueniat ectica Mathonis. Matho absque n, Latinè scribi, sicut Plato. penultima acuit.

MATTIAÇVS, pen. cor. Mart. 4. Accipe Mattiacas quo tibi calua pilas. antepenult. acuit.

MATTHIAS, pen. pro. Mant. Matthia donante Deo, sic nanque Latino. penul. flect.

MATINVS, pen. pro. Luca. 9. Vulturis & calidi lucent buxeta Latini. Matinus mons Apuliæ. pen. flect.

MATRALIS, penult. pro. Ouidi. Fast. 6. Ite bonæ matres vestrum matralia festum. Idem. Nunc quoque liba iuuant festis matralibus illa. pen. flect.

MATRICIVS, penult. cor. Mant. Gentis habens decus ante oculos matricius heros. Idem. Arma quibus cœlum sobo les matricia tangit. antepen. acu.

MATRINIA, penul. cor. Mart. 5. Non possum uetulam quereris matrinia possum. Idem. Possum Hecubam, possum Niobem matrinia, sed si.

MATRONA, penult. pro. Mart. 8. Inferior matrona suo sic prisce marito. Idē 9. Quid pro culminibus geminis matrona tonantis. Idem Fast. 6. Si torus in pretio est, dicor matrona tonantis. Idem de Trist. 2. Sæpe supercilii nudas matrona seueri. Mant. Aequabit matrona tuum Lucretia cedat. Iuuen. Sat. 1. Occurrit matrona potens, quæ melle Calenum. Lucan. 2. Miraturque malum cultus matrona priores. Idem 10. An mundum ne nostra quidem matrona teneret. Auso. Matronale decus post sedit filia cuius. pen. flect.

MATVTA, penult. pro. Oui. Fast. 6. Leucotheæ Graiis Matuta uocabere nostris. Idem. Hac tibi luce ferunt Matutæ sacra parenti. Ait Seruius Aeneid. 5. ibi, Impulit illa noto citius, uolucrisque sagitta. nota est fabula, Athamas post furorem a Iunone immissum, cum occiso Learcho, Melicertam alterum filium cum uxore sua persequeretur, & se illi in mare precipitassent, uoluntate numinum in Deos uersi sunt, Malicerta in Portunum, qui Græcè Palemon dicitur. Ino in matrem Matutam, quæ Græcè dicitur Lempothea. pen. flect.

MATVRVS, pen. pro. Ouid. Met. 3. Tempora

pora maturę uisurus longa senectæ. Idē. Ducere purpureum nondum matura colorem. Luc. 1. Humano matura lues, terrena dehiscens. Verg. Opusc. Maturumque animum ante annos, & multa rogabat. Idem Aenei. 4. Hoc Halymus facit, hoc æui maturus Acestes. Idem Georg. 1. Puluerulenta coquat maturis solibus æstas. Stat. Syl. 2. Et pudor, & tenero probitas maturior æuo. Ver. Geo. 1. Maturare datur, durum procudit arator. Oui. de Trist. 2. Ematurauerit Cæsaris ira queat. Idem Ibin. Vel tua maturet sicut Minoia fata. Idem Meta. 11. Cæpit, & ut primū pleno maturuit anno. Ver. Aen. 1. Maturate fugam, regique hæc dicite uestro. Cice. Att. Quod ut faceres, idque maturares. Idem pro Clue. Maturare mortem. Luc. 5. Et maturato præcidit uespere lucē. Stat. The. 6. Hic paulo ante puer, sed enim maturius æuo. Idem Syl. 2. Temperies, tenerosque animus maturior æuo. penultima flec.

MATVTINVS, pen. prod. Mar. 1. Et matutinum portat ineptus aue. Idem 4. Ad matutinum nostra Thalia Iouem. Idem 9. Nec matutini cirrata caterua magistri. Oui. Meta. 1. Perfidaque, & radiis iuga subdita matutinis. Idem 3. Igne leui, ceræ matutinæque pruinę. Idem Fast. 4. Et matutinum raptus Tithonus in ortum. Hora. 2. Matutine pater, seu Iane libentius audis. Stat. Sylu. 2. Quis matutinos abrumpet murmure somnos. Ver. Aen. 8. Et matutini uolucrū sub culmine cantus. Martia. 13. Matutinarum non ultima præda ferarum. penul. flectit.

MAVRISIVS, pen. cor. Luc. 9. Et penitus terra est tātum Maurisia genti. Et Maurusia legitur. Ver. Aen. 4. Iuppiter omnipotens, cui nūc Maurusia pictis. Cla. Europæ, Libyæque hostes Maurusius Atlas. Sil. 10. Loricæ interdum Maurisia pendet arundo. Martial. 12. Et Maurisiaci pondera rara citri. antepenul. acuit.

MAVRICIVS, penul. corr. Mant. Mauricio cui nomen erat centum inclyta portis. Idem. Mauricio Romam premeret sub Cæsare maior. Idem. Hinc legio duce Mauricio Thebæa profecta est. antepenul. acuit.

MAVORS, penult. produ. Sil. 14. Eripuit rapidus Mauors, & cuique salutem. Sta. The. 7. Terribilis syluis reor, & Mauorte cruento. pe. acu. Ver. Aene. 1. Romulus excipiet gentem, & Mauortia cōdet. Idem 3. Terra procul uastis colitur Mauortia campis. Idem 6. Quin, & auo comitem sese Mauortius adde. Idem 12. Magnanimus stetit Aeneas Mamortius heros. Vide Nanita. antepe. acu.

MAVRVS, pen. pro. Iuue. Sat. 14. Dirue Maurorum attegias, castella Brigantū. Luc. 1. Infremuit cum torta leuis si lancea Mauri. Clau. Non Nemeam fugiet Maurus cùm uiderit umbram. pe. flect.

MAVMET, penult. pro. Mant. Hic est qui Maumet Arabem corrupit, & austri. penul. acuit.

MAVSOLEVM, pe. pro. Prop. 3. Nec Mausolei diues fortuna sepulcri. Mar. 1. Aere nec uacuo pendentia Mausolea. Idē 5. Iam uicina iubent nos uiuere Mausolea. Idem 10. Mausolei saxis, pyramidumque leges. Man. Mausolea trahant, sedes ubicunque quierit. Luca. 8. Pyramides claudent indignaque Mausolea. scribi per ei, Græcè, quæ in e, productā uenit Latinè. penul. flec.

MAVVLT, pen. pro. Mar. 14. Sed me mauult dicere Roma suam. penul. acu.

MAXIMVS, pe. cor. Sil. 7. Maximaq; Herculei mugiuit numinis ara. Flac. 6. Maximus hos inter stygia uenit arte Cohastes. antepe. acu.

MAXIMIANVS, penultima prod. Mant. Maximianus enim tanta impietate per orbem. Idem. Maximiano autem consors regnique, animique. Idem. Vrbis in auxilium Romæ cum Maximiano penul. flec.

ME, produc. Verg. Aene. 6. Nunc me fluctus habet, uersantque in littore uenti. Tibul. Hunc una è multis capsula me sequitur. Oui. de Trist. 1. Me miserū quāti montes uoluuntur aquarum. Idē. Me mare, me uenti, me fera iactat hyems. Flac. 2. Perpetimur, mene ille nouis me destinat amens. Stat. Syl. 5. Nec solum

larga

larga memet pietate fouebas. Ver. Aen. 9. Meme adsum qui feci in me conuertite ferrum. Flect. Stat. Syl. 1. Cessauit mea nate mamus mihi dulcis imago. penul. acu.

MEATVS, pen. pro. Stat. Theb. 7. Et sul co petcona domant, refluuntque meatu. Luca. 1. Tu quæcunque moues tã crebros causa meatus. Idem 9. Nox cadit in cœlũ, lunæque meatibus obstat. pen. flect.

MOECENAS, pen. pro. Hor. Ser. 2. Hic herus Albanum Mecœnas siue Falernũ. Ver. Geor. 1. Vertere Mecœnas, ulmisque adiungere uites. Mart. 1. Mecœnas, Flacco, Vergilioque suo. Iuu. Sat. 1. Et multũ referens de Mecœnate supino. Idẽ 12. Purpureã teneris quoque Mecœnatibus aptã. Mart. 8. Sint Mecœnates, non deerunt, Flacce, Marones. penult. acuit.

MECVM, pen. pro. Hor. de Art. Tu quid ego, & populus mecum desiderat, audi. Ait Iulius Scaliger. cap. de præpositione: quædam verò etiam amisere accentum quippe ex, quæ encleticarum naturam induere, ubi postponuntur: qualis est cum: dicimus enim mecum, sicut me ne quod admonet Cicero in Oratore ibi. Quid illud, non olet, unde sit? quod dicitur cum illis: cum nobis autem non dicitur, sed nobiscum: quia si ita diceretur, obscœnius concurrerent literæ: ut etiam modo, ex eo est mecum, & tecum. non cum me, cum tecum. ut esset simile illis, vobiscum atque nobiscum. cum postposita uim habet encleticæ; quæ ad vocalem præcendentem adfert accentum acutum. Hæc Antonius Nebriss. atque Priscianus libro 12.

MEDEA, pen. pro Hor. de Arte. Sit Medea ferox, inuictaque flebilis Ino. Idẽ. Nec pueros coram populo Madea trucidet. Ouidi. Epist. Hoc illic Medea fui noua nupta, quod hic est. Idem. Nõ potui Medea mori bene quicquid ab illo. Idem Metamorpho. 7. Vincere non poterat frustra Medea repugnas. Luca. 4. Expauit Medea nefas, sit mutua pacti. Flacc. 5. Senserat ut pulsas tandem Medea tenebras. Idem 6. Pacta quod Albano coniux Medea tyranno. Medeia Græcè scribi, quæ in e, Latinè uenit productum. penultima flect.

MEDEOR, penult. cor. Ouid. Fast. 6. Sistite uos lacrymas, ipsa medebor, ait. Idem Metamorphos. 14. Nec medeare mihi, senexque hæc uulnera mando. Claud. Crinibus atque tuis credis fortuna mederi. Stat. Syl. 2. Cùm iam egomet cantus, & uerba medentia sæuus. Vergil. Buc. Talis amor teneat, nec sit tibi cura mederi. Idem Aeneid. 12. Flectitur, exuperat magis ægrescitque medendo. Ait Seruius, Inde magna eius ægritudo crescebat. Medendo autem, idest dum ei medetur. Gerundii modus est a passiua significatione. Cicero pro S. R. Hi medentur reipublicæ, qui exiccant pestem aliquam. Idem pro Sest. Vt afflictæ rei publicæ, quantum possent, mederetur. Idem in Vergil. Medemini religioni sociorum iudices. Idem de D. Cõsolatiõ mihi aliquantum medetur. antepenult. acuit.

MEDIASTINVS, penulti. prod. Hor. Episto. 1. Tu mediastinus tacita parcè rura petebas. pen. flect.

MEDICVS, penulti. correpta. Mart. 2. Quid tibi cum medicis? dimitte Machaonas omnes. Idem 8. Fecisti medicus, quod facis Hoplomachus. Ouidi. de Pont. 4. Ad medicam dubius confugit æger opem. Mant. Et seruare lares medicum, qui stirpe feruntur. Idem. Omne genus morbi medicum langotibus ipsis. Ver. Aeneid. 12. Multa manu medica, Phœbique potentibus herbis. Idem Geo. 1. Vere fabis satio tunc quoque medica putres. Hic herba est. Ouidi. de Pont. 1. Sæpe aliquam solers medicorum cura relinquit. Vergil. Aeneid. 12. Inficit occultè medicans; spargitque salubris. Idem 7. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum. Idem Georgi. 2. Ora ferent illo & senibus medicantur anhelis. Idem 1. Semina uidi equidem multos medicare ferentes. Ait Seruius, Medicare autem antiquè dixit, nam maiores medico, & medicor dicebant: vt populo, & populor: quæ uerba modò

ab

ab utraque significatione passiuæ sunt declinationis: sed ut medicare pro medicari diceret, metri necessitas fecit. Sa nè medicor accusatiuum regit, ut medicor illam rem: medeor uerò illi rei dicimus: medeor illam rem figuratum est. Mant. Tunc habuit medicem trepidans Florentia Cosmam. Idem. In medicabilibus morbis humana leuare. Oui. de Pont. 1. Cura quoque interdum nulla est medicabilis arte. Idem de Rem. Ergo ubi uisus erit nostra medicabilis arte. Idem Metamorphos. 1. Hei mihi quòd nullis amor est medicabilis herbis. Sil. 1. Tristia corda duris simul immedicabilis ira. antepenult. acu. Idem 7. Si mea tela dedi blando medicata ueneno. Ouidi. Metamorphos. 1. Languida permulcens medicata lumina uirga. Vergili. Georgi. 4. Ipsæ consident medicatis sedibus ipsæ. Stat. Syl. 1. Donec lethiferas uario medicamine pestas. Mart. 3. Formosan faciam nigro medicamine uelas. Ouidi. Metamorphos. 2. Tum pater ora sui sacro medicamine possum. Idem Fast. 5. Omnia tētabo latis medicamina terris. Iuu. Sat. 14. Atq; alias tractare rosas medicamē habendū est. Oui. de Re. 1. Principiis obsta, serò medicina paratur. Idem Met. 1. Inuentum medicina meum est, opiferque per orbem. Idem de Trist. 2. Eripit interdū, modò dat medicina salutem. Idem 4. Tu curæ requies, tu medicina uenis. Verg. Buc. Spicula tanquam hæc sit nostri medicina furoris. Oui. de Pont. 1. Tollere nodosam nescit medicina podagram. penult. flect.

MEDIGENA, pen. cor. Mant. Medigenas postquàm gentes, & Parthica regna. antepen. acu.

MEDIOCRIS, pe. pro. Hor. de Art. Causarum mediocris abest uirtute deserti. Idem. Sed tamen in precio est, mediocribus esse poetis. Idem Ser. 2. Non mediocris inest fontes audire remotos. Iuuenal. Sati. 6. Si mediocris erit, spatium lustrabit utrumque. Idem 11. Turpe & adulterium mediocribus hæc eadem illi. Sil. 14. Stat mediocre decus uincentum ignaua iuuentus. Mart. 1. Sunt bona sunt quædā mediocria, sunt mala plura. pen. acu. Hor. Epist. 1. Nō pauor & rerum mediocriter utilium spes. antepen. acu.

MEDIOLANVM, penultima producta. Mant. Quam Mediolanum dicunt, quia conditor eius. penultima flectit.

MEDITOR, pen. cor. Verg. Buc. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Idem. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Idem Aen. 1. Reginam meditor, ne quo se numine mutet. Stat. Syl. 1. Scilicet hic illi meditantur pondere moles. Claud. Funera nec vanam corpus meditaris in unum. Hor. Epist. 2. Plures sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstat. Prop. 3. Roma Deus Cæsar dites meditantur ad Indos. Ait Seruius: ibi. Syluestrem tenui. meditor, quæ Greci μελέτω dicunt, per antistichon, n. editor dixerunt Latini: l, enim & d, interdum sibi in uicem cedunt. Vnde & sella pro seda dicitur, a sedendo. meditor antepenulti. acuit. Vergil. Geor. 3. Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ. Mant. Hanc opus est meditata uiam descendit ab alta. Stat, Syl. 2. Cōpositosque sales meditataque verba locutus. Cicero pro Flacc. Sed lædendi verba meditatur. Idem in Ver. Meditetur de ducibus hostium. meditor antepenulti. acuit. Meditatus penult. flect.

MEDIVS, penultima correpta. Mart. 1. Et crescunt media pegmata celsa uia. Ouidi. Metamorphos. 1. Quarum quę media est, non est habitabilis æstu. Idem. Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos. Idem. Fast. 2. Et medius crater inter utrumque iacet. Verg. Aen. 12. Aurigam Turni media inter ora Metiscum. Idem 1. Antenor potuit mediis elapsus Achiuis. Idem 4. Dicitur ante aras media inter numina diuum. Ait Seruius. Medius fidius, idest Iouis filius, & in 8. Communemque Deum. aut communē dixit inter Deos & homines. Vnde medius fidius dictus est. Ait Valla in Catil. Salust. Medius fidius ita adiuuet dius filius, scilicet

Mercurius. Ibi Omnibonus inquit, me dius fidius aduerbium iurandi, a media tore & fide, id est per Mercurium: qui mediator, & fidus interpres deorum est: uel quod melius, medius fidius, id est, mediante fide. antepen. acu.

MEDVLLA, pen. pro. Ouid. Met. 1. Læsit Apollineas traiecta per ossa medullas. Idem de Trist. 1. Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis. Luca. 4. Arboris aut tenera succo pressere medulla. Stat. Achill. 2. Viscera, semianimasque libens traxisse medullas. Sil. 1. Et pacis despectus honos, penitusque medullas.

MEDVSA, pen. pro. Oui. Fast. 3. Creditur hic cæsæ grauida ceruice Medusæ. Idem 5. Grata Medusæi signa tenetis equi. Idem de Pont. 1. Ipsa Medusa oculis ueniant, licet obuia nostris. Idem Ibin. Saxificæ uideas infelix ora Medusæ. Mant. Atque Medusæos fontes tua nãq; trahebat. Idẽ. Aspice saxificæ crudelius ore Medusæ. Luca. 9. Squallebãt latè Phorcynidos arua Medusæ. Ait Seruius Aen. 1. ibi. Gorgones, harpyiæque: Serenus tamen dicit, puellas fuisse unius pulchritudinis, quas cum uidissent adolescentes, stupore torpebant: Vnde fingitur, quod si quis eas uidisset uertebatur in lapidem. penultima flectit.

MEDVS, pen. pro. Verg. Georg. 1. Sed neque Medorum syluæ ditissima terra. Claud. Tygris, & Euphrates cum fœdera Medus, & Indus. Luca. 4. Medorum tremulum cum torsit missile Marax. Flacc. 5. Medus & oppositis expectat Iberia claustris. Prop. 3. Vel tibi Medorum pugnaces ire per hostes. pen. flect. Flacc. 11. Sacra Medon chlamys imbelli circundedit ostro. penult. acu. Auso. Paganum Medulus iubeo saluere Theonem. Idem. Quam tamen exerces Medulorum in littore uitam. antepenult. acuit.

MEGARA, pen. cor. Mart. 11. Tu Megaram credis non habuisse natas. Sil. 14. Nec maior Megara mutæ concordibus ausis. Ouid. Fast. 4. Liquerat Ortygiã, Megaræque, Panthagiamque. Vergil. Opusc. Stat Megara attæi quondam mutata labore. Idem Aeneid. 3. Pantagię Megarosque sinus, Lapsumque iacentem. Ait Seruius in Vergil. Buc. Eccl. 1. ibi, Hybleis apibus. Hybla, uel Hyble oppidum est Siciliç, quod nunc Megara dicitur. Idem Aen. 3. ibi. Pantagiæ, Megarosque sinus. Megara, oppidum est iuxta Syracusas. De quo Marius Aretius de situ Siciliæ admonet. Megaram, hyblamque unam esse multi scribunt: nobis autem eam esse Megaram, quæ Augusta nuncupatur. De quo etiam Faselus de situ Siciliæ inquit, prope fluuium, qui Cantarus dicitur, Auctores ponunt Megaram, & eius portũ: quam urbem dirutam esse hodie. Vbi faselus negat Augustam fuisse Megaram. Tu lector uideas amplius in illo. antepenul. acu.

MEGAERA, pen. pro. Luca. 1. Horruit Alcides uiso iam Dite Megæram. Sta. Theb. 1. Opposito rapidam Pylade uitasse Megæram. Claud. Improba mox surgit tristi de sede Megæra. Mant. In uito uictore Herebi prohibente Megæra. Sil. 13. Non ipsa Alecto, nec fœta furore Megæra. Lucan. 6. Thersiphore uocisque meæ secuta Megæra. Ver. Aeneid. 12. Quas & tartaream uox in tempesta Megæram. Stat. Theb. 1. Horruit in pharetris, ultrix tibi torua Megæra. penult. flect.

MEGALENSIS, pen. pro. Mart. 10. Constatura fuit Megalensis purpura centum. Iuue. Sat. 1. Atque a plebeis longæ Megalensia tristis. Idem. Intereà Megalesiacę spectacula mappæ. Ouidi. Metamor. 4. Institeram quarè promisi Megalesia ludi. De quo ait Quintilianus Inst. 1. cap. 10. Quædam tamen & faciam solœcismi habent, & dici uitio se non possunt. ut, ludi floralia, & ludi Megalensia. pe. acu.

MEIO, pen. pro. Mart. 3. Meiere uis iterum, iam Palinurus eris. Iuuen. Sat. 1. Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est. Pers. Sat. 6. Patritiæ immeiat uuluæ mihi trama figuræ. Hor. Ser. 2. Ditior ut formæ melioris meiat eodem. Mart. 1. Incipit in medios meiere

iere uerpa pedes. penult. acuit. Vide Maior.

MEL, cor. Ouidi. de Pont. 4. Quis mel, Aristæo, quis Baccho uina Phalerna. Verg. Geor. 4. Excudunt ceras, & mel la tenacia figunt. Ait Seruius in Verg. Bucc. Ecl. 5. ibi. Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis. Nam tritici cum hordeum, uinum, mel, numeri tantum singulari sunt: usurpatiuè metri causa dixit poeta. grandia hordia. Vnde plurali in prosa uti non possumus: uina tantùm possumus dicere, Ciceronis exemplo, qui ait. In prætura, vina, cæteraque, quæ in Asia facile compararentur. Idem de Amicitia. Vt ea uina, quæ uetustatem ferunt. Idem Tuscu. Leuia uina nihil ualent in aqua. acu.

MELAS, pen. corr. Ouidi. Metamor. 2. Mygdoniusque melas, & ienarius eurotas. Lucre. 2. Ac musca mele per chordas, organicique. Sta. Syl. 3. Fronte meles, Hermique uadum, quo lydius intrar. Flac. 6. Processere melas, & Idasmenus incipit hasta. Idem. Ante melas leuis est, infracta est uulnere ceruis. Oui. Fast. 4. Sacrorumque melam pascua læta boum. penul. acu.

MELAMPVS, penul. pro. Oui. Metam. 3. Gnosius Ichnobates, Spartana gente Melampus. Idem. Non dubitat uidere canes, primusque Melampus. Man. Vidit, eat Chiro, Podalirius, atque Melampus. pen. acu.

MELANDRIA, pen. corr. Mar. 3. Teque iuuant garres, & pelle melandria cana. antepe. acu.

MELANTHIVS, penul. cor. Oui. Pene. Irus egens, pecorisque Melanthius autor edendi. antepe. acu.

MELANCTAETE, pe. pro. Oui. Met. 3. Prima Melanctætes in tergo uulnera fecit. Sil. 14. Lanigera Melite, & littus piscosa Melancte. pe. acu.

MELEAGER, pen. pro. Oui. Met. 8. Qua Meleager erat, primus uidisse putatur. Idem. Huius opem Calidon, quamuis Meleagron haberet. Iuue. Sat. 5. Altilis, & flaui dignus ferro Meleagri. Mar. 1. Summa tuæ Meleagre fuit, quæ gloria famæ. Sta. Syl. 2. Te Meleagre subit, ibi demum cuspide lata. Iuuen. Sat. 6. Et Meleagreá maculatus sanguine Nessi. pen. flec.

MELCIADES, penul. corr. Mantu. Melciades pax est illo uentura sepulro. antepenul. acu.

MELETEVS, penul. produ. Tibul. 4. Posse Meleteus nec mallem mittere chartis. pen. flec.

MELIBOEVS, penul. produ. Verg. Buc. O Melibœe Deus nobis hæc ocia fecit. Idem. Vrbem, quam dicunt Romam, Melibœe putaui. Idem. Hic illum uidi iuuenem Melibœe, quotannis. Luc. 6. Lampados Herculeis fortis Melibœa sagittis. Verg. Aeneid. 5. Purpura Meandro duplici Melibœa cucurrit. Stat. Sylu. 3. Questa est Aegiale, questa est Melibœa relinqui. pen. flec.

MELICERTA, pen. pro. Verg. Georg. 1. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ. Iuuena. Sat. 5. Luciferi ludis exclamet Melicerta perisse. Oui. Metamorpho. 4. Teque ferens paruum nudis Melicerta lacertis. penultima acuit. Vide Matura.

MELICHE, pe. cor. Mar. 2. Sola tibi fuerunt sextertia Meliche centum. antepenul. acuit.

MELLIFER, penul. corre. Ouidi. Metamorpho. 15. Melliferarum apium sine membris corpora nasci. Clau. de Rap. 2. Mellifer electis exercitus obstrepit herbis. antepe. acu.

MELIMELA, pen. prod. Mantua. 1. Dulcibus aut certant quæ Melimela fauis. Idem 7. Infanti Melimela daro, fatuasque mariscas. Idem 13. Ponentur dicas hæc Melimela licet. pe. flec.

MELILOTOS, penul. produ. Mant. Rore thymo Siculę matres melilotos ad arã. Ouid. Fast. 4. Pars thyma, pars flores, pars meliloton amant. pe. flec.

MELISCVS, penultima prod. Ouidi. de Pon. 3. Et tua cum succo musa melisce leuis. penul. acu.

MELITE, penult. correp. Ouidi. Fast. 3. Fertilis est Melite, sterili uicina Cosyræ. Sil. 14. Lanigera Melite, & littus piscosa Melacte. Verg. Aenei. 5. Leua tenẽt Thetis Melite Panopeaque uirgo.

Flac.

Flac. 10. Collibus excelsis meliteion, has nemus altum. antepe. acu.

**Melliphillon**, pen. pro. Ver. Geor. 4. Trita Melliphylla, & Cerynthæ igno bile gramen. penul. acu.

**Melpomene**, pe. cor. Verg. Opus. Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu. Mart. 4. Quod neque Melpomene, quod nec Polihymnia possit. antepen. acuit.

**Melius**, penultima correpta. Marti. 1. Non potuit melius litem finire iocosam. Ouidi. Metamorphos. 1. Hanc Deus, & melior litem natura diremit. Idem. Ille opifex rerum mundi melioris origo. Idem. Si qua latent, meliora putat, fugit ocior aura. Vergi. Buccoli. Carmina tum melius, cùm uenerit ipse canemus. Pers. Sati. 4. Delinis ante cyras melior sorbere meracas. antepen. acuit.

**Membrana**, penultima producta. Horat. Ser. 2. Membranam poscas scriptorum, quæque retexes. Martial. 14. Esse putas ceras licèt hæc membrana uocetur. Idem. Quam breuis immensum cepit membrana Maronem. Idem. Si comes ista tibi fuerit membrana putato. Lucre. 4. Aut contra tenuis summi membrana coloris. Lucan. 9. Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntque. penul. flec.

**Memet**, penultima producta. Stat. Sylu. 5. Nec solùm larga memet pietate souebas. Vergi. Aeneid. 9. Meme, adsum qui feci, in me conuertite ferrum, sub audi interficite, ait Seruius. Et est interrupta locutio dolore turbati. Vide Vallam lib. 2.

**Memini**, penultima correpta. Ouidi. Fast. 1. Hac ego Saturnum memini tellure receptum. Idem de Trist. 1. Attonitum qui me memini charissime primus. Auso. Felix, seu memini, siue nihil memini. Stat. Sylu. 2. Hostilisque dies nobis meminisse relictum. Idem. Relliquias solùm meminit, solùmque uocantem. Idē. Nec prohibet meminisse tui, sed pectora blandus. Flac. 4. Proxima Thermodoon, hic iam secat arua memento. Idem. Nūc etiam meministis aquæ Bœotia qualem. Vergili. Buccoli. De cœlo tactas memini prædicere quercus. Idem Georgi. 1. Inmundi meminere sues iactare maniplos. Idem. Profuerit meminisse magis, nam sæpe uidemus. Idem 1. Mittite forsan, & hæc olim meminisse iuuabit. Ait Seruius. Memini, & genitiuum regit, & accusatiuum: dicimus enim, & memini malorum, & memini mala, & iusta ratione: nam memoriæ obliuio contraria est, & obliuiscor similiter, & genitiuum regit, & accusatiuum, ut obliuiscere cædis, atque incendiorum, & obliuiscor iniurias tuas. Idem 2. Quanquam animus meminisse horret, luctuque refugit. Ait Seruius. Melius præsenti iungitur tempori, ut quanquam scio, quanquàm lego: quòd autem dixit, meminisse horret, defectiui ratio est: nec enim potuit dicere meminere: & in his quæ corrupta sunt naturaliter, ut odi, noui, cœpi, memini, & omnia tempora quæ inueniuntur, & suo, & aliorum funguntur officio, ut memini præteritum est: legimus tamen, & memini uidere, & memini uidisse: quod si fit, in uerbis integris, ut iuuat euasisse, quanto magis in corruptis. Idem ait Aeneid. 4. ibi. Quid delubra iuuant? est mollis flamma medullas. Nam in defectiuis tempora pro temporibus ponimus, ut odi, noui, memini: odisse, nouisse, meminisse. Etiam pro præsenti ponuntur, nam odire, nouire, meminere non possumus dicere. Horat. Ser. 1. Memento, cita mors uenit, aut uictoria læta. Iuuenal. Sat. 5. Seruatur domino dextram cohibere memento. Idē 6. Illius occursus etiam uitare memento. Vide Memoro. Cicero in Anton. Meministi ipse de exulibus. Idem pro Plant. Qui patriæ beneficia meminerunt. antepe. acu.

**Memor**, penultima correpta. Ouid. Metamorphos. 2. Credit, ut iniustè missi memor ignis ab illo. Idem Fast. 4. Si memor es, de quo mihi fit Proserpina nata. Idem 5. Se memor Orchigias surripuisse breues. Vergil. Aeneid. 12. Sic memor, & te animo repetentem templa

plaetuorum. Idem 4. Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus. penultí. acu.

MEMNON, penultima produ. Ouid. Metamorph. 13. Memnonides dictæ, cùm sol duodena peregit. Idem. Memnonis orba mei, uenio qui fortia frustra. Idé. Iuppiter annuerat, cùm Memnonis arduus alto. Vide Sinon. penultima acuit.

MEMORO, penultima correpta. Martial. 1. Sæpius in libro memoratur Persius uno. Idem 8. Hos quoque secretos memorabit Roma triumphos. Ouid. Metamorpho. 2. Te quoque turbatum memorant fugisse Boote. Idem. Incustoditæ pylos memoratur in agros. Idem 12. Neue ea magnanimus frustra memorauerit heros. Idem 7. Flentibus hæc lacrymans heros memorabat, & ecce. Mantuan. Et quia nos alias eius memorauimus acta. Idem. Cùm uenisse negant, paucis memorabimus ergo. Vergili. Aeneid. 7. Et meministis enim diuæ, & memorare potestis. Idem 2. Quidue ferat, memoret, quæ sit fiducia capto. Idem 9. Et meministis enim diuæ, & memorare potestis. Ait Seruius. Differt, & meminisse, & memorare, cùm illud sit memoriter tenere: memorare uerò exponere, & narrare. Ouidi. de Tristib. 4. Hæc prius, ut memorent, non inuidiosa nefandis. Stat. Sylu. 1. Signifer armiferos poterat memorare labores. Proper. 3. Leucadius uersas acies memorabit Apollo. Stat. Theb. 3. Hoc memorasse sat est claro generata Thoante. Cice. in Ver. In plebem uerò Romanam utrum superbiam prius memorem? Idem de Leg. Nam quid Accium memorem? Idem. Clarorum uirorum laudes in concione memoranto. antepenultima acuit. Vergi. Aeneid. 5. Ne quicquàm mememoratus Eryx ubi fama per omnem. Proper. 3. Nec non ille tui casus memorator, Homerus. Stat. Sylu. 1. Hæc domus Aegericæ memoralem ab iungere Phœbem. penultima flectit. Flac. 6. Pulsus, & eox memoratrix tibia pugnæ. penultima acuit. Mantuan. At quoniam genus Hebræum memorabile solis. Idem. Quot uerò memorabilibus resplenduit actis. Idem. Et uerbà, & numeros Vmbri est memorabile carmen. Sil. 14. Discreta Italia, atque Osco memorabilis ortu. Stat. Sylu. 1. Famosusque lacus nomen memorabile seruat. Marti. 8. Vatis Apollinei magno memorabilis ortu. Idem 12. Partheniana fuit quondam memorabile uaris. Vergi. Aeneid. 2. Non ita, nanque, & si nullum memorabile nomen. antepe. acu.

MEMPHITICVS, penultima correpta. Martial. Hinc quoque deceptus Memphatica templa frequentat. Idem 6. Nauita derisit Pharios Memphiticus hortos. Luca. 10. Iret an eriperet mundo Memphiticus ensis. antepe. acu. Marti. 14. Hæc tibi Memphitis tellus dat munera, ficta est. pe. fle.

MENDACIVM, penultima correp. Stat. Sylu. 4. Hoc spacio tam magna breui mendacia formæ. Iuue. Sat. 7. Tunc immensa caui spirant mendacia folles. Martial. 2. Sed mera narrantur mendacia non solet illa. Ouid. Fast. 4. Conscia mens recti famæ mendacia ridet. antepe. acu.

MENADES, penulti. corre. Ouidi. Fast. 6. Threicias fusis Menades ite comis. Idem 6. Menadas Ausonias incoluisse ferunt. antepe. acu.

MENECRATES, pen. cor. Sta. Syl. 4. Parthenope, clari genus ecce Menecratis auget. antepe. acu.

MENALCHAS, penulti. produc. Vergili. Bucco. Atque superba pati fastidia nonne Menalcham. Sta. Theb. 8. Reppulit erepto cunei ductore Menalcha. penul. acuit.

MENALIPPVS, penul. prod. Stat. Theb. 8. Astacides Menalippus erat, nec prodidit ipse. Iuuenal. Sati. 8. Syrma, uel Antigones, seu personam Menalippæ. penul. acu.

MENAECIADES, penul. corre. Stat. Syl. 5. Bella Menæciades quippe hæc concordià uobis. Ouid. Penel. Siue Menæciaden falsis cecidisse sub armis. antepe. acuit.

MENAPVS, pen. cor. Mart. 13. De Mena pis lauti de petasone uorent. antepen. acuit.

MENANDER, penult. pro. Oui. de Trist. 2. Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri. Idem Metamorpho. 2. Qui que recuruaris ludit Menander in undis. Stat. Syl. 2. Actica facundi decurret orsa Menandri. Hora. Epist. 2. Dicitur Afrani roga cõueniſſe Menandro. Prop. 3. Librorumque tuos docte Menandre sales. pe. acu.

MENDAX, pe. pro. Hor. de Arr. Noscere mendacem, uerumque beatus amicum. Idem 1. Quem nisi mendosum, & mendacẽ uir bonus, & quis. Ver. Aene. 2. Finxit uanum etiam, mendacemq; improba finget. Ouidi. Metamor. 10. Nec mora percusso mendacibus aere pennis. penul. acu.

MENELAVS, penul. produ. Verg. Aenei. 6. Intra tecta uocat Menelaum, & lumina pandit. Idem 2. Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus. Idem 11. Atrides Prothei, Menelaus ad usque columnas. Ouid. Epist. Pugnet, & auersos rædet Menelaus in hostes. Mart. 12. Ridet, & Iliacos audit Menelaus amores. pe. flect.

MENDICO, penul. produ. Iuuen. Sati. 3. Arbor, & eiectis mendicat sylua camænis. Idem 4. Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. Ouid. de Trist. 5. Nunc mendicato pascitur ille cibo. Mantua. Mendicare cibos, quæ turba miserrima quicquam. pe. flec.

MENDOSVS, penul. produ. Hora. Ser. 2. Mendosa, quoniam nacuis cõmittere uenis. Oui. Metamorph. 12. Ex qua parte uir est, neque equi mendosa sub illo. pen. flec.

MENESTHEVS, pen. corre. Non contractum. Vide Atreus. Stat. Theb. 6. Discus, nec dubia iunctaue Menesthea uictum. Idem. Gnosiacos arcus habet, & uaga tela Menestheus. Ver. Aenei. 10. Nec Clytio genitore minor, nec fratre Menestheo. ante pe. acu.

MENETES, penult. produ. Verg. Aen. 5. Altum alii teneant, dixit, sed cæca Menetes. penul. acu.

MENEPHRON, penul. pro. Oui. Met. 7. Dextera Cyllene est iniqua cum matre Menephron. antepenultima acu. Vide Peragro.

MENOPHILVS, pen. cor. Mart. 7. Menophili penen tam grandis fibula uestit. antepe. acu.

MENOGENES, penul. corr. Mart. 12. Menogenen omni tu licèt arte uelis. antepenul. acu.

MENSVRA, pen. produ. Lucan. 9. Inter membra forent, nec quæ mensura uiarum. Ouid. Metamorpho. 12. Hi narrata ferunt alio, mensuraque facti. Vergili. Opusc. Hinc sibi depromit quantum mensura patebat. Iuuenal. Sati. 4. Sed deerat pisci patinæ mensura uocatur. Idem 9. Nil faciet longi mensura in cognita nerui. pe. flect.

MENSIS, penulti. produ. Stat. Theb. 7. Mensibus, & templis sparte præsaga reclusis. Ait Seruius in Ver. Geor. 1. ibi. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor. Nouum uer ideo ait, quia anni initiũ mensis est Martius. Et sciendum decem tantùm menses fuisse apud maiores. Martium autem anni principium habere uoluerunt, propter Martem suæ gentis autorem. Aprilis dictus quasi terras tepore aperiens. Maius a Maia. Iunius a Iunone, quanquã alii a maioribus, & a iunioribus hos duos menses uelint esse nominatos: nã antè populus Romanus in centurias iuniorum, & seniorum diuisus fuerat: reliqui iam a numero nominabantur, Quintilis. Sextilis. September. October. Nouember. December. & hi erant tantùm decem menses. duo uerò propter rationem signorum anni intercalabantur qui postea a Iano, & a Februo nominati sunt. Februus autem Ditis est pater, cui eo mense sacrificabatur. Quinrilis, & Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Cæsaris, & Augusti, unde sunt Iulius, & Augustus. sic Ouid. de Fast. lib. 5. & 6. penultima acuit.

MENTIOR, penulr. corre. Ouidi. Meta. 1. Iuppiter è terra genitam mentitur, ut autor. Martial. 12. Mentiris, credo, recitas

recitas mala carmina, bibo. Idem 11. Mentiar, ut uenias pisces enochilia, sumen. Idem 7. Mentiris iuuenem tinctis lentine capillis. antepenulti. acuit. Cicero pro Dom. Non modò non ementitus sum autoritatem senatus. Idem de Orat. De me autem nihil est causæ, cur mentiar. Idem de Nat. Præsertim cùm isti plurimis de rebus diuinis mentiantur. Sil. 4. Atque locuturas mentito corpore cæras. Luca. 9. Stipite quæ diro uirgas mentita Sabæas. Flac. 7. Sicut erat mutata deam, mentitaque pictis. Claud. Filaque mentitos subter celantia fluctus. penultima flectit.

MENTOREVS, pen. cor. Mart. 9. Pocula mentorea nobilitata manu. antepenult. acu.

[M]ENTVLA, pe. cor. Mart. 1. Hoc dolet, & queritur, dolet hoc mea mentula mecũ. Idem. Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo. Idem 7. Mentula custodis luxuriosa Dei. Idem 9. Possideat Crassi meutula Burdigali. Vergili. Opusc. Mentula Tantalidæ bene si non nota fuisset. Idem. Et pædiconum mentula smerdalea est. Idem. Mentula barbatis non nisi summa petit. Catull. Firmamus salius non falso mentula diues. antepenult. acu.

MEO, pen. cor. Stat. Theb. 2. Arua super populosque meat, sopor obuius illi. penult. acuit.

MEPHITIS, penu. pro. Vergil. Aeneid. 7. Fonte sonat, sęuamque exhalat opaca Mephitin. Ait Seruius, Mephitis propriè est terræ putor, de aquis qui nascitur sulphuratis: & est in nemoribus grauior ex densitate syluarum. Alii Mephitin Deum uolunt Leucotheæ connexum, sicut est Veneri Adonis, Dianę Virbius, quam aerem esse constat: nouimus autem putorem non nisi ex corruptione aeris nasci, sicut etiam bonum odorem de aere incorrupto, ut sit Mephitis dea odoris grauissimi, idest graue olentis. penult. flect.

MERCENARIVS, penulti. corr. Horat. Ser. 2. Thesauro inuento qui mercenarius agrum. Idem Epist. 1. Excusare laborem, & mercenaria uincla. antepenult. acu.

MERCATVS, pen. pro. Sil. 1. Tum precio mercata loco noua mœnia ponit. Verg. Aeneid. 1. Mercatique solum facti de nomine byrsam. Horat. de Art. Mercatorne uagus cultor ne uirentis agelli. Idem Ser. 1. O fortunati mercatores grauis annis. Iuue. Sat. 6. Mense quidem brumæ, cùm iam mercator Iason. penult. flectit.

MERCES, penult. pro. Iuu. Sat. 5. Mercedem solidam ueterum capis officiorum. penult. acu.

MERCVRIVS, penult. cor. Mant. Mercurium cum turribulis uenere ministris. Verg. Aeneid. 4. Tunc sic Mercurium alloquitur, ac talia fatur. Idem. Omnia Mercurio similis, uocemque colorem. Flac. 10. Mercurius pernix puerũ quem dura ferentem. antepenult. acuit. Vide Anubis. Pers. Sat. 5. Nec gluto sorbere saliuam Mercurialem. Horat. Ser. 2. Cum lucro noram unde frequentia Mercuriale. penulti. flect. Vide Lenio. Vide Atlas.

MEREO, pen. cor. Hor. de Art. Hic meret ære labor sociis, hic & mare transit. Martial. 2. Frater Idumæos meruit cum patre triumphos. Idem 5. Quando Palatini plus meruere Dei. Idem 13. Non omnis laudem, pretiumque aurata meretur. Ouid. Metamorphos. 2. Si placet hoc meruitque quid ò tua fulmina cessant. Idem. Quid meruit frater, nec te mea gratia tangit. Idem Fast. 3. Cæsaris innumeris, quos maluit ille mereri. Idem. Hic mereor, studiis adsit amica meis. Idem de Trist. 1. Quas meruit pœnas, iam dedit illud opus. Flac. 1. Illicitas tentare uias hyemenque mereri. Auso. Bis meret, ut geminet titulos, qui prælia musis. Stat. Syl. 1. Vt meruit, neque enim frustra mihi nuper honora. Verg. Aeneid. 5. Si mereor dimitte, tuaque hic obrue dextra. Stat. Theb. 1. Promeriture diem non tu pia degener arma. Idem 4. Si bene quid de te merui, fuit aut tibi, quicquã m. Martial. 12. Et faciamus idem, nec mereamur idẽ. Idem Cic. in Or. Ad liberos,

qui nihil meruerunt, pœnas parentum peruenit. Idem pro S. R. Alicui fructū, quem meruit, retribuere. Idem Acad. Tu uerò bene etiam meriturus mihi ui deris de tuis ciuibus. antepenultima acuit.

MERITVS, penultima correp. Stat. Syl. 1. Ora situ, meritaque caput uenerabi le quercu. Ouid. Metamorph. 8. Quò fugis, exclamat, meritorum autore relicta. Flac. 5. Soligine falli, meriti meritique relinqui. Vergi. Aeneid. 1. Cum pietate grauem, ac meritis, si fortè uirum quem. Mantu. Si meritis ad iurata tuis Messana reuixit. Stat. Sylu. 5. Sed meritò properabat amor, ne perderet ullum. Ouidi. Fasto. 4. Et posita est meritæ multa tabella deę. Sil. 10. Damnatis Siculas longè meritare per oras. antepen. acu.

MERETRIX, penultima correpta. Marti. 1. Et meretrix abigit testem, ueloque, seraque. Hora. Ser. 1. Arguta meretrice potens, clauoque cremata. Idem. Verum est cum minis, cum meretricibus unde. Mantuan. Immutare suos meretrix Aphrodisia sensus. Ouid. de Trist. 2. Et procul a scripta solis meretricibus arte. Idem 5. Turba quidem cur hos celebret meretricia ludos. Idem de Pont. 2. Prostat, & in questu pro meretrice sedet. Auson. Verbaque lasciuos meretricum imitantia cœtus. antepen. acuit.

MERGO, penultima producta. Martia. 1. Parcite dum propero, mergite, dum redeo. Lucan. 4. Merserit Assirii scrutator pallidus auri. Cicero de Nat. Aues quæ se in mari mergunt, & emergunt. Idem. Mergere aliquem in aquam. penulti. acu.

MERIONES, penultima corre. Ouidi. Metamorphos. 13. Meriones peteret maioris frater Atridæ. antepenulti. acuit.

MERITORIVS, penultima correpta. Iuuenal. Sati. 3. Ardenti stomacho, nam quæ meritoria somnum. Ait Seruius Bucco. Ecl. 8. ibi. Sparge marite nuces. nam meritorii pueri, idest catamiti, qui bus licenter utebantur antiqui receden tes a turpi seruitio. antepenultima acuit.

MEROE, penultima correpta. Mant. Appulit & meroen positas in flumine terras. Auson. Qui primus meroe nomen tibi condidit ille. Lucan. 10. Extendit meroe qui causas reddere possit. Idem. Cùm Phœbus pressit meroen, tellusq; per astra. Idem. Indomitum meroe cogens spumare falernum. Idem 4. Non super arentem meroen cancrique sub axe. antepe. acu.

MEROPS, penul. correp. Oui. Metamor. 1. Perque suum Meropisque caput, tædasque sororum. Idem de Trist. 3. Cæpisset genito si Phaetonta Merops. Vergili. Geor. 4. Pinguibus a stabulis Meropesque, aliæque uolucres. Oui. Fast. 4. Septima mortali Merope tibi Sisyphe nupsit. penul. acu.

MERVM, penultima correp. Oui. de Tri. 2. Sed linguam nimio non timuisse mero. Idem Metamorphos. 3. Ille mero, somnoque grauis titubare uidetur. Idē 10. Sanguinis ille globus pariter cerebrumque, merumque. Marti. 1. Non si potares Sestiliane merum. Stat. Sylu. 1. Quare age si Ceretii sua dona, merumque Lyeo. pen. acu.

MERVS, penultima correpta. Martial. 2. Sed mera narrantur mendacia, non solet illa. Auso. Attica facundę cuius mera gloria linguæ. Horat. Ser. 1. Differt sermoni sermo merus, at pater audens. penul. acu.

MERX, produ. Ouid. Metamor. 13. Mercibus inserui, neque adhuc proiecerat heros. acu.

MESAPVS, penul. prod. Verg. Aene. 12. Mesapus regem, regisque insigne regentem. Idem. Mesapus, teloque orantem multa trabali. Idem. Huic Mesapus uti leua duo forte gerebat. Idem 7. At Mesapus equus domitor Neptunia proles. penult. flect.

MESEBRIACVS, penultima corre. Ouidi. de Tristi. 1. Inde Mesebriacos portus, & Odesson, & arces. antepenulti. acuit.

MESPILVM, penultima correpta. Mantuan. Mespila, quæ medici dixere

tricoccia mala. antepenultima acuit.

Messagetes, penultima correpta. Lucan. 2. Agmina Messagetes Scythicus non alligat Ister. antepenultima acuit.

Messala, penultima produc. Hora. de Art. Messalę ne sit quātum Cassellius Aulus. Mar. 8. Et cum rupta situ Messalæ saxa iacebunt. Pers. Sat. 2. Non possit magni Messalæ Lippa propago. Iuuen. Sat. 10. Et Messalinæ oculis dudum sedet illi parato. Vergili. Cyris Complures illam, & magni Messala poetæ. pen. flectit.

Mesus, penultima produ. Flec. 6. Mesus & ingenuis frenator Sarmata conti. penult. flect.

Messana, penultima producta. Mantu. Sic meritis adiuncta tuis Messana reuixit. Idem. Cùm Messana graui bello premeretur & , omni. Sil. 14. Incumbens Messana freto, nimiumque reuulsa. penultima flectit. Ouidi. Metamorphos. 15. Littore in Italico Messania mœnia contra. Idem 12. Ille tuus genitor Messania mœnia quondam. Ait Raphael. Messene & urbs est, & regio adiacens Arcadię: est etiam Siciliæ urbs; unde Messenius deriuatur. Flac. 4. Fleuit Amymone flerunt Messenides unde. antepenult. acuit.

Messias, penultima producta. Mantua. Tempora pacisci multum expectata Messiæ. Idem. Quod Mesiam passum audierant ea tempora circum. antepen. acuit. Vide Anto. Nebriss.

Messor, penultima prod. Vergi. Bucco. Thestylis, & rapido fessis messoribus æstu. penult. acu.

Met, adiectio, syllabica. Vergil. Aeneid. 1. Durate, & uosmet rebus seruate secundis. Ait Seruius: Met parelcon est, idest additio in fine alicuius dictionis: sciẽdum autem est has particulas, met, piam, te, ue, egomet, quispiam, tute, & similia, ornatus causa poni: sunt enim aduerbia: quicquid enim ab illis septem recesserit partibus, aduerbium fit, necesse est. Item quemadmodum probamus aduerbia esse, quia dicimus, doctè facio, doctè feci, doctè fecisti, & mutato uerbo, remanet aduerbium. Ergo si sic, & in istis particulis inuenimus, ut egomet, nosmet, ut mutatis casibus, uel personis, eadem permaneant: aduerbia sine dubio sunt: nulla enim hoc alia pars orationis admittit. Notandum sane quòd hæ particulę plærunque naturam suam habent, nō syllabarum: nam cùm te, met longæ sint: tutemet dactylus inuenitur. Lucretius. Tutemet a nobis iam qnouis tempore uatum. Nec possumus harum partium naturam discutere: quia sub regulis nō sunt. Item ait Priscianus libro 12. Primę quidem personę, omnibus adiungitur casibus met, secundæ verò personæ obliquis iungitur solis: nominatiuo autem ideo non additur, ne dubitationem faciat, cùm etiam uerbum intelligi possit: si dicamus tumet a uerbo tumeo, es, et; itaque breuem te inter inicere solebant autores, ut, tutemet. Sanè hæ syllabæ adiectionis extra compositionem nihil significant: in compositione autem aliquid addunt significationi dictionū cum quibus componuntur.

Meta, penultima producta. Martial. 1. Rustica lactantes nec misit fiscina metas. Ouidi. Metamorphos. 2. Dum loquor, Hesperio positas in littore metas. Idem 3. Et sol ex æquo meta distabat utraque. Idem 10. Affuit huic turbę metas imitata cupressus. Idem de Tristib. 1. Detur in offensæ uitæ tibi tangere metam. Persi. Sati. 1. Nec qui abaci numeros, & secto in puluere metas. Vergili. Georgi. 3. Hic uel ab Elæi metas, & maxima campi. penultima flectit.

Metabus, penultima correpta. Vergil. Aeneid. 11. Priuerno antiqua metabus cum excederet urbe. Idem. At metabus magna propius uergente caterua. Sil. 14. Non illum metabus, non illum celsior usens. antepenultima acuit.

Metallum, penultima prod. Mart. 14. Quãuis callaico rubeã generosa metallo. Oui. de Pon. 2. Nec tamen hæc loca

 sunt

sunt illo preciosa metalla. Idem Metamorphos. 15. Hippotadæque domos regis, temesesque metalla. Vergil. Aen. 6. Aureus, & simili frondescit uirga metallo. Idem 8. Sortiti fuit æs ruris, aurique metallum. Idem 10. Insula in exhaustis chalybum generosa metallis. penultima acuit. Stat. Sylu. 4. An ne metalliferæ repetit iam mœnia lunæ. antepen ul. acu.

METAPVS, penultima correpta. Mar. 13. De metapis lauti, de Petasone uorene. penul. acu.

METAVRVS, penultima pro. Lucan. 2. Lævum ut cecidere latus, uelosque metaurus. Claud. Despiciturque uagus prærepta ualle metaurus. Sil. 8. Vertice contorquens undas per saxa metaurus. pen. acu.

METELLVS, penultima producta. Ouid. Fast. 6. Non est auxilium flere Metellus ait. Idem de Tristi. 2. Nomine nunc legitur dicta Metelle tuo. Idem Metamorpho. 10. At si forte roges fœcundum Amathunta metellis. Martial. 2. Scipio quod uictor, quodque metullus habet. Iuuenal. Sat. 6. Dicite uos neptes Lepidi cæciue metelli. Lucan. 2. Te Cæsar, magnisque uelint miserere metellis. penult. acu.

METEREVS, penultima producta. Ouid. de Tristib. 2. Iaziges, & Colchi, Metereaque turba, Getæque. Vide Atreus.

METISCVS, penultima producta. Vergi. Aeneid. 12. Rursus in aurigæ faciem mutata metisci. Idem. Aurigam Turni media inter ora metiscum. penultima acuit.

METIOR, penultima correpta. Oui. Metamorpho. 2. Ante oculos plus est, animo metitur utrunque. Vergil. Aeneid. 12. Hesperiam metire iacens hæc præmia qui me. Idem Georgi. 4. Et uincto bipedum curru metitur aquarum. Claudi. Autumni pauido metimur cærula uoto. Stat. Theb. 6. Metiri numerum, uultusque, habitusque suorum. Stat. Theb. 6. Metiri ripis, & aqua larissima distant. Lucan. 6. Metitur terras oculis, nec cespite tantùm. Cicero in Ver. Coge ut ad aquam tibi enuenses frumentum metiantur. Idem. Metiri numos, idest numerare. Idem. Tu omnia quæstu tuo, non Cæsaris dignitate metiris. antepenultima acuit.

METHYMNEVS, penultima produ. Proper. lib. 4. Et Methymnei grata saliua meri. penultima fle. Sil. 7. At Methymna ferax Latiis cesse Phalernis. penult. acuit.

METIVS, pen. corre. Stat. Syl. 3. Metius atque animæ partem super æquora nostra. antepe. acu.

METHONE, penult. product. Flac. 1. Nelidesque Perichimenus, quem parua Methone. antepe. acu.

METHODVS, penul. cor. Auso. Quæ logos, aut methodo, cuique experiētia nomen. antepe. acu.

METROPOLITANVS, pe. pro. Man. Metropolitanam reuocasse feruntur in urbem. penul. flec.

METROPHANES, penultima corr. Mart. 11. Lucili Columella est hic situs Metrophanes. ubi ait Calderinus, hic uersus est Lucilii, quem lutulentum fluerē scribit Horatius: & ita legatur, & corripi uult Despaut.

METRETA, penultima producta. Iuuen. Sati. 3. Alter at hic tignum capiti incutit ille metretam. Mart. 5. Plurimus Hispanas mittet mihi nauta metretas. penul. flect.

METOR, aris, penul. produc. Et meto, as, penul. corr. Man. Metamur locum templo quod surgere fecit. Idem. Iam fruticant, prolique domos metatur hirundo. Ouid. Fast. 1. Nos quoque sub ducibus, cælum metabitur illis. Stat. Sil. 5. Metati bolanus agros aperire malignas. Vergil. Opus. Metabat sese circùm loratum uidet ingens. Idem. Pertica quæ nostros metata est impia agellos. Luca 1. Hesperios audax ueniam metator in agros. Vergili. Georg. 2. Quære prius si pinguis agros metabere campi, idest elige. Ait Seruius. Et longe alia significatio est metor metaris, & alia metior metiris. illud enim metatus sum, hoc mensus sum.

rum. Ouid. Fast. 2. Farra tamen ueteres iaciebat, farra metebat. Sil. 14. Ite gregem & metite imbellem, ac succidite ferro. Vergili. Georgi. 2. Postremus metito, bis uitibus ingruit umbra. Idem 4. Purpureosque metunt flores, & flumina libant. At Seruius. Sanè meto. meto facit præteritum messui. penultimá flect. meto acuit.

METVO, penultima correpta. Verg. Buc. Iudice te metuam, si nũquam fallit imago. Iuuenal. Sat. 7. Et metues, ne tu sis Creticus, aut Camerinus. Vergi. Georg. 2. Credere, nec metuit surgentes pinus austros. Idem 4. Sin duram metues hyemem, parcésque futuro. Ouid. Metamorphos. 15. Nec metuunt ullas tura, atque æterna ruinas. Cicero Att. Frater meus non tam de sua, quàm de mea uita metuit. Idem. Metuere omnia ab aliquo. Idem ad Heren. Ab inimico sibi periculum metuebat. antepenulti. acuit. Stat. Sylu. 1. Sit metus, has ultro laudarit Iuppiter artes. Sil. 14. Parentum exagitare metu, pactaque per aras. pen. acuit.

METVS, penultima correpta. Luca. 1. Diriguere metu, gelidus pauor occupat artus. Ouid. Metamorpho. 1. Pœna, metusque aberant, nec uincla minantia collo. Idem. Diua metum, timuitque Iotiem, & fuit anxia furti. Idem de Tristi. 1. Carminibus metus omnis abest, ego perditus ensem. pe. acu.

MEVANIA, penultima correp. Lucan. 1. Est qui tauri feris ubi se meuatica campis. Stat. Syl. 1. Digna lirem nec si uacuet meuania ualle. Proper. Qua nebulosa cauo rotat meuania campo. Sil. 4. Meuanus uarronis arat cui diuitis uber. penultima flectit. Meuania antepenult. acuit.

MEVIVS, penulti. corr. Hora. Ser. 1. Meuius absentem, Neuium cùm carperet heus tu. Verg. Bucc. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui. Iuue. Sat. 1. Cùm tener uxorem ducat spado Meuia Tuscum. antepe. acu.

MICA, penultima producta. Ouid. Fasto. 4. Far erat, & puri lucida mica salis. Idē 1. Et sparsæ fruges, paruaque mica salis.

Marcial. 2. Mica uocor, quid sim, cernis cœnatio parua. Tibul. Paruaque cœlestes pauit mica sæpe nec illis. Catull. Nulla in tam magno est corpore mica salis. penult. flect.

MYCALE, penultima correpta. Oui. Metamorpho. 2. Dyndimaque, & Mycale, natosque ad sacra Citheron. Idem 12. Mater erat Mycade quuni deduxisse canendo. Iuue. Sati. 5. Sed tua nunc Mycale pariat, licet; & pueros tres. Stat. Theb. 9. Induit a tergo Mycalesia cuspis agyrten. antepe. acu.

MYCENAE, penultima producta. Ouid. Metamorpho. 15. Clara fuit Sparte, magnæ micuere Mycenæ. Iuuenal. Sat. 12. Grandoperè precium faciat uulgata Mycenis. Vergili. Aeneid. 7. Quanta per Idæos fęuis effusa Mycenis. Ouid. Metamorpho. 12. Supposita fertur mutasse Mycenida cerua. Idem de Tri. 2. Teque Myceneo Phœbus amata duci. Sta. Sylu. 3. Sacra Mycenææ paruit reuerentia flammæ. Flacc. 1. Fama Mycenæis olim qui candida uelis. penultima acuit.

MICHAEL, penultima producta. Flac. 6. Hic & odoratus spiranti crine Michael. Mantuan. Augur Romulidas inter celebrande Michael. Mantuan. Michael octauo Maias apparuit Idus. Idem. De quorum numero Michael, qui præfuit olim. Idem. Michael, & choris diuum innumerabilis omnes. Despauter. Hebræa producuntur in el, finitis, ut cum aliis Anton. Nebriss. ait. Producit Michael, Israel, qui in Opusco. ait. Israel, quoque accentu in penultima, sicut Michael, quæ in obliquis producunt, quia a Græcis per e, longum scribuntur. Quintianus item admonet, contrahitur in spondæum ne breuiat el, sequente uocale, ut Michael octauo, extensum, ut Michaelus penultima flectit. Claudi. Icarium pelagus Michalæque littera cuncti.

MICYCLVS, pen. cor. Oui. Met. 15. Micyclus illius diis acceptissimus æui. antepenult. acu.

MICIPSA, penulti. pro. Sil. 2. Ille iubam, rapsumque patrem, clarumque

 Micipsam.

Micipsam. Iuuenal. Sati. 5. Cana Micipsarum prora subuexit acuta. penult. acuit.

MYCETE, pen. cor. Sil. 14. Et netum, & myciie, pubesque liquentis Acheti. ubi ait Marsius. Mycite oppidum est, a quo myticenses. antepe. acu.

MICO, penul. corr. Mart. 2. Sic micat in numeris arcula Synthesibus. Idem 5. Aureus ut scorpi nasus vbique micet? Oui. Metamorph. 2. Clara micante auro, flammasque imitante pyropo. Idē 3. Tresque micant linguæ triplici stant ordine dentes. Idem Fasti. 1. Hei mihi quā celeri micuerunt nubila flamma. Idem 2. Te memorant, fratremque tuū nam iuncta micatis. Idem 5. Sic micet æternum, uicinaque sydera uincit. Idē Penel. Vsque metu micuere sinus dum uictor amicum. Lucan. 1. Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno. Idem 4. Aut micuere noui percusso pumice fontes. Sil. 7. Purpura Agenoreis saturata micabat ahenis. Cicero de Nat. Iam uenæ, & arteriæ micare non desinūt. penul. acu.

MICTVRIO, penultima correpta. Iuue. Sati. 6. Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic. Idem 16. Ceditio, & fusco iam micturiente parati. antepen. acuit.

MIDA, penultima correpta. Ouidi. Metamorphos. 11. Et regem duxere Midam cui Thracius Orpheus. Stat. Sylu. 2. Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro. Idem 1. Digne Midæ, cresique bouis, & perfide gaza. Claudi. Quæ toties lauere Midam diuersus ad austrū. Flacc. VI. Barbaricos Midam aderet, nam forte canenti. Idem. Vnius sermone Midæ, nec Delius aures. Stat. Theb. 4. Aptior armentis Midea, pecorosaque Phyllos. antepenulti. acuit. Mida uerò penul.

MIGRO, penultima producta. Mantuan. Migrauit iugulo uictor super æthera cæso. Horat. Episto. 2. Verum equitis quoque iam migrauit ab aure uoluptas. Mantuan. Cum lare uicinam toto migrauit in urbem. Cicero Arti. Itaque non solum inquilini, sed mures etiam migrauerunt. Idem Tuscu. Video te alta spectare, & uelle in cælum migrare. pen. acu.

MYGDONIVS, penultima correpta. Proper. 4. Tibia Mygdonius liber ab urna cadis. Ouidi. Metamorpho. 2. Mygdoniusque Melas, & Tenareius Eurotas. Idem 6. Mygdoniesque nurus, sola est interrita uirgo. Idem in Episto. Nunc quoque Mygdonia flebilis astat homo. Sta. Sylu. 2. Mygdonii Pyliique senis, nec nobile mutes. Idem 5. Mygdonios que colunt, & non sua funera plorant. Idem Theb. 2. Et iam Mygdonii elata cubilibus alto. Flacc. 3. Mygdoniæ Pan iussa ferens sæuissima matris. Idē. Mygdonis arma patrem, funestaque prælia nuper. Vergil. Aeneid. 2. Mygdonides, illis qui ad Troiam forte diebus. Ait Seruius. Mygdonides patrony micum est, nam si gentis esset, Mygdonius diceret: nullum enim gentis nomen in des exit. antepe. acu.

MIHI, penultima correpta. Vergil. Buccol. Hic mihi responsum primus dedit ille petenti. Iuuenal. Sati. 1. Quo tondente grauis inueni mihi barba cadebat. Idem 2. Primo sole mihi peragendum ualle Quirini. Martial. 4. Dic mihi simpliciter comœdis, & citharœdis. Idem. Si mihi cauda feret, cercopithecus erat. Ouidi. Phyll. Dic mihi quid feci, nisi non sapienter amaui. De quo ait Pontanus 2. de aspiratione. Mihi hiatus causa sumsit aspirationem, qua naturaliter carebat; nam ut genitiuus erat mei sine aspiratione: ita datiuus erat mii, & accusatiuus mee, fortasse a Græca ratione, unde uocalium concursus aspirationem Atticè uendicarat. hæc Quintilianus Insti. 1. capit. 10. ueterum usum indicans, ait ibi. Qua de re Catulli nobile Epigramma est, inde durat ad nos usque, uehementer, comprehendere, & mihi, nam mehe quoque pro me, apud antiquos tragœdiarum præcipuè scriptores in ueteribus libris inuenimus. Pontanus etiam admonet, Patres nostri præter omnem rationem c, literam interposuerunt, ut michi, nichil, nichilum, pronuncian-

tes, & scribentes: qui abusus unde eru perit, non erit alienum ab hac præceptione referre. Nam postea quam Barbari, idest Gothi, & postea Longobardi Italiam occupauere, cùm nostras literas nequirent exactè, ac more nostro exprimere, sed earum sonos inculcarent. aspirationem efferebant horridius, quã latinitas postulabat: quæ ubi sequente i, crassius sonat in gutture præ nimia crassitudine c, literam referre, quanuis subobscurè uidetur. Homines uerò eiusdem temporis nequeuntes illos imitari, nec ipsam aspirationem adeò coarctare, ut illi nichil, & michi pronunciarent, ac scriberent. Igitur cùm usus eruditorum fereque consensus in his uocibus mihi, nihilque c, aspiratum pronuncient; in scribendo nihilominus c, abiiciant, ut Cicero de se dicit, usum loquendi populo concedamus, scientiam nobis reseruamus: ut si in loquendo a uera latinitate deflexerimus, non deflectamus etiam scribendo. Mi datiuus pro mihi. Horat. Episto. 1. Det uitam, det opes, æquum mi animum esse parabo. Persi. Sati. 1. Quis leget hæc, min' tu istud ais? nemo Hercule, nemo? Vergili. Aeneid. 6. Quid memorem Alcide? & mi genus ab Ioue summo. Idem. O uirgo, noua mi facies, inopinaue surgit. Ait Seruius. Et sciendum pro nomen mihi nunquam in synæresin uenire, ne incipiat esse blandientis aduerbium, & licet quidam huius loci nitantur exemplo, non procedit, uel quia unum est exemplum, uel quia potest esse etiam blandientis aduerbium: nihil uerò pro metri necessitate cogitur: nam si pars sequens orationis a uocali inchoet, nihil dicimus, si autem a consonante, nil ponimus. Quintilianus tandem probat ex ueteri scriptura probatissimorum usum mihi, nihil, similiaque scribenda, & crassius, ac si cum c, proferantur. mihi penulti. acuit.

Miles, penultima producta. Mantuan. Miles adest, uotiua nouo fer dona Gradiuo. Stat. Sylu. 2. Vulneris, aduersum moriens it miles in hostem. Ouid. Metamorpho. 1. Non galeæ, non ensis erat sine militis usu. Idem 13. Miles adest, & ui, dedantur, bella minatur. Idem 14. Miles erat gladio, piscator arundine sumpta. Vergili. Buccol. Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Idem Aeneid. 2. Immissi Danais & latè loca milite complent. Lucan. 2. Miles ut aduerso Phœbi radiatus ab ictu. Horat. Ser. 2. Si quicquam quid militibus promissa triquetra. penulti. flectit.

Myle, penulti. produ. Sil. 14. Subsidium infidum fugientibus æquora Myle. penulti. acu.

Milesius, penultima correpta. Ouidi. de Trist. 2. Iungit Aristides Milesia carmina secum. Mant. Ecce Sinopeum lictus Milesia gens hæc. Vergil. Geor. 4. Sensit, eam circum Milesia uellera nymphæ. Idem 3. Nec minor usus erit, quãuis Milesia magno. antepe. acu.

Miletus, penultima produc. Martial. 8. Nec Miletus erat uellera digna tuo. Ouid. de Tristib. 3. Hic quoque Mileto missi Venere coloni. Idem 1. A quibus aduenit Miletida hospes ad urbem. Idem Metamorpho. 9. Tum uerò mœsta tota Miletida mente. penultima flectit.

Myleus, penult. cor. Oui. Met. 13. Myleus, & longo cælauerat argumento. antepen. acu.

Milia, penult. correp. Martial. 3. Constituit, Philomusæ pater tibi milia bina. Idem 8. Morio dictus erat, uiginti millibus emi. Iuuenal. Sati. 3. Crimine persona est, millũ sex millibus emit. antepen. acu.

Millicus, penul. corr. Sil. 3. Millicus indigenis latè regnarat in oris. antepe. acuit.

Militia, penultima correpta. Ouidi. de Pont. 1. Quam finit officium, militiæque labor. Idem Metamor. 13. Militiam ficto donec solertior isto. Hora. Ser. 1. Militia est potior, quid enim concurritur horæ. Stat. Sylu. 1. Militia quæcunque hominum, diuumque dedisti.

disti. Vergili. Aeneid. 8. Militiam, & graue Martis opus tua cernere facta. an tepe. acu.

Milito, penultima correpta. Clau. Aeolus armatis hyemes cui militis aether. Idem. Militet ut nostris de tonsa ficabra signis. Star. Theb. 4. Militet ipsa sacros gremio Polynicis amati. Hora. Episto. 3. Militat in syluis catulus nunc adhibe puro. Cicero Offi. Pompilius imperator tenebat prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat. antepe. acu.

Milium, penult. corre. Ouidi. Fast. 4. Libaque de milio milii fiscella sequatur. Vergili. Georgi. 1. Accipiunt sulci, & milio uenit annua cura. antepenul. acuit.

Milo, penultima correpta. Iuue. Sati. 2. Si fur displiceat Verri, homicida Miloni. Ouidi. Metamorpho. 15. Roboraque fleuit, Milon senior cum spectat inanes. Lucan. 1. Pompeiana rerum clauserunt signa Milonem. penultima acuit.

Miluius, penultima correpta. Ouidi. Metamorpho. 2. Vt uolucris uisis rapidissima miluius extis. Ouidi. Fasto. 3. Miluius hac illa nocte uidenda uenit. Idem. Milurus, & meritis uenit in astra suis. Stat. Syl. 2. Agmina Flaminio quae limite miluius agger. antepenult. acuit.

Mimallonides, penultima correpta. Ouidi. de Art. 1. Ecce Mimallonides sparsis in terga capillis. Persi. Sati. 1. Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Stat. Theb. 4. Seminecesque lupos scissaque Mimallones ursas. ante penult. acu.

Mimalion, penul. corr. Proper. 1. Mimalion nullos fugiendo Tulle labores. antepenul. acu.

Mimermus, penul. produ. Hor. Epi. 2. Fit Mimermus, & optiuo cognomine crescit. antepe. acu.

Mimus, penul. produ. Hora. Ser. 1. Verum est cum mimis, ast cum meretricibus unde. Iuuen. Sat. 5. Hoc agit, ut doleas, nam quae comedia mimus. Mar. 3. Non sunt haec mimus improbiora, lege. Ouidi. de Tristi. 2. Quod si scripsissem mimos obscoena iocantes. Idem. Scribere si fas est imitantes turpia mimos. penultima flect. Idem Metamor. 2. Et tandem niuibus Rhodope caritura, mimasque. mons est in Asia minori.

Minax, penultima correpta. Marria. 1. Fuscina dente minax, nexu fuit ancho ra curuo. Ouid. Metamorpho. 2. Posse loqui eripitur, uox iracunda, minaxque. Idem de Trist. 1. Saepe minax Steropis sydere pontus arat. Iuuena. Sati. 10. Interdum, & lacrymas, cum fortunae ipse minaci. Hora. Episto. 1. Ire domos impune minax, doluere cruento. Vergil. Georgi. 1. Tristibus aut extis fibrae apparere minaces. Star. Theb. 3. Colla minax, iam sparsa solo turbauerat ossa. Idem 4. Scilicet heu superi, cum tu cludare minaci. penul. acu.

Minae, penultima corre. Ouidi. Metamorphos. 2. Excusat, precibusque minas regaliter addit. Idem de Tristib. 1. Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax. Horat. de Art. Vultum uerba decent iratum plena minarum. Flacc. 3. Huc stygias transire minas, iramque seueri. pen. acu.

Minerva, penultima producta. Ouid. Metamorpho. 2. Viderat Aglauros flauae secreta Mineruae. Idem de Trist. 1. Eripuit patruo saepe Minerua suo. Vergili. Georgi. 4. Aut dirum tineae genus, aut inuisa Mineruae. Sill. 14. Qualis Oilides fulmen iaculante Minerua. Hor. de Art. Tu nihil inuita dices, faciesque Minerua. Idem Ser. 2. Rusticus ab normis sapiens, crassaque Minerua. penul. acu.

Mineius, penultima correpta. Ouidi. Metamorpho. 4. At non Alcithoe Mineias Orgia censet. Idem. Fhis erat dictis, & adhuc Mineia proles. Idem. Iussaque sacra colunt solae Mineides intus. antepe. acu.

Mindesius, penultima correp. Ouidi. Metamorpho. 15. Occidit, & Celadon Mindesius, occidit Astreus. antepenul. acuit.

Minyas,

MINYAE, penultima correpta. Lucan. 6. Et magnetes equis Minyæ gens cognita remis. Flacc. 1. Sol ruit, & totum minyis lætantibus undæ. Idem 2. Vrbe sedent læti Minyæ, uiduisque uocantes. Idem. Implicuit, simus en minyæ; lumus hospita turba. Ouidi. de Tristib. 3. Dum trepidant minyæ, dum soluitur aggere funis. Proper. 1. Crudelis minys duxerit Ascanius. antepenulti. acuit.

MINIMVS, penul. cor. Mart. 1. Nudus aper sed & hic minimus, qualisque necari. Idē 11. Oblinitur minimæ si qua est suspicio rimæ. Ouidi. de Trist. 1. Terrentur minimo pennæ stridore columbæ. Iuuenal. Sat. 1. Expectes eadem a summo, minimoque poeta. Idem 4. Nemo malus felix minime corruptor, & idem. Idem 2. Archadas, at minima contentos nocte Britannos. antepen. acu.

MINISTRO, penult. pro. Ouid. Metamorphos. 2. Humano generi nobis quoque chora ministro. Idem 15. Horriferum contra boream Iouis arma ministrat. Vergil. Georg. 2. Vix humiles apibus casiam, roremque ministrat. Mart. 1. Iam defecisset portantes calda ministros. Ouidi. de Trist. 1. Litera sermonis fida ministra mei. Claud. Emicat ad nutum stricto mucrone minister. penult. acuit. Mant. Sancta ministerio niueæ translata columbæ. Ouidi. Metamorphos. 3. Meque ministerio scelerique artisque remoui. Tibull. 1. Pollicita est magico, saga ministerio. Auio. Aeterna æternum forma ministerium. Flacc. 3. Fida ministeria, & duras ob id horrida pugnas. antepenulti. acuit. Cicero in Piso. Cum ardentes faces furiis Clodianis penè consul ministrabas. Idem de Fin. Adsint etiam formosi pueri, qui ministrarent. Idem in Piso. Ipse solus biturus quæ eodem de solio ministrarentur. Idem in Verr. Cum in eis conuiis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur.

MINITOR, penultima correpta. Horat. Ser. 1. Sic mutulus miniteris, at illis fœda cicatrix. Idem 2. Ceruius iratus leges minitatur, & urnam. Stat. Theb. 10. Non sibi tunc mortem trepidis minitatur, & hastam. Sil. 12. Audas, & minitas auida ad certamina fertur. Ouidi. Metamorphos. 2. Vulnera curuata minitantem cuspide uidit. Cicero in Ant. Minitari mortem alicui. Idem. Qui patriæ igni ferroque minitatur. Idem in Catil. Vrbi ferrum, flammamque minitari. Idem Att. Mihi minitatur. antepen. acuit.

MINIVM, pen. corre. Oui. de Trist. 1. Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. Verg. Buc. Sanguineis ebuli baccis, minioque rubentem. Tibull. 2. Agricola & minio suffusus bacce rubenti. antepenult. acu.

MINOR, pen. cor. Oui. Met. 1. Enumerare minor fuit ipsa infamia uero. Idem 15. Sic & Saturnus minor est Ioue Iupiter arces. Idem 2. Nec minus Heliades lugent, & inania morti. Idem 3. Sæuitiæ, flammæque minus, minus addidit iræ. Ver. Geor. 3. Nec minor usus erit, quamuis Milesia magno. Luca. 1. Percussit Latiale caput, stellæque minores. Iuue. Sat. 2. Et Carulis, Paulisque minoribus, & Fabiis, &. Stat. Syl. 1. Et minor in leges iret gener, & Cato Castris. Idem. Præluti, minor ille calor, quo sæpe tepebant. Oui. Met. 15. Hoc nemus inde colo, de diisque minoribus unus. penult. acu.

MINOR, verbum, pen. cor. Verg. Aen. 10. Hostis amare, quod increpitas? Mortemque minaris Idem 12. Aeneas mortem contra, præsensque minatur. Idem 1. Hinc atque hinc uastæ rupes, geminique minantur. Ouidi. Metamor. 13. Miles abest, & ni dedantur, bella minatur. Idem 15. Scorpius exibit, caudaque minabitur unca. Stat. Syl. 1. Securum magnus quanto mucrone minatur. Horat. Ser. 1. Furta latrociniis, & magnis parua mineris. penultima acuit. Claud. Seruandis hic castra bouis, hucusque minatus. Cicero pro Planc. Cum mea domus ardore suo

suo deflagrationem urbi minaretur. Idem in Ant. Hostis teterrimus omnibus bonis cruces, ac tormenta minatur. Idem in Verg. Nisi uehementius homini minatus essem. minatus penulti. flectit.

MINOTAVRVS, pen. pro. Ver. Aeneid. 6. Minotaurus inest, Veneris monimenta ne fande. penult. acuit. Vide ibi Seruium.

MINOS, pen. pro. Verg. Aeneid. 6. Quæsitor Minos urnam mouet ille silentum. Claud. Conspicuus solio pertentat carmina Minos. Sil. 14. Sicanium Siculo nomen mox accola Minos. Ouid. Metamorphos. 8. Vel si quid Minos aliud uelit utque sedebit. Idem. In dubio est, doleo quod Minos hostis amanti est. pen. acuit. Verg. Georg. 4. Forma uiros neglecta decet Minoida Theseus. Stat. Syl. 1. Tépora Minoa crinem premit ille corona. Idem Theb. 7. Cyllene secreta tubas, Minoaue curat. penul. flect. Sil. 14. Cocalidum insidiis fesso Minoia turba. Luca. 3. Victorique dedit Minoia Creta Metello. Claud. Vrna nec incertas uersas Minoia sortes. antepen. acu.

MINVO, pen. cor. Ouid. de Pont. 1. Hæc mihi uerba malæ minuerunt tædia uitæ. Idem Metamorphos. 6. Mergit in ære cauo minuunt ea corporis artus. Sil. 5. Morte sua minuet luctus hæc pompa sequetur. Claudi. Quam tuus ensis aget, minuunt præsentia famam. Hor. Ser. 2. Nullum in singula quem minuas pulmenta necesse est. Cicero de Inuentione. Quæstio est, maiestatem ne minuerit. Idem in Cat. Ne quid de summa dignitate reipubl. minueretur. Auso. Triplex libertas, capitique minutio triplex. antepen. acu. Verg. Opusc. Nam simulatque mouet curis, turbamque minutus. Sil. 7. Si factis nondum minuetecauta probare. Lucr. 1. Conueniebat enim fruges quoque sæpe minutas. Iuu. Sat. 9. O parui, nostrique lares, quos thure minuto. Vergili. Georg. 3. Ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Lucr. 2. Inde minutatim uires, & robur adultum. Idem 5. Inde minutatim

retro quas condere lumen. penul. flecti. Iuuen. Sat. 14. Hesternum solitus medio seruare minutal. Mart. 11. in Cœcilium. Hinc exit uarium coco minutal. penult. flect.

MIOS, penul. cor. Mart. 8. Archetypum Myos argentum te dicis habere. penult. acuit.

MIRACVLVM, pen. cor. Oui. Metamor. 2. Sparsa quoque in uario passim miracula cœlo. Lucan. 4. Hoc facit & taciti præbet miracula cursus. Mar. 1. Barbara Piramidum sileat miracula Memphis. Sil. 6. Talia dum præbet tristes miracula uirtus. Verg. Geor. 4. Omnia etans format sese in miracula rerum. Horat. Epist. 2. Somnia terrores magicos miracula sagax. antepen. acu.

MIRABILIS, penul. cor. Iuuen. Sat. 3. Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic. Stat. Syl. 4. Sentirique ingens, & cum mirabilis intra. Idem 10. Peplum etiam dono cuius mirabile textū. Ouidi. Metamorphos. 3. Cunctaque miratur, quibus est mirabilis ipse. Idem Fast. 3. Matre satus terra monstrum mirabile taurum. antepen. acu.

MIRANDVLA, pen. cor. Mant. Induxere tibi longo Mirandula luctu. antepenult. acuit.

MIRICA, pen. pro. Verg. Buc. Non omnes arbusta iuuant, humilesque myricæ. Idem. Captus amore leget, te nostræ uate myricæ. Idem. Pinguia corticibus sudent electra myrice. Ouid. de Art. 1. Siquis idem sperat laturas poma myricas. penult. flect.

MIRIFICVS, penul. cor. Vergi. Opusc. Quod sit mirificum proferre valet genus omne. Mant. Tradita mirificis dum connubialia festa. Ouid. de Pont. 4. Non quia mirifica est, sed quia non publica certe. antepen. acu.

MIRINVS, penul. cor. Mart. 1. Dum peteret pars hæc myrinum, pars illa triumphum. Idem 12. Nuper cum myrino peteretur missio læso. antepen. acuit.

MIRLINIVS, penul. cor. Mant. Myrlinius laris infandum de semine cretus. antepen. acu.

MIR-

Mirmidones, pen. cor. Verg. Aenei. 11. Nunc & Myrmidonũ proceres Phrygia arma tremiſcunt. Idem. 2. Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyſſi. Ait Seruius, dicti autem ſunt Myrmidones propter hanc cauſam. Aeacus cum in arbore ficis formicas Græce myrmicas uidiſſet, optauit tot ſibi ſocios uenire: & ſtatim formicæ in homines uerſæ ſunt. Sed hæc fabula eſt: nam Eraſthones dicit, Mirmidonas à rege Myrmidono dictos. antepenultima acuit.

Miror, pen. pro. Hor. de Art. Litibus implicitum mirabor, ſi ſciet inter. Mart. 1. Nec ſe miretur Cęſar, longæua uetuſtas. Idem. Deſine mirari, Cæſaris unda fuit. Ouidi. Metamorphoſ. 1. Sub niti do mirata die non fluminis illas. Idem 2. Admiratur equos combuſtaque nubila fumant. Idem. Dumque ea mirantur, complectitur inguina cortex. Idem 3. Et ſe iam celerem curſu miratur in ipſo. Idem 15. Paſſa marem eſt, nunc eſſe marem miramur Hyenam. Ver. Buc. Non equidem inuideo, miror magis vndique totis. Mant. Deſine mirari, dixit puer aſtripotentem. Lucan. 2. Miraturque malũ cultus matrona priores. Ouidi. Metamorphoſ. 7. Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri. Mart. 6. Miraris ? Pylades, Marce bibebat idem. Ouid. Metamorphoſ. 12. Ille quid a nobis uulnus miraris abeſſe. Idem. Mirabatur enim, nõ hæc quam carnis equinis. Stat. Syl. 1. Dardanii miretur equi cui uertice ſacro. Idem. Miret? an emiſſas per cuncta cubilia lymphas. Horat. Ser. 1. Sic me mirator cunni Cuppenius albi. Stat. Syl. 3. Et ſi non ſocius certe miratur, adeſſem. Lucan. 9. Magnanimo iuueni, miratorique Catonis. pen. flect. Cicero de Inuen. Cum puerorum formas magno hic opere miraretur. Idẽ Att. Mirari ſatis hominis negligentiam nequeo. Idem de Arch. Atque ego hunc non miror, quid enim faciat? At illos homines ſapientiſſimos miror. Iuuena. Sat. 4. Obſtitit intranti miratrix turba parumper. penult. acu. Flacc. 6. Regius eois miraces interpres ab oris. Idem. Haud ſecus ante urbem miraces, atque ipſius ante. Ouidi. Cydippe. Hac ego compulſus non eſt mirabile forma. antepenult. acuit.

Myro, pen. cor. Oui. de Pont. 4. Et ſimilis ueræ uacca Myronis opus. Iuue. Sat. 8. Et cum Parrhaſii tabulis, ſignîſque Myronis. Prop. 2. Atque aram circum ſteterant armenta Myronis. Stat. Syl. 2. Phidiacæ raſere manus, quod ab arte Myronis. pen. acu.

Myrtetum, pen pro. Vergil. Georg. 2. Littora Mirtetis lętiſſima, denique apertos. pe. fle. Plinius nat. hiſt. lib. 15. cap. 29. Duobus ſextariis myrti tuſę in uini tribus, heminis maceratę, expreſſæque. penultima flectit. Vide Acetum.

Myrtilus, penult. corr. Mart. 3. Myrtilus, & curſum Neptumnia terminat ara. Stat. Theb. 6. Myrtilus, & uolucri iamque relinquitur axe. antepenulti. acuit.

Mirus, penul. pro. Mart. 1. Nec te detineat miri radicata coloſſi. Ouid. Metamorphoſ. 1. Diſſimilem populo promittit origine mira. Idem Faſt. 6. Tangere mira quidem, ſed tamen acta loquor. Idem de Pont. 3. Mirus amor iuuenum quanuis abiere tot anni. Idem 1. Non igitur mirum eſt, ſi mens mea tabida facta. penulti. flect. Iuuenal. Sat. 4. Obſtitit intranti miratrix turba parumper. pen. flect.

Miscellanea, pen. cor. Iuu. Sat. 11. Fictile, ſic ueniunt, ad miſcellanea ludi. antepen. acu.

Miser, penul. cor. Mart. 1. Sic miſer inſtantes affatus dicitur undas. Ouid. Metamorphoſ. 1. Nunc animus miſeranda foret? quo ſola timorem. Idem. Me miſerum, ne prona cadas, indignaue lædi. Idem. Fletibus auget aquas, natamque miſertimus Io. Idem. Me miſerum ingeminat, tu ne es quæſita per omnes. Idem de Triſt. 1. Me miſerum quanti montes uoluuntur aquarum. Idem de Pont. 2. Tuta petant alii, fortuna miſerrima noſtra. Stat. Syl. 2. Heu miſero lethale fauens, ſeſeque uidendo. Sil. 14. Ac miſer audita uictoris uoce trementem.

tem. Lucr. 4 Tenuia, quæ uento spes ra peat sæpe misella. Iuuenal. Sat. 12. Difficili crescente cibo, sed uina misellus. penult. acu. Idem 3. Conatus magno hospitium miserabile magno. Ouidi. Metamorphos. 2. Ad pater adductos lu ctua miserabilis ægro. Idem in Ibin. Sis que miser semper, nec sis miserabilis ulli. Vergil. Aeneid. 12. Fumantes sudore quatit miserabile cæsis. Ait Seruius. idest miserabiliter. Ait Ioannes Despau terius libr. 3. Nomina autem pro aduerbiis posita, ut, ritè, iure, triste, dulce, non mutant quantitatem. Idem sequitur, producuntur aduerbia in e, ab adiectiuis secundæ declinationis siue componantur, siue non, ut, piè, egregiè, æquè, properè, summè, eximiè. Antonius Nebriss. lib. 5. Inquit. Aduerbia à nominibus adiectiuis non quidem omnibus: Sed secundæ declinationis deriuata in e, producuntur, ut a docto, doctè, a pio, piè: à iusto, iustè: quæ uix patiuntur exceptionem: ideo Poetæ mutant aduerbia in nomina. Ver. Aen. 5. Et ipse ratem nocturnis rexit in undis multa gemens. Ait Seruius .i. Multum gemens. Idem. Mutatis transuersa fremunt. ait Seruius .i. Transuersè fremunt. Idem 9. Cunctatur & amnis rauca sonans. Seruius, idest raucè sonans. Idem 7. Toruumque repente clamat. Seruius, idest toruè clamat. Cæteraque id genus. Nomina uerò adiectiua tertiæ declinationis neutro genere pro aduerbiis ponuntur eadem cum quantitate. Vergil. Aeneid. 12. Fumantes sudore quatit miserabile cæsis. Seruius, idest miserabiliter: ita facilè, pro faciliter: turpè, pro turpiter, cæteraque huiusmodi. Et hic usus apparet omnino apud poetas: nam facilè, pro faciliter, ubi legitur, sicut adiectiuum nomen neutro genere tribus syllabis breuibus, quarum ultimam necesse est uocalem sequi, ut collisio fieret: aliter non staret uersus. Vnde apparet e, breuis: quæ si longa esset non oporteret uocalem alteram sequi: iam uersus enim staret. Lucr. 5. Quod facilè & ualidis, & pulchris dempsit honorem. Si e, longa esset, etiam staret uersus, ita quod facilè ualidis, & pulchris dempsit honorem. Idem 4. Sed comes insequitur, facilè & descendit in auras. Etiam staret uersus. Sed comes insequitur, facilè descendit in auras. Sed quoniam e, breuis passim legitur, opus est uocalem sequi. Euidens est omnibus hoc exemplu, quod per eadem serpit.

Misenvs, penul. pro. Verg. Aeneid. 6. Monte sub aerio, qui nunc Misenus ab illo. Idem 3. Littora dat signum specula Misenus ab alta. Stat. Syl. 3. Addiscis Misene tubas, riderque benigna. Prop. 3. Qua iacet & Troiæ tubicen Misenus arena. penult. fle.

Misceo, penul. cor. Stat. Syl. 1. Labetur cœlo, miscebitque oscula iuxta. Luca. 10. Miscuit incestam ducibus Ptolomeida nostris. Idem 9. Miscuerit natura solo non cura laborque. Cicero contra Rull. Qui iniquis imperiis rem publicam miscerent. Idem de Diu. Vt cũ matre corpus miscere uideamur. antepenult. acuit.

Misereor, pen. cor. Ouid. Metamorpho. 2. At cœli miserere tui circumspice utrinque. Ver. Buc. Nil nostri misere, mori me denique cogis. Idem. Aene. 2. Inremerata fides oro, miserere laborum. Idem. Taurorum miserere animi non digna ferentis. Idem. His lacrymis uitam damus, & miserescimus. ultro. Idem 8. Iuppiter Archadii quæso miserescite regis. Stat. Theb. 6. Quacunque ingressi, tremere, ac miserescere cunctos. Flac. 4. Pectora, præsentis potius miserescite fati. Stat. Theb. 8. Sensit & innixus terræ miserescite clamar. Lucre. 4. Ipse sui miseret, neque enim se diuidit hilum. Vergil. Aeneid. 10. Et magni Aeneæ segnes miseretque, pudetque. Ait Seruius. Aeneid. 1. ibi. O sola infandos Troiæ miserata labores. Et miseror, & misereor unum significant. Sed miseror accusatiuum regit: misereor, genitiuũ. Cicero in Verr. Audite, quæso, iudices, & aliquando miseremini sociorum. Idem Att. Miserere mei debét. antepen. acu.

Miseror, penul. cor. Vergil. Georg. 4. Contusosque animos, & rex miserabere far-

re fractas. Idem Aeneid. 4. Me, liceat, casum miserari insontis amici. Luca.1. Arma ducum dirimens miserando fune re Crassus. Cicero pro Mur. Non queo satis huius euentum, fortunamque mi serari. Idem. Non uideo quæ miseranda sunt. antepenult. acu. Stat. Theb.2. Ipse Deum genitor tibi me miseratus ab alto. Idem Syl. 3. Te tantum miserata dedit, superique potentes. Idem 5. Præterit & gelido spargit miserata flagello. Verg. Georg. 1. Ignarosque uiæ mecum miseratus agrestes. Idem Aen. 4. Nunc lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est. Idem 1. O sola in fandos Troiæ miserata labores. Vide Misereor. pen. flec.

Mysia, pen. cor. Lucan. 3. Mysiaque, & gelido tellus perfusa Caico. Flac. 3. Littora, quosque dabat densos trahe Mysia montes. antepenult. acu.

Missile, pen. cor. Vergil. Aeneid. 12. pars gladio stringūt manibus, pars missile ferrum. Idem 10. Da nunc Tybri pater ferro, quod missile libro. Stat. Theb. 8. Impetit, & libans uni sibi missile telum. Prop. 3. Missile nunc disci pondus in orbe rotat. Flacc.6. Missilibus rapuit necem, prædamque relinqui. Idem. Dixit, & Aedonis nutricum missile uentis. antepen. acu.

Mysterium, penult. cor. Oui. de Art. 2. Condita si non sunt Veneris mysteria cistis. Mant. Declarare tuæ patres mysteria formæ. Idem. Et fidei nostræ didicit mysteria ab ipsa. antepenult. acuit.

Mysticus, pen. cor. Ouidi. Phill. Et per tædiferæ mystica sacra deæ. Stat. Theb. 8. Nec prius astra subit, quàm mystica lampas, & insons. Ver. Geor.1. Arbuteæ crates & mystica uanus Iacchi. Ait Seruius, Mystica autem Iacchi, ideo ait quòd apud antiquos Liberi patris, quem nunc Iacchum uocat, sacra ad purgationem animæ pertinebant: & sic homines eius mysteriis purgabantur. antepen. acu.

Mysus, pen. pro. Verg. Geor. 4. Saxosumque sonans Hypanis, Misusque, Caicus. Ouid. Metamorph. 15. Et Mysum, capitisque sui, ripæque prioris. pe nult. flect.

Misitius, pen. cor. Mart. 3. Cum peteret patriæ Misitius arua Rauennæ. an tepenult. acu.

Mitesco, penul. pro. Vegil. Bucc. Aut Deus ille malis hominum mitescere di scat. Ouid. Metamorph. 14. Facta qui bus flecti facilè & mitescere possis. penult. acu.

Mithridates, pen. pro. Mart. 5. Profecit poto Mithridates sæpe ueneno. Iuuen. Sati. 14. Ocius Archigenem quære, atque eme quod Mithridates. Manil. 5. Et Mithridatæos uultus induta trophœa. penult. acu. Mant. Hic disiiecta mari classis Mithridatica toto. antepenult. acuit.

Mitylus, penult. cor. Mart. 5. Sumitur inciso Mitylus ore mihi. antepen. acu. Luca. 5. Quis Mitylenæas, poterit nescire latebras. Mart. 7. Sed Mytilenæis, roseus mangonis ephebus. Idem 10. Cum tibi non Ephesos, nec sit Rhodos, & Mitylene. pen. acu.

Mitigo, pen. cor. Hor. Epist.2. Syluestrem flammis, & ferro mitiget agrum. Verg. Aeneid. 5. Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. Ouidi. de Trist. 4. Hoc etiam sæuas paulatim mitigat iras. Mart. 9. Mitigat exiguo magnus in ære Deus. Cicero de Orat. Risus tristitiam mitigat, & relaxat. Idem pro Cel. Iam ætas omnia, iam res, iam dies mitigabit. antepen. acu.

Mitis, pen. pro. Stat. Syl. 1. Hunc mitis commendat eques iuuat ore tueri. Idem. Acticus Elæi senior Iouis, & tua mitis. Auso. Mitis ubi riguæ larga indulgentia terræ. Luca 1. Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas. Sil. 14. His longo mitis placido dominatur in æuo. Ouid. Metamorph. 1. Ante fit, & miseris fer opem mitissima rebus. Stat. Syl. 1. Littus utrunque domi, nec tē mitissimus annis. Idem 3. Mitibus exequiis ades, & lugentis Hetrusci. Idem Theb. 9. Mitior, heu misero, discors, alienaque tellus. Idem. Mitior unda maris, quę iuxta flumina corpus. Ouidi. Meta. 15. Mitius ista ferens, utinamque exem-

exempla dolentem. Idem. 2. Quod pecori frondes, alimentaque mitia tellus. Vergi. Buc. Fronde super uiridi sunt nobis mitia poma. Lucan. 1. Et tharamis Scythiæ non mitior ara Dianæ. antepe nult. acu. mitis. pen. flect.

MITRA, penult. pro. Vergil. Aeneid. 9. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Oui. Metamor.14. Ille etiam picta redimitus tempora mitra. penult. acuit.

MITTO, penult. pro. Mart. 13. Mittere boletos, mittere difficile est. Idem 9. Mittimus ergo tibi paruæ munuscula corni. Idem 10. Misisti dominæ, Sextiliane tuæ. Idem 3. Cursorem sexta tibi Ruffe remisimus hora. Ouidi. Metamorphos. 2. Misit in aurigam, pariterque, animámque, rotisque. Idem 13. Miserat hunc illi Therses fabricauerat Alcon. Luca 1. Totum sub Latias reges cùm miseris orbem. Cicero Att. Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse. Idem. Misi librum ad Muscam. Idem. Particulam literarum tuarum, quas misisti Octauio, legi missam ab Attico mihi: mitto penult. acu.

MOBILIS, penult. cor. Mant. Mobilibus radiis facerent in montibus altis. Verg. Georg. 1. Verum ubi tempestas, & cæli mobilis humor. Idem 3. Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas. Idem Aeneid. 4. Mobilitate uiget, uiresque acquirit eundo. Ouid. de Art. 3. Tantum mobilitas illa decoris habet. Idem Epist. Crebraque mobilitas, aptaque uerba ioco. Lucr. 3. Reddita mobilitas, magnum per mare meandi. antepenult. acu.

MODEROR, pen cor. Stat. Theb. 10. Ceu mare per tumidum uiduæ moderantibus alni. Auso. Temperat & Geticum moderatur Apolline Martem. Oui. Me. 1. Aspera qua properas loca sunt moderatius oro. Idem 3. Addidici regimé dextra moderante carinis. Idem 13. Nunc in mole sedens moderabar arundine linum. Lucr. 5. Et moderarier hunc flatus, dextraque uigere. Idem. Qui moderarier his possent, uinclisque tenere. Cicero de Or. Tempus igitur dicendi prudentia, & grauitate moderabimur. Idem de Diuin. Cùm ortus nascentium luna moderetur. Idem pro Syl. Tormenta gubernat dolor, & moderatur natura cuiusque. Modero, as. Idem de Leg. Popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderanto. antepenult. acu. Ouid. Fast. 3. Vincitur ars, uento nec iam moderator habenis. Idem Metamor. 7. Nec moderator adest, inque ipsos sæua madentes. Claud. Quondam lanificæ moderator pectinis unci. Mart. 2. Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ. Lucr. 1. Paulatim tribuit moderatim crescere cogens. Ouidi. de Trist. 5. Ira quidem moderata tua est, uitamque dedisti. Hor. Ser. 2. Ne desis operæ, neue immoderatus abúdes. Stat. Theb. 8. Et moderata sonum uario spiramine buxus. Oui. Met. 15. Quam qui cunque parum moderato gutture traxit. Idem 2. Inque diem alipedum ius, & moderamen equorum. Idem. Vltima prona uia, & eget moderamine certo. Idem 3. Et crescit rabies moderaminaq; ipsa nocebant. pen. flect.

MODESTVS, pen. pro. Oui. Met. 4. Appellare uirum uirgo, manibusque modestos. Idé de Trist. 3. Ne mea sint, timeo nota modesta parum. Mart. Et qui prima dedi puero documenta modestus. Idem. Nec bene de nato posset sentire modestus. Mart. 10. Scribere te quiuis intelligat ipse modestus. Idem. Nam cum dicatur tunica præsente modesta. Stat. Theb. 5. Ingemit & Paulus fletu constatuq; modesto. Idem Syl. 1. Quonã hic usque sopor uacuique modestia lecti. Idem 2. Hinc me forma rapit, inde modestia præcox. antepenultima acuit.

MODIVS, pen. cor. Hor. Epist. 1. Nec de mille fabæ modiis cum surripis unum. Mart. 10. Quando fabæ nobis modium, farrique dedisti. Iuu. Sat. 3. Hic modiũ argenti meliora, ac plura reponit. antepenult. acu.

MODICVS, penult. cor. Horat. Epist. 1. Nec modica cœnare times olus omne patella. Idem de Art. Aeschilus & modicis instrauit pulpita tignis.

Mart

Martial. 2. Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta mulli. Idem 12. Amphora uicenis modicus datur ære quaterno. Luca. 1. Fonte cadit modico, paruisque impellitur undis. Iuu. Sat. 4. Exiguam & modicæ sumpta de margine cœnæ. an. tepen. acu.

Modvs, pen. cor. Ouid. Metamorphos. 1. Talibus inde modis ora indignantia soluit. Vergil. Buccol. Me tamen urit amor, quis enim modus adsit amori? Stat. Theb. 4. Nec modus è lacrymis rorant, clypeique iubæque. Auso. Et modus, & genitrix modulorum musica triplex. Lucan. 2. Ille fugit uitæ Mario modus omnia passo. penultima acuit. Vergili. Buccol. Hic inter densas corylos, modo namque gemellos. Ouidi. Metamorphos. 1. Sic modo quæ fuerat rudis, & sine imagine tellus. Idem 3. Si modo uerus is est, quantuisque, & quis is ab alta. Stat. Theb. 5. Si modo fata sinunt, aluitque togata lycaste. More aduerbiorum est. Vide Regulas nostras de accentu.

Modvlor, penultima correpta. Martial. 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua. Mantuan. Vestibus, & dulces cantu modularier hymnos. Idem pronus ad Antiopes modulatur ad organa cantu. Claud. Aemule quod medio tecum modularis in æstu. Verg. Buccol. Carmina descripsi, & modulans alterna notaui. Mantuan. Non poteris uocem tenui modulabere cantu. Cicero de Or. Aures hominum uocem natura modulantur ipsa. Idem. Ipsa natura quasi modulatur hominum orationem. antepenultima acuit. Horat. de Art. Non quiuis uidet immodulata poemata iudex. Idem Ser. 1. Optimus est modulator, ut Alfenus uafer omni. Oui. Metamorphos. 14. Illic cum lacrymis ipsos modulata dolores. penultima flectit.

Modvlvs, penulti. corr. Flac. 9. Obloquitur modulis modulos, & carmine carmen. Horat. Ser. 1. Ponderibus, modulisque suis ratio utitur, ac res. Idem 2. Ad summum totus moduli bipedalis, & idem. Idem Epist. 1. Metiri se quenque suo modulo, ac pede, uerum est. Auso. Et modus & genitrix modulorum musica triplex. Vergili. Opusc. Illectos nautas dulci modulamine uocis. penultima flect. Mant. Istaque seposito paululum modulamine latus. Idem. Incipere ac leui, & modulato prælia sensu. Modulus antepenult. acuit.

Molaris, penultima produc. Ouidi. Metamor. 3. Aut comes, inquit, erò dixit, dextreque molarem. Ver. Aenei. 8. Aduocat & ramis, uastisque molaribus instat. Idem Opusc. Pabula & ardenti causam, lapidem esse moralem. Claud. Phocais effudit uastos balista molares. Stat. Theb. 1. Proterere exanimes artus, aspersosque molares. penult. flect.

Molestvs, penul. pro. Mart. 1. I nunc, & ferrum turba molesta nega. penulti. acuit.

Moles, pen. pro. Ouid. Metamorph. 1. Quem dixere chaos, rudis, indigestaque moles. Idem 15. Quæritur interea quis tantæ pondera molis. Idē de Trist. Quid fuit, ingenti prostratum mole sodalem. Idem de Pont. 2. Ausus sum tantæ sumere molis onus. Luca. 4. Molibus insolito contexunt robora ductu. Flac. 1. Molibus infernas totidem demissa sub undas. Stat. Syl. 1. Quę super imposito moles geminata colosso. penulti. acuit. Lucr. 3. Tanquam moles in pectore constat. Mantuan. Ocius ipse uelut moles immobilis hæret. Tanta mali.

Molimen, pen. pro. Mant. Expulit, & magno in tenebras molimine trusit. Idē. Ast ego cœlitibus fidens molimina uincam. Idem. Miserat hunc magno Turcus molimine, & urbem. Idem. Cornipedem, pugnamque molimine magno. Idem. Vsque adeo furor insanit, molimine magno. Ouidi. de Pont. 1. Magna tenent illud numen molimina rerum. Hor. Epist. 2. Quanto cum fastu, quanto molimine circum. Ouidi. Met. 12. Annosam pinum magno molimine tentat. penult. flect.

Molior,

Molior, penul. cor. Hor. de Art. Quan to rectius hic, qui nil molitur ineptè. Ouid. Met. 1. Moliriq́ue mora, mollitaq́ue ducere formam. Idem 2. Nec pre me, nec summum mollire per æthera currum. Idem. Reiicere ex humeris uestem molibar, at illa. Idem 4. Vlla ferenda mei lætos molire triumphos. Vergili. Georgi. 1. Insidias auibus moliri, incendere uepres. Idem. Fulmina molitur dextra, quo maxima motu. Idem Aeneid. 1. Moliriq́ue arcem, & manibus subuoluere saxa. Idem 2. Moliri, & longo fessi discedere bello. Idem 6. Inde datum molitur iter iamq́ue arua tenebanr. Idem 7. Moliturq́ue locum, primusq́ue in littore sedes. Idem 4. Et super ipse sua molitur laude laborem. Idē 3. Antandro, & Phrygiæ molimur mōtibus Idæ. Idem 12. Emicat in currū, & manibus molitur habenas. Idē Geo. 4. Vera fata, & ualidam in uites molire bipennem. Claud. Edoctus molire mares, damnoq́ue nefandum. Luc. 5. Quisquam, nec scribat ferro molirier arua. Cicero de N. Deus nulla opera molitur. Idem de Leg. Qui aliquod munus efficere molitur. Idem in Verr. Amplius hora in demoliēdo signo per multi homines moliebantur. Idem de Or. Hæc ferè sunt in iudicum orationе molienda. Molior antepe. acu. Sta. Theb. 10. Quod molira nefas, cui tantùm in uisa Deorum. Verg. Georg. 1. Agricola incurуo terram molitus aratro. Idē Aeneid. 8. Incidit atque uiam clypei molita per orás. Sil. 1. Molitæ gentes, propiusq́ue fuere periclo. penultima flect.

Moly, penulti. produ. Oui. Metam. 14. Moly uocant superi, nigra radice tenetur. de qua herba nobilissima herbarum uide Plin. lib. 25. cap. 4. penulti. acuit.

Mollicies, pen. cor. Claudi. Nec dum molliciem, nec dum germana mederi. Idem. Mollicies, leuesq́ue genæ se prodere possunt. antepe. acu.

Mollis, penul. pro. Stat. Theb. 9. Mollibus ora comis, atque hæc ululatibus addit. Ouidi. Metam. 13. Mollibus ex positum Zephiris Lilybeon ad Arctos. Idem. Mollia fraga leges ipsa autumnalia corna. pen. acu.

Mollio, penul. corr. Vergil. Georg. 2. Agricolæ fructusq́ue feres mollite colēdo. Oui. Metamorphos. 1. Mollia cum duris sine pondere habentia pondus. antepen. acu. Lucan. 10. Nec non infelix ferro mollita iuuentus. penul. fle. Cicero de Ora. Aetas iam deflexa ad ociū domesticarum me rerum delectatione molliuit. Idem de Sen. Fabius Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat. Idem Tusc. Poetæ molliunt animos nostros.

Molliter, penul. corre. Horat. Ser. 2. Molliter austerum studio fallente laborent. Ouidi. Fast. 3. Vt soluat partus molliter illa suos. Idem de Trist. 3. Molliter in patria uiuere posse tua. Stat. Sylu. 3. Ite coronato recubantes molliter auro. Idem 5. Hic te Sidonio uelatam molliter ostro. Idem Theb. 3. Ne quicquàm parcente trahunt pars molliter aptam. Proper. 3. Ponat & in sicco molliter unda minas. antepe. acu.

Mola, penultima corre. Ouid. Fasto. 6. Immolat, & magno torret in igne bouem. Stat. Theb. 7. Aut iubar aduersi graue syderis immolet umbris. Vergil. Opuscu. Inde abit, assistitq́ue molet, paruaq́ue tabella. Idem. Præuertit cauda silices, geminumq́ue molarum. Idē Aene. 4. Ipsa mola, manibusq́ue piis altaria iuxta. Luca. 1. Cœperat, obliquoque molas inducere cultro. Ver. Bucc. Sparge molam, & fragilem, incende bitumine lauros. Ait Seruius Aeneid. 1. ibi. Et torrere parant. nam quia apud maiores nostros molarū usus non erat, frumenta torrebant, & hoc erat genus molendi. Vnde & pinsores dicti sunt, qui nunc pistores uocantur: pinsere autem dici probat Persius Sati. 1. O Iane à tergo quem nulla ciconia pinsit. pen. acuit.

Molorchus, penul. produ. Mar. 9. Vtque fuit quondam placidi conuiua Molorchi. Mantua. Sustulit Alcides, monstrumq́ue immane Molorchi. Vergili. Geo. 3. Cuncta mihi Alphæus linquēs, lucosque

lucosque Molorchi. Ait Seruius. Molorchus autem pastor fuit, qui Herculē uenientem ad occidendum Nemeum, leonem suscepit hospitio. penultima acuit.

Molpheus, penul. corre. Non contractum. Oui. Metamorph. 5. Chaonius Molpheus dextra Nabatheus, & Hemō. antepe. acu. Vide Aireus.

Momentum, penul. produ. Ouidi. Metamorpho. 4. Vtque leues tactus, momentaque parua sequatur. Claud. Impendent momenta mihi, dubitandaque pauci. Pers. Sat. 1. Verterit hunc domi nus momento temporis exit. Hor. Ser. 1. Momento cita mors uenit, aut uicto ria læta. Idem Epist. 1. Tempora momē tis sunt qui formidine nulla. Mantuan. Factio lethalis, & momentanea semper. penul. acu.

Monachus, pen. corr. Mantu. Vascula respondit monachis se plurima ferre. antepe. acu.

Monasticus, pen. cor. Mant. Pellitur ex propriis in claustra monastica tectis. antepe. acu.

Moenalus, pe. cor. Oui. Met. 1. Mœnala transieram latebris horrenda ferarum. antepe. acu.

Moenia, pen. cor. Luca. 6. Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi. Mant. Mœnia Agrippinæ sæuo depræensus, ab humo est. Verg. Aeneid. 2. Myrmidonumque dolos, fusi per mœnia Teucri. Idem 11. Non illum tectis, non ullæ mœnibus urbes. Ait Seruius. Sciendum est mœnia abusiuè dici omnia publica ædificia: nam propriè mœnia sunt tantùm muri, dicta quasi munia, a munitio ne ciuitatis. antepe. acu.

Moeonius, pe. cor. Oui. Met. 1. Et quę Mœonias celebrarant carmina riuas. antepe. acuit.

Moereo, pen. cor. Stat. Sylu. 1. Mœret Onyx longè queriturq; exclusus Ophites. antepe. acu.

Monedula, pe. cor. Ouid. Met. 7. Nigra pedes nigris uelata monedula pennis. antepe. acu.

Monaecus, pen. pro. Vergil. Aeneid. 6. Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci. Ait Seruius. De Liguria ubi est portus Monœci Herculis. dictus autem Monœcus, uel quòd pulsis omnibus illic solus habitauit: uel quòd in eius templo nunquàm aliquis deorum simul colitur. pe. acu.

Moneta, penul. produ. Ouidi. Fast. 1. Victaque concessit prisca moneta nouę. Idem 6. Arce quoque in summa Iunoni templa moneta. Luca. 6. Fudit & argentum flammis, aurumque moneta. Mart. 14. Hos nisi de flaua loculos implere moneta. Iuue. Sat. 7. Communi feriat carmen triuiale moneta. Sta. Sy. 3. Massa quid Ausoniæ scriptum crepet igne monetæ. Auson. Conueniunt uelpis quarum domus arce monetæ. penulti. flect.

Moneo, penultima correpta. Oui. Fast. 1. Ipsa mone, quæ nomen habes a carmine ductum. Idem de Tristib. 1. De que tribus moneo, si qua est tibi cura parentis. Stat. Sylu. 1. Exemplumque ad herile monet uelut Appula coniux. Verg. Georg. 1. Ipse pater statuit, quid mestrua luna moneret. Idem Aenei. 3. Prædicām, & repetens iterumque, iterū que monebo. Oui. Metam. 15. Præmonuisse nefas, solis quoque tristis imago. Idem. Ne faceret, monuere, & consolantia uerba. Iuue. Sat. 14. Talibus instantem monitis quemcunque parentē. Pers. Sat. 1. Hos monitus patres pueris infundere lippos. Hor. de Art. Quanuis est monitus uenia caret, & citharędus. Ouid. Metamorpho. 1. Diffidunt monitis, sed quid tentare nocebit. Idē 2. Finierat monitus dictis tamen ille repugnat. Verg. Aeneid. 10. At Iouis interea monitus Mezentius ardens. Ait Seruius. Monitis ab eo, quòd est monita, hic datiuus uenit: nam & hos monitus, sed a quarta declinatione: nec singulari datiuo utimur, nec plurali. Horat. de Arţ. Cæreus in uitium flecti monitoribus asper. Idem Episto. 1. Protinus ut moneam si quid monitoris eges tu. Vide Laurus. Cicero de D. Quæ nostra causa nos mones. Idem Quint. Fr. Tu me de retinenda Sestii gratia literis monuisti. Idem in Cat. Sed eos hoc mo

neo, desinant futere. antepenult. acuit.

MONIMENTVM, per i, & per u, ut monumentum idem efficiunt, ait Festus, quod & mortui causa ædificatum est, & quicquid ob memoriam alicuius factū est: ut phana, porticus, scripta, carmina, cæteraque eadem. penul. pro. Oui. de Tri. 2. Sunt ea doctorum monimentis mista uirorum. Mantua. Sunt modo uirtutum testes monimentaque laudū. Iuue. Sati. 5. Cliuosæ ueheris dum per monimenta Latinæ. Proper. 3. Annibalis spolia, & uicti monimenta Siphacis. Idem 4. Nostraque quod Petale tulit ad monimenta corollas. Vergil. Aenei. 6. Minotaurus inest Veneris monimēta nefandæ. Idem 3. Tum genitor ueterum uoluens monumenta uirorum. Idem. Accipe & hæc, manuum tibi quę monumenta mearum. Ait Seruius. Monimenta autem a mentis admonitione sunt dicta. Idem 12. Ille oculis postquàm sæuis monimenta doloris. Ait ille, nam & monumentum ab eo dictum est, quod mentem moneat. penultima acuit.

MONILE, pe. prod. Sta. Syl. 1. Nec satis adcultus huic inde monilia glaucum. Idem Theb. 2. Ornatus Argia gerīs, dirumque monile. Luca. 2. Colla monile decens, humeris hærentia primis. Oui. Fast. 6. Quem tu diua memor de pane monilibus ornas. Verg. Aeneid. 7. Aurea pectoribus demissa monilia pendēt. Idem 1. Maxima natarum Priami, colloque monile. Ait Seruius. Monile ornamentum est gutturis, quod & segmētum dicunt: ut Iuuenalis, Segmenta, & longos habitus. pen. flect.

MONYCHVS, pe. cor. Luca. 6. Aspera te Pholoes fragmentum Monyche saxa. Flac. 1. Monychus ardenti peragit chamus antora quercus. Iuuena. Sat. 1. Pelliculæ quantas iaculetur Monychus orn. Ouid. Metamor. 12. Monychus exclamat populus superamus ab vno. Mantu. Solicito sectata animo, cui Monicha nomen. hic mater est Diui Augustini. antepe. acu.

MONS, prod. Oui. Meta. 1. Montibus in liquidas pinus descenderat undas. Luc. 5. Montibus, Ausoniām quām torquēs frugifer oram. Verg. Bucco. Montibus, & syluis studio iactabat inani. antepe. acu. Mons acui.

MONSTRO, pen. pro. Sta. Syl. 3. Ipse Dioneæ monstrauit Apollo columbæ. Ver. Aen. 1. Monstrarat, caput acris equi, sic nam fore bello. pe. acu. Idem Geor. 1. Inuentrix uncique puer monstrator ad aram. pen. flect. Luca. 2. Præscia monstrifero uenit natura tumultu. Sta. Theba. 4. Monstriferumque Erymanthon, & Crisonam Stymphalon. Idem 1. Mōstriferæ Calydonis opes Acheloiaque arua. Flac. 2. Monstriferi mugire sinus, Sygæaque pestis. Mant. Monstrifico extremis Libyæ, quæ in finibus olim. antepe. acuit. Cicero de D. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant uiā. Idem Offic. Homo qui erranti comite monstrat uiam.

MONTANVS, penul. produ. Ouidi. Metamorpho. 1. Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant. Idem. Pulsabant que noui montana cacumina fluctus. Idē 2. Hanc pete, quod procul & montano gramine pasci. Idem Fasto. 2. Syluaque montanas occulit alta feras. Vergilius Aeneid. 2. Incidit, aut rapidus montano flumine torrens. Iuuen. Sat. 4. Montani quoque uenter adest abdomine tardus. Idem. Dedecus hoc Montanus ait, testa alta paretur. penultima flectit.

MONTIVAGVS, pe. cor. Sil. 3. Clausum montiuagis infestat cursibus hostem. Stat. Achil. 1. Montiuagæ Dilena deæ, iuxtaque Caphareus. Mantua. Montiuago generi possit præbere ferarum. antepen. acuit.

MONTICOLA, pe. cor. Oui. Meta. 1. Et nimphæ, satyrique, & monticolæ Syluani. Man. Maxima monticolæ ueniūt è rupibus ad nos. antepe. acu.

MONTOSVS, pe. pro. Ver. Aene. 7. Et te montosæ misere in prælia Nursæ. Ait Seruius. Quod in montibus est positus. penul. flec.

MONTATVS, pe. pro. Sta. The. 9 Signa dedit, mittit gelidus montata Cytheron. aliàs legitur montana. pe. fle.

Mora, pen. cor. Stat. Syl. 1. Annorumque moras, stabit dum terra, polusque. Verg. Aeneid. 4. Castigantque moras, opere omnis semita feruet. Sil. 3. Nec mora mulcentem securo membra sopore. Lucan. 1. Crassus erat belli medius mora qualiter undas. Oui. Metam. 1. Conciliumque uocat tenuit mora nulla uocatos. Idem Nec mora falcato nutantem uulnerat ense. Idem Fasto. 2. Dum fieret tarda dulcia poma mora. pe nulti. acuit.

Morbidvs, pe. corr. Lucr. 6. Morbida uis hominum generi, pecudumque cateruis. Idem. Copia conueniens ex omni morbida parte. Item legitur, Morbida facta pecus totum corrumpit ouile. antepe. acuit.

Mordeo, pen. cor. Oui. de Trist. 4. Vllum de nostris dente momordit opus. Idem 3. Vulneraque aspexit fixumque hastile momordit. Verg. Aen. 12. Procubuit moriens, & humum semel ore momordit. Hora. Epist. 1. Contuderit uites, oleaque momorderit aestus. Sil. 6. Bellatoris equi, frenisque momorderis ora. Sta. Syl. 3. Mordetur, puerique timet Cytherea dolores. Cicero Atti. Valde me momorderunt epistolae tuae de Attica nostra. Idem. Si qua sunt in tuis literis quae me mordent. antepen. acu. Ouid. de Medic. Munera mordaci interiere rubi.

Moriger, pen. cor. Lucr. 4. Morigerisque modis,& mundo corpore culta. antepenul. acuit.

Mordicvs, pen. cor. Hora. Ser. 1. Vnguibus & pullam diuellere mordicus agnam. antepe. acuit.

Morini, pen. cor. Ver. Aen. 8. Extremique hominum Morini, Rhenusque bicornis. Ait Seruius. Morini populi sunt Galliae finibus, qui Britanniam spectãt. antepen. acuit.

Morior, pen. cor. Mart. 1. Pluribus ille mori uoluisset saucia telis. Oui. Metamorph. 2. Sed peperisse prius duo nos moriemur in una. Idẽ 3. Nunc duo concordes anima morientur in una. Idem 14. Ad strepitum, mortemque timẽs, cupidusque moriri. ubi admonet expositor, moriri secundum quartam declinauit coniugationem, cùm frequentius secundum tertiam dicatur. Idem Fast. 1. Mox tamen ipse perit sic non moriuntur inulti. Ver. Buc. Nil nostri mi serere mori me deniq; cogis. Idẽ Geo. 3. Hic lectis uitulo uulgo moriuntur in herbis. Iuu. Sat. 3. Pluribus hic aeger moritur uigilando, sed illud. antepen. acu. Cicero de Sen. Sapientissimus quisque aequissimo animo moritur. Idem. Adolescentes mori sic mihi uidentur. Idem pro Qu. Moritur in Gallia Quintius. Oui. Fast. 3. Quid me in desertis morituram liber arenis. Ver. Aen. 12. Flebat, & ardentem generum moritura tenebat. Idem 10. Desine, iam uenio moriturus & haec tibi porto. pen. flec. Idẽ. Excussus curru moribũdus uoluitur armis. Idem Geo. 3. Inter cunctantes cecidit moribunda ministros. Idẽ Aen. 10. Dexteraque ex humero neruis moribũda pependit. Ait Seruius. Moribunda, idest morienti similis: quod ita esse Salustius ostẽdit, quasi uitabundus per tramites, & saltuosa loca exercitum ductare: nam Iugurtha non uitabat legatũ, sed eũ uitare simulabat. Nam quia nomen est, ideo significat similitudinem, non passionem. At uide Vallam lib. 1. cap. 9. pen. flect.

Moror, pe. cor. Hor. de Art. Nec circa uilem, patulumq; moraberis orbẽ. Oui. Met. 1. Creuerunt, faciemque aliquam cepere morando. Idem de Pon. 4. Nec te missa super iaculorum turba moratur. Auso. Tu quoque dum rogitas, dũ per cunctanda moraris. Sta. Syl. 1. Impositus stratis, abitusque morabitur arctis. Verg. Aene. 11. Turne sed infelix teneros quid demoror armis. Cic. Att. Quàm mallem nunc in prouincia morari. Idem de Or. Cùm Athenis diutius essem moratus. Idem Att. Ego morabor te. Idem. Libri ad Varronem nos morabantur. pen. acu. Sta. Syl. 3. Atque hospes non exulerat, nec plura moratus. Luca. 2. Culta siler, nudasque uado qui macra moratus. pen. flec.

Morio, penul. cor. Mar. 8. Morio dictus erat, uiginti millibus emi. antepe. acu.

MOROSVS, penul. produ. Iuuen. Sati. 6. Cùm morosa uago singulti, & inguine uena. Ouid. de Art. 2. Nec tibi morosi ueniant fastidia morbi. Mart. 14. Si tibi morosa pro uirgine uerminat autis. penul. flect.

MORPHEVS, pen. corr. non contractum. Ouid. Metamor. 11. Morphea, non illo iussos solertius alter. Idē. Morphea, qui peragat Thaumatidos adita somnos. antepe. acu. Vide Atreus.

MORSVS, pen. pro. Oui. Met. 1. Morsibus eripitur, tāgentiaque ora relinquit. pen. acu. Lucr. 5. Morsibus affixe ualidis, atque unguibus uncis.

MORS, producta. Hor. Ser. 1. Causa sed ignotis perierunt mortibus illi. acuit. Ouidi. Metamorph. 1. Perdendum est mortale genus per flumina iuro. Idem. An sit mortalis, nec erit dubitabile uerum. Idem 2. Sors tua mortalis non est modo tale, quod optas. Idem 3. Intrat Agenoream, corpus mortale tumultus. Vergi. Aen. 2. Mortales hebetat uisus tibi, & humida circum. penult. flec.

MORTIFER, penultima corre. Mantuan. Mortiferas pecudes, iussuque habitare seorsum. Iuu. Sat. 4. Et cum mortifero prudens ueneno catullo. Idem 14. Mortifera cum dote subit, quibus illa premetur. Mant. Charius euadit sic morti ficata deorum. antepe. acu.

MORTARIVM, penul. corre. Iuuen. Sat. 7. Et quæ iam ueteres sanant mortaria caecos. Verg. Opuscu. Tum demum digitis mortaria tota duobus. Idem. Et clara famula poscit mortaria uoce. antepen. acuit.

MORVS, pro arbore, fœmi. generis. pen. produ. Ouid. Metamor. 4. Ardua morus erat niueis uberrima pomis. pro fructu gen. est neutri. Idem 1. Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis. Idē Fast. 4. Ille domum glandes excussaque mora rubetis. Vergi. Bucc. Sanguineis frontem moris & tēpora pingit. Ouid. Fasto. 4. Nec puder herbosum, dixi posuisse moretum. Vergili. Opusc. Constet & effecti species, nomenque moreti. penul. flec.

MOS, producta. Iuuenal. Sat. 10. Et quibus aurata mos est fulgere lacerna. Persius Sat. 5. Vatibus hic mos est centum sibi poscere uoces. Ouidi. Fasto. 4. Expositum mos est, moris mihi restat origo. Idem 6. Mos erat, & mensæ credere adesse Deos. Vergili. Aeneid. 12. Cuius ob auspicium infaustum, moresque sinistros. Iuuenal. Sati. 1. Nil erit ulterius quod nostris moribus addat. Qui. de Pon. 2. Moribus ista tuis iam mitia nota dedisti. flect.

MOSES, penultima producta. Mantuan. Et super hoc aliquid Moses cùm regna uideret. Idem. Fatidicus Moses orbis dum scriberet ortum. Idem. Et ueluti Moses quondam maris æquora Rubri. Idem. Corda tulit secum, domuit Mosemque, Iouemque. Idem. Nam cùm iam teneris Mosen didicisset ab annis. penultima acuit. Latinè. Iuuen. Sa. 14. Tradidit arcane quodcunque uolumine Moses. Mantua. Excludit uariis Mosea uolumina primum.

MOSELLA, penul. produ. Auson. Haud aliter placidæ subter uada læta mosellæ. penul. acu.

MOSOPIA, pen. cor. Ouid. Epist. Reddita Mosopia Tyndaris urbe soror. antepenulti. acuit.

MOTO, penultima producta. Sil. 6. Motat utrinque caput, trepidos inde incitus ira. Vergi. Bucco. 1. Ludere tum rigidas motare cacumina quercus. Idem Aene. 3. Et solitum quoties motat latus infremere omnem. Lucan. 2. Et iam mo turas ingentia pondera turres. Ouidi. Metamorpho. 1. Iussit, & humanas motura tonitrua mentes. pen. flect.

MOTVS, pen. prod. Ouid. Meta. 2. Corripuere uiam, pedibusque per aera motis. Idem 4. Motus uterque parens nati rata uerba biformis. Luca. 1. Vigentesque animo motus, bellumque futurum. Ver. Geo. 1. Det motus incompositos, & carmina dicat. Lucr. 2. Motibus, unde hæc est ollis innata potestas. Idē. Motibus, ordinibus, positur is, denique quę sunt metus. pen. flect.

MOVEO, pe. cor. Oui. Met. 1. Cæsariem. cum qua terram, mare, sydera mouit. Idem. Perdere blāditias iuuenis, Deus, utque

utque mouebat. Idem 2. Vnde mouet conitrus, uibrataque fulmina iactat. Idē. Edidit hinnitus, & brachia mouit in herbas. Idem 14. Solicitata procis, nec quæ Lapytheia mouit. Idem de Trist. 4. Nec nisi lusura mouimus arma manu. Verg. Georg. 1. Et claro syluas cernes aquilone moueri. Idem Aenei. 12. Tum demum mouet arma leo, gaudetque comantes. Idem 7. Flectare si nequeo superos, acheronta mouebo. Idem 9. Tertia lux gelidam cœlo dimouerat umbram. Idem 4. Caucasus, Hyrcanæque admorunt ubera tygres. Stat. Syl. 1. Cui Pæan noua plectra moues? humeroque comanti. Idem 3. O tum, quantus ego, aut quanta uotiua mouebo. Flac. 6. Mouit & Hyleas, supplex cum gente Syenem. Idem 7. Promisi, ne falle precor, cùmque ipsa morarer. Mart. 7. Mouerit & frueris posteritate tua. Cicero Off. Pulchritudo corporis mouet oculos. Idē Att. Neque illud me mouet. Idem. Quæ me causæ mouerint. antepenultima acuit.

MVCIDVS, pen. cor. Mart. 8. Garrulus & uerbis mucida uina facit. Iuu. Sat. 14. Mucida cærulei panis consumere frusta. antepen. acu.

MVCRO, pen. pro. Ouid. Met. 1. Obsidis unius iugulum mucrone resoluit. Idem de Trist lib. 4. Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos. Stat. Syl. 1. Securum magnus quanto mucrone minatur. Idē Theb. 10. Demisso mucrone rogat, moderatius oro. Verg. Aened. 11. Ferreus ad costas alto stat uulnere mucro. Ait Seruius. Hinc apparet mucronem esse cuiuslibet teli acumen. Mant. At Galli instantes strictis mucronibus hostem. Idem. In uarias cedes uolitant mucronibus arma. Lucr. 2. Esse neque omnino flexis mucronibus unca. penultima acuit.

MVGILIS, penultima correpta. Iuuenal. Sat. 10. Verberibus quosdam mœchos, & mugilis intrat. antepenultima acuit.

MVGIO, penult. cor. Mart. 5. At tibi tergeminum mugiet ille sophos. Ouidi. Metamorphos. 1. Mugiat, & timidè uerba intermissa retentat. Idem 2. Mugit & in teneris formosus obambulat herbis. Idem Fast. 4. Vt uitulo mugit sua mater ab ubere rapto. Idem de Trist. 3. Mugiet & ueri uox erit illa bouis. Flacc. 2. Monstriferi mugire sinus, Sigæaque postis. Stat. Syl. 1. Et sensit mugire forum mouet horrida sancta. Vergili. Aeneid. 4. Nocturnosque ciet manes mugire uidebis. Idem 8. Mugiit in Caci spem custodita fefellit. Stat. Theb. 3. Mugiat insano penitus seclusus in antro. Sil. 7. Maximaque Herculei mugiuit numinis ara. antepenulti. acuit.

MVGITVS, penulti. prod. Ouidi. Metamorphos. 1. Et conata queri mugitus edidit ore. Idem 3. Ad cœlum frontem mugitibus impulit auras. Idem 14. Et lapides uisi mugitus edere raucos. Idem 15. Rumpit & immotas præbet mugitibus aures. Vergili. Buc. Prætides implerunt falsis mugitibus agros. Idem Aenei. 12. Mugitibus ueluti cum prima in prælia taurus. Flacc. 3. Et magis in arime magis ut mugitor anhelat. Mantuan. Mugitu insonuit latè & conuulsa ruinam. pen. flect.

MVLCIBER, penultima correpta. Ouid. Fast. 1. Grande pater nostri Mulciber huius erat. Sil. 6. Ignis opem nato Mulciber ipse tulit. Idem Metamorphos. 9. Mulciber abstulerat, nec cognoscenda remansit. Stat. Theb. 6. Finis erat lapsusque putres, iam Mulciber ibat. Vergili. Aeneid. 8. Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Afros. Stat. Syl. 3. Mulciber & castris exornat Pallada donis. Lucan. 10. Obstruerat summam siquis tibi Mulciber Aetnam. antepenul. acuit.

MVLCIFER, pen. cor. Luca. 1. Ora ferox Siculæ laxauit mulcifer Aetnę. antepenult. acu.

MVLCTATVS, pen. pro. Vergi. Aen. 11. Prospexit tristi mulctatā morte Camillam. pen. flect.

MVLCTRALE, pen. pro. Verg. Georg. 3. More patrum niuea implebunt mulctralia uaccę. Ait Seruius, mulctra fœmineo genere dicimus, hæc mulctra,

& neutro, hoc mulctrale. alii faciunt discretionem, ut sit mulctra tépus, quo mulgentur animalia, mulctrale uas, in quo mulgentur. Mantua. Plena ferunt, quibus alba greges mulctralia cóplent. penul. flect.

MVLCEO, penulti. correp. Stat. Sylu. 2. Mulceat insanos genitus, stat pectore demens. Idem. Quis tua colloquiis hilaris mulcebit amaris. Idem 5. Mulcerem, felixque tui spectator adesses. Vergili. Aeneid. 1. Et mulcere dedit fluctus, & tollere uento. Cicero in Arat. Vt res nulla feras possit mulcere procellas. Idem. Huic ceruix dextra mulcetur aquarii. antepe. acu.

MVLGEO, pen. cor. Ver. Buc. Ecl. 3. Atque idem iungat uulpes, & mulgeat hircos. Idem Georg. 3. Quod surgente die mulsere, horisque diurnis. antepenult. acuit.

MVLIER, penultima correpta. Horat. de Art. Desinit in piscem mulier formosa superne. Vergil. Aeneid. 7. Mista Deo mulier, postquàm Laurentia uictor. Mantuan. Cùm muliere marem sociali foedere iungens. antepenultima acuit. Idem pectora quo pacto robur muliebribus omne. Idem. Ipse pudicitiam coluit muliebria passus. Vergi. Aene. 11. Aduenit qui uestra dies muliebribus armis. Lucre. 4. Siue uirum suboles, siue est muliebris origo. Idem 5. Vt muliebribus id manibus concedere uellent. Mantua. Foeminei transgressa, nihil muliebriter agit. Martial. 1. Ad Scazonté. Antethystinasque mulierum uocat uestes. uerum iambus est, ait Despauter. Sed ex augmento uide Mantua. Supra muliebris. pen. acu.

MVLIO, penultima correpta. Martial. 13. Mulio quod non det taciturís accipe mulis. Idem 11. Mulio uiginti uenit modo millibus, Aule. Iuue. Sat. 3. Nam mihi comata iam dudum mulio uirga. antepen. acu.

MVLTICOLOR, penul. cor. Mant. Substulit a templis, & multicoloria signa. antepe. acu.

MVLTIFIDVS, penult. corr. Mar. 3. An tua multifidum numerauit lana Timauum. Idem 14. Multifido buxus quae tibi dente datur. Ouid. Metamorpho. 7. Multifidasque faces in fossa sanguinis atra. Stat. Theb. 3. Multifida attollens antiqua lumina cedro. Idem 10. Multifidam quercum flagranti lumine uibrat. Lucan. 10. Rursus multifidas reuocat piger alueus undas. antepenultima acuit.

MVLTIFORVS, penul. corr. Oui. Meta. 12. Longaque multifori delectas tibia buxi. antepe. acu.

MVLTIMODVS, penult. corre. Mantua. Mox te multimodis iactatum casibus inter. Lucre. 6. Multimodis uarians, & paulo ostendimus ante. Idem. Nanque ita multimodis multis primordia rerũ. Idem 3. Multimodis agitatus, & omnes accipit in se. antepe. acu.

MVLTISONVS, penul. corr. Stat. Theb. 8. Saxaque multisonas exercet poena catenas. Idem Sylu. 3. Excipe multisono puppem Mareotica Sistro. antepe. acu.

MVLTIPLICO, penulti. corre. Ouid. de Pont. 4. Multiplicat tamen hunc grauitas auctoris honorem. Idem de Tristib. 5. Cogitur & uires multiplicare suas. Mant. Multiplicare putat, quia nunquã attollit in altum. Sil. 13. Multiplicat geminas patulo curuamine ripas. Ver. Opusc. Multiplicat nonies phoenix reparabilis ales. Idem Aeneid. 5. Multiplicem connixi humeris indutus, & olim. Mantua. Multiplices uocum flexus mirare uolucrum. Vergi. Aeneid. 4. Haec tum multiplici populos sermone replebat. Mant. Nullus adhuc suspectus erat, sed multiplicatis. penult. flect. Cicero Qui. Fr. Vt multiplicata gloria descendamus. Idem Epist. Aucto exercitu, auxiliisque multiplicatis. antepe. acu.

MVLTITIA, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Non facient alii cùm tu multitia sumas. Ide. Si uideas, quaero, an deceant multitia testem. Idem 11. Humida suspectis referens multitia rugis. antepe. acu.

MVLTIVAGVS, pen. cor. Stat. Theb. 6. Nuntia multiuago Danaas perlabitur urbes. antepen. acu.

MVLTANGVLVM, penul. cor. Lucre. 4. Multa rotunda, modis multis multangula

gula quædam. ante penultima acuit.

MVLTIVIVS, penul. cor. Mant. Multiuiis duce me uicit Triballia regna. antepenul. acu.

MVLTICAVVS, pen. cor. Oui. Meta. 8. Pumice multicauo nec leuibus atria tofis. antepe. acu.

MVLVS, penulti. produ. Auso. Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus. Mart. 12. Mulio quod non det, tacituris accipe mulis. Horat. Ser. 1. Ac mulæ, nautæque caput, lumbosque saligno. Mar. 14. Vellera cùm sumant Patauinæ mula trilicæ. Iuue. Sat. 3. Crimine persona est, mulum sex milibus emit. penul. flect.

MVNDICIES, penul. cor. Claud. Mundicie compti uultus, onerique, uel ipsa. Oui. de Art. 1. Mundiciæ placeant fuscentur corpora campo. Hora. Car. ad Pyrram. Simplex mundiciis? heu quoties fidem. antepe. acu.

MVNYCHIVS, pe. cor. Stat. Syl. 5. Quo non Munychiæ quicquàm præstantius arces. Idem The. 2. Pallada Munychiis cui non argiua per urbes. Oui. Met. 2. Munichiosque uolas agros, gratamque Mineruæ. antepe. acu.

MVNICEPS, pen. cor. Mar. 14. Municipem misit casta Sybilla suam. Idem 10. Municipes augusta mihi qnos Bibilis Orgi. Idem 12. Municipem rigidi quis te Marcella Salonis. Iuu. Sat. 4. Vendere municipes fracta de merce siluros. Idem 14. Passum, & municipes Iouis aduexisse lagœnas. antepe. acu. Idem 3. Quondam hic cornicines, & municipalis arenæ. Idem 8. Municipalis eques galeatum ponit ubique. Mar. 1. Egisti uitam semper Line municipalem. penult. flect.

MVNIFICO, pen. cor. Lucr. 2. Munificat tacita mortales muta salute. Martia. 1. Vis te munificum Gargaliane uocem. Oui. Fast. 3. Cui Numa munificus facti pete premia dixit. Hor. Ser. 1. Munificum esse licet, uellet bonus, atque benignus. Claud. Munificus laudis, sed non es prodigus auri. Mant. Nec superum cultus, nec munificentia maior. antepenul. acuit.

MVNIMEN, penul. produ. Sta. Theb. 7. Despectus, nec longa labor munimina durus. Idem 10. Hi præfixa solo uellũt munimina, at illi. Sil. 9. Hæc memorat, tum propulso munimine ualli. Lucan. 3. Explicat hæc patiens longo munimine cingi. Idem 6. Sed munimen habet nullo quassabile ferro. pen. flec.

MVNIA, penulti. corre. Luca. 5. Consul uterque uagos belli per munia patres. Stat. Syl. 5. Cæsar, & Ausonii committit munia ferri. Auso. Qui mortem accuset, compleuit munia uitæ. Mantua. Munia nutrices cunis quæ lactea præbent. antepe. acu.

MVNIMENTVM, pen. prod. Iuu. Sat. 9. munimenta togæ duri, crassique coloris. pen. acu.

MVNIO, penult. cor. Verg. Georg. 4. Et munire fauos, & Dædala fingere tecta. Idem Aeneid. 8. Pendebat, fultosque emuniit obice postes. Iuueu. Sat 8. Si letus pigra muniret castra dolabra. Sta. Theb. 1. Emunire toros, altosque inferre tapetas. Sil. 3. Et lino munire latus, sceleratque succis. Claud. Adde quod & ripis steterat munitior hostis. Cicero in Cat. Illam coloniam meis præsidiis, custodiis, uigiliisque muniui. Idẽ pro Sest. Qui se præsidio munierit. Idem Atti. Nos firmissima hominum beneuolentia muniti sumus. Munio antepen. acu.

MVNITVS, penultima producta. Ouid. de Pont. 2. En ego non paucis quondam munitus amicis. Sil. 7. Munitis pastor stabulis per ouilia plausum. Mantua. Augurria, & munita magis loca destinat arci. pen. flec.

MVNVS, penult. produ. Vergil. Aenei. 4. Quo ruit extremũ hoc miseræ det munus amanti. Idem Buc. Parta meæ Veneri sunt munera, namque notaui. Iuue. Sat. 10. Tanta in muneribus fiducia nullus ephœbus. Oui. Meta. 1. Desinat inquiri, petit hanc Saturnia munus. Idem 2. Aut tu funesti ne sim tibi muneris autor. Idem 11. Munere regna capit, festisque palilibus urbis. Flacc. 3. Muneribus primas coniux per cosia uestes. Idem 10. Muneribusque sacram

Ortigiam ditare superbis. Mar. 14. Munus erit, nihil est, ipse libellus erit. penul. flect. Idem 9. Mittimus ergo tibi paruæ munuscula cortis. Idem 7. Parua suburbani munuscula mittimus horti. Iuuena. Sat. 6. Nulla iacens illic munuscula, nec queritur quod. Hora. Epi. 1. Non inuisa feres pueris munuscula paruis. antepe. acu.

MVRALIS, pen. pro. Sil. 8. Muralis fossas undosum frangere nando. Idem. Hasta comes dictis murali turbine pectus. Luca. 6. Obruat, aut uasti muralia pondera saxi. Verg. Aene. 12. Eminus intorquet murali concita nunquam. penult. acuit.

MVRANVS, pen. prod. Sil. 4. Muranum ductor Libyæ, ductorque Phalantum. Idem. Monte procelloso Muranū misérat Anxur. Verg. Aen. 12. Muranū, hic atauos, & auorum antiqua sonantem. Ait Seruius. Scimus enim solere plærunque fieri, ut primi regis reliqui nomen eius possideant. ut apud Romanos Augusti uocantur, apud Albanos Syluii, apud Persas Arsacidæ, apud Aegiptios Ptolomæi, apud Athenienses Cecropidæ. Muranus pen. flec.

MVREX, pen. pro. Ver. Buc. Murice iam croceo mutabit uellera luto. Idē Aene. 5. Concussæ cautes, & acuto in murice remi. Ouid. Meta. 1. Extantem, atque humores innato murice tectum. Hora. Ser. 2. Murice Baiano melior lucrina Peloris. Ouidi. de Art. 1. Consule de gēmis de tincta murice lana. Sil. 8. Murice nec Libyco, statque humectata Vomanus. pen. acu.

MVRAENA, pen. pro. Mart. 13. Quæ natat in Siculo grādis murena profundo. Hor. Ser. 1. Murēna præbente domum capitone culinam. Idem. Affertur squillas inter muræna natantes. Iuue. Sat. 5. Virroni muræna datur, quę maxima uenit. pen. acu.

MVRIA, penul. cor. Pers. Sat. 6. Tingat olus siccat muria uafer in calice empta. Hor. Ser. 2. Quod pingui miscere mero, muriaque decebit. antepe. acu.

MVRMVRO, pe. cor. Verg. Geor. 4. Frugibus, & quondam syluis immurmurat auster. Idem Aen. 10. Spumea semifero sub pectore murmurat unda. Idē. Qua uada non sperat, nec fracta murmurat unda. Pers. Sati. 2. Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat, o si. Sta. Sy. 5. Deficit, & nulli spoliata murmurat auræ. Cicero de Ar. Vidi hesterno die quendam murmurantem. Idem Tuscu. Fremitus murmurantis maris. Idem ad Her. Vagire, mugire, murmurare. antepenul. acu. Sta. Syl. 1. Murmura, ceu placidi ueritus turbare Vopisci. Ouidi. Met. 8. Murmure saxa solent, uidi contermina ripæ. Idem 1. Murmura compressit, tenuere silentia cuncti. Idem 14. Murmur, & in terra toto pręcumbere uultu. pen. acu.

MVRVS, pe. pro. Ver. Buc. Quæ tentare Tethyn ratibus, quæ cingere muris. Idē Aene. 4. Muro cū ingentes æquataque machina cælo. Oui. de Pont. 3. Oppida turritis cingātur eburnea muris. Idē Fast. 4. Et nouus exiguo tēpore murus erat. Stat. Syl. 1. Nunc neque de scissis cæpissent pergama muris. pe. flec.

MVS, pro. Iuu. Sat. 3. Et diuini Opici rodebāt carmina mures. Ait Seruius Aen. 2. ibi. Heu quæ nunc tellus, & sunt pauca. quæ us, producunt, ut senectus, iuuentus, salus, palus, seruitus, incus, thus, rus, mus, pus. flec.

MVSA, pe. pro. Hor. de Art. Musa dedit fidibus diuos, puerosque deorum. Ver. Buc. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Idem. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Idē Aen. 1. Musa mihi causas memora, quo numine læso. Stat. Syl. 1. Nec lassata uoco toties mihi numina musas. Sil. 1. Carthago da musa decus memorare laborū. pe. fle.

MVSCOSVS, pe. pro. Prop. 3. Qua noua muscoso semita facta solo est. Ver. Buc. Muscosi fontes, & somno mollior herba. pen. flec.

MVSAEVS, pe. pro. Ver. Aen. 6. Musæū ante omnes medium, nam plurima turba. & Romę extat. Musęus Græcis floruit in patribus. pen. acu.

MVSCVLVS, pe. cor. Luc. 8. Tegmine populeis erat fenorū quoque musculus omnis. Mant. Musculus in foricas alti pro

peruuit auerni. antepenultima acuit.

Mvsica, pen. cor. Man. Hic fit, ut errones imitari musica credas. Idem. Est ad hibenda choris de raso musica luxu. Auso. Est & arundineis modulatio musica ripis. antepe. acu.

Mvstacivm, pe. cor. Iuu. Sat. 6. Causa nec est aqua re cœnam, & mustacia perdas. antepe. acu.

Mvtivs, pe. cor. Mar. 1. Vrere quā potuit contempto Mutius igne. Iuu. Sat. 1. Quid refert dictis ignoscat Mutius, an non. Idem 8. Quod miraretur cum Coclite Mutius, & quæ. Per. Sat. 1. Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis. antepe. acu.

Mvtilvs, penul. cor. Hor. Ser. 1. Hic mutilus miniteris, at illi fœda cicatrix. antepe. acu. Oui. Met. 6. Vtque salire solet mutilatæ cauda colubræ. Vergili. Aene. 11. Nomine Casmillæ mutilata parte Camillam. pen. flect.

Mvtina, penul. correp. Marti. 5. Fullo dedit Mutinæ nunc tibi capo dabo. Luca. 1. His Cæsar Perusina fames, Mutinæque labores. Idem 7. Et Mutina, & Leucas puros fecere Philippos. Prop. 2. Nam quoties Mutinam, aut ciuilia busta Philippos. antepenult. acu. Ouidi. Fast. 4. Sit licèt, & fuerit tamen Muticensia Cæsar. Iuue. Sat. 16. Declamatoris Muticensis corde uagelli. Mantuan. Cùm Muticensis agri pecudes sunt uellere fusco. pen. acu.

Mvto, penul. pro. Hor. de Art. Seu cursum mutauit iniquum frigidus amnis. Flac. 6. Non ait, inuictoque gener mutabere patri. Mar. 3. Tu tamen es quintus, mutemus nomen amantis. Ouid. Meta. 1. Quod solidum est, flectique nequit, mutatur in ossa. Idem. Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam. Idem. Vt se mutarent liquidas orare sorores. Idem 3. Dixit & autoris sortem in contraria mutat. Idē 14. Inde & forma uiros, animal mutauit, ut idem. Idē de Pont. 3. Sed neque mutatur nigra pice lacteus humor. Lucre. 1. Sic alias aliis rebus mutarier omnes. Verg. Buc. Murice iam croceo mutabit uellera luto. Idem Geo. 1. Mutauere uias, & Iuppiter humidus auster. Idem Aen. 2. Mutemus clypeos, Danaumque insignia nobis, Idem Buc. Et mutata suos requieuit flumina cursus. Hora. Ser. 2. Mutatus Palemon ponas insignia morbi. Luca. 10. Exerit, & uarii mutator, circulus anni. Cicero de Prouinciis. Postea quàm rebus gestis mentes uestras, uoluntatemque mutastis. Idem pro Domi. Cui quidem cùm Ciliciam dedisses, mutastis pactionem. Idem in Or. Ennius pro Afris immutat Africam. penulti. flect. Iuue. Sat. 6. Alcestim, & similis si permutatio detur. Verg. Aen. 11. Multa dies, uariusque labor mutabilis æui. Oui. Met. 2. Corripe lora manu, uel si mutabile pectus. Idem Fasto. 4. Quod si fortè tibi non est mutabile pectus. antepe. acu.

Mvtvs, pen. pro. Mart. 1. Næuia si non sit, Næuia mutus erit. Ouid. Meta. 10. Carpitur acclivis per muta silentia trames. Sta. Sylu. 2. Elysij steriles ramos, mutasque uolucres. Luca. 1. Et tacito mutos uoluunt in pectore questus. Iuue. Sat. 15. A grege mutorum, atque ideo uenerabile soli. pen. flect.

Mvtvvs, pe. cor. Luca. 4. Expauit Medea nefas, sic mutua pacti. Iuu. Sat. 15. Tantum animas nobis, animum quoq; mutuus ut nos. Mar. 5. Mutua ꝙ uobis ter quinquaginta dedisti. antepe. acu.

# N

Nabal, pen. cor. Manr. Quem fertur coluisse Nabal, quo tempore Saulis. pen. acu.

Nabathævs, pe. pro. Mantua. Ergo per Aegypti populos, Nabathæa per arua. Iuu. Sat. 11. Et quos deposuit Nabathæo bellua saltu. Ouidi. Met. 1. Eurus ab Aurora Nabathæaq; regna recessit. Idem 4. Chaonius Molpheus dextra Nabathæus Ethomon. Lucan. 4. Torsit in occiduum Nabathæis flatibus orbem. pe. acu.

Navolvs, pen. cor. Mar. 1. Cùm clamant omnes, loqueris tu Næuole semper. Idē. Ecce tacēt omnes, Næuole dic aliquid.

aliquid. Idem 2. Non metuas mortem Neuole, sed timeas. Idem 3. Mentula cùm doleat puero, tibi Neuole culus. an tepenult. acuit.

NAICVS, penult. cor. Prop. 2. Supposita accipiens Naica dona manu. antepe. acuit.

NAIS, penult. cor. Vergil. Buc. Ecce ferunt nymphæ calatis tibi candida Nais. Stat. Syl. 1. Ore bibat fontes miratur dulcia Nais. Idem. Et nunc ignaro fossam, uel lubrica Nais. Lucan. 9. Vnde puer raptus cęlo quo uertice Nais. Oui. Fast. 4. Nais an ut cantu; nimiumque potentibus herbis. Idem Meta. 4. Nais ab his tacuit: pueri robur ora notauit. Idem. Vicimus & meus est, exclamat Nais, & omni. Vnde Græci Naiades appellant flumina, seu fontium nymphas. penult. flectit. Stat. Syl. 2. Naides, & faciles, satis est, date carmina Fauni. Idem Naiados, auersa fertur tetigisse sagitta. Idem. Naiades obliquaque notat Proserpina uultu. Idem 1. Nec tibi sulphureis lacrimæ Naides antris. Idē Achill. 2. Naides Aeneis inter Diana, feroxque. A nostris verò Naiades a Naias appellantur. Ouid. Met. 1. Naiades ignorant, ignorat & Inachus ipse. Idem 14 Naiades hoc pomis & odore flore repletum. Mart. 6. Naiades, & luctus sentiat ipsa Thetys. Ouid. Met. 11. Naiades, & Dryades passos habuere capillos. Naias interdum, testante Despaut. trisyllabum mutat. i. consonātem in uocalem. Oui. Met. 1. Naias una fuit, Nymphæ Syringa uocabant: quandoque bisyllabum admittit consonantē i. Ouidi. Fast. 5. Naias Amalthea Cretæa nobilis Ida. Idem 4. Illa perit, fatum Naiados arbor erat. Hæ dictiones modò quattuor syllabis, modò bisyllabis efferuntur. Verg. Buc. Ecl. 6. Aegle Naiadum pulcherrima, iamque uedenti. Ouidi. Met. 14. Numina Naiades quas Albula, quasque Nimici. Naias bisyllaba. penult. flect.

NANVS, penult. prod. Iuuen. Sat. 8. In signis nanum cuiusdam Atlanta uocamus. pen. flect.

NAPBAR, penult. pro. Vergi. Georg. 4. Tende petens pacem, & faciles uenerare Napeas. Fontium nymphæ sunt sicut Naiades. Ouidi. Met. 3. Deque lupo contempta Nape, pecudesque secuta. penult. acuit.

NARIS, pen. pro. Oui. Met. 2. Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant. Idem 15. Naribus, & patulo partem naris euomit ore. Iuuen. Sat. 14. Sed caput intactum buxo, naresque pilosas. Sil. 6. Non laceræ nares, fœdataque lumine morsu. Idem 3. Nare sagax è calle feras perterrita latæ. Lucan. 2. Hic adres alius spicantina naris aduncæ. Idem 9. Et patulę nares sudos iubet omnia plenis. Vergil. Georg. 1. Suspiciens patulis captauit naribus auras. Idem Aeneid. 12. Solis equi, lucemque elatis naribus afflant. Mart. 1. Fons breuis atque modus breuiter fit naribus uncis. Ait Prisci. libro 6. Nar monosyllabum natis ingenitiuo nomē proprium est fluuii, nam si nasum significare uelimus, hæc naris huius naris proferimus. penult. flect.

NAR, pro. Ver. Aen. 7. Sulphurea nar albus aqua, fontesque Velini. Ait Seruius. In uia Flamnia est ciuitas Narnia in montibus posita, quibus subest Nar fluuius, qui Tyberino coniungitur. flectit.

NARCISVS, penul. pro. Stat. Syl. 1. Hic te perspicuum melius Narcise uideres. Idem Theb. 7. Narcisum, sed Thespiacis iam pallet in agris. Mant. Sors tua Narciso similis Narcisus in undis. pen. acuit.

NARITIVS, pen. cor. Ouid. de Trist. 1. Pro duce Naritio docti mala nostra poetæ. Idem Fast. 4. Dux quoque Naritius testes Lestrigones extant. Idem Met. 15. Romechiumque legit, Caulonia, Naritiamque. Verg. Aeneid. 3. Hic & Naritii posuerunt mœnia locri. antepenult. acuit.

NARIX, penult. pro. Oui. Met. 14. Naricisque heros a uirgine, virgine rapta. penult. acu.

NARRO, pen. pro. Stat. Achil. 2. Narrabor famulis, aut dissimulata latebo. Mantuan. Iudicium reddit uerum narratio

ratio uera. antepenultima acuit. Cicero. Att. Narro tibi, hæc loca uenusta sunt. Idem malè narras de nepotis filio. penult. acuit. Claud. Narrator me cogit auus, nam usque remoti. penulti. flectit. Pers. Sat. 5. Quod latet arcana non enarrabile fibra. antepenultima acuit.

NARNIA, penulti. cor. Sil. 8. Narnia & in festum nebulis humentibus olim. antepenult. acu. Vide Nar.

NARTHESIA, pen. cor. Mart. 14. Artis ebur modicæ Narthesia cernis habere. antepen. acu.

NASAMON, pen. cor. Luca. 9. Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto. Idem 4. Maurus inops Nasamon misti Garamante perusto. Claud. Aethiopem nobis generum Nasamona maritũ. Sil. 3. Hinc coit æquoreis Nasamon inuadere fluctu. Idem 6. Exanimum Nasamona tyren super ipse iacebat. Idem 9. Bellator Nasamon, unaque immanior arctus. Idem 15. In Garamantas iter, Nasamoniacosque triumphos. Idẽ 7. Proximus huic iaculo Nasamonius occidit Idmon. Ouid. Met. 5. Et Nasamoniaci Dorilas ditissimus agri. Sta. Sy. 4. Mox Nasamoniaco decus admirabile regi. antepen. acu.

NASARET, pen. corr. Mant. Nasaret ad Libani cedros, priscamque Damascum. antepen. acu. Idem. Progenies sortita tribum Nasarenus ab urbe. penul. flect. Vide Abram.

NASCOR, pen. pro. Mant. Nascitur ardentes Cleopham ueneramur ad aras. Cicero Off. Quæ non homini ab homine nascatur. Idem Tusc. In miseriam nascimur sempiternam. penultima acuit.

NASICA, pen. pro. Horat. Ser. 2. Captatorque dabit risus Nasica Corano. Idẽ. Vt legat, orabit multum Nasica negatas. Mart. 2. Inuitas tunc me, cum sis Nasica uolatum. Ouid. Fast. 4. Nasica accepit templi non perstitit autor. penult. flect.

NASIDIANVS, pen. pro. Mart. 7. Aut uigila, aut dormi Nasidiane tibi. penul. flect.

NASIDIENVS, pen. pro. Horat. Ser. 2. Nasidienus ad hæc, tibi diis quæcunque precaris. penult. flect.

NASIDIVS, pen. cor. Luca. 9. Nasidium Marsi cultorem torridus agri. antepen. acuit.

NASO, penul. pro. Mart. 5. Norat Nasonem sola Corynna suum. Idem. Sin tibi Nasones, Virgiliosque uides. Ouid. de Trist. 1. Quam procul a nobis Naso sodalis abest. Idem. Ingenio perii Naso poeta meo. Idem de Pont. 3. Naso suo posuit nomen cui penè sodali. Idẽ Fast. 5. Floreat ut toto carmen Nasonis in æuo. Stat. Syl. 1. Naso Tomis diuelsque foco lucente Tibullus. penultima flect.

NASVS, pen pro. Mart. 1. Et pueri nasum rhinocerontis habent. Pers. Sat. 3. Ingeminant tremulos Naso crispante cachinno. Hor. Ser. 2. Rancidum aprũ antiqui laudabant, non quia nasus. Idẽ 1. De pygis nasuta breui latere, ac pede longo est. Mart. 14. Nasutus sis usque, licet, sic denique nasus. penultima flectit.

NATALIS, pen. pro. Stat. Syl. 1. Hie ni tæ natalis erit, tu Troica dignus. Oui. Met. 2. Arcas adest, ter quinque ferens natalibus annos. Idem Fast. 4. Iuraque dat cœlo, terræ, & natalibus undis. Idẽ de Pont. 1. Nescio qua natale solum dulcedine cunctos. Idem 4. Natalem ludis scit celebrare Deis. Mant. Atque tuum primæ celebrant natale calendæ. penul. flectit. Iuue. Sat. 11. Et natalitium cognatis ponere lardum. Pers. Sat. 1. Et natalitia tandem cum Sardonice albus. antepen. acu.

NATES, penul. cor. Claud. Velauit, nudasque nates, & terga reliquit. Iuu. Sat. 6. Et solea pulsare nates, quod de lipis, inde est. Pers. Sat. 4. Elisasque nates, la befactent forcipe adunca. Mart. 1. Dimidiasque nates Gallica palla tegit. Idem 2. Confidis natibus? non est pędico maritus. penulr. acu.

NATIO, pen. cor. Iuu. Sat. 3. Natio comœda est, ridens maiore cachinno. ante penult. acu.

NATIVVS, penul. pro. Ouid. Met. 9. Et leuibus

leuibus tofis natiuum duxerat annos. Idem Fast. 5. Et moles natiua loco res nomina fecit. Mart. 9. Vellera natino pallet ubi flaua metallo. Sil. 10. Non coniux natiuæ adorant non uincta propinquo. pen. flect.

NATO, pen. cor. Stat. Syl. 1. Ore natant, tristesque cadunt in uerba lituræ. Luca. 4. Cæsaris arma natant, impulsaque gurgite multo. Idem. Expectant imbres quorum modò cuncta natabant. Sil. 14. Innatat albus olor, pronoque immobile corpus. Mart. 1. Vis puto, cum libro, Marce natare tuo. Idem 6. Canaque sulphureis nympha natatur aquis. Ouid. Fast. 6. Piscis adhuc illi populis sine fraude natabat. Verg. Aeneid. 3. Frangeret ad saxum, sanieque aspersa natarent. Ait Seruius Aeneid. 1. ibi. Apparent rari nantes in gurgite uasto. huius uerbi nato prima positio est no, nas, nat: & nare prima producta, unde natare fit prima breui in eadē significatione. Cic. in Ant. Natabant pauiméta uino. Idem de Nat. In quo quidem magis tu mihi natare uisus es. penult. acu. Stat. Syl. 1. Festiacus nunc fama sinus, pelagusque natatum. Idem. Aut ingens in stagna cadit, uitreasque natatu. Idem 3. Littora tranquillo artatim ambire natatu. Ouid. de Remed. Pugnat in aduersas ire natator aquas. penultima flect.

NATVS, penul. pro. Hor. Ser. Octoginta annos natus, cui stragula uestis. Idem. Natus dum ingenuus persuades hoc tibi verè. Mart. 1. Omnibus ut natis triste pateret iter. Idem 6. Iulia lex populis ex quo Faustine renata. Ouid. Met. 1. Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit. Idem. Perfusam multo natorum sanguine terram. Flacc. 2. Natorumque locis, uacuæque in mœnibus urbis. Mant. Natorum uero princeps Agapetus, & alter. Oui. Met. 15. Nate dea, si nota satis præsagia nostræ. penulti. flectit.

NATRICES, pen. pro. Mant. Natrices colubros, & cætera quæ per eremum. pen. acuit.

NATVRA, pen. pro. Ouid. Met. 1. Hanc Deus & melior litem natura diremit. Idem 15. Concipit & quæ sit rerum natura requirit. Idem de Pont. 4. Lenem te miseris genuit natura nec ullis. Idem de Trist. 1. Omnia naturæ præpostera legibus ibunt. Mant. Natura ingenuas erat inclinatus ad artes. Verg. Opusc. Hic natura suos aluo tenus ima per orbem. Ouid. Metamor. 14. Adde quod est iuuenis, quod naturale decoris. Lucret. 6. Omnia quæ naturali ratione geruntur. pen. flect.

NAVALIS, pen. pro. Mart. 1. Ne te decipiat ratibus naualis Enyo. Idem. Et freta nauali solicitare tuba. Oui. Met. 3. Haud aliter quàm si siccum nauale teneret. Idem Fast. 4. Mox dea est, opertque fanet, naualibus exit. Idem de Tristib. 3. In caua ducuntur quassę naualia puppes. Verg. Geor. 4. Diripientq; rates alii naualibus ite. Stat. Syl. 4. Lydia qua penitus stagnum nauale coercet. Sil. 6. Nauali propulsa ratis, iam nautica pubes. Flacc. 6. Et centum geminæ lagi naualia Thebes. penultima flectit.

NAVARCHVS, pen. pro. Mant. Spe Veneris Nauarchus eum petulanter abegit. Idem. Nam ueluti residens puppis Nauarchus in alta. Idem. Heu, quid naui, Nauarchus ait, parat Aeolus ore. Idem. Vela trahunt, faciuntque pedem, Nauarchus Aristo. penultima acuit.

NAVBOLVS, penulti. corr. Stat. Theb. 7. Naubolus Hippasides tuus o mitissime Lai. Flacc. 1. Hic & Naubolides tortas insurgit in undas. antepenulti acuit.

NAVFRAGVS, penult. corr. Stat. Syl. 2. Naufragus imposita iacuit sub matre Palæmon. Idem Theb. 9. Voluitur in fluctus, heu cuius naufragus undæ. Ouid. Phyll. Mersa foret cana naufraga puppis aqua. antepen. acu.

NAVFRAGIVM, pen. cor. Iuue. Sat. 12. Naufragium uelis, ardentibus omnia fiunt. Sil. 14. Imum naufragium, mersasque imponoe profundo. Luca. 1. Naufragium sibi quisque facit, sic urbe relicta. Ouid. de Trist. 1. Naufragii tabu-

la,

la, qui petiere mei. Idem 6. Vidi ego naufragiumque uiros & in æquore mergi. Mant. Naufragio ut perhibent clauso de industria ad alti. antepenultima acuit.

Navifragvs, pen. cor. Oui. Met. 14. Nauifragumque fretum gemino quod littore pressum. antepen. acu.

Navigivm, pen. cor. Vergil. Georg. 2. Aut ubi nauigiis uiolentior incidit eurus. Idem. Nauigiis pinos domibus, cedrosque cupressos. Idem Aeneid. 5. Robora nauigiis aptant, remosque rudentes. Iuu. Sat. 1. Nauigio montem ascendit, fortesque poposcit. antepenultima acuit.

Navigo, pen. cor. Ouid. Met. 1. Nauigat hic summa piscem deprehendit in ulmo. Hor. Ser. 2. Nauiget Antyciram: quid enim differt balatrone. Idem Epist. 1. Nauigat ac mediis hyemet mercator in undis. Stat. Syl. 3. Nauiget hunc multo Paphiæ saturabat amomo. Verg. Aenei. 1. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor. Ait Seruius. Nauigat æquor, figura est Græca: nos enim dicimus, per æquor nauigat. similiter etiam alio loco terrã, mare, sydera iuro. Cùm latinitas exigat, ut addatur præpositio, & non uacat. Idem Aeneid. 1. Italiam fato, uacat ad præpositio. Cicero de Fin. Cum Xerses maria ambulauisset, terrãque nauigasset. Vide Ambulo ubi nõ uacat præpositio. Ideo Quintilianus Inst. 1. cap. de uerbis, & verbalibus admonet. Est enim quidam tertius modus, ut urbs habitatur, unde & campus curritur, mare nauigatur: non enim licet dicere campus curritur a me, quia non dicimus, curro campum, sed per campum. Etsi apud quosdam uacat præpositio, ut intelligatur, necesse est. ut supra apud Ciceronem. & Verg. Buc. Ecl. 6. Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia. Nauigo antepen. acu. Vide Habito.

Navis, pen. pro. Ouid. Met. 2. Vtque labant curuæ iusto sine pondere naues. Idem Fast. 4. Vis subit aduersus hospita nauis aquas. Idem de Pont. 2. Cœpta tene, quæso, nec in æquore desere nauem. Iuu. Sat. 14. Curatoris eget, qui nauem mercibus implet. Verg. Aeneid. 1. Nauibus infandum, amissis unius ob iram. Naues Aeneæ uersæ sunt in nymphas. Ouidi. Meta. 14. ibi. Stupea perrupit Phrygiæ retinacula puppis. nauis pen. flectit.

Navita, pen. corr. Ouid. Fast. 4. Luce secutura tutos pete nauita portus. Idẽ de Trist. 3. Rarus ab Italia tantum mare nauita transit. Idem de Pont. 2. Rectorem dubiæ nauita puppis amat. Idẽ Met. 8. Insula grata mihi Perimelem nauita dicit. Idem 14. Transformata foret scopulum quoque nauita uitat. Claud. Prodigiale rubens non illum nauita toto. Lucr. 1. Distinctum quoniam nec plenum nauiter extat. Vergil. Aeneid. 6. Nauita sed tristis nunc hos, nũc accipit illos. Idem. Nauita quos iam ut stygia prospexit ab unda. Epenthesis est figura, ait Seruius: ut nauita, pro nauta: Mauors, pro Mars: induperator pro Imperator. Vide Ales. antepenultima acuit.

Navlocha, pen. cor. Sil. 14. Non herbosus iners, nõ Naulocha pigra Piricli. antepen. acu.

Navlvm, pen. pro. Iuu. Sat. 8. Iamque tace: furor est post omnia perdere naulum. pen. flect.

Navmachia, pen. cor. Mart. 1. Do tibi naumachiam, tu das epigrammata nobis. Idem. Hanc norint unam sæcula naumachiam. antepen. acuit.

Navplivs, pen. cor. Flacc. 1. Nauplius, & tortum non a Ioue fulmen Oileus. Ouid. Met. 13. Sed neque Naupliades facinus descendere tantum. Idem. Naupliades animi, uitataque traxit ad arma. antepenult. acu.

Navseo, penult. cor. Hor. Epist. 1. Nauseat ac lucuples quem ducit prima triremis. Verg. Georg. 4. Nauserat, arebant herbæ, & caua flumina siccis. Cicero in Ant. Sudat, pallet, quidlibet, modo me nauseat, facit. Idem de Nat. Quam ista effutientem nauseare. Idem Att. Epistola. Quam dedisti nauseans buthroto. antepenult. acu.

Navsicaa, pen. cor. Mart. 12. Si mihi

hi Nausicae patrios concederet hortos. antepen. acu.

NAVSITHOVS, penulti. corr. Flacc. 9. Nausithoi mare, sed Cronion penetrauit agens huc. Idem. Succedit mox Nausithoo, quem agrestibus armis. antepenult. acuit.

NAVO, penu. cor. Luc. 5. Qualibus hæc rerum geritur nunc summa nauando. penult. acu. Mant. Hic operam nauauit in hoc certamine grandem. Vide Nauus.

NAVTA, pen. pro. Hor. Ser. 1. Nauta piger saxo religat, stertitque supinus. Luca. 2. Hic fuga nautarum est cum totas Adria vires. pen. acu.

NAVTICVS, pen. cor. Verg. Aeneid. 3. Nauticus exoritur uario certamine clamor. Flac. 1. Nauticus aut blandus testudine defuit Orpheus. Lucan. 2. Nauticus exagitet neu buccina diuidat horis. Mantuan. Nautica postremis hæc sint bellaria mensis. antepenultima acuit.

NAVVS, penultima prod. Sil. 6. Nauus abire timor, dum cæca silentia, dumque. nauus dicitur strenuus, & diligens: inde nauare strenuè facere. penultima flectit.

NAZARET, pen. cor. Mant. Nazaret insidias metuens post illius iuit. antepen. acu. Vide Abram.

NE, pro non, prod. Ne prohibentis ambiguum est, ne interrogantis corripitur pro an. ne pro certè, ualde, utique, ita, similiaque. dictio Græca est, & cum æ diphthongo scribi. Vide Sæuio. Ouid. Metamor. 1. Principio terram ne non æqualis ab omni. Idem. Sed timuit, ne forte sacer tot ab ignibus æther. Iuuen. Sat. 13. Ne dubitat ladas, si non eget Anticyra, nec. Mart. 1. Sed tu ne toties domini patiare lituras. Luca. 9. Ne dubita miles tutos haurire liquores. Mart. 13. Ne uioles teneras præduro dente columbas. Vergil. Aeneid. 3. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Idem 12. Ne quæso, ne me lacrymis, neue omine tanto. Idem 7. Ne fugite hospitium, neue ignorate Latinos. Idem Georg. 1. Ne saturare fimo pingui pudeat sola, neue. Iuuen. Sat. 1. Semper ego auditor tantum, nunquam ne reponam. Verg. Aeneid. 4. Solane perpetua mœrens carpsere iuuenta pro an. Iuue. Sat. 1. Armigero simplex ne furor sex tertia centum. Idem 5. Porticibus ne tibi monstratur fœmina noto. Stat. Syl. 1. Quis morum, fideique modus, nunquam ne uirili. Vergil. Aeneid. 11. Iustitiæne prius mirer, belline laborem. Stat. Syl. 1. Monstrauitque artes neu uillis, flamma caminos. Ouidi. Metamorphos. 1. Neu regio foret ulla suis animalibus orba. Martial. 1. Neue notet lusus tristis arundo tuos. Idem 4. Neue grauis subita, te premet ires aqua. Stat. Syl. 1. Nam neque plebeia, an dextro, sine numine cteram. Mantuan. Nam neque militiam, nec magna negotia regum. Vergili. Buccol. Non ne fuit satius tristes Amarillydis iras. Idem. Atque superba pari fastidia? nonne Menalcam? Stat. Syl. 3. Vsque Adeone parum lentas transire paludes. Vergili. Aeneid. 1. Tantane uos generis tenuit fiducia uestri? Idem 10. Omnipotens genitor, tanton' me crimine dignum. Ait Seruius. Et constat mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integræ habuerunt minores particulæ, ue que, ue, ne, ce, quoties iunguntur aliis partibus ante se accentum faciunt, qualislibet sit syllaba, quæ præcedit, siue breuis, siue longa. ut, musáque, huiusce, illice, tantone, adeone, adduce, deduce: & hęc mutilata similiter proferuntur, scilicet sub eodem accentu: ideo encleticæ dicuntur, quia ante se accentum adducunt: falluntur aliqui signantes acutum supra enclericas particulas, sic musaque: at contra musáque.

NEC, corr. sequente uocali. Martial. 1. Casta nec antiquis cedens Leuina Sabinis. Idem 4. Ferre nec hanc possis, possis Coline, nec illam. Ouidi. Metamor. 1. Ipsa quoque immunis, rastroque intacta nec ullis. Idem. Vela dabant uentis, nec adhuc bene nouerat illos. Idem. An sit mortalis, nec erit dubitabile uerum.

uerum. Iuuen. Sat. 3. Infelix nec habet quem porrigit ore trientem. Mant. A superis holocausta, nec est præstantior illa. Flac. 2. Sacra nec arcani Phrygius furor inuehit antris. Claud. Sæua nec humani patitur contagia mundi. Stat. Syl. 1. Nobilitas nec origo latet, sed luce sequente.

NEAPOLIS, pen. cor. Stat. Syl. 4. Nec solum festas secreta Neapolis aras. Mant. Defensura lares, & regna Neapolis olim. Verg. Opusc. Nunc extincta super tectisque Neapolin inter. antepen. acu. Vide Parthenope.

NEAERA, pen. pro. Verg. Buc. Infelix o semper ouis pecus ipse neæram. penult. acuit.

NEAETHVM, pen. pro. Oui. Met. 15. Præterit & Cyberim, Salentinumque, Neæthum. pen. acu.

NEBVLA, penultima correpta. Mart. 8. Hac fuerat nuper nebula tibi pægnia penunctum. Ouidi. Metamorphos. 1. Illic & nebulas, illic consistere nubes. Idē. Fronte sedent nebulæ rorant pennæque, sinusque. Idem. Et noctis faciem nebulas fecisse uolucres. Sil. 14. Implentur fumo, & nebula caliginis atræ. Vergil. Georg. 2. Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosque uolucres. antepenultima acuit. Prop. 3. Qua nebulosa cauo rorat meuania campo. Stat. Thebaid. 10. Stat super occiduæ nebulosa cubilia noctis. penultima flectit.

NEBRODES, penulti. prod. Sil. 14. Nebrodes gemini nutrix diuortia fontis. Nebrodes monticulus est, ex quo oritur Himera: Nebrodes syluosus est, & à copia hinnulorum, qui nebrides dicuntur, nomen accepit. penultima flectit.

NEBRIDES, pen. cor. Sil. 3. Nebridæ & hortano menas, nocturna Lyæo. Stat. Syl. 1. Hic chelyn, hic flauam maculoso nebrida tergo. antepen. acu.

NEBRISSA, pen. pro. Sil. 3. Ac Nebrissa, Dionisæis conscia Thirsis. Vrbs est pro pe æstuaria Hispaniæ. Vnde, ut opinor, Antonium Nebriss. fuisse Grāmaticum, undecunque doctissimum. pen. acu.

NEBVLO, penult. cor. Mant. Non debes adhibere illis nebulonibus aures. Hora. Ser. 1. Cum ueto te fieri, uappam iubeo, ac nebulonem. Idem Epi. 1. Sponsi Penelopes nebulones, Alcionique. Iuu. Sat. 14. Mergere ficedulas didicit nebulone parente. antepen. acu.

NECVBI, pen. cor. Luca. 9. Necubi suppressus pereat gener ob bene rapta. antepenul. acu.

NECO, penul. cor. Mart. 1. Nudus aper, sed & hic minimus, qualisque necari. Idem. Explicat, & semper de tribus una necat. Oui. Fast. 4. Agnaque nascendo sæpe necabat ouem. Idem de Tristib. 1. Ore necaturas accipiemus aquas. Iuue. Sat. 6. Quem sterilem facit, atque homines in uentre necandos. Idem 10. Concessit, necat hic ferro, necat ille cruentis. Horat. Ser. 2. Quid refert uri, virgis, ferroque necari. Cicero pro S. R. Solon nullum supplicium constituit in eū, qui parentem necauisset. Idem Parad. Nihil igitur interest parentem quis necet, an seruum. pen. acu.

NECESSE, pen. pro. Mart. 1. Narrat, ait, si quis Mario, putat esse necesse. Vergil. Aen. 6. Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est. Lucr. 4. Esse triquetra aliis alii quadrata necesse est. Idē 6. Perpetuo fluere, ac mitti fateare necesse est. pen. acu.

NECTAR, pen. prod. Stat. Syl. 4. Nectar adhuc torua lætus Iunone bibebat. Idem 3. Nectaris excluso melior phryge porrigit Hebe. Verg. Aeneid. 1. Stipant, & dulci distendunt nectare cellas. Ouid. Met. 1. Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant. penulti. acuit. Mantuan. Nectareas fruges parit, ambrosiosque racemos. Idem. Nectareas illic epulas libauit, & illam. Sil. 14. Tunc quæ nectareis uocat ad certamen Hymeron. Ouidius Metamorphos. 8. Nectareis quod alatur aquis, ego Procrin amabam. antepenultima acuit.

NECIS, pen. cor. Oui. Metamor. 2. Non metuisse necem, qui non bene rexerit illos. Fasto. 5. Missa necem, sceleris crimine damnat auos. Idem de Art. 1. Et

1. Et nece natorum sanguinolenta parens. Ouid. Phyl. Stat nece matura tenerum pensare pudorem. penultima acuit.

NEFAS, pe. cor. Mart. 1. Heu quam pene nouum, porticus ausa nefas. Idē 5. Deprae hendere nefas ad Tempora uerna reuersae. Oui. Meta. 1. Aut pia sunt, nullum que nefas, oracula suadent. Idem Fast. 2. Omne nefas, omneque mali purgamine causam. Idem 3. At quicunque nefas ausi prohibente Deorum. Stati. Syl. 2. Quid mirum plaebs cuncta nefas, & praemia flerunt. Verg. Aenei. 5. Et prohibete nefas, olli certamine summo. penult. acu.

NEFANDVS, penul. pro. Ouid. de Trist. 4. Haec prius ut memorant non inuidiosa nefandis. Sil. 9. Daedaleam repetens pennam, qui fraude nefanda. Vergil. Georg. 1. Eumenidesque satae, tum portu terra nefando. Idem Aeneid. At sperate Deo memores fandi, atque nefandi. id est, iusti, atque iniusti. penulti. acuit.

NEFARIVS, penult. cor. Horat. de Art. Humana palam coquat exta nefarius Atreus. Prop. 3. Nescia nefariis accubuisse nouis. antepen. acu.

NEFASTVS, pen. pro. Ouid. Fast. 1. Ille nefastus erit per quem tria uerba silentur. Mant. Quodque dies iuris uacuos dixere nefastos. penult. acu.

NECTO, pen. pro. Stat. Theb. 7. Nectere fronde comas, & ad inspirata rotari. penul. acu. Cicero de Fin. Quid non sic ex alio nectitur.

NEGO, pen. corr. Mart. 1 Nondum satis, ait, mortem non posse negari. Ouidi. Meta. 1. Vacca negaretur, poterat non uacca uideri. Idem 2. Officiumque negat mundo satis, inquit, ab aeui. Idem de Trist. 1. Omnia iam fient, fieri quae posse negabam. Idem de Pon. 4. Condere Danubius se tibi Nile negat. Hora. Ser. 1. Demeteret ferro iure omnes Galba negabat. Stat. Syl. 1. Quis neget, erubuit tanto spoliare ministro. Luca. 1. Temperiem segetes tellus in fida negabit. Sil. 1. Quaecunque ad laudem stimulant, somnumque negabant. penult. acu. Luca. 1. Inuidia fatorum series, summisque negatum. pen. flect. Cicero pro Milo. Negant intueri lucem. Idem Att. praecise negare.

NEGLIGO, pen. cor. Mart. 6. An dea foemineum iam negligit hermaphroditū. Oui. Epist. Negligis absentis testor, mā data mariti. Iuu. Sat. 2. Iugeribus campi, quem negligis officium cras. Idem 9. Negligit, atque alium bipedem sibi quaerit asellum. Cicero pro Clu. Et negligi non posse uidebatur. Idem in Ant. Antonius diem edicti obire neglexit. ante penult. acu.

NEGOCIVM, pen. corr. Horat. Epist. 1. Quandocunque trahunt inuisa negocia Romam. Idem. Nec Cybaritica, nec Bitina negocia perdas. Claud. Sic patiēs animus per tanta negocia liber. antepen. acuit.

NELEVS, pen. cor. Oui. Met. 6. Et Nelea Pylos nec adhuc Pytheia Traecem. Idem Epist. Pene. Nos Pylon antiqui Neleia nestoris arua. Idē Met. 2. Diuitis hic saltus, herbosaque pascua Nelei. ubi ait Raph. Est autem synerecis duarum uocalium in unam, ut Furias Aiacis Oilei. Stati. Theb. 4. Mittit opes, densasque Pylos Neleia turmas. antepenult. acuit.

NELIDES, pen. pro. Flac. 1. Nelidesque Periclimenus, quem parua Methone. penult. flect.

NEMEA, pen. cor. Stat. Theb. 1. Iam Nemea, iam Tenareis contermina lucis. Idem 2. Longa sonat Nemea nondum pastoribus ausis. Idem Syl. 1. Nec grauis aspexit Nemees frondētis alumnus. Idem 2. Nec formidatus Nemees ager, atraque poscunt. Mart. 1. Prostratum Nemees, & uasta in ualle leonem. Idem. Non Marathon taurum Nemee frondosa leonem. antepen. acu. Idem 5. Quot grauiora cadūt Nemaeo pondera monstro. Sil. 14. Abstinuit Matte infido comitate Nemaeis. Mani. 5. Cum uerò in uastos surgit Nemaeus hiatus.

NEMETES, penultima producta. Ouid. Metamorpho. 12. Vulnus erat nullum, sanguis fuit ille Nemetę. Idem. Misit in ad-

In aduersum Lycia de plebe Nemetem. penul. acuit.

NEMESIS, penulti. corr. Martial. 8. Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli. Idem 13. Tussit amatorem Nemesis lasciua Tibullum. Auson. Vt fierem bello non ego sum Nemesis. antepenulti. acuit.

NEMO, penultima producta. Ouidi. Metamorpho. 2. Ante obitum nemo supremaque funera debet. Idem de Trist. 1. Id quoque quod nemo nescit amare, docent. Idem. Est pretium, nemo pluris emendus erat. Stat. Sylu. 2. Nemo uetat satiare malis ægrumq; dolore. Mar. 11. Nemo domum pluris, Susibiane, locat. Verg. Aeneid. 9. Turne quod optanti diuum promittere nemo. Ait Serui. Pro nullus posuit, & est acyrologia: nã diuum nemo non possumus dicere: cùm proprie nemo sit, nec homo. Cicero tamen de Nat. ait. Nemo homo, idem, nemo nec homo, nec Deus. pe. flec.

NEMOROSVS, penul. prod. Luca. 6. Solstitiale caput nemorosis submouet ortis. Mart. 9. Qua Triuiæ nemorosa petit dum regna uiator. Ouid. Meta. 14. Constitit in summo nemorosi colle palati. Sil. 5. Aduersa fronte, ac circa nemorosa minantur, Stat. Syl. 3. Spectat, & Icario nemorosus palmite Gaurus. Idem Theba. 5. Et Paros, & nemorosa Thasos, crebræque relucent. penultima flectit.

NEMORALIS, penultima produ. Ouidi. Metamorpho. 3. Cuius in extremo est antrum nemorale recessu. Idẽ 14. Quæque colunt Scythicæ stagnum nemorale Dianæ. Martia. 13. Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros. penultima flectit.

NEMPE, penul. produ. Iuu. Sat. 8. Quis generosa putet, nisi fortia nempe uolucrem. Idem 10. Summus nempe locus nulla non arte petitus. Sta. Syl. 3. Hortarere uias, hæc mensa tua nempe benigna. Idem 4. Nempe times, nec Cerbereos Priscilla tremiscat.

NEMROT, penultima producta. Mantua. Audiit excelsa Nemrot dum conderet arcem.

NEMVS, penultima correpta. Martial. 1. Quale fuisse nemus creditur Hesperidum. Idem. Quid frustra nemorum dominum, regemque fatigas. Ouidi. Metamorpho. 1. Est nemus Aemoniæ prærupta quod undique claudet. Idem. Aut torum nemorum, aut horum monstra uerat umbas. Idem 3. Vt nemus intrauit lethataque corpora uidit. Ver. Aeneid. 7. Te nemus Angitiæ uitrea te Fucinus unda. Idem Buc. Et nemus omne canet, nec Phœbo gratior ulla est. Sta. Syl. 1. Indulsit natura sibi nemora alta citatis. Lucan. 3. Hunc non ruricolæ Panes, nemorumque potentes. Prop. 3. Albanus lacus, & socijs nemorensis ab unda. penul. acu.

NENIA, penul. corr. Horat. de Art. Scimus & hanc neniam, petimusque, damusque uicissim. Idem Epist. 1. Nenia quæ rectè, regnum facientibus effert. Oui. Fast. 6. Neniaque in uolucres falsa figurat anus. antepe. acu.

NEO, penultima correpta. Oui. de Pont. 1. Nerunt fatales fortia fila deæ. Idem Ibin. Quæque ratum triplici pollice netis opus. Claud. Tandem fila tibi neuerunt ultima parcæ. penul. acu.

NEOCLIDES, pen. prod. Oui. de Pont. 1. Arma Neoclides qui Persica contudit armis. pen. acu.

NEOPTOLEMVS, penult. corre. Vergili. Aen. 2. Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon. Idem. Cæde Neoptolemum, geminosque in limine Atridas. Idem 3. Arma Neoptolemi, sunt & sua dona parenti. antepenultima acuit.

NEPA, penul. corre. Mantua. Vt nepa si cupis caudæ resecetur aduncæ. Idem. Pars est libra nepæ, nam quas nepa porrigit ulnas. Manil. 2. Erigonen, ictumque nepam, spolioque leonem. penult. acuit.

NEPHELEIVS, pen. cor. Lucan. 9. Qua pelago nomen Nepheleias abstulit Helle. antepe. acu.

NEPESINVS, pen. pro. Sil. 8. Hos iuxta Nepesina cohors, & equique Falisci. penulti. flect.

NEPOS, penultima correpta. Ouidi. Metamor.

tamor. 2. Pleonesque nepos ego sum, qui iussa per auras. Idem 3. Prima nepos interres tot tibi Cadme fecundas. Pers. Sat. 6. Vt tuus iste nepos, olim satur anseris extis. Ver. Buc. Insere Daphne Pyros, carpent tua poma nepotes. Idē Geor. 2. Tarda uenit seris factura nepotibus umbram. Idem Aeneid. 3. Iidem uenturos tollemus ad astra nepotes. Ait Seruius Aene. 11. ibi. Ars fuerat, pauperque domus, nec nota potentium. Hic & hæc pauper dicimus, nam paupera usurpatum est: sic Plaut. Paupera est hęc mulier. sed hoc hodie non utimur: ea enim nomina, quæ ablatiuo singulari in e, exeunt, si fœminina ex se faciunt, similia faciunt: nec enim heteroclita esse possunt, idest alterius declinationis, ut puta, quia ab hoc hospite facit: hic & hæc hospes, dicamus necesse est. ab hoc leone, hic & hæc leo. ab hoc latrone, hic & hæc latro. ab hoc fullone, hic & hæc fullo. ab hoc nepote, hic & hæc nepos: nam ut nepris dicamus propter successionis discretionem admissum est. Sciendum tamen hospita, paupere, leæna usurpata a poetis. penulti. acu. Vide Hospita.

NEPTVNVS, penultima producta. Verg. Georg. 1. Neptune & cultor nemorum, cum pinguia Cææ. Iuuenal. Sati. 13. Neptuni, qui bracteolam de castore ducat. Horat. de Art. Terra Neptunus classis aquilonibus arcet. penultima flectit. Vergilius Aeneid. 12. Et Mesapus equum domitor Neptunia proles. Sil. 14. Et Neptunicolæ mansuetberat ora talonis. antepenultima acuit. Ait Seruius Aeneid. 8. ibi. Et uitta comptos uoluit prætedere ramos. Nam cùm de nomine Athenarum, Neptunus, & Minerua contenderent, & iussisset Iuppiter, ut illius nomine diceretur ciuitas, qui munus melius obtulisset hominibus: equum Neptunus, Minerua oliuam protulit: & statim uicit. unde cùm eius ramus alicui offertur, indicat eum esse meliorem. hinc est illud prouerbium, herbam do, idest, cedo uictoriam; ut do tibi herbam, idest, fateor abste me uictum esse cùm in ago ne pugnauimus. Vide Athenæ.

NEQVAM, penultima producta. Horat. Ser. 2. Arma uiri nequam, & cessator Dauus, & ipse. Ait Varro de Analogia. Dicimus enim non habere casus mox, & uix, nequam habere, quod dicimus hic nequam, huius nequam, huic nequam. Priscianus libro 5. In am, inuenitur commune unum trium generum, & utriusque numeri. ut hic & hæc & hoc nequam. Cicero pro S. R. Serui nequam, & improbi. Horat. Ser. 2. Ipse uideretur sibi nequior omnis enim res. Mart. 6. Hæc coram domino, sed nequis illud in aurem. Idem 2. Esse ftæ grauiter cito nequiter, euge beatæ. Mantuan. Nequiter affectus feruens intrauit ouium. antepenulti. acuit. Ait Festus 12. Nequam omnis generis nomen, is est, qui ne tantiquidem est, quàm quod habetur minimi. Vide Calepinum.

NEQVEO, penultima correpta. Ouidius Metamorpho. 1. Quod solidum est, flectique nequit, mutatur in ossa. Idem 2. Flectuntur ignaua nequeunt grauitate moueri. Idem Fastor. 5. Quam nequam, dixit, uincere nulla fera est. Idem Heroid. Vt nequeas gemini ferre laboris opus. Vergili. Georgi. 3. Ferraque ne blando nequeant superare labori. Idem Aeneid. 6. Nomen & arma locum seruant te, & amice nequiui. Idem 9. Dextera quod nequeam lacrymas perferre parentis. Claudi. Denique si princeps castris horrere nequibo. Horat. Ser. 2. Quam nequire proci recto depellere cursu. Sil. 6. Nanque necis certus captę prohibere nequiret. Sta. Syl. 3. Labitur, & nequeo, quanuis mouet hominis horror. Cicero de Ora. Quidam quæ sanare nequeunt. Idem de D. Demosthenes rho literam dicere nequibat. Idem de Somn. Sicut solem intueri nequitis aduersum. antepenul. acuit.

NEQVICQVAM, penultima producta. Vergilius Aenei. 12. Nequicquàm trepidat, nequicquàm spicula dextra. Idē 5. Nequicquàm memoratus Eryx ubi fama per omnem. Idem Georg. 4. Nequic-

quicquam in tectis certarim tenuia cæra. Idem 1. Nequicqàm pingues paleæ teret area culmos. Idem. Flaua Ceres alto nequicquam spectat olympo. Ait Seruius, nequicquam, idest sine causa. nam semper duæ negationes unam con firmationem faciunt. Oui. Met. 2. Lut tus & in molli nequicquàm lassor arena. penul. acu.

NEQVITIA, penultima correpta. Mart. 1. Nequitiam tellus scit dare nulla magis. Idem 3. Insignis fama,nequitiaque puer. Idem 7. Lesbia, nequitiis passe tis orba fui. Idem 9. Cuius nequitias uincere nemo potest. Claud. Vltra nequitiam fractis, & prælia narrat. Manil. 2. Sæuit nequities pœnas iam nexia uincit. Horati. Ser. 2. Nequitia & nugis prauorum, & amore gemellum. Idem. Illum aut nequities, aut uafri in scitia iuris. Ouidi. Fastor. 1. Nequitia est, quæ te non sinit esse senem. antepe. acuit.

NEREVS, penultima correpta. Non contractum. Lucan. 2. Hic primum rubuit ciuili sanguine Nereus. Idem 6. Sensit aquæ Nereus melius mensura sub undis. Sil. 14. Ex illo seruans rapidus diuortia Nereus. Ouidi. Metamorphos. 1. Nunc mihi, quàm totum Nereus circunsonat orbem. Idem 2. Exanimata iacent, ipsum quoque Nerea fama est. Idem 13. At mihi cui pater est Nereus, quem cærula Doris. Vergilius Buccoli. Tum durare solum, & discludere Nerea ponto. Idem Aenei. 2. Spumeus, atque imo Nereus ciet æquora fundo. antepenultima acuit. Vide Atreus. Idem 9. Aequoris esse deas, qualis Nereia Clotho. Stat. Sylu. 2. Nereis, & dulces rapuit de collibus uuas. Idem 1. Proteaque, atque omnem Nereida quærere iussit. Ouidi. Metamorphos. 13. Nereis his contra est resecuta Crateide natam. Martial. 1. Lusit Nereidum docilis chorus æquore toto. Ouid. Metamorphos. 1. Nereides, syluasque tenent delphines, & altis. antepenul. acuit.

NERINE, penultima producta. Vergilius Buccoli. Nerine, Galathea thymo mihi dulcior Hyblæ. Ait Seruius. Nerine patronymicum est Græcum: nam fœminina patronymica aut in ias, ut Pelias, aut in eis, ut Atreis, aut in e, ut Nerine. penultima acuit.

NERITIVS, penultima correpta. Ouid. Metamorph. 14. Neritius Machareus comes experientis Vlyssei. Idem 13. Neritiasque domos regnum fallacis Vlyssei. Idem Fastor. 4. Duc quoque Neritius testes Lestrygones extant. antepenul. acuit.

NERITON, penultima cor. Sil. 15. Saxa Cephalenum, & scopulosis Neriton arduis. antepe. acu.

NERIVS, penul. cor. Pers. Sat. 2. Bile tumet Nerio iam tertia ducitur uxor. antepenul. acu.

NERO, penultima correpta. Sil. 12. Seruabis portæ Nero tu conuerte cohortes. Luca. 1. Quod si non aliam uenturo fata Neroni. Stat. Sylu. 1. Parua Neronea ne qui modo lotus in unda. Martial. 1. Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis. Idem 11. Sæpius ad palmam Prasinus post fata Neronis. Mantuan. Propterea Nero rex indignabundus & ira. Idem. Cùm regeret terrarum olim Nero Claudius orbem. penul. acu.

NESVS, penul. prod. Luca. 6. Obscuram in nubem tali spiramine Nesus. penul. flect. Ouid. Heroi. Nesiades matres, Si cesidesque nurus. antepenultima acuit. Stat. Sylu. 3. Syluaque quæ fixa pelago Nesida coronat.

NETVM, Neetum, Nethum, penul. pro. Sil. 14. Et Netum, & Micite, pubesque liquêtis Acheti. ubi ait Petrus Marsius. Netum oppidum ad huc retinet nomê, mutata una litera: dicitur enim notum. Vide de situ Siciliæ.

NEVE, Ouidius Heroi. Neue reuertendi liber, abesse uelis. Idem. Neue putes, non me, nisi cominus esse timendum. Horat. de Art. Neue minor ceu sit quinto productior, at tu. Vide Ne.

NESTOR, penultima produc. Ouidi. Penel. Rettulerat nato Nestor, at ille mihi. Idem. Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua. Stat. Sylu. 1. Nestoreosque situs qua nunc tibi pauper acerra. Mar. 9. Sæcula Nestoreæ per mensa Philene senectæ. antepe. acu.

NESCIVS, pen. cor. Oui. Met. 1. Nescia gratentur consolenturne parentem. Idem 12. Nescius assumptis Priamus pater Aesacon alis. Stat. Theb. 9. Siue ibi nesciera, mœstum uidet Hoplea tandem. antepe. acu.

NEVIVS, penultima correpta. Hor. Ser. 1. Meuius absentem Neuium eum carperet, heus tu. Idem. Quid mihi igitur suades ut uiuam, Neuius aut sic. Idem. Sæuus erit, nec sicut simplex Neuius unctam. antepe. acu.

NEVOLVS, penultima correpta. Mart. 1. Ecce iacent omnes, Neuole, dic aliquid. Iuuen. Sat. 9. Scire uelim quare toties mihi Neuole, tristis. Idem. Neuole, causa tui contra tamen ille quid affert. antepenul. acu.

NEVTER, penultima producta. Luca. 2. Vt neuter tales pietas peritura querelas. De quo Maturinus de corrupto sermone loquitur, neuter trium est syllabarum: uitiosè enim profertur per eu, diphthongon, quam, teste Prisciano, nulla recipit Latina dictio, præter heus. Idem præcipit Ioannes Despauterius 1. de nominũ generibus, ubi de Artagen loquitur, ibi. Hoc nomen neuter, neutra, neutrum, interdum dissyllabum feci, cùm sit trisyllabum, quia nullum nomen Latinum eu, diphthongum habet. itaque in Lucano neu, duæ sunt breues. Antonius Nebrissen. tamen in metro cum eu diphthongo profert: ibi. Neutra siler, robur cum subere iunge laburnum. Dictio non nomen pro nomine sit tibi neutra. Neuter igitur antepenultimæ acuit. quia dictio est Latina, non recipiens eu diphthongo.

NEXILIS, penultima correpta. Sta. The. 4. Nexilis in numero chalybum sub tegmine thorax. Sil. 5. Loricam induitur tortos huic nexilis hamos. Ouidi. Metamorphos. 2. Nexilibus plagis, syluasque Crymantidos ambit. antepenulti. acuit.

NI, producta. Ouid. Fastor. 4. Hac quoque ni fallor, populo dignissima nostro. Iuuena. Sat. 3. Conuelle a Cumis satyrarum ego ni pudet illas. Idem 10. Meritis pretio quod ni ubi dedirus essem. Vergilius Aeneid. 3. Ni teneant cursus, certum est dare lintea retro. Ait Seruius. Antiqui ni, pro ne ponebant: qua particula plenus est Plautus. Idem Priscianus libro 15. capit. de aduerbio. ni flect.

NICE, penultima correpta. Clau. Impleuitque Nicem iaculi, uitamque nocente. penul. acuit. Manr. Iuit, & hoc uidit primum, Nicea secundo. penultima flectit.

NYCAENA, penultima producta. Mant. Tunc Synodus Nycæna fuit celebrata sub ipsa. pen. acu.

NICITERIA, penultima correpta. Iuuenal. Sati. 3. Et Ceromatico fert Niciteria collo. antepenultima acuit.

NICOLAVS, penultima producta. Mantuan. In foribus Nicolaus adest collegia patrum. Idem. Inter eos Nicolaus erat, sic nanque uocabant. Idem. Editus in lucem sterili Nicolaus ab aluo. Idem. Non fuit ad tantos igitur Nicolaus honores. Idem. Nunc rogat a stygio duci Nicolaus auerno. Idem. Cura uiro Nicolae tibi delubra locauit. penultimã flectit. Idem. Si prolis uos pulsat amor Nicolaica templa. Idem. Nicolei mores simul usurpasse uidetur. Idem. Nicoleos Patareus adest, qui oracula Phœbi. Idem. Nicolei uiuentis opem collegia patrum. Idem. Nicolei proles Baldus si respicis anno. antepenul. acuit.

NICODEMVS, penulti. produ. Mantua. Tum pius ablutum corpus Nicodemus, & unctum. Idem. Propterea noctu ueniens Nicodemus ab ipso. Idem ad Nicomedeam traxit uelocius urbem. pen. flectit.

NICO-

Nicomedia, pen. cor. Mantuan. Pars Asiæ uersus boream Nicomedia patrē. Idem. Vectus Hyperborea Nicomedica regna reliquit. antepe. acu. Idem. Hac ope diuina fretus Nicomedis alumnus. penul. flec.

Nicopolis, pen. cor. Mant. Ambraciæ quā Nicopolim secla illa uocabant. antepen. acuit.

Nicrostrata, pen. cor. Mant. Quæ carmenta fuit, fuit & nicrostrata duplex. antepe. acu.

Nyctileus, pen. cor. Ouid. de Art. 1. Nyctileumque patrem, nocturnaque sacra precari. Flac 6. Vt fera Nyctilei paulum per sacra resistunt. antepenultima acuit.

Nictimene, penul. corr. Ouid. Metamorphos. 2. Crimine Nectimine nostro successit honori. Idem. Nictimenen? auis illa quidem, sed conscia uulpæ. Mantuan. Nictimene similes piceas fugere per umbras. antepe. acu.

Nidor, penultima producta. Ver. Geo. 3. Galbaneoque agitare graues nidore chelydros. Idem 12. Nidoremque ambusta dedit, super ipse secutus. Martia. 1. Pasceris, & nigræ solo nidore culinę. Mantua. Sustulit, infecitque malis nidoribus auras. Lucr. 6. Cernimus è succis, aliò nidoris odores. Idem. Nidore offendit nares, consopit ibidem. Idem 2. Nidor enim penetrat, qua succus nō it in artus. pen. flec.

Nidus, penul. produ. Ouidi. Metamor. 8. Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos. Idem 12. Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore summa. Idem 13. Parsque columbarum demptusque cacumine nidus. Flac. 7. Mater abi excelso producit in aere nido. Sil. 14. Cùm sonat halciones cantu, nidosque natantes. penulti. flec. Mantu. Nidigenæ prisci quosdam quasi signa futuri. antepenul. acuit.

Niger, penultima correpta. Stat. Theb. 5. Promissaque trahunt pecudes niger omnibus aris. Martia. 1. Pasceris, & nigræ solo nidore culinæ. penultima acuit. Mantua. Aethiopes una quoniam nigredine sordent.

Nihil, penultima corr. Martial. 1. Nec nihil a tanta nobilitate refert. Idem. Quicquid agit Ruffus, nihil est, nisi Næuia Ruffo. Idem. Ista linunt dentes ientacula, sed nihil obstat. Ouid. de Pont. 4. Non potest in ponto dicere habere nihil. Idem de Trist. 1. Quodcunque aspicio, nihil est nisi pontus, & æther. Iuuena. Sati. 5. Ventre nihil noui frugalius hæc tamen ipsum. Luca. 1. Iam nihil ò superi querimur scelera ipsa, nefasque. Ouidi. de Pont. 3. Morte nihil opus est, nihil Scariotide tela. Et ita hunc legi uersum, nisi sit mendosus codex. penul. acuit. Idem Metamorphos. 3. Nil habet ista sui tecum uenitque, manetque. Idem. Dixit opes moriensque mihi nil ille reliquit. Idem. Nil ibi quod credi posset mortale uidebant. Idem Fasto. 4. Nil opus est, dixit, certamine Romulus ullo. flect. Ait Seruius Aenei. 6. ibi. O uirgo, noua mi facies. nam si pars sequens orationis a uocali inchoet, nihil dicimus: ut, Heu nihil in uitis fas quenquam fidere diuis. sin autem a cōsonante inchoet, nil ponimus: ut Iuuenalis. Nil tale expectes, emit sibi multa uidemus. Tu lector contra Seruii præceptum habes poetarum exempla. Cicero pro Syl. Ego uerò mihi nil assumo. Pers. Sat. 6. De nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti. Idem. Deque auia nihilum superest, accedo bouillas. antepen. acu.

Nilus, penult. produ. Ouid. Metamor. 1. Nilus & antiquo sua flumina reddidit alueo. Idem. Vltimus immenso restabas Nile labori. Idem 2. Nilus in extremum fugit perterritus orbem. Idem de Pont. 4. Cedere Danubius se tibi Nile negat. Idem Metam. 15. Perque papyriferi septemflua flumina Nili. Mantu. Nilus enim tulit hoc monstrum uirosius omni. penult. flec. Mart. 12. Cùm tibi Niliacus portet crystalla catastus. Idem 13. Amphora Niliaci non sit tibi uilis aceti. Iuu. Sat. 1. Cùm pars Niliacæ plebis, cùm uerna Canopi. Luca. 9. Littore Niliaco socerum iam stare putaui. Idem. Rege sub impuro Niletica rura tenentem. Mantuan. Niligenam sole

ardentem, qui primus eremum. Sil. 13. Nilitia, heus quoties intrat mea pectora terret. antepe. acu.

NIMBOSVS, penul. produ. Iuue. Sat. 4. Cum quo de pluuiis, aut æstibus, aut nimboso. Ouidi. de Tristi. 1. Sæpe ego nimbosis dubius iactabar ab hædis. Idē de Pon. 2. Vt fera nimboso tumuerunt æquora uento. Verg. Aenei. 3. Mox & Leucate nimbosa cacumina montis. pe nulti. flec.

NIMIRVM, penult. produ. Mart. 1. Nimirum timuit nostras fortuna querelas. Idem 11. Vicit nimirum, non uerò, sed Parasinus. Stat. Sylu. 1. Nimirum cùm nostra domus ego funera mœstus. Ouid. de Art. 1. Inde propinator nimium multa propinat. quem accentum habet, uide Aliquando, uel nostras Regulas.

NIMIS, penult. cor. Mart. 1. Sera nimis uita est crastina uiue hodie. Idem. Siue obscura nimis, siue Latina parum. Ouidi. Metamorphos. 1. Barba grauis nimis & canis fluit unda capillis. penul. acuit.

NIMIVS, penultima correpta. Sta. Sylu. 5. Imbre seges nimio rapidæ, sic obuia puppi. Lucan. 1. Stare diu, nimióque graues sub pondere lapsus. Sil. 14. Posse pati, & nimium fluxis confidere rebus. Martial. 10. Temperat hæc termas nimios prior hora uapores. Ouid. Metamorphos. 1. Qua nimium placui tellus ait hisce uel illam. Idem Fastor. 6. Flumina quæ nimiæ nouerat artis opem. antepen. acu.

NINOS, penultima correpta. Luca. 3. Et fœlix, sic fama, Ninos uentosa Damascus. Mantuan. Ceu ueteris illa Nini, quæ protulit uxor. pen. acu.

NIOBE, penulti. correpta. Marti. 5. Pos sum Hecubam, possum Nioben matrinia, sed si. Ouid. Metamorpho. 6. Dicta foret Niobe, si non sibi uisa fuisset. Idem. Heu quantum hæc Niobe, Nio be distabat ab illa. Idem de Tristib. 5. Cùm faceret Nioben orbem Latonia proles. Idem 6. Et Niobe festos ducat & orba choros. antepenultima acuit.

NIPHE, penultima producta. Ouid. Metamorphos. 3. Excipiunt laticem, Nipheque, Hyaleque, Rhanisque. penult. acuit.

NIPHATES, pen. prod. Verg. Georg. 3. Addam urbes Asiæ domitas, pulsumq; Niphates. penult. acu.

NISA, penultima producta. Vergi. Buc. Coniugis indigno Nisæ deceptus amore. Idem. Mopso Nisa datur, quid non speremus amantes? Stat. Sylu. 1. Hic mouet Ortygia, mouet hic rapida agmina Nisa. Idem Theb. 7. Nisa, Dioneisque auibus circunsona Tysbe. penulti. flec.

NISI, penulti. correp. Mart. 1. Non nisi delecta pascitur ille fera. Idem. Quicquid agit Rufus, nihil est, nisi Næuia Ruffo. Oui. Metamor. 1. De boue nil superest formæ, nisi candor in illa. Idē de Tri. 1. Dii maris, & cœli, quid enim nisi uota supersunt. Idem. Quodcunq; aspicio nihil est. nisi pontus, & æther. Luca. 1. Non nisi seruorum potuit post bella gygantum. pen. acu.

NISVS, penultima producta. Ouid. Metamorpho. 8. Alcathoe quàm uisus haber, cui splendidus ostro. Verg. Bucco. Quid loquar, aut Sylla Nisi quam fama secuta est. Idem Geo. 1. Insequitur Nisus, qua se fert Nisus ad auras. Idē. Apparet liquido sublimis in aere Nisus. Idem Aeneid. 1. Nisus amore pio pueri quos deinde secutus. penulti. flectit. Ouid. Fasto. 4. Et uos Nisei naufraga monstra canes. Flac. 3. Niseum Telamon, & Ophelrē uana sonantem. Oui. Metamorpho. 8. Vix sua, uix sanè uirgo Niseia campos. Idem 3. Educat inde datum Nyphe Niseides antris. Idem 4. Additur his Niseus indetonsúsque Thyoneus. Idem Fast. 3. Nisiadas nymphas puerum quærente nouerca. Luca. 8. Qua rapidus Ganges, & qua Nyseus Hidaspes. Idem. Et fuga tota uacant Bromia Niseia quare. antepenult. acuit.

NITEO, penultima correpta. Stat. Sylu. 1. Vena mari, rupesque nitent, quis purpura sæpe. Idem. Sola niter flauis Nomadum decisa metallis. Luca. 10. Pars

auro

auro plumata nitet per signea cocco. Ouidi. Metamorphos. 2. Virga sit, ut tersis, niteant talaria plantis. Idem Fasto. 3. Vesta quoque, ut folio nitent uelata recenti. Idem 6. Ignea cum pura ueste nitebit humus. Martia. 12. Talis eras modo, tonse Pelops, positisque nitebas. Stat. Sylu. 3. Quod domnum celsis niteat laquearibus aurum. Idē Thē. 1. Longa repercusso nitnere crepuscula Phœbo. Vergilius Aeneid. 1. Tristior & lacrymis oculos suffusa nitentes. Ait Seruius. Est figura, quæ fit quoties participio præteriti temporis a passiuo iungimus casum accusatiuum, ut deiectus animum, mœsta uultum, idest, habens uultum mœstum. Cicero in Catil. Qui nitent unguentis. Idem de Fin. Eorum uides, quàm niteat oratio. antepenul. acuit.

Nitidus, penulti. correp. Marti. 1. Ad Proculi nitidos officiose lares. Idem 4. Sufficit in nona nitidis octaua palestris. Ouidi. Metamorpho. 2. Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat. Idem 8. Iam nitidum regente diem, noctisque fugantem. Idem 14. En ego cùm dea sim nitidi cùm filia solis. Idem de Trist. 1. Dum loquor, & flemus cœlo nitidissimus alto. Iuuena. Sat. 6. Turbauit nitidos extinctos passer ocellos. Vergil. Georg. 3. Cum positis nonus exuuiis, nitidusque iuuenta. antepenulti. acuit.

Nitor, uerbum, penultima producta. Ouidi. Metamorpho. 2. Nititur, & medicas exercet inaniter artes. Idē 3. Hic toties ad me resupino nititur ore. Idē 2. Nitor in aduersum nec me qui cætera uincit. Idem Fasto. 2. Et frustra mutuo nititur ore loqui. Idem de Pont. 1. Nititur in syluas quæque redire suas. Lucan. 4. Nititur aduersosque acies in monte supina. Flac. 1. Nititur hic Talaus, fractisque Leodocus urget. Mantuan. Niteris & sensu tetricos anteire Catones. Cicero Acad. Nitamur igitur nihil posse percipi. Idem de Fin. Virtus nititur honesto. Idem pro Cluen. Arbores nituntur suis radicibus. Idē Att. Ad omnia nitor, non ad animum, sed ad uulnus reficiendum. Idem de Sene. Optimi cuiusque animus maximè ad mortalem gloriam nititur. penultima flectit.

Nitor, nomen, penul. correpta. Vergil. Opusc. Attalicis opibus data uellera finitor auri. Ouidi. de Pont. 2. Hoc nitor iste tui generis desiderat, hoc est. Idem Fasto. 1. Flamma nitore suo temporum uerberat aurum. Sta. Sylu. 2. Ac primum, impleuitque toros, oculisque nitorem. Lucr. 5. Et tamen ipsa suo si fulget luna nitore. pen. acu.

Nitrum, penul. produ. Martial. 14. Spuma uocor nitri, dicor & Aphronitrum. Idem 13. Nitrata uiridis brassica fiat aqua. Mantuan. Qui nitriotarum campos, Sitæaque rura. penult. fle. Nitrum acuit.

Nivis, penultima correpta. Ouidi. de Pont. 1. De niue manantis more liquescit aquæ. Idem Metamorph. 2. Et tandem niuibus Rhodope caritura, minasque. Vergili. Aeneid. 12. Quis candore niues ante irent cursibus auras. Stat. Sylu. 1. Raraque longæuus niuibus christalla gelari. penultima acuit. Stat. Sylu. 1. Excipis & dominæ niueis a uultibus obstas. Idem. Non talis niueos strinxit Lauinia uultus. Ouid. Metamor. 1. Cornibus & niueæ pendens ceruice iuuencæ. Idem 14. Candidior folio niuei Galathea ligustris. antepen. acuit. Ouid. de Trist. 5. Nec patria est, habitata tibi, sed ad usque niuosum. Idem Metamor. 5. Veh nos Emathiis ad Pæonas usque niuosos. Luc. 1. Constituis terras, uideo Pangæa niuosis. Mantua. Et regni, munitaque lares Verona niuosis. Verg. Georg. 3. Ergo omni studio glaciem, uentosque niuales. Idem 4. Solus hyperboreas glacies, Tanaimque niualem. Stat. Achil. 1. Aera domant temesæ, quatiturque niualibus ora. Mart. 14. Massiliæ fumos miscere niualibus undis. pen. flec.

No, nas. Ouid. Met. 1. Doridaque & natas, quarum pars nare uidetur. Idem de Tristibus 3. Si tamen incipiunt aliquæ huc adnare carinę. Idem de Ponto 1. Et ducit remos qua modo nauit aqua.

aqua. Sil. 6. Crediderat, celerique fuga iam nabat Aquinus. Lucret. 3. Quam prolapsa foras enaret in aeris auras. Vergili. Aeneid. 6. Insuetum per iter gelidas enauit ad arctos. Ait Seruius. Nare enim & de nauibus dicimus: ut, natat uncta carina. Item. Et terris ad nare necesse est. & de uolatu: ut, nare per aestatem liquidam suspexeris agmen. Idem in 1. Apparent rari nantes in gurgite uasto. Ait Seruius. Prima positio uerbi no, nas, nat: uno est mare, & prima syllaba naturaliter longa est, licet nare na, breuis fit in eadem significatione. Vide Nato. flect.

NOBILIS, penultima correpta. Luca. 3. Nobilis, & flauus sequeretur mista Britannis. Marti. 1. Nobile & Herculeum fama canebat opus. Idem. Demisitque animam nobiliora rego. Idem 10. Nobilis, & centum dux memorande uiris. Idem 14. Nobilius uillosa tegant tibi lintea citrum. Vergili. Aeneid. 7. Nobilis & fama, multis memoratus in oris. Ouidi. Metamorpho. 1. Atria nobilium ualuis celebrantur apertis. Idem Fastor. 4. Non ego nobilior posita est mihi regia coelo. Clau. Nobilitat hunc fama decens, hunc robur in armis. Sta. Theb. 9. Nobilitare manus, infestaque sanguine tela. Idem Sylu. 1. Nobilitas gauisa tulit, praesagaque formae. Iuue. Sati. 4. Prodigio par est in nobilitate senectus. Vergil. Aeneid. 11. Nobilitas dabat incertum de parte ferebat. Ouid. Fasto. 2. Simplex nobilitas perfida tela caue. Martial. 9. Pocula Mentorea nobilitata manu. Ouidi. Metamorphos. 15. Nobilitata Dea, Scyllaeaque littora fertur. penultima flectit. Cicero Offic. Phalaris, cuius est praeter caeteros nobilitata crudelitas.

NOBIS, penul. prod. Iuue. Sat. 2. O proceres censore opus est, an aruspice nobis. Stat. Sylu. 3. Cur nobis ignauus amor? sed pectore fido. Verg. Bucc. O Meliboee, Deus nobis haec ocia fecit. penulti. acu. Vide Mecum.

NOCEO, penultima correpta. Ouid. Metamorphos. 1. Diffidunt monitis, sed quid tentare nocebit. Idem. Sed nocet esse Deum, praeclusaque ianua lethi. Idem 2. Inuenies, nocuisse fuit, nam tempore quondam. Idem de Tristib. 2. Tantum ne noceas, dum uis prodesse uideto. Idem de Pont. 1. Exceptis domino qui nucuere suo. Claudi. Auribus Italiae fatorum exempla nocerent. Vergili. Aeneid. 10. Omnes innocuae, sed non puppi tua Tarchon. Stat. Sylu. 2. Excubat innocui custos laris, huius amico. Ouidi. Metamorphos. 15. Innocuu simplex natum tolerare labores. Luca. 6. Innocuusque suas curarum liber in urbes Cicero in Catil. Mihi nihil iam ab istis noceri potest. Idem Offi. Vt no liceret sui commodi causa nocere alteri. antepe. acu.

NOCTIVAGVS, penultima correpta. Vergilius Aeneid. 10. Noctiuago Phoebe medium pulsabat Olimpum. Flacc. 1. Noctiuagum qui carpit iter non aute quiescit. Lucret. 5. Noctiuagaeque faces coeli flammaeque uolantes. Idem. Denique noctiuagi syluestria templa tenebant. antepenultima acuit.

NOCTE, penultima producta. Vergilius Georgi. 1. Nocte leues stipulae melius se nocte dedere. Ait Seruius. Nocte autem non est aduerbium, sed nomen ablatiui casus: adeo ut ei Horatius iunxerit praepositionem: Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones: nam aduerbium noctu facit, sicut diu. Salustius. Diu noctuque labore festinare. Quintil. Instit. 1. Noctu & diu aliud est, quam dictu, & factu. Fla. 3. Spargere nunc feris ostendere noctibus ignes. Catull. Nimirum, aetherios ostendit noctifer ignes. antepenul. acuit.

NODVS, penulti. produ. Ouid. Metamorpho. 2. Aglauros, nodosque manu deducit, & intus. Idem 3. Colligit in nodum quanuis erat ipsa solutis. Idē 10. Enodisque abies, curuataque glandibus ilex. Ver. Geor. 2. Fit nodo sinus, huc aliena ex arbore germen. Idem. Aut rursum enodes, trunci resecantur, & alte. Idem Aeneid. 4. Cui pharetra ex humero crines nodantur in aurum.

Stat.

Stat. Syl. 1. Libratur fundo, rursusque enode cacumen. Oui. de Pont. 1. Tollere nodosam nescit medicina podagrã. Idem 3. Nexaque nodosas angue Medusa comas. Idem Fast. 6. Nodosaque caue tendere ualle plaga. Hor. Epist. 1. Nodosa corpus nodis prohibere chiragra. Stat. Theb. 1. Ardua nodosos ceruis descendit in armos. pen. flect.

Noe, pen. pro. Mant. Maximus ille fuit Noe, qui secula Pyrrhę. Idem. Quæ fuit ante dies Noe, cùm terra profuso. Idem. Sicut aquis quondam Noe sua misit in orbem. Idem. Tunc uacuum leges Noe, imperiumque secuti. pen. acu. Idem progenies satis antiquo de sanguine Noe. Latinè.

Nola, pen. pro. Sil. 12. Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam. Idem. Campo Nola sedet crebris circundata in orbem. Idem. Et Laticæ sese Nolana ad mœnia turbæ. pen. flect.

Nolo, penul. prod. Mart. 1. Nolo uirum facili redimit, qui sanguine famam. Idē. Corpore uel noli nostra uel ede tua. Idē 2. Nolo uirum nimium Pannice nolo parum. Idem. Noluerit dici quam pila prima suam. Idem 12. Nolueram Polytime tuos uiolare capillos. Ouid. Fast. 4. Ah nolim uictas hoc meminisse deas. Idem de Trist. 5. Nolumus assiduis animus tabescere curis. Pers. Sati. 1. Nec sapimus patruos, tunc tunc ignoscite, nolo. Hor. de Art. Nolito aduersus tibi faftos ducere plenum. Idem. Sunt delicta tamen quibus ignouisse uelimus. Luca. 6. Noluit Illyricæ custos Octauius undę. Cicero Att. Si erit, quæ nolim, accersendus. Idem Epist. Cui qui nolunt. Idem. Nolet hoc temporis. pen. flect.

Nomas, pen. cor. Flac. 4. Quas Lanais, Flauusque, Lyces, Hypanisque Nomasque. Sil. 5. Erumpunt multusque maces, Garamasque, Nomasque. pen. acu. Verg. Aeneid. 8. Hic Nomadum genus, & discinctos Mulciber Afros. Stat. Syl. 2. Hic Nomadum lucent flauentia saxa Tharosque. antepen. acu.

Nomen, penul. pro. Mart. 1. Sed tu nomen habes, auerso fronte sororum. Oui. Met. 1. Lactea nomen habet candore notabilis ipso. Idem de Pont. 1. Nomen in Eumolpi peruenit usque coti. Luca. 1. Marcellusque loquax, & nomina uana Catonis. Sil. 11. Nominis Augusto libat carchesia ritu. Stat. Theb. 5. Nominibusque cient Pholoent Admetus, & Irim. Ouid. Meta. 15. Nominibus pontum populo adiecisse Quirini. Vergili. Aeneid. 1. At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo. Ait Seruius. Dicimus autem, & nomen mihi est Cicero. Terentius in Hecyra. Hecyra est huic fabulæ, & nomen est mihi Ciceronis. Salustius. Cui nomen obliuionis crediderant: & nomen est mihi Ciceroni: ut, cui Romulo cognomen erat, & Ciceronem: ut, Aenedasque meo nomen de nomine fingo. Melius tamen est datiuo uti. Vergil. Aen. 1. Huic coniux Sichæus erat. Ait Seruius. Sane Sichæus si breuis est per naturam, sed hoc in loco ectasin fecit ea licentia, quæ est in propriis nominibus ut quæ ponūtur ad placitum: licet enim in quauis proprii nominis parte syllabæ mutare naturam, quod & in appellatiuis euenit, si tamen de propriis originem ducant: ut, Sicanio prætenta sinu: quia uenit a Sicano rege Siciłę. Idem ait Aeneid. 11. ibi. Vota Deum primo uictos soluebat eoo, Sanè in hoc sermone prima syllaba naturaliter producitur: sed cum opus fuerit, corripitur, aut licentia nominis proprii, aut quia eam uocalis sequitur. Idē 2. ibi. Confligunt Zephyrusque, notusque, & lætus eois. Notandum sanè, quòd cum eous e, naturaliter longum haber, metri necessitate correptum est propter sequentem uocalem; rarum autem est, ut Diana: nec sermo compositus, ut præustus. Vide Cydon. pen. flect.

Nomenclatvra, pen. pro. Mant. Fertur & id talis nomenclatura decebat. Idem. Hic obiter, quę sit nomenclatura dierum. pen. flect.

Nomentanvs, pen. prod. Mart. 6. Me Nomentani confirmant otia iuris. Idē 7. Quid Nomenani causam mihi perdis agelli. Idē 1. In Nomentanis audi quod nascitur agris. Idem 13. Nomentana meum tibi dat uindemia Bacchum. Idē.

De

De Nomentanis sed damus arboribus. Idem 9. De Nomentano te putet esse meo. pen. flect. Ouid. Fast. 4. Hac mihi Nomẽto Romam cum luce redirem. Vergili. Aeneid 6. Hi tibi Nomentum & Gabios, urbemque Fidenam. penul. acuit.

NOMISMA, seu numisma, penult. producta. Martial. 1. Nec confessorum uitina nomismata tantum. Idem. Cum data sint equiti bis quinque numismata quaie. penult. acu

NON, produc. Ouidi. Metamorphos. 1. Non tuba directi, non æris cornua flexi. Idem. Non ego pro mundi rego magis anxius illa. Vergili. Aeneid. 7. Nocte datos non ipse suo premit ore Latinus. Idem 11. Non hæc ô Pala dederas promissa parenti. acuit.

NONACRIVS, penultima correpta. Ouidi. Fast. 5. Et matri, & nati paret Nonacrius heros. Flac. 3. Dum datur, obstupuit uisu Nonacria proles. Ouidi. Metamorphos. 8. Atque ita, sume mei spolium Nonacria iures. antepenultima acuit. Idem 2. Dum redit, itque frequens in uirgine Nonacrina. Idem 1. Inter Hamadryades celeberrima Nonacrinas. Idem de Art. 2. Quid fuit asperius Nonacrina Atalanta. pen. flectit.

NONNE, Ouid. Meta. 15. Nonne vides quos cæra tegit sex angula fœtus. Idẽ. Nonne uides quæcunque mora, fluidoque calore. Verg. Buc. Nonne fuit satius tristes Amaryllidis iras. Lucr. 6. Nonne uides etiam cœli nouitate, & aquarum.

NONVS, penult. prod. Ouidi. Metamorphos. 2. Orbe resurgebant lunaria cornua nono. Idem 13. Nonus in officio, & prælatus munere fortis. Idem Fast. 5. Nona dies aderat, cum tu iustissime Chiron. Mantuan Et senuit uirgo ma risque ad sydera nonis. Ouidi. Fast. 1. Nonarum tutela Deo caret omnibus istis. Vergil. Aeneid. 5. Præterea si nona diem mortalibus almum. Lucret. 6. Aut etiam nona reddebant lampade ui tam. pen. flect.

NORAM, pen. pro. Ver. Buc. Noram sic paruis componere magna solebã. Ouid. Met. 1. Nullaque mortales præter sua littora norant. penul. flectit. Vide Acetum.

NORBANVS, penult. pro. Mart. 9. Cum tua sacrilegos contra Norbane furores. Idem. Hunc semper Norbana diem cũ coniuge charo. pen. flect.

NORICVS, pen. cor. Oui. Met. 14. Durior & ferro quod Noricus excoquit ignis. Verg. Geor. 3. Tunc sciat aerias Alpes, & Norica siquis. antepenultima acuit.

NOTABILIS, pen. cor. Ouid. Met. 1. Lactea nomen habet candore notabilis ipso. antepen. acu.

NOTITIA, pen. cor. Oui. de Pont. 1. Huius notitiam gentis abesse uelint. Idem 4. Notitiam, pars est inficiata mei. Lucret. 2. Verti in notitiam nullo circum littora fuco. Idem 4. Notitiam ueri quę rens, falsique crearit. Idem 5. Notities hominum diuis unde insita primũ. Idẽ. Notitiam potius præbere, ut posse putetur. antepenult. acu.

NOTIFICO, pen. cor. Ouid. de Pont. 1. Atque modum culpæ notificare meæ. antepenul. acu.

NOTHVS, pen. cor. Ver. Aeneid. 7. Supposita de matre nothos furata creauit. Idem 9. Thebana de matre nothum Sarpedonis alti. Ait Seruius. Est autem hoc nomen Græcum, nam Latinè, quemadmodum dicatur, non est. penulti. acuit.

NOTO, pen. cor. Mart. 1. Neue notet lusus tristis arundo tuos. Idem 2. Hoc salamandra notet, uel sæua nouacula nudet. Idem 7. Et notet obliqua garrulitate cliens. Vergil. Buc. Carmina descripsi, & modulans alterna notaui. Stat. Syl. 1. Nil ibi plæbeium nusquam Temesea notabis. Iuue. Sat. 15. Præmia nunc alia, atque alia emulenta notemus. Ouidi. Metamorphos. 2. Quæ tenuit, læuum uenientem prima notauit. Idem 3. Cùm risi, arrides, lacrymas quoque sępe notaui. Cicero de Or. Hæc uulgus imperitorum in audiendo notat. Idem Att. Diem

tuum ex epistola tua quam incipiente febricula scripseras, mihi notaueram. Idem de Nat. multa diuturnus usus ita notauit. Idem de D. Chaldæi animaduertunt, ac notant ea sydera. Idem Arabes propterea facilius cantus auiũ, uolatusque notauerunt. Idem pro Dom. Vt illius facinus memoria, & nomine loci notarentur. penultima acuit.

NOTVS, participium a nosco, penultima producta. Stat. Syl. 1. Nunc age fama prior notum pericula nomen. Sil. 14. Fas notum, ignotumque nefas uilissima regi. Marcial. 1. Ausus tam notas contemerare manus. Verg. Georg. 3. Atque ubi concubitus primos iam nota uoluptas. penultima flectit.

NOTVS, pro uento, penultima correpta. Ouid. Metamorphos. 1. Emittitque notum, madidis notus euolat alis. Idem de Trist. 1. Terribilisque notus iactat mea uerba, precesque. Lucan. 4. Et notus in solam Calpem fluit humidus aer. Mantuan. Vela noto sed post paulo redeuntibus euris. Sil. 1. Mox profugi ducente noto aduerrere coloni. Idem 12. Hinc notus, hinc boreas, hinc fuscis aphricus alis. Vergili. Aeneid. 1. Atque utinam rex ipse noto compulsus eodem. Idem 10. Cum sonitu, fugiantq; notos clamore secundo. penul. acuit.

NOVALE, penul. pro. Ouid. de Pont. 1. Quæ nunquam uacuo solita cessare nouali. Stat. Sil. 1. Aut præstent niueos Clytumna noualia tauros. Flac. 7. Miles & armata florescant pube nouales. Idẽ. Spargere gaudet agris, oneratque noualia bello. Vergil. Buc. Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Idẽ Geor. 1. Alternis idem tonsas cessare nouales. Ait Seruius. Dicimus autem et has nouales, & noualia: propriè nouales sunt primum arua proscissa, & segetem ferentia. pen. flect.

NOVACVLA, penult. corr. Mart. 2. Hoc salamandra notet, uel sæua nouacula nudet. Idem 7. Stringitur in densa nec cæca nouacula turba. Idem 11. Sed fuerit curua cum tuta nouacula theca. ante penult. acu.

NOVANIVS, pen. cor. Verg. Opusc. Liliaq; & roris nouania cura marini. antepenult. acu.

NOVERCA, pen. pro. Stat. Syl. 2. Poneret, & feuæ uellent seruire nouercæ. Idẽ 5. Odit, & infaustę regnum dotale nouercæ. Ouid. Fast. 3. Nysiades nymphas puerum quærente nouerca. Flac. 1. Deserit heu fæuæ nequicquam erepta nouercæ. Ver. Buc. Est mihi nanque domi pater, est iniusta nouerca. penultima acuit. Stati. Syl. 5. Tela nouercales ibat uenator in agros. penultima flectit.

NOVEMBER, pen. pro. Mant. Affert prima dies solemnia magna Nouembris. Idem. Ad capulum, summamque diem, cùm sexta Nouembris. pen. acu.

NOVENVS, pen. pro. Ouid. Met. 8. Tertia sors annis domuit repetita nouenis. Idẽ 12. Terga nouena boum decimo tamen orbe moratum est. Stat. Syl. 1. Demigrant Helycone deæ, quatiuntq; nouena. pen. flect.

NOVEM, pen. cor. Ouid. Metamorphos. 14. Lucibus isse nouem, & terram aspexisse petitam. Stat. Syl. 1. Hunc quoque perque nouem timuit Pamphilia messes.

NOVELLA, pen. pro. Vergil. Buc. Atque mala uites incidere falce nouellas. Lucre. 1. Ludit lacte mero mentes perculsa nouellas. Ouidi. de Art. 2. Et ludunt nudos prata nouella pedes. penultima acuit.

NOVIES, pen. cor. Ouid. Fast. 3. Quam quantum nouies mittere funda potest. Idem 5. Hæc nouies dicit, nec respicit, umbra putauit. Mant. Tris, nouiesque decem propter uada uitrea fontis. Oui. Met. 15. Et Tritoniacam nouies subiere paludem. antepen. acuit.

NOVI, penult. pro. Stat. Syl. 2. Nouerat effigiem, generosique ardua blesi. Iuuenal. Sat. 4. Augur schenobates, medicus, magus, omnia nouit. Idem 7. Vt legat historias autores nouerit omnes. Ouidi. Metamorphos. 1. Vela dabat uentis, nec adhuc bene nouerat

uerat illos. Idem 3. Faridicus uates,si se non nouerit, inquit. Idem Fast. 6. Fulmina quæ nimiæ nouerat artis opem. penult. acu.

Novitivs, pen. cor. Iuu. Sat. 3. Iam se det in ripa,tetrumque nouitius horret. antepen. acu.

Novatrix, pen. pro. Ouidi. Meta. 15. Nec species sua cuique manet, rerumque nouatrix. penult. acu. Idem Penel. Tleptolemi letho cura nouata mea est. penult. flect.

Novo, pen. cor. Ouid. Met. 2. Qui modo corpus eras, & bis tua fata nouabis. Idem 8. Naturamque nouat,nam ponit in ordine pennas. Idem Fast. 1. Tunc patitur cultus ager, & renouatur aratro. Mart. 5. Qualiter Assyrios renouant incendia nidos. Verg. Aeneid. 5. Primum fortuna fidem mutata nouauit. Stat. Thebaid. 10. Cui fœtura gregem pecoroso uere nouauit. Sil. 4. Pila nouant,ac detersa rubigine squus. Stat. Syl. 5. Cœpit opes, mox in uarias mutata nouatis. Idem Theb. 6. Ah miseri uidisse putēt, tunc acre nouabant. Cicero de Or. Verba,quæ nouamus,& facimus ipsi. penul. acuit.

Novitas, penult. cor. Luca. 1. Propter egestatem linguæ, & rerum nouitatem. Auso. Quid stolidi ad speciem notæ nouitatis habetis. Hor. Epist. 2. Quod si tam Græcis nouitatis inuisa fuisset. Ouid. Met. 2. Inde loco medius rerum nouitate pauentem. Idem 3. Resque probet, lætique genus, nouitasque furoris. antepen. acu.

Novvs, pen. cor. Ouid. Met. 1. In noua fert animus mutatas dicere formas. Idē de Trist. 4. Corque uetusta meum tanquam noua uulnera norit. Idem Meta. 15. In sedes penetrate nouas fit munere in urbe. penult. acu. Idem 2. Se mihi sitque oculis lux ista nouissima nostris. Idem. Lucifer & cœli statione nouissimus exit. Idem 14. Iphis & ante fores hæc uerba nouissima dixit. antepenult. acuit.

Noxivs, penul. cor. Mart. 1. Omnia sic Mario noxius hæret ager. antepenulti. acuit.

Nvbes, pen. pro. Oui. Met. 1. Nubibus assiduis, pluuioque madescit ab austro. Idem. Concipit Iris aquas alimentaque nubibus affert. Idem de Trist. 1. Fluctibus hic tumidis nubibus ille minas. Idem de Pont. 2. Tandem aliquid pulsa curarum nube serenum. Vergil. Aeneid. 12. Longe illi dea mater erit, quæ nube fugace. Flac. 1. Nube noua liquente domos, Minoia frustra. Vergil. Opusc. Siue introrsus agunt nubes, & nubilus auster. Idem 1. Scindit se nubes,& in æthera purgat apertum. Ait Ser. Nubes, huius nubis,tantum dicimus;non nubs in nominatiuo; licet dicamus trabs, & trabes in nominatiuo, stirps, & stirpes: prex,& preces: plebs, & plebes. Sed hoc de his tantum quæ legimus sunt ponenda: non enim artis sunt, sed usu rationis, qua metri causa utuntur poetæ, ut uel minuant,uel augeant nominatiuum ut est supellex, supellectilis. nubes penult. acu. Verg. Georg. 1. Nunc alios, alios dum nubila uentus agebat. Idem 3. Nubila cum segetes altæ, campique natantes. Stat. Syl. 1. Et suspecta mali ruperunt nubila somni. Idem Theb. 6. Ipse super sese rotat atque in nubila cō dit. Iuue. Sat. 12. Imponet uittas, & si qua est nubilis illi. Ouid. Met. 14. Hæc ubi nubilibus, primum maturuit annis. Idem tecta deæ, lucosque petunt, ubi nubilus umbra. Stat. Theb. 2. Talis abi sic ense madens,ac nubilus ira. Mart. 6. At quam non tetricus quam nulla nubilus ira. Stat. Syl. 5. Inuider & uelis adnubilat aura secundis. Ouid. Meta. 12. Nubigenasque feres positis ex ordine mensis. Idem. Nubigenas domitos a se pater ipse solebat. Vergil. Aeneid. 8. Perculerit, tu nubigenas inuicte bimembres. Lucan. 2. Aequora, nubiferosque polus concesserit euro. Ouidi. Metamorph. 2. Aeriæ Alpes,& nubifer Apenninus. Idem de Pont. 4. Ad styga nubifero uindicis igne dato. Stat. Sil. 5. Nubigeros clypeos, intactaque cedibus arma. Sil. 12. Hic pro nubinago gratus pia templa meatu. antepenultima acuit.

Nvbo, pen. pro. Oui. Met. 1. Talia uer-

ba refert, tibi nubere nympha uolentis. Idem 3. Nubere si qua uoles, quanuis properabitis ambo. Martial. 5. Nubere nupsisti Gellia cistifero. Idem 6. Lusistis, satis est, lasciui nubere cunni. Flac. 2. Obnubitque caput, tacitumque ad conscia Bacchi. Sil. 11. Nec plura effer ri concessum obnubitur atra. Iuuenal. Sat. 2. Quæ causa officii? quid quæris? nubit amicus. Idem 6. An saga uendenti nubat caupone relicto. Vergili. Aeneid. 11. Induit, arsurasque comas obnubit amictu. Ait Seruius. Translato a nubibus quibus tegitur cœlum: unde & nuptiæ dicuntur, quod nubentium capita uelentur. penult. flect. Cicero pro Clu. Nubit genero socrus. Idem de Nar. Venus nupsit Vulcano. Idē Top. Cùm mulier fuisset nupta cum eo cui. Vide Connubium.

NVCERIA, pen. cor. Mant. Troia uirum meminit, meminit Nuceria quando. antepenult. acu.

NVDVS, penult. pro. Mart. 1. Nuda Calidonio sic pectora prębuit urso. Verg. Buc. Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit. Idem. Et tibi magna satis, quanuis lapis omnia nudus. Idem Georg. 1. Et chalibes nudi ferrum, uirosaque pontus. Stat. Theb. 2. Hi fibris, animaque litant, hi cespite nudo. Verg. Aeneid. 1. Nuda genu, nudoque sinu collecta fluentes. Ait Seruius. Genu accusatiui est casus quasi nudum genu habens. ut si dicas, bonus animum, & est Græca figura, sed non ea, quam diximus fieri per participium præteriti tēporis, & casum accusatiuum: hæc enim per nomen fit, quanuis ad unam significationem recurrant. Vergil. Aeneid. 1. Tergore diripiunt costis, & uiscera nudant. Mart. 2. Hoc salamandra notet, uel sęua nouacula nudet. Ouidi. Met. 1. Postque diem longam nudata cacumina syluæ. Idem. Tunc quoque uisa decens nudabant corpora uenti. Lucan. 2. Gens Hetrusca fuga trepidi nudata Libonis. Stat. Syl. 3. Decretum, humerosque modo nudare nitentes. Idem Thebaid. 2. Proturbare parant, sed iam nudauerat ensem. Idem 7. Nudabunt ensēs, hæc flebit, & arma quiescens. Cicero pro Dom. Vtrum perditos magistratus sceleratorum ciuium præsidio nudare uoltis? penult. flect.

NVGOR, pen. pro. Mant. esse potest quàm nugari, sanare potentem. Pers. Sat. 5. Nugari solea puer obiurgabere rubra. Or. Ser. 2. Nugari cum illo & discincti ludere donec. Pers. Sat. 5. Increpuit, cessas nugator seruitium acre. penul. flect. Cicero de D. Democritus non inscitè nugatur, ut physicus. pen. flect.

NVGAE, pen. prod. Hor. Ser. 1. Nequitia & nugis prauorum, & amore gemellum. Auso. Nostra simul certant uariis epigrammata nugis. Hora. de Art. Quam uersus inopes rerum, nugęque canorę. Idem. Offendam in nugis, hæ nugæ seria ducent. Mant. Scurilitas nugæ desidiosa quies. Mart. 2. Nec tantum nugis seruiet ille meis. pen. acu.

NVLLIVS, pen. pro. Lucr. 1. Auia Pieridum peragro loca nullius ante. Idem. Extremū paro nullius posse uidetur. Hor. Epist. 1. Dante minor, quanuis te fers nullius egentem. Ouid. de Trist. 1. Dii tibi sint faciles, & opis nullius egentem. pen. flect. Vide Ille.

NVMERO, pen. cor. Mart. 1. Impensis uitam principis annumeres. Idem. Herculeæ laudis numeretur gloria, plus est. Idem. Siquis erit raros inter numerandus amicos. Idem. Dum properat uersus annumerare tibi. Idem 2. Nouit loturos Dasius numerare, poposcit. Stat. Syl. 3. Inuehit, Hybernos citius numerauerís imbres. Idem Achill. 1. A Balo numerabat auos, nanque orba marito. Oui. Met. 15. Oceano numerem quodcunque habitabile tellus. Verg. Buc. Bisque die numerant ambo pecus, alter & hædos. Ouidi. Met. 1. Sic onus inclusum numero distinxit eodem. Stat. Syl. 1. Eloquio mox in numeris exercita castris. Vergil. Georg. 1. Aut pecoris signum, aut numeros impressit acetnis. Hor. de Art. Quo sane populus numerabilis, utpote paruus. Lucr. 1. Innumerabilibus plagis uexata per æuum. Idem 5. Innumerabiliter priuas mutatur in oras. antepenulti. acuit. Idem 2.

Non

Non esse unica, sed numero magis innumerali. Lucan. 3. Cyrus, & effusis numerato milite telo. Idem 4. Spectandasque ducum uires, numerosaque signa. Martial. 5. Et seruit domini numerosus debitor arcæ. penultima flectit. Cicero in Or. Hoc quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus. Idem pro Mur. Sulpicium accusatorem suum numerabat. Idem Att. Atticus pecuniam numerauit de suo. Idem. Me autem uterque numerat suũ. Idem de Am. Virosque bonos, eos qui habentur numeremus.

NVMA, penultima correpta. Ouid. Fast. 4. Rege Numa fructu non respondente labori. Idem de Pont. 3. Quos Numa maternus non eget esse suos. Idem 4. Et cum subtili priscus uterque Numa. Idem Metamorphos. 14. Fama Numam non ille sanis cognosce Sabinæ. Mant. 5. Quod sub rege Numa condita uina bibis. Man. In Latio Numa Pompilius, si prisca reuoluas. pen. acu.

NVMEN, penult. prod. Stat. Syl. 1. Numinis hic nostræ defluxit fata columbę. Luca. 1. Sed mihi iam lumen nec si te pectore uates. Sil. 14. Flectite nunc uestros Halcione numina cantu. Mar. 1. Næuia lux inquit, næuia numen aue. Oui. Met. 1. Sunt mihi semidei, sunt rustica numina fauni. Idem. Innocuos ambos cultores numinis ambos. Idem. Numen, & auxilium per sacras quærere sortes. Oui. Phyl. Credidimus generi, numinibusque tuis. penul. flect. Vide Cynothoe.

NVMELLA, penult. pro. Lucr. 3. Est insignibus insignis, scelerisque Numella. penult. acu.

NVMIDAE, penult. corr. Sil. 1. Hic passim exultāt Numidæ, gens inscia freni. Oui. Met. 15. Victrices egisse rates, Numidasque rebelles. Luca. 4. Tunc primũ patuere doli, Numidæque fugaces. Mantuan. Ac Numidę indomiti bella intestina mouebant. antepen. acu.

NVMISMA, penul. pro. Mant. Aequorea primum signata numismata puppi. Auso. Ergo intercœptos regale numisma Philippis. Hor. Epist. 2. Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Mart. 1 Cum data sint equiti bis quisque numismata quare. pen. acu.

NVMITIVS, pen. cor. Oui. Met. 14. Infreta flumineis uicina Numitius undis. Idem Fast. 3. Ipsa loqui uisa est placidi sum nympha Numici. antepenultima acu.

NVMITOR, pen. cor. Oui. Fast. 4. Quem sequitur duri numitor germanus Amuli. Idem. Iam fuerat pœnas frater Numitoris, & omne. Idē Met. 14. Rexit opes, numitorque senex amissa nepotum. antepen. acu.

NVMANA, penul. pro. Sil. 8. Hic & quos pascunt scopulosa rura Numanæ. pen. flectit.

NVMANTINVS, pen. pro. Prop. 4. Aerá Numantinos regna loquuntur auos. Man. Atque Numantinas arces, Carthaginis illud. pen. flect.

NVNCVPO, pen. cor. Auso. Nuncupat ingenitus auus fuit anchora signum. Martial. 9. Nomen habes teneri, quod tempora nuncupat anni. Oui. Fast. 1. Nuncupat hęc ętas, Ianiculumque uocat. Idē Metamorph. 14. Nuncupat indigetem, temploque, arisque recepit. Cicero de Nat. Itaque illud nomine ipsius Dei nuncupabant. Idem de Or. Vt totum illud uti lingua nuncuparet. antepenul. acu.

NVNTIVS, pen. cor. Verg. Aen. 12. Nuntius, & iuueni ingentem fert Acte tumultũ. Idem 6. Infelix Dido, uerus mihi, nuntius ergo. Ait Seruius. Sane qui nuntiat, genere tantum dicitur masculino: quod autem nuntiatur, licet neutro dicatur, tamen inuenitur etiam masculino. Mant. Nuntius afflictam rex clementissimus urbem. antepenultima acuit.

NVPER, penultima producta. Martial. 7. Templa nitent, felix area nuper erat. Ouidi. Metamorphos. 1. Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto. Idem. Et ducit remos illic, ubi nuper arabat. Idem 2. Nuper honoratas summo mea uulnera cœlo. Idem. Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses. Idem Fast. 2. Quæ fuerat summo nuper amata

ta Ioui. Idem de Trist. 1. Nuper ab exe quris carmina rapta meis. penultima flectit.

Nvrsia, pen. cor. Sil. 8. Nursia & a. tetrica comitatur rupe cohortes. antepenult. acu. Mart. 13. Nursinas poteris par cius esse pilas. Verg. Aeneid. 7. Nursia, & hortinæ classes, populiq; Latini. ciuitas est Piceni, unde Nursinus. Ait Seruius pen. flec.

Nvrvs, penul. cor. Oui. de Pont. 2. Cumque bonis nuribus, quas peperere nurus. Idem. de Trist. 2. Sunt ea, Romanas erudiuntque nurus. Idem Fast. 3. Illic a nuribus Iunoni templa Latinis. Stat. Syl. 2. Tuque nurus inter longè pulcherrima cuius. Verg. Aeneid. 2. Vidi Hecubam, centumque nurus Priamumque per aras. Mant. Corda ipsis etiam naribus contemnere casus. penultima acuit.

Nvtrio, pen. cor. Hor. Epist. 1. Nempe inter uarias nutritur sylua colūnas. Sil. 2. Pectora ne castris innutrirentur & armis. Idem 8. Orithyia uago Geticis nutriuit in antris. Ver. Aen. 12. Nutrierat Lycia, paribus onerauerat armis. Idem 7. Nutribant, Tyrrhusque pater cui regia parent. Oui. Met. 1. Vritur & sterilem sperando nutrit amorem. Stat. Achil. 1. Nutrierat, nullis uada per Neptumnia Glauca. Oui. Met. 15. Id quoque quod uentis animal nutritur, & aura. Cicero in Salust. Multi priuatorum audacias nutrierunt. antepen. acu. Iuu. Sat. 4. Ausit Auentini bacca nutrita Sabina. Hor. Ser. 2. Vmber & iligna nutritus glaude rotundas. Oui. Met. 1. Viuaci nutrita solo ceu matris in aluo. Claud. Te miles nutritor amat, quæ denique Romæ. Stat. Theb. 10. Vertice sic Pholoes uolucrum nutritor equorū. Ouid. Met. 14. Rexit opes nutritorque senex amissa nepotum. Verg. Georg. 2. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam. penult. flectit. Iuue. Sat. 7. Nutricem Anchiseæ nomen, patriamque nouercæ. Ouid. Fast. 5. Sydera nutricem nutricis fertile cornu. Ver. Aen. 1. Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam. penulti. acuit. Iuuen. Sat. 7. Gallia uel potius nutricula causidicorum. Hor. Epist. 1. Quid uoueat dulci nutricula malus alumno. Vergil. Opusc. Illa autem quid nunc me, inquit nutricula torques. antepenultima acuit.

Nvto, penulti. pro. Stat. Theb. 8. Nutabat tellus non fortius æthera uultu. Idem 1. Inserpit curis, pronusque per aera nutat. Iuu. Sat. 6. Diluuio nutarent vrbes, subsidere terras. Martial. 1. Accipe nō Phario nutantia pondere sexo. Oui. Meta. 1. Nec mora, falcato nutantem uulnerat ense. Stat. Sil. 4. Nutaturus apes, seu fræna sonantia flectes. Idem Thebaid. 6. Hoc cauet interdum nutu, capitisque citati. Sil. 2. Signa ferox uos iussa uirum, nutusque tremamus. Idem. Albentes niueæ tremulo nutamine pennæ. penult. flect.

Nvx, prod. Mart. 5. Saturnalitias perdere Varro nuces. Auso. Dissimulet uiridi cortice tincta nucis. Horat. de Arte. Nec si quid fracti ciceris probat & nucis emptor. Pers. Sat. 1. Aspexi & nucibus facimus quæcunque relictis. Verg. Buc. Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus œtam, Idem. Castaneasque nuces mea, quas Amaryllis amabat. Ait Seruius. Nuces generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore, ut auellanæ, amygdalę, iuglandes, castaneę, sicut contra dicuntur poma omnia molliora. nux acuit.



# O



O, prod. Stat. Syl. 2. O ubi uenturæ spes non longinqua iuuentæ. Prop. 4. O utinam magicę nossem contamina musæ. Ouidi. Metamorphos. 3. O utinam a nostro secedere corpore possem. Tibull. 2. O ego cum dominam aspicerem, quā fortiter illic. Ouid. Penel. O utinam tunc cum Lacedemona classe petebat. Lucan. 2. O utinam, cœlique Dei, ereb ique liberet. Vergil. Aeneid. 6. O uirgo noua mi facies, inopinaue surgit. Ait Seruius. O licet sit naturaliter breuis

breuis in Latinis sermonibus, apud Vergilium tamen pro longa habetur. De quo etiam loquitur Badius Ascensius in Horat. Ode. 1. ibi. O & præsidium, & dulce decus meum. notum est autem Grammaticis o, & cætera monosyllaba in uocalem finita nō facere synalœphen sequente uocali. Vnde spondęus est, o, &. Ioannes Despaut. inquit, ubicunque uocales integræ sunt dictiones, nunquàm ante uocalem, teste Sulpitio. Ego tantùm testimonium inueni de ò aduerbio, ut fermè producitur, ubi est uocandi aduerbium. Tibull. 2. O ego ne possem tales sentire dolores. Interdum corripitur. Vergil. Buc. Te Coridon ò Alexi, trahit sua quemque uoluptas. Ait Seruius. Don, o, a, Antibachius pes est. Sed o, breuis fit: quia uocalis uocalem sequitur: in principio sæpe elongari. Mant. O, Alcon, Menelaus ait, certamine in isto. Oui. Met. 14. O & de Latio, & de gente Sabina. Hæc Quintianus Epogra. 1.

**Oaxis**, penul. pro. Verg. Buc. Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus oaxem. penult. acu.

**Ob**, cor. uocali sequente. Ouid. Fast. 1. Quisque suas artes ob idem delibat agēdo. Idem 2. Munus ob incolumes ille ferebat oues. Lucr. 5. Nequod ob amissum fœdè, dictumque superbe. Vide A.

**Obeo**, penult. cor. Iuue. Sat. 6. Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni. Lucr. 6. Atque labore pudor quem tam cogebat obire. Mart. 1. Omnis, & officium circa te semper obibat. antepenultima acuit.

**Obesus**, pen. prod. Mart. 13. Hic Scarus, æquoreis qui uenit obesus in undis. Claud. Contemptum iam liber erat, sic pastor obesum. Vergil. Georg. 3. Argutumque caput breuis aluus, obesaque terga. Idem. Tussis anhela sues, ac faucibus angit obesis. pen. flect.

**Obex**, pen. cor. Sil. 13. Obnixi torquent obices munimina feræ. Idem 4. Et fidos certant obices arcessere sylua. Sed quoniam ab obiicio deduci uolunt: legitur in obliquis pen. producta, ac si gemino ii, scriberetur. Sicut obiicio. Claudi. Aeolus abrupto gentes sic obice fudit. Idem. Hæsit non spacio terræ, nōn obice ponti. Verg. Georg. 2. Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residūt. Idem Aen. 10. Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Ait Seruius. Modò usus habet, ut hic obex dicamus. Vnde quidam, magno obice legunt. Antiqui etiam hæc obex dicebant, secundum quod est, magna obice: hinc est, quod, nonnulli uitant generis dubietatem: & legunt, magni scilicet maris. Caper tamen in libris dubii generis probat dici, hic obex & hæc obex: quod nt diximus, hodie de usu recessit. penult. acuit.

**Obeliscus**, pen. pro. Ver. Opusc. Hæc aperit prima fastigia celsa obelisci. penult. acuit.

**Obduco**, pen. pro. Vergil. Georg. 2. Bis segetes desis obducunt sentibus herbæ. Idem Buc. Lumosoque palus obducat pascua iunco. pen. flect.

**Obiicio**, penul. cor. Oui. Met. 1. Horriferáque oculis, animoque obiecit Erynnis. Verg. Aeneid. 5. Hinc oculis subito obiicitur, magnoque futurum. Idem 4. His germana malis oneras, atque obiicis hosti. Ait Seruius. Ob naturaliter breuis est, sicut re, & ad: sed plerunque producuntur hac ratione: quod habent uocalem sequentem, ut obiicio, adiicio: quæ per declinationem sequentem potest in consonantis formam transire. ut, obieci, reieci: ergo etiam antequàm trāseat, interdum fungitur officio consonantis, & præcedentem longam facit. Vide Abiicio. antepenult. acuit. Cicero Att. Obiiciunt mihi. Idem in Or. Alter alteri obiicit uocis flexiones. Idē pro Dom. Cum mihi furta, & libidines obiiciuntur. Idem pro S Ro. Quæ res huic tantum furorem obiiciuntur.

**Obitus**, pen. cor. Oui. Metamorphos. 3. Ante obitum nemo supremaque funera debet. Idem 15. Vnda die gelida est, ortuque, obituque calescit. Stat. Syl. 5. Nec mirum uidet ille ortus, obitusque quid arctos. Vergil. Georg. 1. Nec frustra signorum obitus speculamur, &

or tus.

ortus. Idem Opusc. Hellespontiadis obiturus reddidit undis. antepenultima acuit.

Obiter, pen. cor. Mant. Hic obiter quæ sit nomenclatura dierum. Iuue. Sati. 6. Verberat, atque obiter faciem linit, audit amicas. Idem 3. Atque obiter leget, aut scribet, uel dormiet intus. antepen. acuit.

Oblectamen, pen. pro. Sta. Syl. 3. Nec desunt uariæ circum oblectamina uitæ. penul. flec.

Obligo, pen. cor. Oui. Fast. 2. Nec satis est homines, obligat ille deos. Idē. Obligor ipse tamen, sed enim ne pectora uano. antepenul. acu. Cicero Qu. Fr. Quē fac ut tua liberalitate tibi obliges. Idem. Scaurum beneficio defensionis ualde obligaui.

Obmutui, a uerbo obmutesco. Vergili. Aen. 4. At uerò Aeneas aspectu obmutuit amens. Cic. de Clar. Hoc studium, Brute, nostrum conticuit subito, & obmutuit. Idem. Tum etiam eloquentia obmutuit. antepe. acu.

Oblimo, penul. produ. Luca. 6. Penè gener crassis oblimat Echinadas undis. Vergili. Georg. 3. Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes. Cicero de Nat. Nilus recedens mollitos, & oblimatos agros ad ferendum relinquit. penultima flectit.

Obliquo, penul. pro. Sta. The. 6. Obliquant, tenduntque uias, iterum anxius axes. Iuuenal. Sat. 3. Obliquat, nec nō gentilia tympana secum. Sta. Theb. 11. Cuspis in obliquum inuenit uulnera costis. Idem Syl. 2. Inde per obliquas erepit porticus arces. Lucan. 1. Ibit & obliquum bigas agitare perorbem. Ouidi. Metamorphos. 1. Fluminaque obliquis cinxit decliuia ripis. Idem Fast. 3. Iam leuis obliqua subsedit Aquarius urna. penul. flect.

Oblitus, penulti. produ. Horat. Ser. 2. Oblitum quanto curam, sumptumque minorem. Ouidi. Metamor. 2. Sæpe feris latuit uisis oblita quid esset. Idē Fast. 2. Obliti decoris, uirque, paterque iacent. Idem 4. Dum leget oblito fertur gustasse palato. Verg. Aene. 5. Obliti decorisque sui, sociumque solutis. Idem Georgi. 3. Signa mouet, precesque oblitum fertur in hostem. Lucre. 3. Obliti fontem curarum hunc esse timorem. pe. flect.

Obliviscor, penul. pro. Verg. Aen. 2. Quisquis es, amissos hinc iam obliuisce re Graios. Ait Seruius Aen. 1. ibi. Mitte, forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Et obliuiscor similiter & genitiuum regit, & accusatiuum: ut, obliuiscere cædis, atque incendiorum: & obliuiscor iniurias tuas o Clodi. Cicero pro Planc. Memini enim, memini, nec unquàm obliuiscar noctis illius. Idem pro Cæl. Obliuiscor iniuriarum. Idem de Clar. Curio subitò totam causam oblitus est. Idem pro S. R. Vt alia obliuiscar. pen. acuit.

Oblivium, penultima correpta, pro obliuio, ories, quo in numero singulari non utimur, ait Calepin. Stat. Theba. 1. Grata laboratæ referens obliuia uitæ. Idem Syl. 1. Insidiosa quies, & pigræ obliuia uitæ. Lucan. 3. Me non Lethææ coniux obliuia ripæ. Iuuen. Sati. 6. Inde animi caligo, & magna obliuio rerum. Ouidius Fastor. 5. Longa referre mora est collecta obliuia damus. Lucan. 10. Plæbis erit Latiæ, sed tanta obliuio mentis. antepe. acu.

Obloquor, penul. corre. Flac. 9. Obloquitur modulis modulos, & carmine carmen. Cicero pro Clu. Vocat me iam dudum tacita uestra expectatio, quem mihi obloqui uidetur. antepenultima acuit.

Obnubo, penultima prod. Stat. Theba. 6. Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu. Verg. Aeneid. 11. Induit, arsurasq; comas obnubit amictu. Ait Seruius. Obnubit, uelauit: translatio a nubibus, quibus tegitur cœlum: unde & nuptiæ dicuntur, quod nubentium capita uelentur. Vide Nubo. Cicero pro Rab. Caput obnubito, arbori infelici suspendito. penul. flect.

Obolus, penultima correpta. Priscianus de ponder. mens. Semi oboli duplum est, obolus, quem pondere duplo. Idem. Nam, nihil hic oboloue minus, maius-

que talento. antepenultima acuit.

OBREPO, penul. prod. Iuue. Sati. 9. Possimus obrepit non intellecta senectus. Hora. de Arte. Verum operi longo fas est obrepere somnum. Stat. The. 8. Obruit, & facilis lacrymis irrepere somnus. Cicero de Sen. Obrepere, aiunt, senectutem citius quàm putassent. Idem de Diu. Nullæ imagines obrepunt in animos dormientium. Idem pro Plan. Ob repsisti ad honores errore hominum. penulti. flect. Vide Repo. Ait Ioannes Despauter. lib. 3. At repens nomen pro repentinus, aut aduerbialiter pro repente undecunque sit, perpetuum corripitur. Vergi. Aene. 12. Quò ruitis? quoue ista repens discordia surgit. Ouidius Fastor. 1. Bina repens oculis obtulit ora meis. penul. acu.

OBRVO, pen. cor. Ouid. Metamor. 1. Obruerat tumulos immensa licentia ponti. Idem Fasto. 1. Obruit ingentes ista procella uiros. Vergil. Georg. 2. Deposuit sulcis hic stirpes obruit aruo. Stat. Thե. 8. Obruit, & facilis lacrymis irrepere somnus. Lucan. 9. Obrepit haud totam uigilat pars magna comarum. Vergili. Aenei. 2. Vestrorum obruimur, oritur que miserrima cædes. Cicero de Nat. Crocodili cùm in terra partum ediderunt, obruunt oua. Idem. Ranæ marinæ obruere sese arena solent. Idem de Ar. Quod dii omen obruant. antepen. acuit.

OBRVTVS, penul. cor. Stat. Theb. 6. Obrutus ac penitus fractum, obductumque cadauer. Ouid. Metamorph. 1. Obruta sunt pressique iugo gemuere iuuenci. Idem. Obruta mole sua cùm corpora dira iacerent. Idem Fastor. 1. Quod petis a nobis obrutus ille dabit. Idem Penel. Obrutus insanis esset adulter aquis. Vergilus Aeneid. 10. Exercere dicit sic obrutus undique telis. antepenultima acuit.

OBSCAENVS, penul. prod. Verg. Aen. 3. Obscænamque famem, quæ prima pericula uito. Horatius Ser. 1. Ignem ad obscænum subductis usque facetus. penul. flectit.

OBSCVRVS, penultima producta. Ouid. Metamorpho. 1. Interea repetunt cæcis obscura latebris. Idem 2. Mentiar obscurum nisi nox cùm fecerit orbem. Iuuen. Sati. 6. Obscurisque genis turbis fumoque lucernæ. Horat. de Arte. Obscurus fio, sectantem leuia neiui. Verg. Aenei. 2. Limosoque lacu per noctem obscurus in ulua. Idem 12. Etheaque obscurant pennis, hostemque per auras. Man. Altius & Graios, hoc non obscurat honorem. Cicero in Catil. Nox tenebris obscurat omnia. Idem pro Mar. Tuas laudes obscuratura nulla unquam est obliuio. pen. flect.

OBSES, penul. pro. Ouid. Phill. Qui mihi coniungii sponsor, & obses erat. Idē Met. 1. Obsidis unius iugulum mucrone resoluit. pen. acu.

OBSEQVIVM, penultima correp. Claud. Obsequium grauibus, subnectens flammea gemmis. Idem. Obsequio teneris quantum sol igneus ambit. Horat. Ser. 2. Cælebis obsequium nudet te leniter in spem. Idem Epist. 1. Alter in obsequium plus æquo pronus & imi. Oui. Met. 3. Obsequio Semele, qualem Saturnia duxit. antepe. acu.

OBSIDEO, penul. cor. Vel obsido, is. Iuuen. Sat. 10. Clausit & egregius Lateranorum obsidet ædes. Mar. 12. Obsidere alii portis sublimibus astant. Vergilius Aen. 2 Obsedere fores has seruant agmine denso. Idem 7. Obsedere apicem, & pedibus per mutua nexis. Idem. Aeneadæ possint, Italosque obsidere fines. Idē. Celsa petit, tacitumque limen amatæ. Idem 8. Perfectis referunt, ibat rex obsitus æuo. Idem 11. Arripuitque locum, & syluis insedit iniqui. Cicero in Antoni. Qui Mutinam, & consulem designatum obsederit. Idem Antonius armis obsedit. Idem in Verrem. Qui sinus quosdam obsedisse maritimos. Idem in Orat. Cùm is, qui audit, ab oratore obsessus est. Idem Atti. Nos quoniam superum mare obsidetur. ante penul. acu.

OBSIDIO, penultima corre. Iuu. Sat. 16. Extremi longæ dira obsidionis egestas. Ouidius Fastor. 2. Et patitur longas obsidione moras. Idem 6. Totque domos

mos uestras obsidione premi. Idem. Fecerat obsidio iam diuturna famem. Vergili. Aeneid. 8. Accidere, ingentique urbem obsidione premebat. Idem 10. Obsidione fines, muris iterum imminet hostis. antepe. acu.

OBSISTO, penultima producta. Ouidi. Metamor. 2. Aera permisit uix nunc obsistitur illis. Idem Epist. 13. Tunc freta debuerant uestris obsistere uentis. Cic. Off. Multorum odiis nullæ opes possunt obsistere. Idem in Catil. Consiliis Catilinæ occurri, atque obstiti. penult. acuit.

OBSITVS, penultima corre. Stat. Theb. 7. Ecce truces oculos sordentibus obsita canis. Idem 2. Hac & tunc fusca uolucer Deus obsitus umbra. Verg. Aen. 8. Perfectis referunt, ibat rex obsitus æuo. antepe. acu.

OBSONIVM, penultima corre. Hor. Ser. 1. Omnia conductis coemens obsonia nummis. Iuuen. Sat. 2. Ossea non tamé his ulla unquàm obsonia fiunt. Martia. 5. Omnia cum retro pueris obsonia tradas. antepe. acu.

OBSTO, as, penultima producta. Lucan. 1. Obstaret, gaudensq; uiá fecisse ruina. Ouidius Metamorpho. 1. Obstabatque aliis aliud, quia corpora in uno. Idem 3. Obstitit, & fixas pariter sua robora ceruis. Cicero pro S. R. Officere, & obstare commodis alicuius. pen. acu.

OBSTACVLVM, pen. corr. Mantua. Priuatis turbare odiis obstacula tantis. antepenul. acu.

OBSTREPO, penul. correp. Ouidi. Fast. 6. Voce locus Sinó obstreperetur aquis. Mart. 1. Quòd clamas semper, quod agentibus obstrepis, Heli. Cicero de Or. Ipsi sibi in dicendo obstrepere uidentur. antepe. acu.

OBSTVPEO, penultima correpta. Ouidi. Metamor. 1. Obstupuere diu, rupitque silentia uoce. Idem Fasto. 1. Obstupuit dubio territa turba sono. Vergi. Aenei. 1. Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Idem. Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates. Idem 11. Dixerat Aeneas, olli obstupuere silentes. antepe nulti. acuit.

OBSVTVS, penultima produ. Oui. Fast. 2. Obsutum menta torret in igne caput. penult. flect.

OBTICEO, penultima correp. Horat. de Art. Turpiter obticuit sublato iure nocendi. antepe. acu.

OBTESTOR, penultima produ. Vergili. Aene. 9. Obtestor quæcunque mihi fortuna, fidesque est. Cicero pro Mur. Vestram fidem obtestor. Idem pro Sest. Id que facias te obtestor. pen. acu.

OBTRVNCO, penultima produ. Sil. 14. Iurati obtruncant, nec iam modus ensibus addunt. Verg. Aene. 2. Natum ante ora patris, patrem, qui obtruncat ad aras. Cice. de Nat. Puerum interea obtruncat. pen. acu.

OBTVSVS, penultima producta. Ouidi. Metamorpho. 1. Quod fugat obtusum est, & habet sub arundine plumbum. Vergili. Georg. 1. Vomeris obtusi dentem cauat arbore lintres. Idem. Namque neque tum stellis acies obtusa uidetur. Idem 3. Hoc faciunt nimio luxu obtusior usus. Idem Aeneid. 1. Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. Sta. The. 7. Et iam acies obtusa negat, cunctique resistunt. penul. flec.

OBTVTVS, penul. prod. Sil. 13. Obtutu toruum contra, & furiale renidens. Vergili. Aeneid. 1. Dum stupet, obtutuq; hæret defixus in uno. Idem 7. Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret. penulti. flect.

OBVIVS, pen. corre. Mantuan. In manibus nobis totus uenit obuius Aether. Iuue. Sat. 10. Brutidius meus ad Martis fuit obuius oram. Ouid. Met. 1. Obuia que aduersas uibrabant flamina uestes. Idem 2. Obuius ire polis ne te citus auferat axis. Ver. Aen. 3. Auspiciis, & quę fuerit minus obuia Grais. Idem 4. Obuius armato, seu cùm pedes iret in hostem. Idem 12. Obuius ambustum torrem Chorineus ab ara. Auson. Iam minor, & promissa obuians uadimonia Damon. Obuio, uerbum, ait Ioannes Despauter. in raro usu est, ut Salustius, obuiatum est. & absque exemplo, Valla inquit, obuio tibi. Idem Ant. Nebrissen. Quod uerbum tanquàm barbarum

a Calepino nuper recognito a Paulo Manutio exetur.de quo recentiores Latinitatis doctè locuti sunt. ibi, obuiare barbarum esse, & illum Salustii locum mendosè, atque corruptè legi: cuius in Iugurtino talis est. Deinde quia tum primum superbiæ nobilitatis abutatum est. corruptum esse, aiunt, textum ita corrigendum: tum primùm superbiæ nobilitatis obuiam itum est; cùm obuiare uox sit planè barbara, & a nullo recepto autore usurpata, neque legi apud idoneos autores: pro quo Latinè dicimus, procedere obuiam alicui, prodire obuiam, uenire obuiam, mittere obuiam, obuiam fieri, esseque. cumque iis obuius, obuia, obuium: & si quæ apud autores exempla alia leguntur. Cicero pro Mur. Mihi obuiam prodierunt de prouincia. Idem. Deinde ipse accusator obuiam uenit. Idem in Ver. Mihi obuiam cum suis omnibus processit. Idem Atti. Tironem Dolobellę obuiam misi. Idem pro Plan. Cùm ipsa penè insula mihi sese obuiam ferre uellet. Idem Att. Obuiam mihi fit tabellarius. Idem pro Mur. Si mercede conducti obuiam candidatis essent. Salust. in Catil. Hostibus obuiam ire. Cicero Atti. Tu autem fac, ut tuæ literæ mihi uolent obuiæ. Idem pro Mil. Si ille ei obuius futurus non erat. His exemplis restat omnibus argumentum, quòd obuio si Latinum esset, apud Ciceronem legeretur. Ideo tanquàm barbarum esse relictum.

OCCASVS, penultima producta. Sil. 14. Nec minus occasus petit incita, quam petit ortus. Clau. Occasus quodcunque dies deuexior ambit. Ouid. Metamor. 2. Prospicit occasus, interdum respicit ortus. Vergili. Opuscu. Occasus habuere suos, aut illa uorago. penulti. flecti. Iuuenal. Sat. 13. Quantulacunq; adeo est occasio, sufficit iræ. Idem 16. Alterius populi rapienda occasio cunctis. Cato. Fronte capillata, post hæc occasio calua. antepe. acu.

OCEANVS, penultima correpta. Mart. 3. Et sedeo qua te suscitat Oceanus. Ouid. de Tristib. 1. Tingitur Oceano custos Erymanthidos ursæ. Idem 2. Persere hoc fluctus, Oceanusque caput. Idem 15. Oceano numerem quodcunque habitabile tellus. Idem 13. Oceanum, & terras, cumque alto sydera cœlo. Idem 2. Oceanumque senem quorum reuerentia mouit. Lucan. 1. Oceanus uel cum refugis se fluctibus aufert. antepenulti. acuit.

OCELLVS, penultima producta. Mantu. Protulit, & matri blandis arrisit ocellis. Iuuen. Sati. 6. Turbauit nitidos extinctos passer ocellos. Tibul. 3. Et si perque suos fallax iurauit ocellos. Mar. 1. Sæpe mihi queritur non siccis cestos ocellis. penul. acu.

OCCIDO, penultima correpta. Martial. 6. Inter Baianas raptus puer occidit undas. Vergili. Aeneid. 12. Occidis argiuæ quem non potuere phalanges. Idem. Occidit infelix, ne nostrum dedecus uidens. Idem. Occidit ipsa sua, lucemque exterrita fugit. Idem. Occidit, occideritque sinas cum nomine Troia. Idem 11. Funditus occidimus, neque habet fortuna regressum. Idem Georg. 1. Taurus & aduerso cedens canis occidit astro. Flac. 9. O socii occidimus, nec spes est ulla salutis. Statius Achil. 1. Occidimus, placuit Lycomedis conscia tellus. Ouidius Metamorphos. 1. Occidit una domus, sed non domus una perire. Cicero de Nat. Refrigerato autem, & extincto calore occidimus. Idem de Diui. Eudemus prælians ad Syracusas occidit. Idem Acad. Hic ornatus nunquàm dilapsus occidit. antepenultima acuit.

OCCIDO, penultima producta. Martial. 1. Occidit, puto, te caie quod una fuit. Claud. Occidit iuuenes, inhumataque corpora uulgo. Iuuenal. Satir. 3. Stoicus occidit boream delatus amicum. Cicero pro S. R. Occiditur ad balneas Palatinas rediens a cœna Roscius. Idem de Fin. Virginius Virginiam filiam manu sua occidit. Idem in Antoni. Cùm Pansa hostium copias occisione occiderit. penul. flec.

OCCIDVVS, penultima cor. Claud. Ora licèt maculis aspexerit occiduus sol. Idem.

Idem. Quid sol occiduus prodat quo saucia uento. Ouidi. Met. 1. Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt. Idẽ Fast. 1. Præceps occiduas ille subibit aquas. Stat. Syl. 1. Occiduas, primasque domos, & sole subomni. Idem 5. Fluctibus occiduis fessoq; Hyperione Thulem. Sil. 1. Occidui qui solis opes, & uulgus Iberum. Lucan 4. Torsit in occiduum Nabatheis flatibus orbem. antepenult. acuit.

OCCIPVT, penult. cor. Pers. Sat. 1. Occipiti ceco posticæ occurrite sannæ. antepenult. acuit.

OCCISVS, pen. pro. Mart. 1. Ex hoc occisus Ruffe uidetur Erix. Ver. Aen. 10. Occiso Therone uirũ qui maximus ultro. Idem 11. Hinc alii spolia occisis direpta Latinis. Horat. Ser. 2. An tu reris eum occisa insanisse parente. penult. flectit.

OCIMVM, pen. cor. Pers. Sat. 4. Cùm bene discincto cantauerit ocima uernę. antepenult. acu.

OCYROE, pen. cor. Oui. Met. 2. Ocyroen, non hæc artes contenta paternas. antepenult. acu.

OCHALIS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Ochalis & Tyrii moderator liuet aheni. Idem 2. Ochalidẽ illo præceps mutaret Apollo. antepen. acu.

OCCVBO, pen. corr. Occumbo, is, pen. pro. Stat. Theb. 2. Frena secundus Halys sed tunc pedes occubat aruis. Mart. 1. Occubuit tandem cornuto ardore potitus. Ouidi. Metamor. 15. Occubuisse neci mirabere, uixque probabo. Vergil. Nec adhuc crudelius occubat umbris. antepen. acu.

OCCVLO, pen. cor. Oui. Met. 1. Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem. Idẽ 2. Occuluitque caput, quod adhuc latet ostia septem. Tibull. 1. Siquis & imprudens aspexerit occulat ille. Flac. 2. Occulerat syluis, ipsam sed conscius ausi. Verg. Aeneid. 12. Fœminea tegat, & uanis sese occulat umbris. Idem Geo. 2. Sparge fimo pingui, & multa memor occule terra. Cicero Att. Appii uulnera apparent, nec occuli possunt. Idem in Or. Puncta argumentorum plerumque occulere. Idem Tusc. Mulieres in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. antepen. acu.

OCCVPO, pen. cor. Hor. de Art. Occupet extremum scabies mihi turpe relinqui est. Ouid. Met. 1. Vix prece finita torpor grauis occupat artus Idem 2. Occupat ille leuem iuuenili corpore currum. Idẽ Fast. 6. Occupat amplexu, terque potitus ait. Marc. 7. Occupat aut totas nigra popina uias. Ver. Aen. 10. Occupat os, faciemque aduersam, poplite palmam. Idem 3. Hic incredibilis rerum fama occupat aures. Idem Georg. 4. In noctem, fessosque sopor suus occupat artus. Idem Aeneid. 6. Occupat Aeneas aditum, custode sepulto. Cicero Atti. Cæsar magnam Italiæ partem occupauit. Idem de Clar. Locus in subselliis occupetur. Idem in Ant. Qui regibus exactis regnum occupare noluerunt. Idem pro Quint. Fr. Ante occupetur animus ab iracundia. antepenultima acuit.

OCREA, penul. cor. Stat. Theb. 10. Semianimes artus ocreis retinentibus hæret. Iuuenal. Sat. 6. Prælia tum felix ocreas uendente puella. antepenultima acuit. Horat. Ser. 2. Inniue Lucana dormis ocreatus, ut aprum. penultima flectit.

OCRISIVS, pen. cor. Oui. Fast. 6. Nanq; pater Tulli Vulcanus Ocrisia mater. antepen. acu.

OCTAVIVS, penult. corr. Iuuen. Sat. 8. Thessaliæ cãpis Octauius abstulit udo. Lucan. 4. Noluit Illiricæ custos Octauius undæ. antepen. acu.

OCTAPHORVS, pen. cor. Marr. 6. Octaphoro sanus portatur auite Philippus. antepen. acu.

OCTAVVS, penult. prod. Iuuenal. Sat. 1. Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur dîis. Martial. 11. Octauam poteris seruare laudabimur una. Idem 8. Octauus ligulam misit sextante minorem. pen. flectit.

OCTIPES, penultima correpta. Ouidi. Fasto. 1. Octipedis frustra quærentur brachia cancri. antepenultima acuit.

OCTOGESIMVS, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Sic multas hyemes, atque octogesima uidit. antepen. acu.

OCTOGINTA, penult. pro. Hor. Ser. 2. Octoginta annos notus cùm stragula la uestis. pen. acu.

OCTONVS, pen. prod. Sil. 14. Nanque bis octonis non dum rex præditus annis. Ver. Opusc. Quæ in octonas excur rit pondere libras. Oui. Meta. 15. Augebat bis adhuc octonis integer annis. penul. flec.

OCVLINA, penul. cor. Iouenal. Sati. 6. Vt spectet ludos conducit oculina uestem. antepe. acu.

OCVLVS, pen. cor. Lucan. 2. Vultusque exanimes oculosque in morte minaces. Idem 6. Affixam uellens oculo pendente sagittam. Oui. Metamorph. 1. Idem oculi lucent, eadem feritatis imago. Vergili. Aenei. 4. Audiit omnipotens, oculosque ad mœnia torsit. antepenultima acuit.

ODITES, pen. prod. Ouid. Meta. 5. Hic quoque Cephanum post regem primus Odites. pen. acu.

ODI, penul. produ. Mart. 10. Odit amatrices hermaphroditus aquas. Lucan. 2. Oderuntque grauis uiuacia fata senectæ. Horát. Ser. 4. Odisti, & fugies, & Rufonem debitor æris. Iuuenal. Satir. 3. Tunc geminus casus uerbis, tunc odimus ignem. Vergili. Aeneid. 7. Odie & ipse pater Pluton, odere sorores. Ouidi. Metamorphos. 2. Suppliciumque suum est, quamuis tamen oderit illam. penultima acuit. Vide Memini. Cicero Att. Nec enim Appium odimus. Idē. Odit enim prouinciam. Idem in Anton. Nec deseram partes, quas Pompeius odiuit.

ODIVM, penul. corre. Ouidi. Metamor. 2. Iuppiter huic odio nemus est, & Coscia sylua. Idem 3. Ingeneres socios odium subit, ecce priori. Idem 15. Misit aquas, odiumque meri permansit in undis. Idem de Pont. 2. Iam minus hic odio est, quàm fuit ante locus. antepen. acuit.

ODIOSVS, penul. produ. Ouidi. Heroi. Aut mare prospiciens odioso concita uento. Martia. 1. Sis licet usque malus, non odiosus eris. penult. flect. Idem 8. Archetypis ueteli nihil est odiosius emcti. Mant. Funda odiosa, canes odiosi, odiosa uolucrum. antepe. acu.

ODOR, penul. corr. Ouidi. Metamor. 2. Vt tamen ingratos in pectora fudit odores. Ver. Buc. Sic positæ quoniam suaues miscetis odores. Claud. Vulturnusque rapax, ut Nar uitiatus odoro. Pers. Sati. 6. Ossa in odora dabit, seu spirent cinnima surdum. Verg. Aen. 4. Massylique ruunt equites, & odora canū uis. Ait Seruius. Nam odorum est, quod ex se odorem emittit, non quod odorem sequitur: nam odoratū est, quod aliunde odorem accipit, ut odoratum templum. Tria ergo sunt odorū, quod per se olet, odoratum, quod aliunde odorē accipit: odorisequum, quod odorem sequitur. Lucan. 4. Claudat odoratæ me tuentes aera pennæ. Ver. Geor. 3. Disce & odorata stabulis accendere cedrū. Ouidi. Fast. 2. Ibat odoratis humeros perfusa capillis. Luca. 7. Cædis odorati Pholoen liquere leones. Ait ibi Sulpitius. Odorati qui odorauerunt, estque participium a deponente odoror, estque propriè odoratus, qui accipit aliunde odorem; odorum uerò quod per se odorem emittit, ut rosa. penul. flec. Odor uerò pen. acu. Sta. Syl. 2. Ignis, odoriferos exhausit flamma Sabæos. Oui. Meta. 4. Gentis odoriferæ quam formosissima partu. Vergi. Aen. 12. Ambrosiæ succos, & odoriferam Panaceam. antepenul. acu.

ODOROR, pe. pro. Lucr. 6. Cernere, odorari licet, & sentire sonorem. Et odoro legitur. Cic. in Ver. Vt canes uenatici optime odorabantur omnia. Idē. Post rem hi uoluptates omnes inuestigant, & odorent. pen. flec.

ODRYSIVS, pe. cor. Stat. Sylu. 5. Odrysius uates positis ad Strymona plectris. Sil. 4. Odrysia tellure uocat, dum fulminis atri. Idem 7. Odrysius boreas, & sytrim tollere pollens. Fla. 1. Nec uerò Odrysius transtris impenditur Orpheus. Idem. Odrysius dux ritè mouet, mistoque sonantem. antepe. acu.

ODRIACVS, penul. corr. Sil. 7. Odriaci fugite infaustus Saulonis arenas. antepenul. acu.

OEAGRIVS, pen. cor. Oui. Met. 1. Vitgineusque Helicon, & nondum Oeagrius Aemus. Mant. Vt fertur traxisse feras Oeagrius Orpheus. antepenulti. acuit.

OEBALIVS, pen. cor. Oui. Fast. 1. Protinus Oebalii rettulit arma Tati. Stat. Syl. 3. Oebalii fratres uobis pontusque, polusque. Martia. 14. Oebalius Phœbi culpa, dolorque puer. Idem 11. Oebalius flammas iussit abire puer. Vergili. Geor. 4. Nanque sub Oebalia memini me turribus altis. Idem Aen. 7. Oebale quē generasse Telon Sebethide nymphæ. antepe. acu.

OEBASVS, penul. cor. Flac. 6. Oebasus infectum summisso poplite falcem. antepenul. acu.

OECHALIA, pe. cor. Verg. Aen. 8. Troiamque Oechaliamque, ut duros mille labores. antepe. acu.

OEDIPODES, pen. cor. Mar. 9. Phineas inuites, Afer, & Oedipodas. Stat. The. 2. Oedipoden, tibi larga Pelops, & Tantalus autor. Idem. Oedipodas, tu solus eris, hæc premia morum. Idem 1. Oedipodæ confusa domus quando Itala nō dum. Idem. Oedipodes, longamq; animam sub morte trahebat. Luc. 8. Oedipodionias infelix fabula Thebas. antepenul. acu.

OENOPHORVM, pe. cor. Mar. 6. Reddidit Oenophori pondera plena sui. Iuue. Sati. 6. Oenophorum sentiens, plena quod tenditur urna. antepe. acu.

OENOTRIA, pen. cor. Sil. 1. Aeneadum, patiturque ferox Oenotria iura. Verg. Aenei. 8. Hinc Italæ gentes, omnisque Oenotria tellus. Idem 1. Oenotrii coluere uiri, nunc fama minores. Ait Seruius. Oenotria autem dicta est, uel a uino optimo, quod in Italia nascitur, uel ut Varro asserit, ab Oenotrio rege Sabinorum. antepe. acu.

OEDONIS, pe. cor. Luc. 1. Oedonis Ogygio decurrit plena Lyæo. antepe. acu.

OETE, pe. pro. Oui. Metamor. 2. Ardet Athos, Taurusque, Cylix, & Tmolus, & Oete. Idem in Ibin. Vt fuit Oete quondam generoque draconum. penul. acuit.

OENIDES, pen. prod. Sta. Theb. 2. Eulat Oenides, uindex sic ille Dianæ. penulti. acuit.

OFELLA, pen. pro. Mart. 13. Parua tibi curua craticula sudet ofella. Idem 10. Et quæ non egeant ferro structoris ofellæ. Hor. Ser. 1. Nec meus hic sermo est, sed quem præcedit ofellus. pe. fle.

OFFICIVM, pe. cor. Oui. Met. 1. Officioque pedum nymphæ contēta duorū. Idē. Officiique refers, quod adunci uulnera aratri. Mant. Officio nati stetit ad præsepia Christi. Clau. Fungitur officio, gaudetque potentia flecti. Vergili. Opusc. Heu quid ab officio digressa est gratia cum te. Idem Geor. 1. Illic officiat lætis ne frugibus herbæ. Man. Officiant morbi tua præsentissima nobis. Cicero pro S. R. Cur meis commodis officio simulato officis? Idem de Clar. Horum sententiis conticis officit Theopompus. Idem de Or. Cuicunque particulæ cœli officeretur. antepe. acu. Mar. 1. Ad Proculi nitidos officiose lares. Idem 5. Semper in humanos habet officiosus amicos. pe. flec.

OGYGIVS, penult. corr. Stat. Sylu. 5. At cades Ogygio uersantem in puluere metas. Idem The. 2. Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas. Idem 5. Sed nunc Ogygii iussis quando omnis anhelat. Idem 7. Omnibus Ogygio fat erit Tritonia bello. Luca. 1. Aedonis, Ogygio decurrit plena Lyeo. Mantua. Ogygias tantum nobis antiquior ille est. antepe. acu.

OHE, exclamantis interiectio, penultima produ. Iuuenal. Sat. 7. Corpus eget, satur est, cùm dicit Horatius ohe. Hora. Ser. 1. Ingerere, huc Appelle, trecentos inseris, ohe. Idem 2. Importunus amat laudari donec ohe iam. Hic non obseruat poeta regulam, ut uocalis ante uocalem breuiatur, ut supra elongari: fortasse, quatenus h, est littera, ideo consona, ideo produci. Despauterius in ohe facit exceptionem producens, lib. 2. Vers. Vide H, nullum accentum

habet, ait Donatus cap. de interiectionibus, ibi. Accentus interiectionibus certe esse non possunt, ut ferè aliis uocibus, quas inconditas inuenimus.

OILEVS, penultima producta. Flacc. 1. Nauplius, & tortum non ab Ioue fulmen Oileus. Vergil. Aeneid. 1. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei. trisyllabum est cum diphthongo finali Graeca. pen. acuit.

OLEO, penultima correpta. Iuuenal. Sati. 5. Pallidus affertur misero tibi caulis olebit. Horat. Episto. 1. Vina ferè dulces oluerunt mane camenae. Martia. 3. Quid quod olet grauius mistum diapasmate uirus. Idem 6. Omnia cùm fecit Thaida Thais olet. Idem 9. Atque oluere lares commessatore Lyaeo. Idem 14. Tinge caput nardi folio ceruical oleuit. Cicero in Orat. Quid illud, non olet, unde sit. Idem Thuscu. Maleolere omne coenum. Idem Atti. Vt mulieres, ideo bene olere, quia nihil olebant, uidebantur. Iuuenal. Sati. 7. Scriptores, petit hic plus temporis, atque olei plus. Horat. Episto. 1. Si nimis arcta premūt olidae conuiuia caprae. Martial. 9. Hic olidam clamosus age in retia uulpem. Mantuan. Truditur in castam pellex olidissima calcat. Ouidi. Fastor. 4. Vre mares oleas, tedáque, herbasque Sabinas. Vergil. Georgi. 2. Conserere, atque olea magnum uestire Taburnum. Idem. Truditur è sicco radix oleagina ligno. antepenultima acuit. Idem. Indicio est tractu surgens oleaster amaris. Idem. Infelix superat foliis oleaster amaris. Idem 12. Aenei. Forte sacer fauni foliis oleaster amaris, penulti. acuit. Vide Oliua.

OLENVS, penultima correpta. Ouidius Metamorpho. 10. Olenus esse nocens, tuque ò confisa figura. Stat. Thebai. 4. Olenos, Ioniis, & fluctibus hospita portu. antepen. acuit.

OLENIVS, penul. cor. Stat. Syl. 1. Sydus & olenii dignum periisse sub astris. Idē 3. Oleniumque pecus solito tunc peior Orion. Idem Theb. 2. Per tamen Olenii tegmen suis atraque setis. Oui. Metamorpho. 3. Flectere, & Oleniae sydus pluuiale capellae. Idem Fasto. 5. Quod petis Olenius, inquam, mihi missus ab aruis. Idem. Nascitur Oleniae sydus pluuiale capellae. antepe. acu.

OLIM, penul. produ. Stat. Sylu. 4. Olim etiam ne prima genas lanugo nitentes. Horat. Ser. 1. Quae simplex olim tibi sederit, at simul aliis. Ouid. Meta. 2. Sen ferat hoc olim, magni matrona tonantis. Idem Fasto. 2. Sospite sic te sit natus quoque sospes, & olim. Verg. Aen. 1. Audierat, Tyrias olim quae uerterat arces. Ait Seruius. Tria enim tempora significat, praeteritum: ut olim arbos. presens, ut tumidis quod fluctibus olim Funditur. futurum: ut, Nunc olim quocunque dabunt se tempore uires. penultima acuit.

OLIVA, penul. produ. Martia. 1. Nec de Picenis uenit oliua cadis. Ouidius de Tristib. 1. Adiuuat in bello pacatae ramus oliuae. Idem 4. Postque meos ortus Pisaea uictus oliua. Mantuan. Saxa ciet pompas, & cùm uiriditatis oliua. Hor. Ser. 2. Quali perfudit pisces securus oliuo. Idem. Naturam simplex è dulci constat oliuo. Stat. Sylu. 5. Nam quod me mista quercus non pressit oliua. Vergi. Aeneid. 9. Paciferaeque manu ramum praetendit oliuae. Lucan. 2. Profluerat, contra tardum cunctatur oliuum. Pers. Satir. 3. Saepe oculis memini tingebat paruus oliuo. Vergili. Georgi. 2. Sed truncis oleae melius propagine uites. Ait Seruius. Sanè olea est arbor ipsa, unde deriuatio est oleum. Oliua uerò fructus ipse, unde oliuum dicitur. Legimus tamen & oliuam de arbore. Vergilius Buccoli. Eclo. 8. Incumbens tereti Damon sic coepit oliuae. Oliuae ita a longitudine nominatae, oliua a pauiendo dicta, idest, tundendo, aliter ex se oleum non facit. penultima flecti. Ver. Aeneid. 7. Ereti manus omnis, oliui feraeque mutuscae. Stat. The. 4 Qui Drepani scopulos, & oliuiferae Sicyonis. antepenul. acu.

OLFACIO, penultima correpta. Martial. 7. Olfecit, postquàm Papilus, ecce Garum est. antepenultima acuit.

Olympvs, penultima producta, Ouidi. Metamorpho. 1. Quam cupiens falsam summo delabor olympo. Lucan. 2. Indixitque nefas cur hanc tibi rector olympi. Vergi. Georgi. 3. Seu quis olim piacæ nitratus præmia palmæ. Ait Ser. Studiosis curulis certaminis, quod geritur apud Pisas in honorem Iouis olympici. Martial. 1. Impleat innumeras Burrus olympiadas. Mantuan. Robore qui forti ussisset olympia signum. Lucan. 4. Hospes olympiacæ seruato more palestræ. Sta. Sylu. 5. Talis olympiaca iuuenem cùm spectat arena. antepenultima acuit. Vergi. Aeneid. 2. Fas haud ille sinit superi regnator olympi. Ait Seruius. Cur in penultima accentus sit, manifesta est ratio apud Latinos: quanquam Græci discretionem uelint per accentum facere montis, & cœli, quod superfluũ est. Idem 4. Ipse Deum tibi me clare demittit olympo. Ait Seruius. Olympus quasi ololápus dictus est. Græcè ὅλος, idest totus λάμπος, clacus, totus clacus, siue mons sit Macedoniæ, qui dicitur esse diuersorum deorum, siue cœlum: accentus sanè Græcus tunc potest esse, si sit Græca declinatio, ut olympos, olympu. nam Latini olympei. Vide Epiros: hoc meminit Quintilia. Instit. 1. cap. 10. Græci prosodias uocant, cùm acuta, & grauis alia pro alia ponitur: ut in hoc Camillos si acuitur prima, Græcè declinatur, sin, penultima Latine: nam Græci antepenultima acuunt, ubi ultima breuis est: Latini uerò penultimam respiciunt, quæ si longa est, eandem acuunt. ut, Camillus Latinè, Camillos Græcè. olympus Latinè, olympos uerò Grecè. reddit rationem Fabius, inde olympo, & tyranno acutam mediam syllabam dederunt Latini, quia duabus longis sequentibus primam breuem acui noster sermo non patitur. olympus, pen. acu.

Olibrivs, penultima correpta. Claud. Nesciat, aut nimiàs laudes ignoret Olibri. Idem. Iam per noctiuagos dominatus Olibrius axes. antepe. acu.

Olinthvs, penultima producta. Iuuenal. Sati. 12. Cælati biberat quo callidus emptor Olinthi. penultima acuit.

Olficvs, penul. corr. Marc. 9. Alphicus ante fuit, cœpit nunc olficus esse. antepenul. acu.

Olitor, penul. corr. Mantuan. Pastina fert humeris olitor considerat hortum. antepenul. acu.

Olor, penultima correpta. Ouidi. Metamorphos. 7. Quæ subitus celebrauit olor, nam Phyllius illic. Idem Fastor. 2. Traiectus penna tempora cantat olor. Martial. 8. Spartanus tibi cedet olor, Paphiæque columbæ. Vergili. Buc. Digna sed argutos inter strepere anser olores. Idem Aeneid. 11. Strymoniamque gruem, aut album deiecit olorem. Ait Seruius. Olores Latinè dicimus, nam cygni Græcè dicitur. penultima acuit. Idem 10. Cuius olorinæ surgunt de uertice pennæ. Stat. Sylu. 1. Limen Amicleos ad frena citauit olores. Claudi. Audiretur olor coruo certante ligustris. Stat. Sylu. 3. Tollit olorinaq; iuber considere biga. penultima flectit. Proper. 3. Si quaue ololigeri uiscenda est ora Caystri. Ouidius Fastor. 4. Hinc Camerina adiit, Tapsumque, & olorina tempe. antepen acuit.

Olvs, penulti. correp. Vergi. Georgi. 4. Hic rarum tamen in dumis olus albiaque circum. Hor. Ser. 1. Panis ematur, olus, uini sextarius adde. Idem. Incedo solus, percunctor quanti olus, ac far. Persius Sati. 2. Durum olus, & populi cribro decussa farina. Ouidius Fastor. 5. Stant calices minor in de fabas, olus, alter habebat. Horatius Episto. 1. Thrax erit aut holitoris aget mercede caballum. Idem Ser. 2. Vncta satis pingui ponetur oluscula ludo. Iuuenal. Sat. 11. Ipse focis breuibus ponebat oluscula, quæ nunc. antepenultima acuit. Olus uerò penultima de quo Pontanus ubi de aspiratione loquens inquit: holus, holetis aspiramus ea causa, ut quibusdam placet, ut aspiratione differret ab infinitiuo olere: fuit enim aliquando tertiæ coniugationis: quod nullo modo probauerim. Nam prisci illi, qui non holus

sed

sed helus dicebant, nihilominus aspirabant, idem asserunt Marcellus, & Ioannes Despaut. cap. de aspiratione, holos quod totus Latinè sonat aspiratur, unde sunt holocaustum, holus, holitor, hortolanus, hoc probante etiam Georgio Valla, quod Tortelius negauit: quia primitiuum oleo, aspirationem nō habet. Cuius it in pedibus sententiam Varro de lingua Latina. 4. ibi, ab olla olera dicta: quidam ab alendo olus deducunt, quod oleribus homines antiquitus alebantur: nonnullis placet, olus ab olo verbo antiquo deduci. Est enim olus, dicunt commistio ex multis herbis uariqs odores emittentibus, in primis syluestribus, oportuna quidem etimologia, cum multæ herbæ unà commistæ diuersæ, uariisque odoribus oleant necesse est. Tum inquam, olus, nulla urgente differentia, aspirandum non esset: ut hortus, quo differat a participio, seu nomine verbali ortus, ab orior. Tu lector, hinc inde rationes habens usui frequentiori accedas. penult. acu.

OMASVM, penult. pro. Horat. Ser. 2. Infantes statuas, seu pingui tantus omaso. Idem Epist. 1. Aut paulum abstulerat patinas cœnabat omasi. penult. flect. Vide Acetum.

OMEN, pen. pro. Iuue. Sat. 4. Omen habes inquit, magni, clarique triumphi. Lucan. 1. Sanguinis & diro ferales omine tedas. Ouid. Met. 2. Sint, precor, ista malo, nos uanum spernimus omen. Idē Fast. 1. Omen, ait, causa est, ut res sapor ille sequatur. Idem 2. Non impune fuit, nam dicitur omine ab isto. Mantuan. Ominis esse mali, solitumque offendere fruges. Stat. Syl. 3. Labitur, & nequeo quanuis mouet ominis horror. Verg. Aenei. 10. Tros Anchisiades, animos tamen omine tollit. Esopus Ominibus parat imperio Saturnia fesso. penult. flect.

OMENTVM, penult. pro. Luca. 1. Emittunt, produntque suas omenta latebras. Pers. Sat. 6. Sit reliqua, ast illi tremat omento popa uenter. Iuu. Sat. 13. Omēta ut uideo nullum discrimen habendū est. penult. acu.

OMINOR, pen. cor. Ouid. de Pont. 3. Si mea mors redimenda tua, quod abominor esset. Cicero de Clar. Melius quæso, ominare inquit Brutus. Idem de Offi. Malo enim alteri, quam nostræ reip. ominari. antepen. acu.

OMITTO, penult. pro. Hora. Ser. 1. Aut spem deponas, aut artem illusos omittens. Cicero ad Quint. Frat. Primam nauigationem, dum modo idonea tempestas sit, ne omiseris. Idem Att. Omitte Atticum Ciceroni tuo. pen. acu.

OMNIFER, penult. cor. Oui. Metamorphos. 2. Sustulit omniferos collotenus atida uultus. antepenulti. acuit. Vide Fero.

OMNIPOTENS, penult. cor. Ouid. Met. 1. Tum pater omnipotens misso per fregit olympo. Verg. Geor. 2. Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther. Idem 9. Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis. antepen. acu.

OMNIGENA, pen. cor. Verg. Aeneid. 7. Omnigenumque Deum monstra, & latrator Anubis. Lucret. 4. Omnigenum quoniam passim simulachra feruntur. antepen. acu.

OMNINO, pen. pro. Mant. O cæcas omnino animas peccata uolentem. Idem. Desita, omnino nostris extincta diebus. Lucr. 6. Nec tamen omnino teme re illis sedibus ulla. Hor. Ser. 2. Omnino uersus aio peream male Sinon. Mart. 4. Omnino nihil est Ardelione sene. penult. acu.

OMNIS, penul. pro. Mant. Omnia tellurem fruges aperiret, & annum. Ouidi. Metamorph. 15. Omnibus è nigro color est mutatus in album. Lucr. 4. Omnibus in populo, missum prçconis ab ore. Idem 3. Omnibus, à neruis, atque ossibus, articulisque. Vergil. Buc. Dicite Pierides, non omnia possumus omnes. pen. acu. Vide Totum.

ONAGER, pen. corr. Mart. 13. Dum tener est onager, solaque lalisio matre. Vergil. Georg. 3. Sæpe etiam cursu timidos agitabis onagros. antepenulti. acuit.

ONERO, pen. corr. Ouidi. Fast. 3. Quid moror & uariis onero tua pectora canis.

nis. Idem. Discant, & plenas exonerare colos. Mart. 1. Pinguis inæquales onerat cui uillica mensas. Verg. Aenei. 12. Eripiunt, cumulantq; oneratis lancibus aras. Idem 10. Membra, manusque ambas, iaculis onerauit acutis. Idem 11. Institerat, iaculo palmas onerauit acuto. Idem 12. Nutrierat Lycia, paribus onerauerat armis. Idem Georg. 2. Pro uentuque oneret sulcos, atque horrea uincat. Idem 4. Nocte domum dapibus, mensasque onerabat inemptis. Cicero de Nat. Quàm plurimis posses argumē tis onerare iudicem. Salust. in Cic. Etiā ne aures nostras onerabis tuo odio. antepenult. acu.

Oneratvs, pen. pro. Luca. 4. Ipse locus mile rupes oneratus in altas. Ouid. de Pont. 4. Ipse uides onerata ferox, ut ducat Iazix. Ait Seruius. Aenei. 1. ibi. Hunc tu olim cœlo spoliis orientis honustum. Inter honustum, & oneratum hoc interest, quòd oneratus est qualicunque pressus pondere. Honustus uerò, cui onus ipsum honori est. Sed oneratus aspirationem non habet, quia ab onere uenit: honustus uerò, quia ab honore descendit, retinet aspirationem. pe nult. flect.

Onerosvs, pen. pro. Oui. Metamor. 9. Protinus auertit, tergoque onerosus in hæsit. Idem de Ponr. 2. Qua licet, & quanntum non onerosus ero. Idem. Et cui maiestas non onerosa tua est. Mart. 6. Et casa iugeribus non onerosa suis. Verg. Aeneid. 5. Dat salio nillis onero sum, atque unguibus aureis. Ait Seruius. Onerosum plus est, quam si oneratum diceret. Sicut est sceleratum, & scelerosum. pen. flect.

Onites, pen. pro. Ver. Aenei. 12. Treis uno congressu, & mœstum mittit Onyten. Ait Seruius. Sanè Onyten Donatus dicit, aut gentile esse, aut patronymicum: ut nomen eius proprium sit Echionius: sed hoc non procedit, quia neque pattonymicum in tes exit, neque Onites a qua gente ueniat usquam lectū est: proprium ergo est. pen. acu. Vide Onus.

Onyx, pen. cor. Stat. Syl. 1. Saxa uirent, hic flexus onyx, & concolor alto. Idem, mœret onyx longe, queriturque exclusus Ophites. Idem 2. Quod uallauit onyx miseris acceptius umbris. Marti. 11. Prefertur Cosmi nunc mihi siccus onyx. penult. acu.

Onocrotalvs, penult. cor. Mart. 11. Turpe Rauennatis guttur onocrotali. Mant. Ibis onocrotalus, milui, fulicæque paludes. antepen. acu.

Onvs, seu honus, penul. cor. Oui. Met. 1. Sic onus inclusum numero distinxit eodem. Idem. Atque onus infelix Elisa fauce pependit. Idē 2. Sic onere insueto uacuos dat in aere saltus. Mart. 1. Par onus, ut tulerint, altius iste tulir. Idem. Ventris onus miseris, nec te pudet, exci pis auro. Stat. Syl. 5. Succumbitque oneri, & mentem sua non cepit ętas. Hor. Epi. 1. Sollicitis animis onus eximir, & docet artes. Mant. Pertusæ clamydis rimas circum undique honustum. Ait Pō tanus. Sed honos, si Varroni credimus, dictus est ab honesto honere, & honestus quod honus sustineat reipub. quod Gellius quoque affirmat, & nomen honestus, atque honustus ab honere duci. Ergo, nō debeat aspiratione priuari. honus primitiuum, unde deriuatiua sunt honos, honestus, & honustus. Idem Ascē sius admonet Insti. 1. Quintiliani, cap. 2. Solet enim honus cum honorificum fit aspirari, & quod inde deductum est honustum, ut spoliis orientis honustū. Pontanus aliter Seruii literam legit. Oneratus est quocunque pōdere pressus ab onere: honustus uero is est, cui honus honori est, ab honere dictus, ut. Si quis hostium spolia ferat, seu reipub. honus. cum Ascensio ergo dicendum, honus cum honorificum fit, aspiratur, cum uerò pondus fit quodcunque, non aspiratur, idque scribentis iuditio maxima indiget. Sunt tamē hodie, qui neque onus, neque onustum aspirant, admonet Pontanus etiam eruditorum usu accedente. Tu lector cautius accedas deriuationi, ducente Pontano ab honere deduci honestum, atque honustum: ab onere item deriuari onero, atque oneratum. onus penult. acu.

OPACVS, pen. pro. Verg. Buc. Et fontes sarcos frigus captabis opacū. Idem Aeneid. 2. Pone subit coniux ferimur per opaca locorum. Mart. 1. Sed fragiles buxos,& opacas palmitis umbras. Oui. Metamorphos. 3. Abstrahere inde potest, sed opaca fusus in herba. Idem Fasto. 3. Vallis Aricinæ sylua præcinctus opaca. Stat. Syl. 2. Stat, quæ perspicuas nitidi melioris opacat. Idem Achil. 2. Ante oculos, crescente Samo, iam Delus opacat. Verg. Georg. 2. Nunc altæ frondes, & rami matris opacat. Cicero de Nat. Sol ita mouetur, ut terras modo his, modo illis partibus opacat. Idem. Cùm terras nox opacasset. penultima flectit.

OPELICVS, penul. cor. Mart. 13. Atque Olei stillam donaret Opelicus unctor. antepen. acu.

OPELLA, pen. pro. Hor. Epist. 1. Officiosaque sedulitas,& opella forensis. penul. acuit.

OPERA, pen. cor. Iuuen. Sat. 6. Quo te Hedimeles operam dedit, hunc tenet, hoc se. Vergili. Aeneid. 11. Extulerat lucem, referens opera atque labores. Ait Seruius. Hoc opus, & hæc opera tunc dicimus quando negocium ipsum, quod geritur, significamus. Si autem fœminino genere dixerimus operas, ipsas personas, quæ aliquid faciunt, significamus. Sicut custodia dicitur, quæ custodit; ut, Cernis custodia qualis. Nam ut hi, qui custodiuntur, custodia dicantur, usurpatum est. Vnde male est in usu, custodiæ audiuntur. Opus labor est: opera persona, uel operis imaginatio: seu in animo operis forma. Hor. Ser. 1. Audire est operæpretium procedere rectè. Idem Epist. 2. Sed tamen est operæpretium cognoscere quales. Iuuen. Sat. 12. Grande operæpretium faciat iugulata Mycenis. Martial. 7. Est operæpretium unum uerbum dissimulata distinctione sub uno accentu esse proferendum. significat quę fructuosum, gloriosum, seu opera,& labore dignum: quę dicendi forma ab operę componitur cum diphthongo, ut, operæpretium. quod poetarum exemplis liquet ex syllabarum quantitate.

Quandoque per tmesim figuram diuisum est ut Verg. Georg. 3. Talis Hyperboreo sepem subiecta trioni. operæpretium antepenultima acuit. vt circum littora.

OPEROSVS, pen. prop. Prop. 3. Non operosa rigat Martius antia liquor. Ouid. Art. 1. Reiice succinctos operoso stamine fusos. Idem. Tempora qui solis operosa colentibus arua. Idem Fast. 1. Disce metu posito, uates operose dierum. Idem Phyll. Fallere credentem non est operosa puellam. pen. flect.

OPERIO, pen. cor. Stat. Syl. 3. Vix operire capax hunc omnis turba coimus. Idē Theb. 1. Nox operit tecto cœlum prohibere quis iste. Sil. 5. Operiare dabūt idem, tempusque, diemque. Iuu. Sat. 4. Quos operit glacies Meotica, ruptaque tandem. Hor. Epist. 1. Nec tardum operior, nec præcedentibus isto. Vergili. Aeneid. 11. Pugnatori operit caput ingens oris hiatus. Cicero Tusc. Operite, discedite. Idem in Ver. Fons qui fluctu totus operitur. antepenult. acuit. Hor. Ser. 1. Regibus hic mos est, ubi equos mercantur opertos. Stat. Theb. 5. Nunc pelago nunc puppe cadunt, dat operta fragorem. pen. acu.

OPES, penult. cor. Oui. Met. 1. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Mart. 5. Et Libertinas arca flagellat opes. Verg. Aeneid. 1. Auxilio tutos dimittam, opibusque iuuabo. Ait Seruius. Aeneid. 6. ibi, Hæc omnis, quam cernis inops, inhumataque turba est. sciendum, quia cum terram dicimus, hoc opi facit, si diuitias hæ opes numero tantum plurali: numero uerò singulari aut auxilium significat, ut, Terentius, Iuno Lucina fer opē. ab utroque possibilitatem. penulti. acu. Ouid. Metamorphos. 1. Arte fit, & miseris, fer opem mitissima rebus. do auxilium dicimus. Vergi. Aen. 1. Non opis est nostrę Dido, nec quicquid ubique est. Idem 11. Velocem interea superis in sedibus opim. Ops terra est uxor Saturni, quam Gręci Rheam uocant. penult. corr. Cum de nympha dicitur penultima produc. ut, Opis ad ætheteum pennis aufertur olympo. Hęc admonet Seruius

Seruius Georgi. 3. ibi. Confugis aduentu.

OPHELTES, penult. pro. Ouid. Met. 3. Quid facis ô demens, quis furor, inquit Ofeltes. Idem. Adsumus an, inquit, socio rum primus Opheltes. pe. acu.

OPHITES, pen. pro. Luca. 9. Quam paruis tinctus maculis Thebanus Ophites. penul. acu.

OPHTHALMICVS, penult. cor. Mart. 8. Hoplomacus nunc es, fueras Ophthalmicus ante. antepen. acu.

OPICI, pen. corr. Iuu. Sat. 3. Et diuina Opici rodebant carmina mures. antepenult. acu.

OPIFEX, pen. corr. Luca. 10. Atque opifex rerum certo sub iure coercet. Hor. Ser. 1. Est opifex solus si rex uellit tibi barbam. Pers. Sat. 6. Mire opifex numeris ueterum primordia uocum. Ouidi. Met. 1. Ille opifex rerum mundi melioris origo. Idem. Inuentum medicina meum est, opiferque per orbem. Idem 15. Cum Deus in somnis opifer consistere uisus. antepen. acu.

OPIMVS, pen. pro. Verg. Aenei. 1. Auxilio Beli genitor tum Belus opimam. Idem 1. Extruimusque toros, dapibusque epulamur opimis. Iuue. Sat. 10. Bellorum pompa animam exhalasset opimam. Mart. 1. Testa sed antiqui felix siccatur opimi. Ouid. de Pont. 4. Alba ut opimorum colla ferire boum. penul. flectit.

OPILIO, pen. cor. Vergil. Bucc. Venit & upilio, tardi uenere bubulci. Ait Seruius. Propter metrum ait upilio: nam opilio dicimus. antepen. acu.

OPINOR, pe. pro. Man. Nec roges, ut opinor, erant, nec enim tacuissent. Sil. 8. Sed quæ nam ira Deum consul datus alter opinor. Hor. Ser. 1. Caldior est acres inter numeretur opinor. Lucret. 6. Si nec opinantes autem uult opprimere igni. Idem 5. Et nec opinantes tenebris obducere terras. Idem 4. Deinde adopinamur de signis maxima paruis. Idem. Propter opinatus animi, quos addimus ipsi. Ouid. Met. 1. Nocte grauem somno nec opina perdere morte. Sta. Syl. 1. Calcabam nec opinus opes, nam splendor ab alto. Idem Theb. 3. Cuius herile pecus Syluis inopinus abegit. Ouid. Meta. 12. Non datur occulta nec opinum perde sagitta. Cicero pro Dom. Multa in uita falso homines opinantur. Idem de Diuinat. Gubernatores nihil sine ratione opinantur. penult. flectit.

OPITERGINVS, pen. pro. Luca. 4. Hic opiterginis moles onerata colonis. penult. flect.

OPITER, pen. corr. Sil. 10. Sternuntur lecho, atque opiter quos satia colle. antepenult. acu.

OPHIVSIVS, pen. cor. Oui. Met. 10. Ipsa suas vrbes, ophiusiaque arua parabat. antepenult. acu.

OPOBALSAMVM, pen. cor. Iun. Sat. 2. Hæc amis hirsuto spirant opobalsama collo. Stat. Syl. 3. Candida felices sudent opobalsama uirgæ. Mart. 11. Lassa quod æterni spirant opobalsama drauci. antepen. acu.

OPOPEA, pen. cor. Stat. Theb. 5. Barbara ludentem fodiebat opopea mater. antepenult. acu.

OPORTET, pen. prod. Ouid. de Pont. 2. Inque Tomitana condar, oportet, humo. Idem de Trist. 1. Pars etiam quædam mecum moriatur, oportet. Idem Penel. Increpet usque licet, tua sim, tua dicar, oportet. Verg. Buc. Pascere oportet oues, deductum dicere carmen. Idē. Opusc. Iuppiter hanc aluit ciuis hæc tibi fiat oportet. pen. acuit. Cicero Att. Hoc fieri, & oportet, & opus est. Idem de Or. quæ dici ab oratore opertebat.

OPPIDVM, pen. cor. Verg. Aeneid. 11. Multæ illam frustra Tyrrhena per oppida matres. Iuue. Sat. 3. Perpetui comites, notæque, per oppida buccæ. Horat. Ser. 1. Mansuri oppidulo quod uersu dicere non est. Oui. Met. 1. Nondum præcipites cingebant oppida fossæ. Idē 15. Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis. Mant. Oppida depopulant, & quod fuit ante relictum. antepen. acuit.

OPPILO, penult. pro. Lucr. 6. Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. penult. flectit.

OPPLETVS, pen. pro. Lucr. 6. Oppleti calidis

calidis ubi fumant fontibus auctus. penul. flect.

Oppono, pen. pro. Iuu. Sat. 2. Moribus opponunt, habeat iam Roma pudorem. Oui. Met. 2. Oppofuitque manum fronti, magnoque tremore. Cicero in Ver. Opponebant illi, interdum nomen Africani. Idē in Or. Siue paribus paria redduntur, siue contrariis contraria opponuntur. Idem. Par pari referre, contrarium contrario opponere, uerbum uerbo comparare. pen. flect.

Opportvnvs, pen. pro. Mant. Opportuna feret frugum incrementa bonorū. Idem. Opportuna uidens operi data tēpora sancto. Claud. Opportuna situ quę pars uicinior Afris. Lucr. 5. Opportunus ita est, si forte, & idoneus aer. Martial. 9. Opportuna loco summis quàm uiribus omnes. Verg. Geor. 4. Nec pecori opportuna seges, nec cōmoda Baccho. penult. flect.

Oppeto, penult. cor. Verg. Aen. 1. Contigit oppetere, ò Danaum fortissime gētis. Exponit Seruius, idest ore terram petere. idest mori. Possumus autem sic uti hoc sermone, ut per se plenus sit, & recipiat adiectionem: ergo dicimus, & oppetit, & mortem oppetit, sicut, & expirat, & animam expirat. Cicero in Ant. Cum milites pro salute populi Rom. mortem oppetierint. Idem. Mors necessitatem habeat naturæ, aut si anteá oppetenda est, oppetatur cum gloria. Idem Tusc. Claræ mortes pro patria oppetitæ. antepen. acu.

Oppositvs, penul. corr. Claud. Oppositus Cocles Mutri te flamma docebit. Ouid. Fast. 1. Dempserat oppositas inuidiosa feras. Ver. Aen. 10. Oppositum interimit pugnæ, nodumque, morumq;. antepen. acu.

Opprimo, penult. cor. Ouid. Metamorphos. 3. Opprimere exierat iam nox properata sub auras. Cicero Epist. 47. Opprimere rempub. armis. Idem Att. Opprimemini mult. (crede Brute) nisi prouideritis. Idem. Cum hominem temperantem tantus improuiso morbus oppresserit. antepenult. acu.

Opprobrivm, penult. cor. Claud. Opprobrio seruiret adhuc si fortior esset Idem. Præberet ueniam nunquam hæc opprobria linguę. Hor. Ser. 2. Opprobriis dignum latrauerit integer ipse. Mituan. Desererent nec tanti suis opprobria ferrent. Oui. Met. 1. Ille ferox tacuit pudet hæc opprobria nobis. antepenult. acu.

Optator, pen. pro. Ouid. Met. 3. Voce dabat remis animorum optator Opopeus. Verg. Aen. 3. Sternimus optatæ gremio telluris ad undam. Idem 6. Quis tā crudeles optauit sumere pœnas. Idem 8. Externos optate duces, tum Hetrusca resedit. Idem 1. Pars optare locum tecto, & concludere sulco. Cicero de Cla. Tibi optamus eam rempub. Idem in Cat. Neque ego a diis immortalibus optabo. Idem in Pis. Optare insaniam alicui. penult. acuit. Optator penultima flectit.

Optimvs, pen. cor. Verg. Aen. 9. Optimè Graiugenum, cui me fortuna precari. Hor. Ser. 1. Optimus est modulator ut Alfenus uafer omni. Ait Quintilianus Inst. 1. ca. de literis. In optimus nec planè i auditur, nec u literæ sonus: sed cuiusdam alterius quæ nec i, nec u, est: itaque inter i, & u, mediat alia potestas literæ; quæ, quia imperceptibilis est, notari non potest.

Optivvs, penult. pro. Ouid. Fast. 4. Et sit adoptiua nobilitate tuus. penultima flectit.

Opvlentia, pen. cor. Mant. Cui fidei zelus, cui tanta opulentia rerum. Idem. Pauperies aufert, quod fert opulentia parto. Ouid. de Pont. 4. Diuitis audita est, cui non opulentia Cræsi. Mant. Cùm libet eius enim tanta est opulentia, tantus. Vergil. Aen. 7. Diuitis uber agris, Troięque opulentia deerit. Sta. Theb. 6. Ditantur flammę non unquam opulentior illo. antepen. acu.

Opvs, penul. corr. Oui. Met. 1. Sic opus est, aperite domos, ac mole remota. Idem. Neue operis famam posset delere uetustas. Idem. Diuersorum operum fugat, hoc facit illud amorem. Stat. Syl. 1. Eloquium fandique opibus sublimis abundas. penult. acu. Horat.

rat. Epist. 1. Scribere quod crassi Parmē sis opuscula uincat. antepen. acu. Vide Opera.

ORA, penul. pro. Flac. 4. Obsequitur tamen,& iussas perit otius oras. Sil. 14. Bel landi studio Siculis subsedit in oris. Vergil. Aen. 3. Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris. Idem. Tertia lux classem Cretęis sistet in oris. Idem 6. Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris. Idē Geor. 2. Ferrea uox ades, & primi lege littoris oram. pen. flect.

ORACVLVM, pen. cor. Oui. Met. 1. Fatidicamque Themin, quæ tunc oracla tenebat. Idem. Quodque cupit, sperat, suamque illum oracula fallunt. Idem de Pont. 2. Quod precor euenient, sunt quædam oracula uatum. Idē 3. Non semper sacras, reddunt oracula sortes. Sta. Thebaid. 1. Defixus senior diuina oracula Phœbi. Luca. 1. Tristia Syllani cecinere oracula manes. Verg. Georg. 1. Aesculus, atque habitæ Graiis oracula quercus. antepen. acu.

ORATOR, pen. pro. Ouid. de Trist. 1. Ergo tam placidas orator missus ad auras. Iuue. Sat. 11. Orator uehemens, ac Curtius, an Matho buccæ. Luca. 10. Gentibus orator regis, paucisque sequester. Mant. Missi oratores igitur qui flectere Phœbem. Verg. Aen. 7. Centum oratores augusta ad mœnia regis. Idem 8. Ipsi oratores ad me regnique coronam. penult. flect.

ORBATVS, pen. pro. Claud. Abstulit orbatæque ruunt ad gaudia matres. Ouid. Metamorphos. 1. Orbatura patres aliquando fulmina ponit. Idem 13. Exitiū Troię nostrique orbator Achilles. pen. flectit.

ORBIS, pen. prod. Flac. 6. Orbibus hos rapidis, mollique per æquora Castor. penult. acuit.

ORBITA, pen. cor. Stat. Syl. 4. Sufficere æthereï felix sic orbita fluxit. Idem Thebaid. 7. Sulcus & incisis altum rubet orbita membris. Luca. 9. Syderibus Phœbeque uacat, premit orbita solis. antepenult. acuit.

ORBILIVS, penultima correpta. Horat. Epist. 2. Orbilium dictare, sed emendata uideri. antepenult. acu.

ORCHITES, pen. cor. Verg. Geor. 2. Orchites, & radii, & amara pausia bacca. antepenult. acu.

OREADA, pen. cor. Oui. Met. 8. Talibus agrestem compellat Oreada dicti s. antepenult. acu.

ORESISTROPHVS, penult. corr. Ouid. Met. 3. Proxima Theria amas Oresistrophus hæsit in armos. antepenultima acuit.

ORESTES, pen. prod. Ouid. Fast. 4. Quo postquā dubium, pius an sceleratus Orestes. Idem de Trist. 1. Fecerunt furiæ tristis Oreste tuæ. Idem de Pont. 2. Affuit insanos iuuenis Foceus Oresti. Iuuenal. Sat. 1. Scriptus, & in tergo, nec dum finitus Orestes. Martial. 6. Quod non sit Pylades hoc tempore, non sit Orestes. penultima acuit.

OREXIS, penultima producta. Iuuena. Sat. 11. Iam nimios, capitique graues hinc surgit orexis. pen. acu.

ORGANVM, penultima correpta. Mantuan. Et coniuncta choro salientibus organa cantus. Idem. Pronus ad antipodes modulatur ad organa cantu. antepenult. acu.

ORGIA, penultima correpta. Claud. Fixa metu tacita præferunt Orgia buxo. Vergili. Aeneid. 4. Orgia, nocturnisque uocat clamore Citheron. Ait Seruius, apud Græcos dici omnia sacra: sed iam abusiuè sacra liberi orgia uocantur. antepenultima acuit.

ORIBASVS, penult. cor. Ouid. Meta. 3. Pamphacus, & Dorceus, & Oribasus Arcades omnes. Man. Telopie Oribasi qui bus est post funera tandem. antepenult. acuit.

ORICHALCVM, pen. pro. Stat. Theb. 10. Emicat effigies, at sparsa orichalca renident. Hor. de Art. Tibia non nunquam orichalco iuncta, iubęque. Vergil. Aen. 12. De hinc auro squallentem, alboque orichalco. Flac. 3. Nuda latus, passuque mouens orichalca sonora. penultima acuit.

ORIGO, pen. pro. Oui. Met. 1. Dissimilem

lem populo promittit origine mira. Idē. It documenta damus qua simus origine nati. Idem Fastor. 2. Dicite Pierides sacrorum quæ sit origo. Idem de Pont. 2. Regia progenies cui nobilitatis origo. Verg. Buc. His tibi Grinei nemoris dicatur origo. Stat. Syl. 4. Quippe & opes, & origo sinunt lampade prima. Sil. 3. Vulgatum nec cassa fides ab origine fani. Mant. Inde ab originibus pulsis tenuere Latinos. penult. flect.

ORDITVS, pen. pro. Mant. Vincentina nouas res est ordita iuuentus. penulti. flectit.

ORDO, penult. prod. Luca. 4. Ordinibus geminis obliquas excipit alnos. penult. acuit.

ORION, pen. pro. Ouid. Fast. 4. Ensifer Orion æquore mersus erit. Idem de Art. Ensifer Orion aspiciendus erit. Vergil. Buc. Quo uolet Orion, quæ sæuus, & in cubet index. Luca. 1. Ensiferi nimium fulget latus Orionis. Flac. 1. Nam meus Orion, aut sæuus Pleiade taurus. Stat. Syl. 3. Oleniumque pecus, solito tunc peior Orion. Idem 1. Noctibus hybernis, & sydera terret Orion. Vergi. Aeneid. 4. Dum pelago desæuit hyems, & aquosus Orion. Idem 3. Armatumque auro circumspicit Oriona. Idē 1. Cùm subito assurgēs fluctu, nimbosus Orion. Ait Seruius. Aenophion rex cùm liberos non haberet, ab Ioue, Neptuno, & Mercurio, quos hospitio susceperat, hortantibus ut ab his aliquid postularet, petiit, ut sibi concederent filios illi, intra corium immolati sibi bouis urina facta, præceperunt ut completis maternis mēsibus soluerentur: quo facto, inuentus est puer: cui nomē ab urina impositum est, ut Vrion diceretur, quod Dorica lingua commutatum est: vt ου diphtongus in o uerteretur: quod autem plerunque prima syllaba breuis inuenitur, ut hoc loco, cùm sit naturaliter longa, Græcæ rationis est: nam detractio fit υ literæ, & o remanet breuis. pen. acu.

ORIOR, pen. cor. Flac. 3. Insternunt tabulata thoris, oriturque trementé. Oui. Met. 1. Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus. Idem Fasto. 1. Prospera lux oritur, linguisque, animusque fauete. Idem 2. Sedibus illa latent, oriuntur nocte sequenti. Stat. Syl. 4 Atque oritur cum sole nouo cum gradibus astris. Ouid. Met. 10. Tu quoties oreris, uiridique incespite flores. Ver. Aen. 1. Hinc tu olim cœlo spoliis orientis honustū. Lucr. 5. Vnde oriebantur risus dulcesque cachini. Idem 3. Vergil. Aeneid. 2. Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cædes. Corpori, & infringi linguā uocemque aboriri. Cicero pro Dom. Sed nequis oriretur aliquando qui diceret. Idem de Fin. Sed ipsum a se oritur, & sua sponte nascitur. Ait Calepinus. Olim tam per tertiam, quam per quartam coniugationem declinabatur: hodie tantum per tertiam, excepto infinitiuo oriri. Idem admonent Prisci. 10. Ant. Neb. Io. Despaut. antepenulti. acuit.

ORITON, pen. cor. Luc. 1. Tunc qui Dardaniam tenet oriton, & agris altis. antepenult. acu.

ORYX, pen. cor. Mart. 13. Sæuus Oryx constat, quod mihi morte canum. penult. acu.

ORIZA, pen. pro. Hor. Ser. 2. Tu cessas age dum, sume hoc ptisanarium Orizæ. Mantuan. Venit ubique ullam in partem declinat Orizon. pen. acu.

ORNATVS, pen. pro. Verg. Geor. 2. Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ. pen. flectit.

ORITHIA, penult. corr. Verg. Aeneid. 12. Pylumno, quos ipsa decus Orithyia. Syl. 12. Orithyia domos, hinc alifanus Iaccho. Idem 8. Orithyia nago Geticis nutriuit in antris. pen. flect.

ORNAMENTVM, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Ornamenta abaci, nec non, & paruulus infra. Horat. de Art. Ornamenta parum claris lucem dare cogent. penulci. acuit.

ORODES, pen. pro. Verg. Aen. 10. Atque diem fugientem, haud est dignatus Orodem. Idem. Pars belli haud temnenda uiri iacet alius Orodes. penultima acuit.

ORO, pen. pro. Ouid. Met. 1. Oret opē, nomenque suum, casusque loquatur. Idem.

Idem. Cum Ioue uisa queri est, finemque orare malorum. Idem. Traderat, orauit ueri sibi signa parentis. Idem 2. Herse causa uiæ est, faueas, oramus, amanti. Idem Fastor. 4. Perstitit, & senior, quanuis onus urget, & erat. Idem de Trist lib. 1. Inuigiles igitur nostris pro casibus oro. Stat. Sylua. 1. Hic iterum sudare neget, macte oro nitenti. Idem Achill. 1. Orabat laniata comas, & pectore nudo. Martial. 1. Quod pius, & supplex Elephas te, Cæsar, adorat. Vergi. Aeneid. 12. Ipsum obtestamur ueniamque oremus ab ipso. Idem 10. Talibus orabat Iuno, cunctique fremebant. Cicero Att. Dic, oro te, clarius. De Cla. Nemo unquàm melius, ullam orauit causam. Quint. Fr. Illud ad extremum te oro, & hortor. penult. flect.

Orontes, penultima producta. Ouidi. Metamorpho. 2. Arsit & Euphrates Babilonius arsit Orontes. Iuuenal. Satir. 3. Iampridem Syrius in Tyberim defixit Orontes. Vergilius Aeneid. 1. Vnam, quæ Lycios, fidumque uehebat Orontem. Idem. Præcipuè pius Aeneas, nunc acris Oronti penultima acuit.

Orpheus, non contractum, penultima correpta. Ver. in Culice, Naiadum, cœtu, tantùm non Orpheus Hebrum. Idem. Pœnaque respectus, & nunc manet Orpheos in te. Idem. Blanda uoce sequax regionem insederat Orphei. Idem. Sed fortuna ualens audacem fecerat Orphea. Licet nolit Chrysoloras in accusatiuo singulari synæresin fieri. Idem. Sed tu crudelis, crudelis tu magis Orpheu. Ouidius Metamorpho. 11. Naiades Orphei titulum rapuere theatri. Idem. Te mœstæ uolucres Orpheu, te turba ferarum. Mantuan. Et fertur traxisse feras œagrius Orpheus. Martial. 11. Ad matrem fugiet Pentheus, ad Menades Orpheus. Vergilius Buccoli. Orpheus in syluis inter delphinas Orion. Idem. Certent, & cycnis ululæ sic Tityrus Orpheus. Idem. Orpheaque in medio posuit, syluasque sequentes. Claud. Nec uelit Orpheo migrantes pectine syluas. Lucan. 9. Cerberus Orpheo leniuit sybila cantu. Marti. 1. Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro. Orpheus de nominatiuum pen. prod. ait Calep. Scribitur enim Græcè per ei, diphthongũ. Vide Anton. Nebriss. lib. 5. e, ante u. Orpheus antepenultima acuit. Vide Atreus.

Orsilochus, pen. cor. Verg. Aen. 11. Orsilochus Remuli quando ipsum horrebat adire. antepe. acu.

Ortygia, penul. cor. Sil. 14. Et Cyanes, & Anapus, & Ortygiæ Aretusa. Oui. Met. 1. Rus habet Ortygiam studiis, ipsamque colebat. Idem 5. Aduehat Ortygiam ueniet narrantibus hora. Idem Fast. 4. Liquerat Ortygiam, Megaræque, Panthagiamque. Idem 5. Se memor Ortygias corripuisse boues. Ver. Aen. 3. Linquimus Ortygiæ portus, pelagoque uolamus. Idem. Ortigiam Alpheum, fama est, huc elidis amnem. Ortygia in mari Aegeo omnium Cycladum clarissima, Apollinis alumna, templo, & mercatu nobilis: dicta Ortygia, Solino teste, quia in ea primo uisæ sunt coturnices, quas Græci Ortygias uocant. est & alia in Sicilia Syracusanorum pars reliquæ urbi ponte cõiuncta, quæ fontem habet Arethusam. Ortygia antepen. acu.

Os, pro. Ver. Aen. 1. Virginis, os, habitumque gerens, & uirginis arma. Idem. Os humerosque Deo similis, namque ipse decoram. Oui. Met. 1. Os homini sublime dedit, cœlumque uidere. Idem 2. Rettulit os in se, propioraque manibus antra. Mar. 1. Os, & labra tibi tingit, manuella catellus. Oui. Met. 1. Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti. Idem 3. Garrula non alium, quàm nũc habet, oris habebat. Idem de Tristi. 1. Pluraque cum linguis, pluribus ora sonent. Idem 14. Ora proterua canũt, sed quos fugit, attrahit una. Luc. 1. Durat mage sitis nullus semel ore receptus. fle.

Osculum, penult. correp. Stat. Sylua. 1. Labetur cœlo, miscebitque oscula iuxta. Lucan. 1. Oscula pollutæ fixisse

tremenda dextræ. Ouid. Metamorph. 1. Pronus humi, gelidoque pauens de dit oscula saxo. Idem. Syderibus similes oculos uidet oscula, quæ non. Idem de Arte. 1. Quantum defuerat pleno post oscula uoto. Verg. Georgi. 2. Interea pendent dulces circum oscula nati. antepe. acu.

OSCITO, penul. corre. Mart. 6. Ecce rubet quidam pallet, stupet, oscitat, odit. Pers. Sat. 3. Oscitat hesternum dissutis undique malis. Cicero ad Her. Sedetis, & oscitamini. Idem de Nat. Ista, quæ Epicurus oscitans allucinatus est. antepe. acuit.

OSI, pen. produ. Pers. Sat. 2. Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat, Osi. Idem. Ebullet patrui præclarum funus, & Osi.

OSIRIS, penul. produ. Ouid. Metamor. 9. Sistraque erant nonnunquàm satis quæsitus osiris. Iuuenal. Sat. 6. Scilicet & tenui propono corruptus osiris. Idē 8. Exclamare libet populus, quod clamat osiri. Vergi. Aenei. 12. Agglomerant, ferit ense grauem tymbræus osirim. penul. flec.

OSTRIFER, penult. corre. Verg. Geor. 1. Pontus & ostriferi fauces tentantur abydi. Lucan. 9. Pontus, & ostriferam dirimat chalcedona cursu. Flac. 1. Surgis ab ostrifero medius Neptune geræsto. antepe. acu.

OSTROGOTHI, pen. cor. Claud. Est opus Ostrogothis colitur, mistisque gothurnis. Mant. Ostrogothos rursum in pugnam duxere furentem. Idem. Humus, & Ostrogothi, uulgusque immane sueui. antepe. acu.

OSTREA, pen. cor. Iuue. Sat. 8. Dignus morte perit, cœnet, licet ostrea centum. antepen. acuit.

OSTRINVS, penulti. produ. Proper. 3. Et Tyros Ostrinos præbet Cadmea colores. pen. flec.

OSTREPO, pen. cor. Sta. Syl. 3. Concilium, & lenis non obstrepat unda precanti. antepe. acu.

OSTIA, penultima corr. Luc. 10. Ostia, non fatum meriti, pœnasque photini. Vergil. Aeneid. 1. Ostia diues opum, studiisque asperrima belli. antepenult. acuit.

OTACILIVS, penul. pro. Mart. 10. Extruxit, cucumam fecit Otacilius idem. Sic puto, Torquatus rumpet Otacilius. Idem. Ad quartum breue rus emit Otacilius. antepe. acuit.

OTHO, penultima correpta. Martial. 6. Forsitan & posset uincere mollis Otho. Idem. Dum moritur nunquid maior Othone fuit. Iuuen. Sati. 2. Ille tenet speculum patici gestamen Othonis. penult. acuit.

OTIVM, per t, quod eruditis magis placere uidetur, quàm ocium, admonet Calepinus. penultima correpta. Ouid. Metamorpho. 1. Mollia secura peragebant otia gentes. Idem 4. Otior antennas præhensum rudente relabi. Idem de Tristi. 1. Otia corpus alunt, animis quoque pascitur illis. Vergi. Bucco. O Melibœe Deus nobis hæc otia fecit. Iuuena. Sat. 6. Rumpuntur somni fustes huc otius, inquit. Verg. Aeneid. 8. Et sacer impleuit dextram Syphus otius omen. Mantu. Otius, ipse uelut moles immobilis hæret. Idem. Otia, & ignauam damnatricemque laborum. antepenult. acuit.

OTRYX, penul. prod. Ouid. Met. 2. Par nasusque biceps, & eryx, & cinthus, & otryx. pen. acu.

OTHRYSIVS, penult. cor. Mart. 9 Nomen ab Othrysio, quod Deus orbe tulit, antepenul. acu.

OVIS, penul. corr. Ouidi. Meta. 1. Nat lupus inter oues, fuluos uehit unda leones. Idem Fasto. 2. Munus ob incolumes ille ferebat oues. Idem 1. Pascebat que suas ipse senator oues. Verg. Bucc. Pastores ouium teneros depellere fœtus. Idem. Pascere oportet oues deductum dicere carmen. penul. acu.

OVIDIVS, penultima correpta. Martia. 10. Quinte Calydonios, Ouidi uisuræ Britannos. Mant. Tempore, quo ueterem digessit Ouidius annum. Vide Lenio. antepenultima acuit. Vide Syncopen in Regulis nostris, aut Apocopen.

OVILE, penultima prod. Ouid. de Trist. 1. Incustoditum captat ouile lupus. Idem

Idem 4. Vtque rapax pecudem, quæ se non texit ouili. Idem Metamorph. 13. Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni. Idem, Sunt quoque par ætas aliis in ouilibus hædi. Iuuena. Sat. 6. Isidis antiquo quæ proxima surgit ouili. Pers. Sat. 2. Intendit, iam crescit ager, iam crescit ouile. Stat. Theba. 1. Colligit & natū sceptra inter ouilia furtim. Vergili. Buccol. Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. penultima flectit.

Ovo, penultima cor. Stat. Sylua. 4. Collis ouat subire noui palatia fasces. Sil. 11. Exin uictor ouans sedato pectore tandem. Idem, Sic patriam mago, & portas ingressus ouantes. Flac. 2. Tantus ouat, patriisque manus cùm plenus habenis. Pers. Sat. 2. Hinc illud subiit auro sacras quod ouato. Verg. Geor. 1. Et lætæ pecudes, & ouantes gutture cerni. Idem 10. Quo nūc Turnus ouat spolio, gaudetque potitus. Cicero Att. Vt ouanti introire Cæsari liceret. Idē ad Her. Quo pacto hostes ouantes irruerunt in ciuitatem. pen. acu.

Ovvm, penultima produ. Iuuena. Sati. 3. A pluuia molles ubi reddunt oua columbæ. Ouid. Fasto. 1. Quæ facitis nidos, & plumis oua fouetis. Idē 4. Nunc matris plumis oua fouenda dabat. Idem de Tristi. 4. Quotque fretum pisces, ouaque piscis habet. Mart. 1. Et sua nō emptas, præparat oua cinis. pen. flecti. Vide Acetum.

# P

Pabvlvm, penult. cor. Ouidi. Met. 2. Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbos. Idē 13. Pabula decerpsi, decerptaq; dēte momordi. Idem de Pont. 1. Quique suis homines pabula fecit aquis. Verg. Bucc. Insueta graues tentabunt pabula fœtas. antepe. acu.

Pachynvs, penultima prod. Clau. Opponit natura mari caput inde pachyni. Sil. 14. Hic uersi penitus Pelopeia ad regna pachyni. Ouid. Metamorph. 13. E quibus imbriferos est uersa pachinos ad austros. Idem Fasto. 4. Iamque pelo riaden, lilybeaque iamque pachyno. Mantuan. Infamem Sasona locis uicina pachyno. Verg. Aeneid. 3. Hinc altas cautes, proiectaque saxa pachyni. Ait Seruius. Pachynum dictum esse ab aeris crassitudine: nam pachys Græcè crassus est Latinè. penul. flec.

Pacalis, penulti. prod. Ouidi. Fastor. 1. Thura sacerdotes, pacalibus addita flammis. Idem Metamorphos. 6. Circuit extremas oleis pacalibus oras. penult. flect.

Pacidianvs, penult. pro. Hor. Ser. 1. Aut pacidiani contento poplite miror. penul. flect.

Pacifer, penul. cor. Ouidi. Metamor. 14. Pacifer huic dederat florem cillenius album. Flac. 4. Paciferaque manu nequicquàm insignia uirgæ. antepen. acuit.

Pacificvs, penul. cor. Lucan. 3. Pacifico sermone parant, hostemque propinqunm. Man. Pacifica tandem migrauit in æthera morte. Luca. 7. Pacificas fænus tremuit Catilina secures. antepenult. acu.

Paciscor, penultima produ. Lucan. 2. Et nihil hac uenia siue uiceris, ipse paciscor. Ouid. Metamorpho. 4. Vt mea sit seruata mea uirtute paciscor. Idem 7. Idque petunt iuuenes pretium sine fine pacisci. Idem 9. Tangit, Anchisæ renouare paciscitur annos. Vergil. Aeneid. 12. Deponas, lethumque sinus pro laude pacisci. Ait Seruius Aeneid. 8. ibi. Tentamenta tui pepigi, meme ipse, meumque: nam geminum est hic præteritum, ab eo, quod est paciscor, facit enim & pepigi, & pactus sum: sicut placeo, placui, & placitus sum. Pago enim, unde multi uenire uolunt pepigi, nusquam lectum est. Quintilianus Instit. 1. inquit. Prima quoque aliquando positio ex obliquis inuenitur, ut memoria repeto, conuictos a me qui reprehenderant, quòd hoc uerbo usus essem pepigi: nam id quidem dixisse summos autores confitebantur, rationem tādem negabant permittere: quia

prima positio paciscor cum haberet naturam patiendi faceret tempore præterito pactus sum. nos præter autoritatē oratorum, atque historicorum, analogia quoque hoc dictum tuebamur: nam cùm in XII. tabulis legerimus, ni ita pagunt, inueniebamus simile huic cadunt: inde prima positio etiam si ue tustate exoleuerat, apparebat pago, ut cado, unde non dubium, sic pepigi nos dicere, ut cecidi. Cicero ad Heren. 2. Pacta sunt, quæ legibus obseruanda sunt: hoc modo, rem ubi pagunt, ora tione pagunt. uult ergo Fabius a pago uerbo antiquo prçteritum fieri pepigi. Seruius uerò a paciscor, non a pago. Vide Pepigi. Sunt enim admonet Phocas capit. de participiis, quæ idem habent præsens, & præteritum perfectum. hæc sola, odi, noui, cæpi, memini; pepigi a pago: ut meno, quæ aboleuit usus perfecta dumtaxat permittens. pepigi antepenultima acuit. Cicero in Salust. Is ne causam diceret sex tertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Idem pro Sest. Gabinius Ciliciam sibi pactus est. Paciscor penultima acuit.

PACO, penultima producta. Stati. Thebaid. 4. Pacabat cornu, gelidique auer sa Lycæi, Claudi. Mitaris si uoce feres; pacauerit Orpheus: Tibull. 4. Paruaque cælestes pacauit mica nec illis. Ouidius Fasto. 2. Respice pacando si quid ab hoste uacat. Mantuan. Adueniet princeps sub quo pacabitur orbis. Idem 1. Excipe pacato Cæsar Germanice uultu. Idem de Pont. 1. Adiuuat in bello pacatæ ramus oliuæ. Sil. 2. Quàm tamen alloquitur ueniæ pacator honore. pen. flect.

PACORVS, penulti. prod. Marti. 9. Scis quid in Arsatia pacorus deliberet aula. penul. flect.

PACTOLVS, penultima producta. Claudi. Hermus & aurata pactolus inhorruit urna. Idem. Fregit, & eunucho fluerent pactolus, & hermus. Iuuenal. Sati. 14. Quod tagus, & rutila uoluit pactolus arena. Ouidi. Metamorpho. 11. Pactoleque petit, quamuis non aureus illo. Vergi. Aenei. 10. Exercentque uiri, pactolusque irriget auro. Ait Seruius. Pactolus, & Hermus Lydie flumina sunt aurum, sicut Tagus, trahentia. pen. flec.

PACVVIVS, pen. cor. Iuue. Sat. 12. Forsan pacuuio breuiter dabit ille superbus. Idem. Viuat pacuuius, quæso, uel Nestora totum. Mar. 11. Accius & quicquid, pacuuiusque uomunt. antepen. acuit.

PADAEVS, penul. produ. Tibul. 4. Vltima uicinus Phœbo tenet arua Padæus. penul. flect.

PADVA, penul. cor. Catul. At uolusi annales Paduam morientur ad ipsam. antepenul. acu.

PADVSA, penultima producta. Vergili. Aeneid. 11. Consedere auium, piscoso ue amne padusæ. Ait Seruius. Padusa pars est Padi: nam Padus licet unus sit fluuius, habet tamen fluentá plurima, è quibus est Padusa: quæ quibusdam locis facit paludem, quæ plena est cygnorum. penultima flectit.

PADVS, penultima correpta. Sil. 15. Mœonius Srygia lacus excessere, Padusque. Horatius Episto. 2. Missa Pado, nec non & apes examina condunt. Ouidius Metamorphos. 2 Hesperiosque amnes Rhenum, Rhodanumque, Padumque. Stat. Thebai. 12. Fumantem lauere Pado, uix dum ille sepulchro. Lucan. 10. Illuc duxit aquas, trahitur Gangesque, Padusque. Flac. 1. Sylua Padi, & uiso flentes genitore sorores. Mantuan. Inclinat Gallorum aciem, quanta Padus æstum. Idem. Adria cum, flexo Padus it per pascua cursu. penul. acuit.

PAEAN, penultima producta. Iuuenal. Sati. 6. Parce precor Pæan, & tu depone sagittas. Idem. Amphion clamat, sed Pæan contrahit arcum. Ouid. Metamorpho. 1. Finierat Pæan lactis modo laurea ramis. Vergi. Aeneid. 6. Vescentes, lætumque choro Pæana canentes. Idem 10. Conclamat socii lætum Pæana secuti. pen. acu.

PARANTIVS, pen. cor. Oui. de Trist. 5. Hoc

Hoc erat in gelido quare Pæantius antro. Idem de Pont. 1. Vtque Machaoniis Pæantius artibus heros. antepenult. acuit.

PAEDICO, pen. prod. Mart. 11. Pædicas puerum uerpe poeta meum. Idem 9. Cum pædicaris, quid Policarpe facis. Idem 11. Pædicem, faciam, non puto, si sapiam. Idem 6. Fac pædicari te Charideme putent. Idem 3. Sed pædicaris sed pulchre Neuole cæues. Idem 2. Sed nec pædico es, nec tu Sextille fututor. Idem 1. Denique pædica Mutmutiane satur. Vergil. Opusc. Et pędiconum mentula smerdalea est. penult. flectit.

PAEGMA, penult. prod. Mart. 1. Et crescunt media pægmata celsa uiæ. penult. acuit.

PAEMENIS, penultima correpta. Ouid. Metamorphos. 3. Pæmenis & natis comitata arpyia duobus. antepenultima acuit.

PAENITET, penult. cor. Ouid. de Trist. 2. Pænitet ingenii, iudiciique mei. Idē Metamorph. 15. Pænituisse ferunt alia nunc ire Caycum. Mant. Pænitet, at pudet uitæ infeliciter actæ. Luca. 4. Pænituit tolerare sitim, frustraque rogasse. Sil. 5. Nec uos pæniteat populares fortibus umbris. Vergil. Buc. Nec te pæniteat calamo triuisse labellum. Mant. Ne te pæniteat serò tibi consule pastor. Cicero Att. Non pænitet me consilii de tua mansione. Idem. de Or. Memet mei pænitet. Idem pro Dom. Quarum rerum si quem pænitet. Idem pro Planc. Vide quàm me uerbi tui pæniteat. antepenult. acu.

PAEONIVS, penultima correpta. Stat. Syl. 1. Pæonio, monstrantque simul, parentque uolentes. antepenultima acuit.

PAESTANA, pen. prod. Mart. 1. Ardea solstitio, Pæstanaque rura petantur. penult. flect.

PAGANVS, pen. pro. Oui. Fast. 1. Et date paganis annua liba focis. Auso. Paganus nedulus iubeo saluere Theonem. pen. flect. Mart. 7. Non pila, non follis, non te paganica thermis. Idem 14. Hæc quæ difficili turget paganica pluma. antepenult. acu.

PAGASA, penult. cor. Flac. 8. Si Pagasas, uel peliacas, hinc denique nubes. Idem Arg. 1. Alatis pedibus Pagasarum ad littora ueni. Flac. 1. Spargat & œbalium Pagaseia puppis alumnum. antepenultima acuit. Idem 10. Sic Pagasæa ratis Tritonidos ora paludis. Luca. 2. Vt Pagasæia ratis peteret cum Phasidos undas. pen. acu.

PAGINA, penult. corre. Ouid. Fastor. 2. Pagina iudicium docti subitura mouetur. Mart. 10. Consumpta est uno si lemmate pagina transit. Stat. Syl. 3. Quęque laboratas claudat mihi pagina Thebas. Ouidi. Fastor. 3. Itur ad Argeos, qui sunt sua, pagina dicet. Vergili. Buccol. Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen. antepen. acu.

PAGVS, penultima producta. Iuuenal. Sat. 14. Quam si me toto laudet uicinia pago. Auso. Totque meo innouero sibi proxima prædia pago. Horat. Epist. 1. Quem mandela bibit rugosus frigore pagus. Ouidi. Fastor. 1. Pagus agat festum, pagum lustrate coloni. Vergil. Georg. 2. Premique ingentes pagos, & compita circum. penult. flectit.

PALAEMON, penult. produ. Stat. Syl. 2. Naufragus imposita iacuit sub matre Palæmon. Idem Theb. 10. Inoamque fugam, uestrique Palæmonis annos. Idem 2. Curua Palæmonio se cludittur unda letheo. Ouidi. Metamorph. 13. Ius habet & Triton Athamantiadesque Palæmon. Idem 4. Leucotheaque Deum cum matre Palæmona dixit. Idem Fastor. 6. Quem nos Portunum sua lingua Palæmona dicet. Vergili. Buccoli. Nec quenquam fugio, tantum uicine Palæmon. Idem. Audiat hæc tātum, uel qui uenit, ecce Palęmon. penult. acu.

PALAM, penultima correpta. Ouidi. Fastor. 4. Flere palam non uult, exemplaque fortia seruat. Idem de Tristib. 1. Cætera turba palam titulos ostendit apertos. Idē 3. Cætera fac curæ, sit tibi turba palam. Hor. de Art. Aut huma-

na palàm coquat exta nefarius Atreus. Sta. Sylua. 1. Ipse palàm sacra pefcebat reg ulus umbra.ut appareat aduerbium apice graui in contextu fignatur: ne no men uideatur. pala palæ, quod primã acuit. Vide Synepiam. citra quam, aiũt, aduerbia differentiæ caufa acui in fine. Hæc Anton. Nebrif. in noua relectione accentus Latini. Cice. ad Her. Rhe. 4. cap. Feftiuitas. cùm idem uerbũ mo dò hac in re ponitur, modo in altera, fa cilius auribus diiudicari poteft. Vide Regulas.

PALAMEDES, pen. prod. Ouid. Metam. 12. Vellet & infelix Palamedes effe reli ctus. Idem. Obiicit, an falso Palamede n crimine turpe eft. Mar. 13. Vnam perdideris fi Palamedis auem. Vergili. Aene. 2. Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama. pen. acu.

PALAS, penultima producta. Ver. Aene. 10. Tela manufque finit, hinc Palas in ftat, & urget. Idem. Solus ego in Palan ta feror, foli mihi Palas. Idem 11. Fata uocant, falue æternum mihi maxime Pala. Idem. Sed uenit in medios, phere tro, Palante repofto. Idem 8. Palantis proaui de nomine Palanteum. penulti. acuit.

PALATIVM, penultima corre. Lucan. 3. Vix adiffe uocat Phœbea palatia complet. Oui. Meramor. 1. Haud timeam magni dixiffe palatia cœli. Idẽ 14. Con ftitit in fummo nemorofi colle palati. Idem de Trift. 4. Altaque uelantur for taffe palatia fertis. Idem 3. Inde petens dextram porta eft, ait, ifta palati. Idem de Pont. 2. Qui noftris oculis nifi fola palatia defunt. Stat. Sylu. 1. An noua contemptis furgant palatia flammis. an tepenult. acu.

PALATINVS, penultima prod. Iuuena. Sati, 5. Caufa Palatino tegente præfer te cubili. Ouid. Metamorpho. 15. Vt que Palatinis hærentem collibus olim. Idem Faftor. 4. Stare Palatinæ laurus, prætextaque quercus. Idem 6. Ante Pa latini condidit ora iugi. Mart. 5. Sexte Palatinæ cultor facundæ Mineruæ. Idẽ. Quando Palatini plus meruere Dei. Idem 9. Et Palatinos imitatus imagine uultus. Vergili. Aeneid. 9. Sceptra Palatini fedemque petiuit Euandri. pe nulti. flect.

PALATVS, penult. produ. Ouid. Meta. 3. Iamque uenenifero fanguis manare palato. Idem de Trifti. 1. Quæque tibi quondam tenero ducendo palato. Idem 3. Etiam deficiam fuppreffaque lingua palato. Lucan. 4. Refciffoque nocent fufpiria dura palato. Idem 9. Peftis & in ficco linguam terrore palato. Verg. Georg. 3. Nigra fubeft udo tantum cũ lingua palato. pen. flec.

PALVS, pro aquarum congregatione. pe nult. correp. Ouid. de Pont. 2. Aequo reo bibitur cum fale mifta palus. Stat. Sylu. 1. Nunc ueneranda palus cum te prope nofle, tuumque. Vergili. Bucco. Limofoque palus obducat pafcua iunco. Idem Georg. 1. Cùm primum ful cos æquant fata quique paludis. Idem Aeneid. 6. Dicitur & tenebrofa palus Acheronta refufo. Ouid. Meta. 1. Iup piter ut liquidis ftagna paludibus orbẽ. Palus pro pertica pen. prod. Tibull. 1. Hic docuit teneram palis adiungere uitem. penultima flect. Infuper admonet Quintilianus Inft. 1. cap. de Ortogra. Palus aliud priore fyllaba longa, aliud fequenti fignificat: ut cùm eadem litera nominatiuo cafu breuis, ablatiuo longa eft; utrum fequamur, plerumq; hac nota monendi fumus.

PALEA, penultima correpta. Vergi. Georgi. 1. Nequicquàm pingues paleæ te ret area culmos. Ait Seruius. Et notan dum paleam dictam numero fingulari contra artem, nam ea, quæ ex plurimis conftant, numeri tantum pluralis funt fecundum artem. Idem. Sæpe leuem paleam, & frondes uolitare caducas. Stat. Syl. 2. Semifer æmonium uin cebat palea Chiron. antepenultima acuit.

PALEARIA, penul. correp. Ouid. Meta morphof. 2. Colla toris extant armis palearia pendent. Vergil. Georg. 3. Et crurum tenus a mento palearia pendẽt. antepen. acuit.

PALEPHATIA, penultima correp. Vergilius Opufcu. Dicta Palephatiæ tefta-

tur

tur unce papyrus. antepenulri. acuit.

PALES, penultima correp. Vergil. Bucc. Ipsa Pales agro, atque ipse reliquit Apollo. Idem Georgi. 3. Tu quoque magna Pales, & te memorande canemus. Idem Opuscu. Et tu sancta Pales ad quam uentura recurrunt. Tibull. 1. Et placidam soleo spargere lacte Palem. Stat. Thebaid. 6. Atya cana Pales, syluanusque arbiter umbræ. Ouidius Fastor. 4. Syluicolam tepido lacte precare Palem. Idem. Luce Palis populo porget ut ille cinis. Ait Seruius Georgi. 3. ibi. Te quoque magna Pales. Pales autem, ut diximus, dea est pabuli, quã alii Vestam, alii matrem Deum uocant. Hanc Vergil. genere fœminino appellat: alii, inter quos Varro, masculino genere: ut, hic Pales. huic sacra soluuntur xj. Cal. Maias die, quæ Palilia uocantur. pen. acu.

PALAESTINA, penultima produ. Ouidius Fastor. 2. Inque Palæstinæ margine sedit aquæ. Idem 4. Sæpe Palæstinas iuuat adesse deas. Mantua. Inde Palæstinam ueniens ea regna Larinis Idem Metamorphos. 5. Matre Palæstina dubio genitore creatus. Tibul. 1. Alba Palæstino sancta columba Syro. Lucan. 5. Lapsa Palæstina uncis affixit arenas. Statius Sylua. 3. Signa Palæstinasque dedit frenare cohortes. penultima flectit.

PALAESTRA, penultima produ. Ouid. Metamorphos. 6. Transierant ad opus nitidæ iuuentle palæstræ. Luc. 7. Gymnasiis aderit, studioque ignaua palæstræ. Stat. Sylua. 3. Nec pudet occultè nudas spectare palæstras. Mart. 4. Sufficit in nouam nitidis spectare palæstris. Idem 7. Dum ludit Medea populo spectante palæstra. Vergi. Aeneid. 6. Pars in gramineis exercent membra palæstris. Idem 3. Exercent patrias oleo labente palæstras. pe. acu.

PALICI, gemini fratres: penultima producta. Ouid. de Pon. 2. Aetneosque lacus & olentis stagna Palici. Idem Metamorpho. 5. Stagna Palicorum, rupta feruentia terra. Sil. 14. Et qui præsenti domitant pei iura Palici. Vergil. Aen. 9. Flumina pinguis ubi, & pacabilis ora Palici. Ait Seruius. Symethos fluuius est Siciliæ haud longe ab urbe Catinensi, circa quam sunt Palici dei, quorũ talis est fabula: Aetnam nympham Iuppiter cum uitiasset & fecisset grauidam, timens Iunonem, commendauit terræ, & illic enixa est: partus eius postea cùm de terra erupisset, duo pueri Palici dicti sunt, quasi iterum uenientes. Palicus penultima flec. Vide Fasellum de situ Siciliæ.

PALLOR, penulti. prod. Oui. Met. 2. Pallor in ore sedet macies in corpore toto. penult. acuit.

PALMES, penultima prod. Ouid. Fasto. 5. Et noua de grauido palmite gemma tumet. Idem. Palmite debueras abstinuisse caper. Idem 4. Nunc tumido gẽmas cortice palmes agis. Marti. 1. Sed fragiles luxos, & opacas palmitis umbras. pen. acu.

PALMIFER, penul. correpta. Ouid. Metamorpho. 10. Palmiferos, Arabas, Panchæaque rura relinquit. Synæ. de par. Virg. At ubi palmiferæ tactu stetit altus Idumes. antepe. acu.

PALFVRIVS, pen. corr. Iuue. Sati. 4. Si quid palfurio, si credimus armillaro. antepe. acu.

PALILIS, penul. produ. Ouid. Fasto. 4. Hoc argumentum flamma palilis habet. Idem. Nox abiit, oriturque aurora palilia pascor. Idem Metamorphos. 14. Munere regna capit, festisque palilibus urbis. Pers. Sati. 1. Et focus, & pecori, & fumosa palilia fœno. Ait Seruius Georg. ibi. Te quoque magna Pales. Pales autem, ut diximus Dea est pabuli. pe. flec. Vide Pales.

PALINVRVS, pen. prod. Oui. de Tristi. 5. Fluctibus in mediis uauem Palinure relinquis. Idem in Ibin. Contracta pereas & Palinurus homo Vergi. Aeneid. 3. Nec meminisse uix media Palinurus in unda. Idem 5. Priceps ante omnes densum Palinurus agebat. Martial. 3. Meiere uis iterum, iam Palinurus eris. prouerbiale est omnibus sine regimine recidiuiuis erroribus. penul. flectit.

PALIVRVS, penul. produ. Vergil. Bucc. Carduus, & spinis surgit paliurius acutis. penul. flec.

PALLENAEVS, pen. pro. Stat. Syl. 4. Et Pallenæos talem laudete triumphos. penulti. acu.

PALLADIVS, penul. cor. Sta. Syl. 1. Ante Palladię talem Germanice nobis. Idē Theba. 7. Palladiusque melas hecatææque gurgite nutrit. Sil. 3. Palladio betes umbratus cornua ramo. Martial. 9. Dic ubi Palladium sit tibi chare decus. Vergilius Aeneid. 2. Palladium, cæsis summæ custodibus arcis. antepenulti. acuit.

PALLAS, penulti. produ. Ouidi. Metamorpho. 2. Pallas Erithonium proles sine matre creatam. Idem. Cæpit Atlantiades dictas a Pallade terras. Idem 3. Pallas adest, motæque iubet supponere terræ. Idem 5. Bellica Pallas adest, & protegit aegide fratrem. Idem. Pallada nonne uides, iaculatricemque Dianam. Luca. 9. Hanc & pallas amat, patrio qui uertice nata. antepenultima, acuit.

PALLEO, penultima corr. Ouidi. Metamorpho. 2. Palluit, & subito genua intremuere timore. Stat. Syl. 1. Hippomenon nec si meta pallebat in ipsa. antepenul. acu.

PALLIDVS, penultima correpta. Verg. Georgi. 1. Felices operum, quintam fuge, pallidus Orcus. Idem 10. Pallida, Tisiphone media inter millia sæuit. Iuuenal. Sati. 10. Nil dubium magna est fornacula, pallidulus mi. Catul. Pallidulum manans alluit unda pedem. antepenul. acu.

PALLIOLVM, penultima correpta. Iuuenal. Satir. 3. Cultam palliolo, mulier nempe ipsa uidetur. Mart. 11. Succida palliolo uellera quinque petit. antepenul. acu. Idem 9. Hanc nolo, quæ facilis, quæ palliolata uagatur. penulti. flectit.

PALMOSVS, penultima producta. Vergi. Aeneid. 3. Teque datis linquo uentis palmosa selinis. penultima flecti. Vide Selinis.

PALMVLA, penultima correpta. Vergil. Aeneid. 5. Littus ama, & læuas stringat sine palmula cautes. antepenulti. acuit.

PALPEBRA, penultima correpta. Lucre. 4. Brachia palpebræque cadunt, poplitesque cubanti: quia muta, & liquida iuuat mettum, antepenul. acuit. Vide Peragro.

PALPITO, penultima correpta. Ouidius Metamorphos. 6. Palpitat, & moriens dominæ uestigia quærit. Iuuenal. Sat. 3. Vt semel, atque iterum super illa palpitat, at tu. Lucan. 1. Palpitat, & mutto uacuum fecit aera motu. Sta. Theb. 9. Palpitat, & mortem, sociosque, hostesque precatur. Idem 8. Destinat, heu celeres Parcæ, iam palpitat aruis. Idem 12. Palpitat, & gemitus tandem erupere paterni. Mantuan. Palpitat exiguo, reliquos mors occupat artus. Cicero de Nat. Cùm cor animantis euulsum ita mobiliter palpitaret. antepen. acuit.

PALVDATVS, penul. produ. Iuuen. Sat. 6. Cumque paludatis ducibus præsente marito. pen. flect.

PALVDOSVS, penultima prod. Ouidius Metamorpho. 15. Aequè paludosa siccis humus aret arenis. Sta. Syl. 3. Vide paludosi fœcunda licentia Nili. Prop. 4. Ille paludosos memorem seruire Sicambros. pen. flect.

PALVMBVS, penultima producta. Martial. 13. Inguina torquati tardant, hebetantque palumbi. Pers. Sat. 2. Veni mus? ac cur non potius teneroque palumbo. Vergil. Aeneid. 5. Qualis spelunca subito commota columba. Ait Seruius. Vbique de his domesticis columbas Vergil. dicit: nam agrestes palumbes uocantur. Idem Bucco. Nec tamen interea raucæ sua cura palumbes. idest columbæ. Ait Seruius. Quas uulgus tetas uocat, & non dicuntur Latinè, sed multorum autoritas Latinum facit. Cicero in Elegia, quæ Telemastis inscribitur. Iam mare tyrrhenum, longè, penitusque palumbes reliquit. De quo ait Quintilianus Instit. 1. Nam poetas metri necessitas excusat, nisi si quando nihil impediente in utroque mo-

modulatione pedum alterum malunt: qualia sunt, Imo de stirpe recisum; sili ce in nuda. & aeriæ quo congessere pa lumbes. pen. acu.

PALVSTRIS, penultima producta. Lucan. 5. Sed sterili iunco, caunaque intexta palustris. Ouidius Metamorpho. 1. Corpore pro nymphę calamos renuisse palustres. Idem de Pont. 4. In cœno Marius iacuit, cannaque palustri. Horatius Ser. 1. Tota abit hora mali culices, ranæque palustres. Mantuan. Qua stetit in campis Aquileia palustribus olim. penultima acuit.

PAMPHACVS, penul. cor. Ouid. Metamorpho. 3. Pamphacus, & Dorceus, & Oribasus Archades omnes. antepenul. acuit.

PAMPHILVS, penul. cor. Mart. 4. Pamphile, sed rumor tam bona uina negat. Ouidi. Metamor. 8. Compensat, medio pelagi Pamphilia puppi. antepen. acuit.

PAMPINVS, penultima correpta. Verg. Georgi. 1. Heu male tum mites defendit pampinus uuas. Idem Opusc. Non arbusta nouas fruges, non pampinus uuas. Sil. 7. Ensibus ignotis senior iuga pampinus umbras. Ouidi. de Pont. 2. Nec tibi pampineas autumnus porrigit uuas. Idem. Non hic pampineis amicitur uitibus ulmus. Marti. 1. Hic est pampineis uiridis modo Vesuuius umbris. Vergili. Buccol. Liber pampineas inuidit collibus umbras. Ait Seruius. Sanè sciendum, has pampinos nunquàm Vergilium dicere: sed Varronem fœmineo uti frequentius. antepenulti. acu.

PAN, penultima producta. Ouidi. Metamorpho. 2. Pan erat armenti, Pan illic numen aquarum. Vergili. Bucco. Pan ouium custos tua si tibi Mænala curæ. Idem. Mecum una in syluis imitabere Pana canendo. Stat. Syluar. 2. Dorida montani cupierunt prendere panes Ouidi. Metamorphos. 11. Pan ibi dum teneris iactat sua carmina nymphis. Idē. Pana iubet Tmolus cytharæ sum mittere cannas. Ait Seruius Aeneid. 1. ibi. Quid Troes potuere quibus tot funera passis: erit nominatiuus Tros: & hæc breuiter scienda regula est, omnia nomina monosyllaba Græca, quæ in Latinum sermonem transierunt, tertię sunt tantùm declinationis, & tam Latinè, quàm Græcè declinari possunt: ut, tros, trois, & troos: pan, panis, & panos. ut, Archadici dictum panos de more lycei. Pan flect.

PANACEA, penultima producta. Lucan. 9. Et panacea potens, & thessala centaurea. Vergilius Aeneid. 12. Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam. Ait Seruius. Panacea genus est herbæ: sciendum tamen Lucretium panaceam ubique salem dicere. unde possumus etiam hoc loco salem intelligere: nam omnem pellit dolorem: sed melius herbam: quia ait odoriferam. Idem asserit Calepinus ex Seruio, quod apud Lucretium toties quæsitum, non inuenit, forsan tempestate Seruii panacea in Lucretio legebatur, postea mutatum esse. penultima flectit.

PANARETVS, penultima correpta. Martial. 6. Arguto madidus pollice panaretus. antepenultima acuit.

PANCHAIA, penultima correpta. Verg. Georgi. 2. Totaque turiferis panchaia pinguis arenis. Flac. 5. Totaque riphæo panchaia rapta triumpho. antepenulti. acuit.

PANCRATIVS, penultima cor. Prop. 3. Et patitur duro uulnera Pancratio. antepenult. acu.

PANDARVS, pe. cor. Ver. Aen. 5. Pandare, qui quondam iussus confundere fœdus. Idem 9. Pādarus, & bitias Idęo Alcanore creti. Idem 11. Haud ita me experti bitias, & pandarus ingens. antepenult. acu.

PANDIONIVS, pen. cor. Ouid. Met. 15. Quid Pandioniæ restant nisi nomē Athenæ. Vergil. Opusc. Iam pandionia miserandas prole puellas. Stat. Theb. 8. Sed pandioniæ repetunt ubi fida uolucres. Martia. 1. Quod nec Cecropiæ

dam-

damnent Pandionis arces. Ouidi. de Pont 1. Cum bene sit clausa cauea Pandione natae. antepen. acu.

PANDO, penult. pro. Ver. Aen.2. Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis. Idem 10. Panditur interea domus omnipotentis olympi. panditur apud Verg. quod uerbum fit, uide in Quinti. Inst. 1. cap. 9. Stat. Theb. 12. Pandite tartareum chaos ultricesque parate. Cicero Tusc. Vtrum panderem uela orationis statim. Idem in Arat. Omnis iam panditur hydra. Vide Habito. penult. acu.

PANDROSE, penult. corr. Ouid. Met. 2. Tres habuit thalamos, quorum tu Pandrose dextrum. Idem. Pandrosos, atque herse timidas uocant una sorores. antepenult. acu.

PANEMVS, pen. pro. Stat. Theb. 9. Thespiaden eadem poscenti fata panemo. penult. flectir.

PANGEA, penulti. prod. Lucan. 1. Constituis terra uideo Pangea niuosis. Ver. Geo.4. Altaque Pangea & rhesi Mauortia tellus. penult. flect.

PANGO, penulti. prod. Stat. Theb. 4. Vt stetit, aduersisque impegit pectora frenis. pen. acu.

PANHORMVS, pen. pro. Sil. 14. Tergemino uenit numero fœcunda Panhormos. penult. acu.

PANIS, pen. pro. Hor. Ser. 1. Panis ematur olus, iam sextarius addet. Idé. Reticulū panis uenales inter honusto. Oui. Metamorphos. 14. Fecere & pinu præcincti cornua panes. Idem 4. Panis erāt primis uirides mortalibus herbæ. Luca. 3. Hunc non ituricolæ Panes nemorum que potentes. pen. flect.

PANNICVS, pen. corr. Mart. 2. Nolo uirum nimium pannice nolo parum. Idé. Horrida sed mens est, pannice uulsa tibi. Idem 6. Pannice uult futui, Gellia non parere. Idem 12. Deseris urbanas, tua prædia, Pannice, lites. Idem 2. Vilia panniculi percutit ora sono. Idem 3. Sed si panniculum, si spectas casta Latinum. Idem 6. Delitias, & panniculus, & bombicinus urit. antepen. acu.

PANNONIA, penulti. corr. Auso. Imperiis grauidas qua fero Pannonias. Clau. Iam plaga Pannoniæ miserandaque mœnia Thracum. Stat. Syl. 5. An iuga Pannoniæ mutatoresque domorum. Mantuan. Pars, cui pannoniæ cessit custodia regno. Martial. 8. Dum noua pannonia narratur gloria belli. Idem 13. Pannonicas nobis nunquàm dedit umbria cattas. Luca. 6. Pannonis haud aliter post ictum sæuior ursa. Mantuan. Pannonas, & Graios, Assiatica littora gal'i. Idem. Pannonas illyrica, mœsos, & pontica circum. antepen. acu.

PANNOSVS, pen. pro. Iuu. Sat. 10. Frangere pannosus uacuis ædilis ulubris. Pers. Sat. 4. Pannosam fœcē mordentis sorbet aceti. Mant. Quæ furū tutela fuit, pannosus, & ultro. Mant. Pannosos macie affectos farragine pastos. penul. flect.

PANOPE, pe. cõr. Inter Oreades Panope fluuialis amicas. Ouid. Fast. 6. Excipit illæsos panope centumque sorores. Idé Met. 3. In uada cephesi panopesque euaserat arua. Stat. Theb. 7. Phocida quis panopen, quis aulida quis cyparisson. Vergil. Georgi. 1. Glauco panopeæ, & inoo melicertæ. Idem Aeneid. 5. Nereidum, phorcique chorus, panopeia uirgo. Ait Seruius. Panopeia est nympha marina. antepen. acu. Latinè.

PANOPHAEVS, pen. pro. Oui. Met. 11. Ora panophæo uectus est sacrata tonanti. penult. acu.

PANTAGIA, penul. cor. Sil. 14. Pantagiam rapidique colunt, uada flaua semeti. Claud. Pantagiam, nomenque gelan, qui præbuit urbi. Oui. Fast. 4. Liquerat ortygiam, megaræque, pantagiamque. Verg. Aen. 3. Pantagiæ, megarosque sinus, tapsumque iacentem. Ait Seruius. Hic fluuius Siciliæ cum plenus incederet, tam implebat penè totam Siciliam unde & pantagias dictus, quasi ubique sonans hic postea cum Cereri quærenti filiam obstreperet, tacere iussus est numinis uoluntate. quod nomen habet, uide de situ Siciliæ Fasellaut Marium. antepen. acu.

PANTAGATVS, pen. cor. Mart. 6. Pantagatus domini rura, dolorque sui. antepenult. acu.

Panthasilea, pen. pro. Oui. de Art. 3. Quæ tibi dem ut turbæ Panthasilea tuæ. penult. flect.

Panthera, pen. pro. Lucr. 5. At catu li pantherarum, scymnique leonum. Idē 4. Et quasi pantheræ morsu, sæuine leo nis. Hor. Epist. 2. Diuersa confusa genus panthera camelo. pen. flect.

Patarea, pen. pro. Mant. At cum tota grauem casum patarea dolerent. penultima flect.

Panthoides, penult. corr. Ouid. Metamor. 15. Panthoides euphorbus erā, cui pectore quondam. antepenultima acuit.

Pantolabus, pen. cor. Hor. Ser. 1. Pantolabo scurræ Numentanoque nepoti. antepen. acuit.

Papaver, pen. pro. Verg. Buc. Pallentes uiolas, & summa papauera carpens. Idem Georg. 1. Nec non & lini segetem, & Cereale papauer. Idem. Vrunt lethęo perfusa papauera somno. Ait Seruius. Nam Ceres Ioue admonente, dicitur cibos papaueris orbitatis oblita: & reuera, papauer gignit soporem, cum iam Proserpinam raptam a Plutone ex inferno recipere non potuisset. Idem in Buc. Sanè papauer, narcissus, anethus, pulcherrimi pueri fuerunt, qui in flores suorum nominum uersi sunt. Verg. Aeneid. 4. Spargens humida mella, soporiferumque papauer. Idem 9. Languescit moriens, lassoue papauera collo. Lucr. 2. Nanque papaueris haustus itē est facilis quod a quorum. Oui. Fast. 4. Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer. Idem. Colligit agreste lene papauer humo. Idem de Trist. Quot ue soporiferum grana papauer habet. Idem Fasto. 4. Illa papaureas subsecat ungue comas. antepen. acuit. papauer. penult. flect.

Paphos, pen. cor. Verg. Aeneid. 10. Est amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera. Idem 1. Ipsa paphum sublimis abit, sedesque reuisit. Stat. Syl. 2. Nō secus alma Venus, quam si paphon æquore ab alto. penult. acu. Verg. Geo. 2. Respondent solido Paphiæ de robore myrtus. Idem Opusc. Signaque cum paphiæ rorantes ante capillos. Stat. Syl. 1. Vulnera, pro quanta est paphii reuerentia mater. Idem 3. Ac currunt teneri paphia cum matre uolucres. Idem 3. Nauiger hunc multo paphiæ saturabat amomo. Idem Theb. 4. Scinditur, hi paphias myrtos a stirpe recuruant. antepenult. acu.

Papius, adiectiuum pen. cor. Papia sub stantiuum. pen. pro. Vide Priscianum cap. de accentu. At aliter Antonius Nebriss. Ausonius. Papia lex placuit, Iulia displicuit. antepen. acu.

Papilio, pen. cor. Ouid. Met. 15. Ferali mutant cum papilione figurā. Mantuan. Flaminiam uersus sub papilionibus humi. Idem. Castra locat, tellus sub papilionibus albis. Mart. 8. Et minimi penna papilionis agi. antepenul. acuit.

Papilla, pen. pro. Ver. Aen. 11. Hasta sub exertam donec, perlata papillam. Ait Seruius. Sanè mamilla est omnis eminentia uberis. papilla uerò illud unde lac trahitur. Mart. 13. Afflnit, & uiuo lacte papilla tumet. Auso. Punica turgentes redimebat zona papillas. Catull. Tradite nudantes reiecta ueste papillas. Martial. 14. Fascia crescentes dominæ compesce papillas. pen. acu.

Papilus, pen. corr. Martial. 1. Præcidi gaudes, præcisus papile ploras. Idem. Fles quid præcidi papile desieris. Idem. Cur quę uis fieri, papile, facta doles. Idem 7. Mittis, habes, nec cor, papile, nec genium. Idem. Olfecit postquàm papilus, ecce garum est. antepenulti. acuit.

Papyrus, pen. pro. Inu. Sat. 4. Succinctus patria quondam Crispine, papyro. Idem 7. Omnibus & crassit multa dam nosa papyro. Luca. 4. Conseritur bibula memphitis cymba papyro. Mart. 10. Dum leuis arsura struitur libitina papyro. Verg. Opusc. Dicta palæphatiæ testatur uoce papyrus. pen. flect. Oui. de Trist. 3. Ipse papyrifero, qui non angustior amne. Idem Met. 15. Perque papyriferi septemflua flumina Nili. antepenult. acuit.

Papo, pen. pro. Pers. Sat. 3. Et similis regum pueris papare minutum. pe. flec.

Papula, pen. corr. Verg. Georg. 3. Ardentes papulę, atque immundus olentia sudor. carbunculi sunt, exponit Seruius. Idem Opusc. Ac senioris erat maturæ papula telo. antepen. acu.

Par, pro. Sta. Syl. 1. Par honor exhaustis Marte nõ amplius armis. Idem. Par operi sedes, hinc obuia limina pandit. Oui. Fast. 5. Sidera cædebat, par erat omnis honor. Mart. 1. Par onus ut tulerint altius ille tulit. Iuue. Sat. 13. Primaque par adeo sacræ lanugo senectæ. Hor. Ser. 1. Par eris hæc a te non ultum abludit imago. flectit. Ouid. Fast 6. Ite pares a me, perierunt, iudice formæ. Idem de Trist. 3. Vnde tenore pari gradibus sub limina celsis. Sil. 6. Præfixo paribus ligno mucronibus omnes. Lucan. 4. Iure pari rector castris affranius illis. Ver. Buccoli. Formosum paribus nodis, atque ære Menalca. Mantuan. Et paribus cristata legunt hastilia primus. penult. acuit.

Parabilis, penult. corr. Hora. Ser. 1. Non ego nanque parabilem amo Venerem facilemque. antepen. acu.

Paradisiacus, pen. cor. Mant. In paradisiacas isset non esse uerendum. antepenult. acu.

Paradoxa, pen. pro. Mant. Edipodiniæ Sphingis paradoxa uidentur. penult. acuit.

Paranymphus, pen. pro. Mant. Virginibus summo uenit paranymphus olympo. Idem. Aligere occultani redeat paranymphus in ędem. pen. acu.

Parasinus, pen. pro. Mart. 10. Vicit nimirum non uero, sed parasinus. Idem 14. Si Veneto, Parasinoue faues, qui coccina sumis. pen. flect.

Parasitus, pen. pro. Iuu. Sat 1. Nullus iã parasitus erit, sed quis foret istas. Mantua. Scorta ambubaias balatronis parasitos. Mart. 9. Vos me laurigeri parasitum dicite Phœbi. Iuue. Sat. 5. Ad mensam quoties parasitus uenerit instans. pen. flect.

Paratus, pen. prod. Luca. 1. Detrahimus dominos urbi seruire paratæ. Flac. 2. Stant gemmis, auroque thori, mensæque paratu. Iuue. Sat. 3. A facię iactare manus laudare paratus. Claud. Atria regifico iussit splendere paratu. Stat. Theb. 3. Dura morę magnos cantamur nata paratus. pen. flect.

Parca, penult. prod. Stat. Sil. 1. Ergo dies aderat parcarum conditus albo. penult. acuit.

Parco, pen. pro. Oui. Met. 1. Maxima pars unda rapitur, quibus unda pepercit. Mar. 1. Quod nocturna tibi Leãdre pepercerit unda. Idẽ. Parcite, dum propero mergite, dum redeo. Cicero in Verr. Vt filio suo parceret. Idem pro Cæl. Parcat iuuẽtus pudicitiæ suæ. Idẽ pro Rab. Hunc nec suæ, nec alienę pudicitiæ pepercisse.

Parens, pen. cor. Ouid. de Trist. 1. Deque tribus moneo, si qua est tibi cura parentis. Idem de Pont. 2. Sed placidus, facilisque parens ueniæque paratus. Idem 3. Te lego uiue parens uertendis nata figuris. Vergil. Buc. Ac simul Heroum laudes, & facta parentis. Idem Aenei. 12. Respiceres bello uarias, miserere parentis. Idem 3. Et quæ iam puero est amissæ cura parentis. penultima acuit.

Parentalis, penult. prod. Ouidi. de de Trist. 4. Fama parentalis si uos mea contigit umbra. Idem Fastor. 2. Bella parentales deseruere dies. Idem Metamorphos. 13. Signa parentali moriturę more rebellant. pen. flect.

Pareo, penul. cor. Ouid. Meta. 1. Pyrra prior iussique Deę parere recusat. Idem 2. Si potes, his saltem monitis parere parentis. Idem de Trist. 1. Ne scio cui domino pareat unda maris. Luca. 1. Paruerit mihi si merces erepta laborum est. Stat. Syl. 2. Imperiumque pari, & domino parere minori. Verg. Aen. 12. Non ego, nec Teucris Italos parere iubebo. Idem 3. Sic ait, & cuncti dictis paremus ouantes. Stat. Achill. 2. Paruimus genitrix, quanquam haud toleranda iubebas. Idem. Paruimus nimium bella ad Troiana, ratesque. Sil. 2. Parebant, nullaque lenis Getulus habena. Flac. 6. Paruimus, paruique etiam, didicere nepotes. Cicero Att. Timeo ne ille dolori, atque iracundiæ pareat. Idem. Off. Latro-

Latronum leges esse dicuntur, quibus pareant, quas obseruent. antepenulti. acuit.

PARETONIVS, pen. cor. Luca. 3. Vsque paretonias eoa ad littora syrtes. Stat. Theb. 1. Rauca paretonio decedunt agmina Nilo. Sil. 3. Quasque paretonio glomerauit littore turmas. Stat. Syl. 3. Læta paretoniis assignet carbasa ripis. Sill. 17. Colla paratonius serpens, lateque per auras. Mart. 10. Vare paretonias latias modo rite per urbes. antepen. acu.

PARITER, pen. cor. Ouid. Meta. 2. Sed postquam pariter nymphas incedere uidit. Idem Fast. 3. O pariter raptæ quoniam hoc commune tenemus. Idem de Pont. 1. Hanc nisi tu pariter simili cum fratre leuares. Idem 2. Est aliquid casus pariter timuisse marinos. Mart. 1. Sus pariter uitam perdidit, atque dedit. Idem Aenei. 12. Dixerat, atque animus pariter certantibus omnes. Iuu. Sat. 6. Nō ibit pariter numeris reuocata trasilli. Mant. Mox igitur casus moti pariterque leones. antepen. acu.

PARIES, pen. cor. Oui. de Pont. 3. Cumque dedit paries uenturæ signa ruinæ. Mant. Si paries hiat, & redies læta minemuni. Horat. Ser. 2. Tratis natus paries diis, atque poetis. Ver. Geo. 4. Parietibusque premunt arctis, & quatuor addunt. Idem Aen. 5. Parietibus textum cęcis iter ancipitēque. Sil. 2. Parietibusque domus imbellis fœmina seruet. pro celeusmaticus est quatuor syllabis breuibus pro dactylo. Vide Reiicio. antepenult. acu.

PARILIS, pen. cor. Tibul. 2. At madidus Bacchus sua festa parilia pastor. Ouidi. Meta. 5. Fregit aratra manu, parilique irata colonos. Idem 14. Optantemque eadem, parilique cupidine captam. Idem de Trist. 1. Accipere, & parili reddere uoce uale. Ver. Opusc. Ad pariles agor euētus sit pœna merenti. antepen. acu.

PARIO, pen. cor. Stat. Achil. 1. Hoc solum pariat, ne quid tibi barbara coniux. Iuue. Sat. 3. Langorem peperit cibus imperfectus, & hæres. Oui. Met. 1. Sponte sua peperit, postquam uetus humor ab igne. Idē 2. Sed peperisse prius, duo nunc moriemur in una. Idem de Pont. 3. Tristia deformes pariunt absinthia campi. Mart. 6. Pannice uult sui tui, Gellia non parere. Verg. Aenei. 11. Hanc patriam peperere suo decorare supremis. antepenult. acuit. Stat. Achill. 1. Quid gemis ingentes cœlo paritura nepotes. Sil. 9. Perpetuas paritura tibi, nam tempore Roma. penulti. flecti. Cicero de Or. Si Quintum pareret mater eius. Idem in Ca. Ad hanc te dementiam natura peperit.

PARIS, pen. corr. Iuu. Sat. 7. Vtque magis stupeas paridem, ludosque reliquit. Idem 10. Cœperat audaces paris ædificare carinas. Vergil. Bucc. Dardaniusque paris, pallas, quas condidit arces. Idem Aen. 4. Et nunc ille paris cum semiuiro comitatu. Idem 6. Dardana, qui paridis direxti tela, manusque. Ouidi. Metamorph. 13. Accusoque parin, prædamque, helenamque reposco. penult. acuit.

PARIVS, pen. cor. Verg. Geo. 3. Stabunt & parii lapides spirantia signa. Horat. Epist. 1. Dum regit examen parios, ego primus iambos. Oui. Met. 3. Hæret ut è pario formatum marmore signum. antepen. acu.

PARNASVS, pen. pro. Luc. 3. Parnasusq; iugo misit disertus utroque. Stat. Syl. 1. Et parnasus honos illi pangea resultāt. Idem 5. Dedici, fugere meos parnasia crines. Idem Theb. 1. Audiit & medius cœli parnasus & asper. Oui. Met. 2. Parnasusque biceps, & eryx, & cynthus, & sotrix. Ver. Geor. 3. Sed me parnasi deserta per ardua dulcis: pen. flect. Mant. Dignus eras hederis, dignius parnaside lauro. Idem. Incipiam, nymphæ parnasides ora mouete. Ver. Buc. Nec tantum phœbo gaudet parnasia rupes. Stat. Thebaid. 4. Quassat humum uatem cultu parnasia monstrat. antepen. acu.

PAROCHVS, pen. cor. Hor. Ser. 1. Sat. 5. Præbuit, & parochi quæ debent ligna salemque. Idem 2. Sat. 8. Tum parochi faciem nil sic metuentis, & actis. antepenult. acuit.

PARO, pen. cor. Stat. Syl. 1. Ipsa toros, & sacra parat, cœptusque latino. Lucan.

1. Non

1. Non alios, inquit, metus tunc fata parabant. Sil. 14. Iungebatq; preces, atq; addere uerba parabat. Oui. Met. 1. At tibi ego ignarus thalamos, tedasque parabam. Idem 2. Tertia, cum crinem manibus laniare pararet. Ver. Geo. 1. Atq; amerina parant lentæ retinacula uiti. Idem. Proximus agricolis, pelagoque parabitur imber. Idem Aeneid. 9. Apparat? & mecum inuadit trepidantia castra. Flac. 6. Promisere mihi, nobis argoa parabas. Cicero in Sal. Qui mihi parare putasti inuidiam ex mea re familiari. penult. acu.

PAROS, penult. cor. Vergil. Aen. 4. Olearon, niueamque paron, sparsasque per æquor. Mant. Peruenitque paron lapides ubi multa secabant. Ouid. Meta. 7. Marmoreamque paron, quanque impia prodit arenæ. Stat. Theb. 5. Et paros, & nemorosa thasos, crebræque relucent. pen. acu.

PAROPSIS, pen. pro. Iuue. Sat. 3. Iugera quam multa, magnaque paropside cęnat. Mart. 11. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra. pen. acu.

PAROXINVS, penul. pro. Mant. Corda paroxini grauibus torquebat, & igne. enult. flect.

PARRHASIA, penult. cor. Mart. 8. Pars quota parrhasiæ labor est mareoticus aulæ. Flac. 4. Tempora parrhasio patris de more galero. Lucan. 9. Ortum parrhasiæ nexerunt persea pennæ. Ouidi. Meta. 2. Parrhasis erubuit, cunctæque uelamina ponunt. Idem de Trist. 1. Versaque ab axe suo parrhasis arctos erat. Idem Fast. 1. Deserit archadiam, parrhasiumque larem. Idem. Fiant parrhasiæque sacra relata deæ. Idem 4. Parrhasides stellæ, nanque omnia nosse potestas. antepen. acu.

PARTHAONIVS, pen. cor. Stat. Theb. 1. Et parthaoniæ dudum si certus ad aures Flacc. 3. Nunc parthaonides, nunc Dux mihi Thracia proles. antepenult. acuit.

PARTHENIANVS, pen. prod. Mart. 9. Hęc toga iam non est, partheniana mea est. Idem. Partheniana fuit quondam memorabile uatis. pen. flect.

PARTHENIVS, pen. cor. Mart. 1. Phœbe palatinus munera partheni us. Idem 7. Non tua Parthenie nimium se præferat illi. Oui. de Pon. 4. Partheniusq; rapax, & uolues saxa cyna phes. Ver. Buc Frigora Parthenios canibus circundare saltus. antepen. acuit.

PARTHENOPA, pen. cor. Stat. Syl. 1. Parthenope dulcisque solo tu gloria nostro. Idem 2. Quæ tibi parthenopen directo lumine ponti. Idem 3. Parthenopen, nostro qui tot fastigia monti. Mant. Ars noua Parthenopes, quę martia nulla timebat. Idem. Vsque ad Parthenopes agros campana quę rura. Oui. Met. 15. Parthenopen, & ab hac Cumeę templa Sybillæ. Verg. Geor. 4 Parthenope studiis florentem ignobilis Oci. Ait Seruius. Parthenope, Neapolis est, quæ primo ex corpore unius syrenæ illic sepultæ parthenope est appellata. antepenult. acuit. Stat. Syl. 2. Parthenopeus erat, simplexque horrore decoro. Idem Theb. 6. Parthenopeus init correpto crine reductum. Idem 9. Parthenopæe sanimiseræ iam parce parenti. Mart. 9. Casside dum liber parthenopeus erat. Verg. Aen. 6. Parthenopeus & Adrasti pallentis imago. pen. flect.

PARTHICVS, pen. cor. Luca. 1. Parthica Romanos soluerunt damna furores. antepen. acu.

PARTICVLA, penul. cor. Iuue. Sat. 13. Particulam uix ferre potes spumantibus ardens. Lucr. 3. Particulis animas at ea ratione sequetur. Idem 4. Particulam uenti sentire, & frigoris eius. antepenult. acu. Idem. Lumina qui linquūt moribundi particulatim. pen. flect. Vide Acetum.

PARTICEPS, pen. cor. Sil. 1. Et se participem casus sociarat in omnis. antepenult. acuit.

PARTIOR, pen. corr. Stat. Syl. 2. Miscet & alterum pueri partitur amorem. Lucan. 1. Decretum est generi partiri non potes orbem. Verg. Aen. 1. Hinc portum petit, & socios partitur in omnes. Ait Seruius, Salustius inquit. Prouincias inter se partiuerant. Priscianus libro 8. inquit. Partio, & partior in una, eadem-

eademque significatione protulerũt antiqui partio, & partior dicimus. Ait Seruius. Et est uerbum de his, quæ cum utranque recipiant declinationem, pro nostra uoluntate, actiuæ tamen sunt significationis, ut punio, punior: fabrico, fabricor: lauo lauor, quanquam tentauerit Probus facere differentiam inter actiuam, passiuamque significationẽ, ut dicamus, tondeo alterum, & tondeor ab altero: sed hoc in aliis uerbis dicere non possumus: ut fabrico, fabricor: pasco, pascor: nam legimus florem de pasta salicti, & pascuntur uero dumos: sunt autem & alia uerba, quæ actiuæ declinationis, significationisque sunt, ut cædo: sunt quę passiuæ, ut cædor. inuenimus tamen actiuam declinationem habere passiuam significationem, ut uapulo. & contra, declinationem passiuam, actiuam habere significationem, ut loquor. hæc ergo ab illis cautè segreganda sunt uerbis. Hæc Seruius. Cicero in Verr. Patres bona sua cum filiis partiuntur. Idem de Clar. Hortensius cum Cicerone causas partiebatur. Idem de Ora. Pes, qui adhibetur ad numeros partitur in tria. antepen. acu.

PARTICIPO, pen. cor. Lucr. 3. Ossaque, nti dentes quoque sensu participentur. antepenult. acu.

PARTITVS, pen. pro. Verg. Aen. 5. Agmine partito fulgent, paribusque magistris. Stat. Syl. 1. Aut quid partitis distantia tecta trichoris. Idem 3. Et partito uices uos stuppea tendite mali. Idem Theb. 1. Partitis uersano populorum sata manuque. Idem 3. Postquàm ritè, diu partiti sydera cunctas. Sil. 2. Partitis iusta bitia uenerande senectæ. penult. flectit.

PARTVRIO, penult. corr. Ouid. Fast. 3. Dicite, tu uoto parturientis ades. Hor. de Art. Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Verg. Georg. 2. Parturit almus ager, Zephirique tepẽtibus auris. Idem Opusc. Semina parturiant segetes non pascua colles. Cicero pro Mur. Dii faciant, ut hoc, quod conceptum respubl. periculo parturit. Idẽ in Ant. Vtinam aliquando dolor populi Rom. pariat, quod iandiu parturierit. antepenul. acu.

PARVM, pen cor. Oui. de Pont. 2. Naso parum prudens artem dum tractat amãdi. Mart. 2. Nolo uirum nimium Pannice nolo parum. Mant. Sic prisci sanxere patres mutata parumper. Iuuenal. Sat. 4. Obstitit intranti miratrix turba parumper. Verg. Aeneid. 6. His dictis curæ emotæ pulsusque parumper. Stat. Syl. 4. Te quoque flammabit tacite repetita parumper. penult. acu.

PARVVLVS, pen. cor. Hor. Ser. 1. Paruula, nam exemplo est, magni formica laboris. Iuue. Sat. 5. Si tu uis fieri nullus tibi paruulus aula. Verg. Opusc. Paruulus hunc propior humeros conterret alumnos. Idem Aeneid. 4. Ante fugam soboles, siquis mihi paruulus aula. Sil. 7. Pauulus ex humero coritus, & aureus arcus. antepen. acu.

PASA, pen. cor. Mant. Nomen id extortum nostro pasa dicitur ore. Idem. Pasah uocant solymi, sicut memorauimus ante.

PASCHALIS, pen. prod. Mant. Semper ab Aegypto rempus paschale solebant. Idem. Mox ubi pachali rutilant, altaria luce. Idem. At bene conueniunt pachali nomine festo. Ait Calepinus, Pasthale sacramentum, paschalis dies, quia ad pascha pertinẽt cum aspiratione scribitur: est enim Græcum. Pascales uerò sine aspiratione, oues, quasi pascuales dicuntur. pachalis pen. flecti.

PASCO, pen. pro. Verg. Bucc. Pascite, ut ante boues pueri submittite tauros. Idẽ. Pollio, & ipse facit noua carmina, pascite taurum. Idem. Pierides uitulam lectori pascite uestro. Idem Georg. 3. Pascuntur uero Syluas, & summa lycæi. Ait Seruius. Pasco, & pascor illam rem dicimus. Idem Georg. 3. Frondibus, & uictu pascuntur simplicis herbæ. Passiuè. Idem Aenei. 2. Implicat & miseros morsu depascitur artus. Actiuè. Vide Partior. Mart. 1. Assiduam nimio pectore pauit auem. Prop. 3. Pauerat hoc phœbo filia lampetie. Ouidi. Meta. 14. Ilios, & Danaas pauerunt pergama flãmas. Cicero pro Mil. O Clodii furor rapinis,

rapinis, & incendiis pauit. Idem Off. Qui maleficio, & scelere pascuntur. Idē de D. Qui cum propter paupertatem sues puer pasceret. pen. acu.

PASIPHAE, pen. corr. Verg. Aeneid. 6. Pasiphae, mistumque genus, prolesque biformi. Idem. Euadneque, & pasiphaen his Laodomia. Mart. 1. Iunctam pasiphaen dictæo credite tauro. Auso. Me potius clausę subiice pasiphae. Ouidi. Metamor. 15. Sed tamen ille ego sum me pasiphaeia quondam. antepenulti. acuit.

PASTINACA, penul. pro. Macer. Et pa stinacæ uirtus in semine tantum. penult. flect.

PASTOR, pen. pro. Verg. Buc. Pastores ouium teneros depellere fœtus. penult. acuit. Ouidi. Met. 2. Illud erat tempus quo te pastoria pellis. Idem 13. Senserunt toti pastoria sibila montes. antepe nult. acu. Stat. Theb. 7. Proximus eury medon cui pastoralia fauni. Claud. Te pastorali modulātur menala cantu. Ver. Aen. 7. Pastorale canit signum, cornuque recuruo. Stat. Theb. 4. Hi pastora li meditantur prælia trunco. Mant. Totum penè larem cū pastoralibus armis. Idem. Demolita casas & pastoralia tecta. penult. flect.

PASTINO, pen. cor. Mant. Pastino, fert humeris holitor considerat hortum. Idem uester erit stimulus, uester ligo pastina uestra. antepen. acu.

PATARAEVS, pen. prod. Ouid. Met. 1. Et claro, & tenedos, patarææque regia seruit. Mant. At cum tota grauem casum pateræa dolerent. Idem. Niculeos patareus adest, qui oracula phœbi. Idē. Quidam ciuis erat pataræ maleficus, opumque. pen. flect.

PATAVINVS, pen. pro. Mart. 14. Vellera cum sumant patauinæ multa trilices. Mant. In castella redit requies pata uina per arua. Idem. Læta per id tempus quo per patauina fremebat. Mart. 11. Vnda puella leges, sis patauina licet. penult. flect.

PATELLA, pen. pro. Iuu. Sat. 6. Et uaticano fragiles de monte patellas. Idem 5. Ponitur exigua feralis cœna patella: Ouid. Fast. 2. Nutriat intinctos missa patella cibos. penult. acu.

PATEO, pen. cor. Oui. Met. 1. Digna fuit qua terra patet fera regnat erynnis. Idem. 2. Qua posita mundo patuit cum corpore crimen. Verg. Buc. Tris pateat cœli spatium non amplius ulnas. Iuue. Sat. 4. Et cessit facili patuerunt cardine ualuæ. Stat. Syl. 1. Viuit & in fundum summo patet omnis ab imo. Lucan. 2. Bella gerat non tam portas intrare patentes. Idem 1. Constat an immensum patefiat ad usque profundum. Ouidi. Metamorphos. 1. Intremuit motuque uias patefecit aquarum. Idem. 2. Perspicit, ecce uigil nitido patefecit ab ortu. Idem 3. Patet & impresso sulcum patefecit aratro. Mant. Totus aques, tanto fauces patuere baratro. Cicero in Ant. Cur ualuæ concordię non patent. Idem pro S. R. mea domus tibi patet, mihi clausa est. Idem pro Mur. Quod omnibus patet. Idē Att. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi libri tui pateant. antepen. acu.

PATER, penulti. cor. Stat. Syl. 1. Lecta deæ sedes nec si pater ipse teneret. Ver. Aeneid. 7. Odit, & ipse pater Pluton, odere sorores. Ait Seruius. Aenei. 11. ibi: Mente dedit, patrem uolucres dispersit in auras. Sanè paterfamilias quā do dicimus, familias indeclinabile est, & genitiuus Græcus. Si autem paterfamiliæ dicere uoluerimus, iam non erit nomen, sed locutio, & familiæ erit datiuus: nam pater mihi est, dicimus. Terentius. Natura tu illi pater es. Multi tamen uolunt in numero plurali nomen utrunque declinari, ut dicamus, hi patres familiæ, horum patrum familiarum. Dicimus tamen pater familiās, & mater familiās, quæ duo tantum nomina remanserunt. Vergili. Aeneid. 2. Natum ante ora patris, patrem, qui obtruncat ad aras. Idem Georgi. 2. Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther. Ouidi. Metamorphos. 1. Quæque pater ut summa uidit Saturnius arce. Idem Fastor. 1. Sancta uocant augusta patres, augusta uocantur. Flacc. 1. Ipse ter æquoreo

æquoreo libans archesia patri. Idem. Bis lemnon uisure petis, nunc cuspide patris. Stat. Syl. 1. Formarit uultus multum de patre decoris. Vergili. Georgi. 2. Sacra Deum, sanctique patres extrema per illos. Lucret. 6. Matribus, & patribus natos superhedere uitam. pen. acu.

PATERA, penultima correpta. Horat. Ser. 1. Vilis cum patera guttus campana supellex. Stat. Thebaid. 1. Iasides patera famulo ex more poposcit. Ouidi. Fast. 4. Cumque meri patera thuris acerra fuit. Vergil. Georgi. 2. Hic lancis qualem pateris libamus, & auro. Idem Aeneid. 3. Impositis auro dapibus, paterasque tenebant. Idem 7. Nunc pateras libate Ioui, precibusque uocate. Ouid. Met. 15. Vinaque dat pateris, mactatarumqne bidentum. antepenult. acu.

PATERNVS, penult. prod. Ouidi. Meta. 2. Hic situs Phaeton currus auriga paterni. Idem 1. O utinam possem populos reparare paternis. Mart. 1. Denique supplicium dederat necis ille pater næ. pen. acu.

PATICVS, pen. cor. Iuu. Sat. 9. Nec trepida nunquam paticus tibi deerit amicus. Idem 2. Ille tenet speculum patici gestamen othonis. antepen. acu.

PATIENTIA, pe. cor. Oui. Met. 14. Qui superest quod iam patientia nostra recusat. Luca. 1. Quid tam lenta tuas tenuit patientia uires. Auso. Causa latet bimarem nisi quod patientia morbo. antepen. acu.

PATIENTER, pen. pro. Hor: de Art. Laudauere sales nimium patienter utrunque. Matt. 6. Ignoscat coniux & patienter amet. Ouid. de Trist. 1. Non tamen ille legi poteruut patienter ab ullo. penult. acu.

PATINA, pen. cor. Hor. Ser. 1. Et modo si patina pede lapsus frangor agaso. Idē. Siquis eum sæuum patinam qui tollere iussus. Idem 2. In patinam fecere trahentia pulueris atri. Idem. Occupat humanam grandes rhombi, patinæque. Iuue. Sat. 4. Sed deerat pisci, patinæ mensura uocatur. antepen. acu.

PATIOR, pen. cor. Oui. Met. 1. Et patitur tangi, seque admirantibus offert. Idem. Posse bonis aliquis nullam patiere parentis. Idem. Expatiantur equi, nulloque inhibente per auras. Idē Phyl. Heu patior telis uulnera facta meis. Sil. 13. Posse pati, & nimium fluxis confide re rebus. Stat. Syl. 2. Iam lenis patiare precor me fulmine in ipso. Iuue. Sat. 5. Dat pœnas noctem patitur Ingentis amicum. Vergili. Buc. Atque superba pati fastigia non ne Menalca. Idem Aene. 12. Bella uides, quantos primus patiare labores. Cicero in Verr. Patimur enim iam multos, & silemus. Idem Att. Sed ea mihi sunt omnia patienda. antepenulti. acuit. Star. Syl. 1. Quo non sub domino sæuas passura bipennes. penult. flectit.

PATRIA, penultima correpta. Ouidi. Metamorphos. 2. Quem procul o patria diuerso maximus orbe. Idem de Trist. 5. Nec patria est habitata tibi, sed usque niuosum. Claud. Rimosam patriam, dilectaque pumicis antra. Ver. Aen. 12. Longæui quem nunc mæstum patria Ardea longe. Idem Buc. Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua. Idem. Pacatumque reget patriis uirtutibus orbem. Sil. 14. Ascitum patrio terræ imposuere uacanti. Ouidi. Met. 1. Filius ante diem patrios inquirit in annos. antep. acuit. Idem 13. Dardanidas matres patriorum signa Deorum.

PATRIARCHATVS, Mantua. Nam patriarchatus sceptrum, sanctamque cathedram. pen. acu.

PATRIMONIVM, penultima correpta. Iuuenal. Sat. 12. Sed uitio cæci propter patrimonia uiuunt. Idem Sat. 1. Antiquis una comedunt patrimonia cæsa. Idem 7. Si libet hinc centum patrimonia causidicorum. Mantuan. Sæpe loquens turbis Christi patrimonia claudi. antepenulti. acu.

PATRITIVS, penulti. corre. Mart. 10. Sed domus in uico Lælia patritio. Claudi. Patritius roseis pauonum uentilat alis. Sil. 2. Patritio Cremere maculauit sanguine ripas. Lucan. 7. Patri-

tium campis non mista plebe cadauer. Stat. Syl. 1. Carmina patritio pueri, sonoistis in ostro. Idem 5. Primaque pa trtia clausit uestigia luna, antepenult. acuit.

Patrobas, penult. corr. Mart. 2. Vexat sępe meum Patrobas confinis agellum. antepen. acu.

Patrocinium, penult. cor. Ouid. de Trist. 1. Causa patrocinio nō bene maior erat. Idem de Pont. 1. Difficilis causę mite patrocinium. Mant. Aere patrocinium uendunt, producere caulas. antepenult. acu.

Patroclus, pen. prod. Prop. 2. Videat informem multa patroclon arena. Stat. Syl. 1. Patroclus, tantisque extenditur ęmulus actis. pen. acu.

Patronus, penult. prod. Ouid. de Art. 1. Qui modo patronus iam cupit esse cliens. Horat. Epist. 1. Cuius fortunę, quo sit patre, quòue patrono. Mart. 1. Et te patronum, causidicumque putes. Idē. Sensit deficiens sua premia, meque patronum. Idem 10. Qui sua restituis spoliato iura patrono. pen. flect.

Patruelis, pen. pro. Ouidi. Meta. 1. Quam commune mihi genus, & patruelis origo. Idem 13. Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi. Idem. Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli. Idē in Ibin. Quęque parare suis lethum patruelibus ausę. Pers. Sat. 6. Nam reliqua ex amitis patruelis nulla pro neptis. pen. flect.

Patruus, pen. cor. Iuue. Sat. 2. Soluere et & patruo similes effunderet ossas. Ouid. Fast. 4. Ense capit patrui Lausus, placet Ilia Marti. Idem. Hanc uidet, & uisam patruus uelociter aufert. Idem Metamorph. 13. Pro patruo tulit arma suo, primisque sub annis. antepenulti. acuit.

Patulus, pen. cor. Ouid. Meta. 2. Stagna petit, patulosque lacus, ignemque perosus. Luca. 9. Et patulę nares sudor rubet omnia plenis. Stat. Syl. 3. Frondibus & patula defendunt arbore soles. Verg. Geor. 1. Suspiciens patulis capta uit naribus auras. Idem Buc. Tityre tu patulę recubans sub tegmine fagi. Ait Seruius. Patulum dicimus, quod per se patet naturaliter, ut nares, arbor: patens uerò est, quod & aperitur, & clauditur, ut ostium, & oculi. antepenult. acuit.

Paucus, penultima corr. Ouid. Metamor. 14. Paucaque laudarę dedit oscula qualia numquam. penult. acuit. Lucreti. 2. Paucula quę porrò magnum per inane uagantur. antepenultima acuit.

Paueo, penulti. corr. Ouidi. Metamor. 14. Attonitum monstris uulgus pauet illa pauentum. Sil. 14. Pyrrhus origo dabat stimulos, pauique superbum. Lucan. 4. Aspicerent, flexoque ursę temone pauerent. Stat. Syl. 1. Et pauet aspiciens Ledęus ab ęde propinqua. Idē Thebaid. 4. Quęque pauet longo spumantem ualle charadron. Sil. 2. Dum pauitant trepidę rerum fessique salutis. Vergili. Aeneid. 11. Subiecit pauitantem utero, syluasque petiuit. Cicero in Ant. Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. antepenultima acuit.

Pauidus, penult. corr. Ouid. Fast. 1. Deque meo pauido excute corde metus. Idem Briseis. Quod Scelus ut pauidas miserę mihi contigit aures. Martial. 1. Solicitant pauidi dum rhinocerota magistri. Lucre. 6. Cernentes pauida complebant pectora cura. antepenult. acuit.

Pauimentum, pen. prod. Iuu. Sat. 14. Verre pauimentum, nitidas ostende columnas. pen. acu.

Paulatim, pen. prod. Ouid. Meta. 3. Cętera paulatim, placidoque educta tenore. Idē Fast. 4. Carpendi studio paulatim longius itur. Verg. Aeneid. 11. Consistunt Turnus paulatim excedere pugna. Idem 6. Paulatim adnabam terrę, iam tuta tenebam. Lucret. 1. Paulatim tribuit, moderatim crescere cogens. penult. flectit. Vide Acetum.

Paulinus, penult. prod. Mart. 2. Currit ad Europen, & te Pauline, tuosquē Idem 3. Minxisti currente semel Pauline carine. pen. flect.

Paulisper, pen. prod. Ouid. Fastor. 3. Bellice

Bellice depositis clypeo paulisper,& hasta. Verg. Aeneid 4. Ipse ego paulisper, pro te tua munera inibe. Mant. Nec paulisper adhuc mecum sperare recusa. penult. acuit.

PAVLVS, pen. pro. Man. Sub Decio Paulus cum iam uigesimus isset. Idem. Paulus, & eulogius memoretur, & inclytus hamnon. Pers. Sat. 5. Sin tu cum fueris nostræ paulo ante farinæ. penulti. acuit.

PAVO, pen. pro. Oui. Met. 2. Tam nuper pictis cæso pauonibus Argo. Idem 13. Laudato pauone superbior acrior igni. Iuu. Sat. 1. Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas. Claud. Patritius roseis pauonum uentilet alis. Prop. 2. Et modo pauonis caudæ flabella superbæ. pen. flectit.

PAVOR, pen. corr. Luca. 2. Non satis est muris latebras quæsisse pauori. Idem 1. Diriguere meta gelidos pauor occupat artus. Horat. Ser. 2. Quo cupiens pacto pauor est utriq; molestus. Oui. Metamorphos. 3. Additus & pauor est, fuit Antonoius heros. Flacc. 7. Turbidus ut pœnis, cæcisque pauoribus ensem. pen. acu.

PAVPER, pen. pro. Horat. de Art. Thelephus, & Peleus cum pauper, & exul uterque. Idem Ser. 1. Tabescat neque se maiori pauperiorum. Idem 2. Quem neque pauperibus, neque mors, neque uincula terret. Mart. 1. Pauper eras, & eques, sed mihi consul eras. Vergi. Aeneid. 2. Pauper in arma pater primis huc misit ab annis. Ait Seruius. Aeneid. 11, ibi. Ars fuerat, pauperque domus, nec nota potentum. hic & hęc pauper dicimus, nam paupera usurpatum est. Sic Platus, paupera est hæc mulier. Sed hoc hodie non utimus: ea enim nomina, quæ ablatiuo singulari in e exeunt, si fœminina ex se faciunt, similia faciunt: nec enim heteroclita esse possunt, idest alterius declinationis: ut puta, quia ab hoc hospite facit hic, & hæc & hoc hospes, dicamus necesse est. a leone, hic & hæc leo: a latrone, hic & hæc latro, ab hoc fullone, hic & hæc fullo: ab hoc nepote, hic & hæc nepos. nam ut neptis dicamus, propter successionis discretionem admissum. est sciendum tamen hospita, paupera, leæna usurpata a poetis. penulti. acuit. Mantuan. Nostra fuit ui sura suem, paupercula tali. Idem 5. Fortia Flaminiæ pauperimus incola terrę. antepen. acu.

PAVPERO, penultima correpta. Horat. Ser. 2. Contemptum cassa nuce pauperet hæc mea cura est. antepenultima acuit.

PAVPERTAS, penult. prod. Iuuen. Sat. 7. Paupertas, atque æris, inops quo nocte dieque. Idem 14. Qui paupertatem leuet, attollatque propinqui. penulti. acuit.

PAVPERIES, penul. cor. Claud. Pauperiem cum tela geras, & flexis in ultus. Horat. Ser. 2. Pauperiem metnas minus, & finire laborem. Idem 2. Pauperies epulis regum, nam nilibus ouis. Vergi. Aeneid. 6. Nunc & pauperiem, & duros perferre labores. Mant. Pauperies aufert quod fert epulentia parco. antepen. acuit.

PAVSANIA, pen. cor. Mant. Pausaniæ Lacedæmonii fundata labore. antepenult. acuit.

PAX, producta. Catull. Pace tua fari hæc liceat Rhamnusia uirgo. Flac. 4. Hunc ubi recliuem stratis, & pace fruentem. Vergili. Aeneid. 7. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Horat. Epist. 1. Bella quis, & paces longum diffundit in æuum. Idem 2. Hoc paces habuere bonæ, uentique secundi. Varro ait, animaduertendum primum, quibus de causis, & quemadmodum constituerunt paces. Salustius in Iugur. Cum regna prouinciæ, leges, iura, iudicia, bella, atque paces erant. Diomedes tamen, & Phocas negant pax in numero plurali, quod apud Ciceronem non legi, nec pacum, nec pacibus, ait Despauterius.

PECCATVM, penultima producta. Martial. 3. Non hac peccatum est parte matite tibi. Stat. Syl. 1. Aut instaurati peccauerit ara terenti. penultima flectit. Cicero Att. Sed quid in

te peccaui. Idem de fin. Xenophon eadem fere peccat. Idem. Empedocles multa alia peccat.

PECOROSVS, penultima producta. Stat. Thebaid. 4. Aptior armentis mi dea, pecorosaque phyllos. penultima flectit.

PECTEN, penult. pro. Matt. 14. Pectine Niliaco iam Babilonis acus. Man. pectinibus, clunes, lumbos & rustica terga. Ver. Geor. 1. Arguto coniux percurrit pectine telas. Idem. Aeneid. 6. Iamque eadem digitis iam pectine pulsat eburno. Ait Seruius. Hoc autem pecten declinatur, ut carmen. pen. acu.

PECTVS, penultima producta. Stat. Thebaid. 7. Pectus alumna senis, redit atque exile profatur. Idem 5. Pectoribus capulos, magnarum, & fragmina trunca. Idem 4. Pectore mõtano duplex hyleus ab antro. Ver. Aeneid. 6. Ossa tremor, fuditque preces rex pectore ab imo. penult. acu.

PECVLIVM, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Cogimur & cultis augere peculia seruis. Vergil. Buc. Nec spes libertatis erat, nec curæ peculi. Ait Seruius. Sanè peculi pro peculii per synæresin dictum est peculi autem antiquè. Mantuan. Dandum aliquid nobis? pietate peculia crescunt. antepenultima acuit. Vide Pecunia.

PECVNIA, pen. corr. Iuu. Sat. 1. Maiestas, & si funesta pecunia templo. Idem 14. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Ouidi. Fast. 5. Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est. Horat. Epist. 2. Et genus, & formam regina pecunia donat. Mantua. A questore Thomæ, conflata pecunia dudum. Ait Seruius in Vergil. Buc. ibi. Nec spes libertatis erat. peculi autem, aut antiquè dixit, quia omne patrimonium apud antiquos peculium dicebatur a pecoribus, in quibus eorum constabat uniuersa substantia, unde etiam pecunia dicta est. pecunia antepenult. acuit.

PECVS, penultima correpta. Ouid. Metamorph. 1. Vtitur in pecudes, & nunc quoque sanguine gaudet. Idem. Cùm que satis arbusta simul, pecudesque, uirosque. Idem Fastor. 5. Aut pecus, aut latam diues habebat humum. Vergili. Georg. 4. Hinc pecudes armenta uiros, genus omne ferarum. Idem 3. Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis. Idem 4. Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent. Idem quem mihi uix frugum, & pecudum custodia solers. Idem Bucco. Dic mihi Damœta cuium pecus, an Meliboei. Idem Aeneid. 3. Caprigenumque pecus nullo custode per herbam. Lucret. 2. Præterea genus hominum, mutæque natantes. Idem. Squamigerum pecudes, & læta arbusta, feræque, Vergili. Bucc. Nec mala uicini pecoris contagia lædent. Ouidi. Metamorphos. 1. Argus ait, neque enim pecori fœcundior ullo. Idem Fastor. 3. Iam modo quæ fuerant syluæ, pecorumque recessus. Pecus nomen, genitiui, generisque differentiam parit, significationis easdem esse, ut hoc pecus pecoris: significat que omne animal prçter hominem. ne rum hæc pecus, pecudis, quia fœminini est generis, frequentius pro ouibus penitur ut exemplis patet. Lucret. 6. Lanigeras tanquam pecudes, & bucera sæcla. penult. Mant. Obstitit, & poni pecuaria magna per omnes. Idem. Ibant in hostiles uelut in pecuaria fortis. Verg. Georg. 3. Solue mares, mitte in uenerem pecuaria primus. Ait Seruius. Pecuaria ab eo quod est pecuare uenit. Nã pecua, ut ait Cicero in Pompeiana, ab eo quod est pecus uenit substãtiuè, hæc pecuaria, orum: adiectiuum uerò pecuarius, aria, arium. Cicero ad Her. Nam præsidio pecuaria credemus? Cicero pro Qui. Erat ei pecuaria res ampla, & rustica culta. ante penulti. acuit.

PEDANVS, pen. pro. Hor. Epist. 1. Quid nunc te dicam facere in regione pedana. Pedum fuit oppidum, quod nunc non extat, teste Porphyrione: uerum regio ipsa adhuc dicitur Pedana. penulti. flectit.

PEDEGMA, penult. prod. Iuuenal. Sat. 11. Qui. Lacedæmonium pedegmate

le lubricat orbem. penultima acuit.

Pedes, penulti. correp. Lucan. 4. Tu uerò in pedites tatum miserabile belli. Idem 2. Ite simul pedites ruiturum ascendite pontem. Claud. Explicuit cuneos pedites in parte sinistra. Horati. de Arte. Romani tollent equites, peditesque cachynnum. Ouidi. de Pon. 4. Hic freta uel pediti peruia reddit hyems. Stat. Achil. 1. Dat bello pedites etolus, & asper acarnan. penultima acuit.

Pedester, penultima producta. Hora. de Arte. Et tragicus plerunque dolet sermone pedestri. Martia. 1. Annuit in liquidis ire pedester aquis. Vergil. Aeneid. 10 Arcadas insuetos acies inferre pedestres. Stat. Theba. 9. Quod uacet, inque acies audentior ille pedestres. penult. acuit.

Pedetentim, penultima producta. Mantuan. Affuit & tracto pedetentim in littora monstro. Lucre. 5. Paulatim docuit pedetentim progredientis. penulti. acuit.

Pedianus, penultima produ. Sil. 12. Fulgentem extremo pedianus in agmine uidit. Idem. Ipse etiam capta pedianus cassìde nudos. penultima flectit.

Pedica, penulti. cor. Verg. Georgi. 1. Tunc gruibus pedicas, & retia ponere ceruis. Manil. 5. Currentisque feras pedicarum compede nectunt. antepenult. acuit.

Pedius, penultima correpta. Hora. Ser. Cùm pedius causas exudet publicola, utque Pers. Sat. 1. Fures, ait pedio, pedius quid crimina rasis. antepenultima acuit.

Pedo, penultima correpta. Ouidius de Pont. 4. Iliacusque macer, sydereusque pedo. Martial. 2. Disce, quod ignoras marsi, doctique pedonis. penultima acuit.

Paedor, penul. prod. Luca. 2. Excedere senem, longusque in carcere pædor. penulti. acuit.

Pedum, penultima correpta. Vergilius Buccoli. At tu sume pedum, quod me cùm sepe rogaret. Ait Seruius. Pedum uirga curua est, unde retinentur pecudum pedes. penultima acu.

Pegasus, penultima correpta. Iuuenal. Sati. 4. Pegasus attonitæ positus modo uillicus urbi. Sil. 14. Gorgoneasque ferens ad sydera Pegasus alas. Claudi. Ipse tibi famulas præberet Pegasus alas. Martial. 11. Tu fueris musis Pegasis una meis. Ouidi. Oenone. Pegasis Oenone Phrygiis celeberrima syluis. Idem Sappho. Et mihi Pegasides blandissima carmina dictant. Idem de Tristib. 3. Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas. Idem Metamorpho. 8. Longius it autor teli Pegaseius Iason. Idem 13. Littoraque intrauit Pegasea Colcha carina. Lucan. 2. Et Pegasea rotis peteret cùm Phasidas undas. Ouidius Metamorphos. 7. Iamque fretum miniæ Pegasea puppe secabant. Idem Fastor. 5. Ipsa tamen lectas Pegaseis collibus herbas. antepen. acuit.

Pegnia, penultima producta. Mantua. Pegmate declamans hominum uitiosa seueris. penul. acu.

Peiero, penultima correpta. Iuuenal. Sati. 13. Exigis a quoquam ne peieret, & putet ullis. Idem. Hic putat esse Deos, & peieret, atque ita secum. Ait Seruius Aeneid. 2. ibi. Talibus insidiis, periurique arte Sinonis. in uerbo r, non habet: nam peiero, & peierant dicimus. Cicero Offi. 3. Non enim falsum iurare, peierare est, sicut periurii. antepe. acu.

Peior, penultima producta. Iuuenal. Sati. 8. Vtimur exemplis, ut non peiora supersint. Stat. Syl. 1. Confremat, & silent peioris murmura famæ. penul. flectit.

Pelagus, penul. correp. Luca. 3. Oppositum pelagum lunata classe recedunt. Idem 1. Heheu quantum terræ potuit, pelagique parari. Idem. Vrget rupe caua pelagus, non corus in illum. Sta. Syl ua. 2. Festiacos nunc fama sinus, pelagusque notatum. Idem Achil. 1. Sublatum curru pelagus cadit at uada mater. Claudi. Icarium pelagus, Mychaleaque littora iuncti. Iuue. Sat. 6. Contempsit

tempſit pelagus ſummam contempſerat olim. Ouidi. Phyll. Expectem pelago uela negata meo. Verg. Aeneid. 2. Sic cunctis pelagi, cecidit fragor æquora poſt quàm. Ait Seruius Aeneid. 2. ibi, Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus. Vulgus magis maſculini generis eſt, quam neutri, quia in us exeuntia neutra in ris mittunt genitiuum: excepto pelagus, quod in hoc nomine creauit errorem. antepen. acu. Vide Vulgus.

PELASGVS, pen. pro. Ouid. Medea. Excipit hoſpicio. iuuenes. aeta pelaſgus. Idem. Quid ſi forte uirum non dedignare Pelaſgum. Idem. de Triſtib. 2. Quid generum Peliæ, quid Theſea, quodue Pelaſgum. Idem Metamorph. 13. Nec memoranda tamen uobis mea facta Pelaſgi. Idem 12. Mille rates, gentiſque ſimul commune Pelaſgæ. Vergili. Aenei. 2. Gloria quæ falſa ſub proditione Pelaſgi. penult. acu.

PELAMIS, penultima correpta. Iuuen. Sat. 7. Pelamidum, aut ueteres aſtrorum epimenida bulbi. antepenultima acuit.

PELATES, penult. corr. Ouid. Meta. 5. Cinyphetis Pelates tentanti dextera fixa eſt. Idem 12. Strauit humi Pelates deiecto in pectora mento. antepenult. acuit.

PELETHRONIVM, penult. corr. Vergil. Georg. 3. Fræna Pelethronii Lapithæ, Gyroſque dedere. Lucan. 6. Fœta Pelethroniis nubes effudit in antris. Stat. Thebaid. 2. Inde Pelethroniam præfixa cuſpide pinum. Claud. Quodque Pelethronio ſuccedit littora Ganges. Ouid. Metamor. 12. Vecte pelethronius macareus in pectus adacto. antepenulti. acuit.

PELEVS, penultima correpta, non contractum. Horat. de Art. Thelephus, & Peleus, cum pauper, & exul uterque. Ouidi. Metamorphoſ. 15. Aegea ſic Theſeus, ſic Pelea uincit Achilles. Idem 14. Haſioneque data ponitur nam coniuge Peleus. Idem. Dummodo quod fratres Telamon Paleuſque fuerunt. Stat. Achil. 1. Chironis patriam nec degere Peleos aula. Idem Syl. 2. Nec ſenior Peleus natus comitatus in arma. Catul. Teſſaliæ columen Peleu, cui Iupiter ipſe. Iuuena. Sat. 10. Vnus Pelæo iuueni non ſufficit orbis. Idem. Hæc eadem Peleus reptum cùm luget Achillem. Non contractum, antepenult. acu. Vide Atreus.

PELIAS, pen. cor. Ouid. Briſ. Tranſeat Hectoreum Pelias haſta latus. Idem Medea. Quid referam Peliæ natas pietate nocentes. Idem Faſt. 1. Summaque Peliacus ſidera tangat apex. Stat. Thebaid. 6. Dicere Paliacus hic cum fabularier in aruis. Flacc. 8. Si modò Peliacæ non ſum captiua carinæ. Idem. Si Pagaſas, uel Peliacas hinc denique nubes. antepen. acu.

PELIDES, penultima producta. Iuuen. Sat. 3. Pelidæ cubat in faciē, mox deinde ſupinus. penult. acu.

PELIGNVS, penultima producta. Ouid. Faſtor. 4. Hac ego Pelignos natalia rura petebam. Idem de Pont. 1. Ruraque Peligno conſpicienda ſolo. Idem. 4. Gens mea Peligni, regique domeſtica Sulmo. Mart. 1. Non hæc Pelignis agitur uindemia prælis. Idem 12. Maſſica Peligni mittūt turbata coloni. Sil. 9. Poſtquàm poſſe datum Peligna reuiſere tecta. pen. acu.

PELION, penultima correpta. Oui. Metamorphoſ. 1. Fulmine & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ. Idem Faſt. 3. Ignibus oſſa nouis, & Pelion altius oſſa. Idem 5. Pelion Aemoniæ mons eſt obuerſus in auſtros. Claud. Pelion Emathias ignis populator ariſtas. Vergili. Georg. 3. Pelion hinnitu fugiens impleuit acuto. Idem 1. Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſān. Vbi ait Seruius. Pelio o longa eſt, ſed fit breuis ſequente uocali, ut ſub Ilio alto. nec fit ſynalæpha. antepen. acu.

PELLAX, penul. prod. Verg. Aeneid. 2. Geſſimus inuidia poſt quam Pellacis Vlyſſi. Ait Seruius. Per blanditias decipientis: pellicere enim eſt blandiendo allicere. pen. acu.

PELLEX, penultima producta. Oui. Oenone. Pellici ipſa meos impleſſem ſanguine.

guine uultus. Idem Metamorphos. 1. Pellice donata non protinus exuit omnem. Idem de Art. 1. Et tenuit læta pellicis exta manu. Idem. Pellicibus quoties placuit iam numina cæsis. penult. acuit.

PELLIS, pen. prod. Mart. 14. Pellibus exiguis arctatur Liuius ingens. penul. acu. Iuue. Sat. 1. Pelliculæ quantas iaculetur Monychus ornos. Pers. Sat. 5. Pelliculam ueterem retinens, & fronte politus. Horat. Ser. 2. Pelliculam curare iube, sis agnitor ipse. antepen. acuit.

PELLO, penult. prod. Mantuan. Pellitur ex propriis in claustra monestica montis. Sil. 1. Pellebat somnos Tithoni roscida coniux. Idem 7. Vt pepulere leuem intrantis uestigia somnum. Stat. Thebaid. 10. Desuper Ogygiæ pepulit grauis impetus hastæ. Ouid. Metamorphos. 15. Dum dubitant, feram pepulere crepuscula lucem. Flacc. 3. Cùm pepulit, monuitque iugis, pulsare repente. Horat. Ser. 2. Agrestem pepulere domo leuis exilit inde. Cicero de Ora. Si uitiosum est dicere ornate, pellatur è ciuitate eloquentia. Idem Off. Species vtilitatis animum eius pepulit. Idem de Fin. Pellere mœstitiam exanimis. penult. acu.

PELOPS, penultima correpta. Vergili. Georg. 3. Hippodameq; Homerosque Pelops insignis eburno. Ouid. in Ibin. Poma pater Pelopis præsentia quærit & Idem. Stat. Theb. 2. Oedipoden, tibi larga Pelops & Tantalus autor. Fla. 1. Et Lybis & uestri Pelopis domus, horrida sæua. penultima acuit. Ouidi. in Ibin. Filia si fuerit, sit quod Pelopea Thyesti. Idem. Hermione, quid? quod auus nobis idem Pelopeius Atreus. Idem. Nam coniux aberat, ne non Pelopeia credar. Idem de Trist. 4. Hic pro supposita uirgo Pelopeia cerua. Sil. 14. Hic uersi penitus Pelopea ad regna Pachyni. Idem 4. Tum Pelopeius auis Cyrenis incola Telgon. penultima flectit. Pelopeius. antepenulr. acu.

PELORVS, penultima producta. Ouidi. Metamorphos. 15. Euicitque fretum, Siculique angusta Pelori. Idem 12. A quoris expertes spectat boreamque Pelorus. Mar. 6. Tu Lucrina uoras, me pascit aquosa Peloris. Stat. Syl. 1. Brutia Sicanum circumspicit ora Pelorum. Claud. Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum. Lucan. 2. Extremi colles Siculo cessere Peloro. Verg. Aenei. 3. Ventus, & angusti rarescent claustra Pelori. Ait Seruius. Promontorium Siciliæ est, secundum Salustium, dictum a gubernatore Annibalis illic sepulto, qui fuerat occisus per regis ignorantiam, cùm se eius dolo crederet esse deceptum, ueniens de Petilia. Lucan. 2. Extremi colles Siculo cessere Peloro. Vbi Sulpitius, & Beroaldus idem ferunt: quanquam legimus etiam ante Pelorum dictum. pen. flect. Oui. Fast. 4. Iamque Peloridem Lilybeaque, iamque Pachynon.

PELVSIACVS, pen. corr. Mant. Raptus in Aegyptum, Pelusiacosque Panates. Luca. 10. Iam Pelusiaco ueniens è gurgite Nili. Verg. Georgi. 1. Nec pelusiacæ curam aspernabere lentis. Lucan. 9. Linquere si qua fides pelusia littora nolo. Idem 8. Cautum ne Nili Pelusia tangeret ora. Idem. In uada decurrit pelusia septimus amnis. antepenulti. acuit.

PENATES, penult. prod. Luca. 2. Tertia iam soboles alios fœcunda penates. Stat. Syl. 1. Si quis & inserto geminos Aniene penates. Ouidi. Metamorph. 1. Cælicolæ clarique suos posuere penates. Idem de Trist. 1. Multaque in aduersos effudit uerba penates. Vergili. Aeneid. 3. Cum sociis, natoque, penatibus, & magnis diis. penultima acuit.

PENDEO, penultima correpta. Pendo, dis, pependi, pensum: diuersæ significationis. Ouidi. Metamorph. 1. Canduit, & uentis glacies astricta pependit. Idem. Nec circunfuso pendebat in aere tellus. Martial. 1. Et supra uatem multa pependit auis. Vergili. Aeneid. 6. In foribus lethum Andregeo, tum pendere pœnas. Idem Buccoli. Dumosa pendere procul de rupe uideo.

bo. Cicero de Diuin. Quidam somnia uir ouum pendere ex fascia lecti sui. Idem de Pro. Achæi ingentem pecuniam pendunt Pisoni quotannis. antepenulti. acuit. Pendo uerò penulti. acuit.

PENDVLVS, pen. corr. Ouid. Penel. Lassaret uiduas pendula tela manus. Idem Fastor. 4. Pendula cælestes libra moue bat aquas. Mart. 8. Tum leue nec bom bix pendulus urget opus. Verg. Opusc. Pendula proiectis carpuntur & arbuta ramis. antepen. acu.

PENE, penulti. producta. Ouidi. Paris. Signa supercilio, penè loquente dari. Idem. Penè manu, quod amo tanta est uicinia tango. Idem. Pene suis ma nibus ad te deduxit amantem. Idem Metamorphos. 1. Mille grauem telis exhausta pene pharetra. Idem Fastor. 6. Arsit, & est testis obtuta penè suis. Idem de Pont. 3. Non tibi sunt fontes latices nisi penè marini. Idem. Naso suo ponit nomen cui pene sodali. Idem de Tristib. 5. Pene decem totis aluit Peantius annis. aduerbiorum accentus morem hebet. Horat. de Arte. Quem penes arbitrium est, et uis, & norma lo quendi. Præpositio. penultima corre. postpo.

PENELOPE, penult. corr. Ouidi. Penel. Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysses. Idem. Penelope coniux semper Vlyssis ero. Idem de Pont. 3. Aemula Penelopes fieres si fraude pudica. Stati. Sylua. 3. Penelope gauisa domos si passus Vlysses. Horat. Epist. 1. Sponsi Penelopes nebulones Alcionique. Idem Ser. 2. Sic tibi Penelope frugi est, quæ si semel uno. Idem. Penelopen facilis potiori fraudę, putas ne. antepen. acu. Latinè.

PENETRALE, penultima producta. Oui di. Fastor. 2. Ad penetrale Numeam, Capitolinumque ronantem. Idem de Tristibus. 1. Cum tamen in nostrum fierit penettale receptum. Idem 3. Dii facite, ut Cæsar non hoc penetrale, domumque. Flacc. 7. Tum thalami penetrale petit quæ maxima norat. Lucan. 5. Dalphica fatidici reserat penetralia Phœbi. Ouidi. Metamorph. 1. Tectaque cumque suis rapiunt penetralia sacris. Idem. Hæc domus, hæc sedes, hæc sunt penetralia magni. Vergili. Aeneid. 2 Apparent Priami, & ueterum penetralia regum. Idem. Limina tectorum & medium in penetralibus hostem. penultima flect. Idem Aspice num mage sit nostrum penetrabile telum. Ait Seruius. Nam quod penetrat, penetrale dicetur: quod penetratur, penetrabile. Idem Georgi. Acrior aut boreæ penetrabile frigus adurat. Ait Seruius. Quod omnia penetrat. Stat. Syl. 3. Aut septem gemini caput, haud penetrabile Nili. antepenulti. acuit.

PENETRO, penultima correpta. Ouidi. Metamorphos. 2. Dissilit omne solum, penetratque in tartara rimis. Idem 3. Ab Ioue mersa suo stygias penetrauit ad undas. Idem 15. Viribus his aliisque uapor penetrauit ad ima. Stat. Syl. 4. Atque ubi Romuleos uelox penetra ueris aures. Iuuenal. Sat. 5. Et solitus mediæ crypram penetrare suburræ. Vergil. Georg. 2. In ferrum penetrant aulas, & limina regum. Idem Aenei. 1. Illiricos penetrare sinus, atque intima turus. Idem 9. Nec satis extremas Coriti penetrauit ad urbes. Flacc. 9. Trinacriis uastum in pelagus penetrauerat auris. Cicero de Clar. Nulla res magis penetrat in animos. De Somn. Cùm Romulus hæc ipsa in templa penetrauit. Idem de Pro. Nam ipse ad eorum urbes, sedesque penetrauit. ante penult. acu.

PENEVS, penultima producta. Ouidi. Metamorphos. 1. Sylua uocant tempe, per quę Peneus ab imo. Idem 2. Peneusqua senet Teuthranteusque Caycus. Idem 6. Penee donauit aquas. & gurgite rapto. Idem de Pont. 4. Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusque, Hipanisque Cratesque. penultima flectit. Idem Metamorphos. 1. Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem non. Idem. Nympha precor, Peneia mane, non insequor hostis. Idem. Victa labore fugæ spectans Peneidas undas. Luca. 8.

ca. 8. Littora contigerat, per quæ Peneius amnis. Vergil. Georgi. 4. Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe. antepe nult. acuit.

Penis, pen. pro. Iuuen. Sat. 9. An facilem, & pronum est agere intra uiscera penem. Perf. Sat. 4. Si facis in penem quicquid tibi uenit amarum. Mart. 8. Menophili penem tam grandis fibula uestis. pen. flect. Hora. Epist. 1. Penicies, & tempestas, barathrumque macelli. Luca. 2. Vomere peniferis amplexus rupibus omnes. Oui. Met. 15. Hęc Helenum cecinisse penatigero Aeneæ. antepen. acu.

Penitvs, pen. cor. Oui. Met. 1. Infelix Phaeton penitus, penitusque iacentes. Ver. Buc. Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Idem Aen. 8. Non secus, ac si qua penitus ui terra dehiscens. Luc. 2. Decidat infundū penitus stagnātis auerni. Sil. 14. Hic uersi penitus Pelopeia regna Pachyni. Idem 1. Et pacis despectus honor, penitusque medullis. Stat. Syl. 2. Et mistæ risu lachrymæ, penitusque loquentis. antepen. acu.

Pennatvs, pen. pro. Oui. Met. 7. Quæ nisi pennatis serpentibus isset in auras. penult. flectit.

Pennifer, penulti. cor. Sil. 6. Hæc mos penniferis pharetram impleuisse sagittis. antepen. acu.

Penniger, pen. cor. Lucr. 6. Pennigeri sequit calcaribus ictus amoris. antepenult. acuit.

Pensilis, per. cor. Iuu. Sat. 1. Pensilibus plumis, atq; illinc despiciat nos. Ait Seruius Aen. 8. ibi, Pilentis matres in mollibus hinc procul addit. Erant autē tunc Veneti coloris, non ut nunc rosati, quibus castæ utebantur: mollibus autem pensilibus, ut contra, plumas pensiles dicimus, & molles significamus. antepen. acuit.

Penthesilea, pen. prod. Claud. Penthesilea tuam claram Carthaginis arces. Oui. Cydippe. Qualis in Iliaco, Pēthesilea solo. Ver. Aen. 11. Penthesilea refer, magnoque ululante tumultu. Idē 1. Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet. pen. flect.

Pentheus non contractum. penu'. cor. Mart. 11. Ad matrem fugiet Pentheus ad Menalas Orpheus. Oui. Met. 3. Contemptor superum Pentheus, præsagaq; ridet. in Ibin. Et quę Penthides fecit, fraterque Medusæ. Verg. Aen. 4. Eumenidū ueluti demens uidet agmina Pentheus. Non contractum. antepenul. acu. Vide Atreus.

Penvltimvs, penul. cor. Mant. Vnius exibat, iam sol penultimus umbram. antepenult. acu.

Penvria, pen. cor. Hor. Ser. 1. Supremum tempus ne se penuria uictus. Idē. Vt Nomentanus pergis penuria secū. Lucre. 5. Aequo animo ueque enim est nunquam penuria parui. Mant. Isti igitur cū iam nostros penuria dulcis. Ver. Aen. 7. Exiguam in Cererem penuria adegit edendi. Claud. Tanta ne gestandi fuerit penuria ferri. antepen. acu.

Pennipotens, pen. corr. Lucr. 5. Quadrupedum; membris, & corpore pennipotentum. Idem 2. Augescunt uires, & corpora pennipotentū. antepen. acu.

Peninsvla, pen. cor. Mant. Surmio benaci peninsula, quæ uidet alto. antepe nult. Acuit.

Penvs, pen. cor. Auso. Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes. Mant. Hoc animaduertens penoris cui cura ferentem. Perf. Sat. 3. In locuplete penu defensis pinguibus umbris. Verg. Aen. 1. Cura penu struere & flammis adolere penates. Ait Seruius. Inter penum, & cellariū hoc interest, quod cellarium est paucorum dierum: unde & incellā dicitur imperatum frumentum. penus uerò tēporis longi. Sane dicimus hic, & hæc, & hoc penus, sed a masculino, & a fœmi nino genere quarta est declinatio a neutro tertia est, quomodo pecus pecoris. Vnde Horatius, portet frumenta, penusque: masculino uerò genere Plautus, Nisi mihi annuus penus datur. Fœminino Lucilius posuit: ut, Vxori legata penus. quartę declinationis esse Persius docet. vt supra, Locuplete penu. Cicero de Nat. Penates a penu ducto nomine. est enim omne, quo uescuntur homines. penus. pen. acu.

PENVLA, penulti. cor. Iuue. Sat. 5. Iuppiter, & multo stillaret penula nimbo. Hor. Epi. 1. Penula solstitio campestre niualibus auris. Mar. 1. Sordidior multo post hoc toga penula peior. Idē 13. Ne toga cordillis, & penula desit oliuis. Idem 14. Ne toga barbatos faciat, uel penula libros. Idem. Cercopithecorum penula nuper erat. antepe. acu.

PEPIGI, pen. cor. Catul. Quod pepigere uiri, pepigerunt ante parentes. Oui. Epist. Hæc mihi se pepigit pater hanc tibi prius ab illa. Verg. Aen. 12. Ignaui Aeneadæ, nec quę pepigere recusent. Idem 10. Nec tecum meus hæc pepigit mihi fœdera Lausus. Idem 11. Bissenos pepigere dies, & pace sequestra. Idem 8. Tentamenta tui pepigi meme ipse, meumque. Ait Seruius. Nam geminū est hic præteritū ab eo, quod est paciscor: facit enim & pepigi, & pactus sum, sicut placeo, & placitus sum. pago enim unde multi uenire nolunt pepigi, nusquàm est lectum. Vide Paciscor.

PEPERI, penul. cor. Ouid. Metamorph. 2. Sed peperisse prius, duo nunc moriemur in una. Idem 14. Dicitur ancipiti peperisse uenalia Iano. antepenultima acuit.

PEPLVM, penul. produ. Stat. Theb. 10. Peplum etiam dono cuius mirabile textum. Verg. Aenei. 1. Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant. Ait Serui. Peplum propriè est palla picta fœminea Mineruæ consecrata, ut Plautus. Nūquàm ad ciuitatem uenio, nisi cùm infertur peplum. Hodie tamen multi abutuntur hoc nomine. pen. acu.

PER, uocale sequenti, corripi. Stat. Syl. 1. Meque dedi, uiduos ut transmittare per annos. Idem 2. Inde per obliquas erepit porticus arces. Vide A, præposit.

PERAGO, pen. cor. Oui. Phedra. Si quæras ubi sit Theseus latus ense peregit. Idem Met. 1. Mollia securæ peragebāt oppida fossis. Idem de Trist. 1. Et peragor populi publicus ore reus. Idem de Pont. 3. In uita peragens tristia sacra manu. Luca. 1. Coniugis in uitā peragam tamen omnia dextra. Verg. Aen. 6. Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi. Cicero de Nat. Gracchus, cum comitia nihilominus peregisset. antepen. acu.

PERA, pen. pro. Mart. 14. Dormiat, & tritico cum cane pera roget. Auso. Diogenes cui pera penus, cui dolia sedes. penult. flect.

PERAGRO, pen. cor. Man. Rura peragrauit posito deitatis honore. Verg. Aen. 4. Nescius illa fuga syluas, saltusque peragrat. Idem 1. Ipse ignotus, agens Libyæ deserta peragro. Ait Seruius. Per habet accentum, nam a, longa quidem est, sed non solida positione: muta .n. & liquida quoties ponuntur, metrum iuuant, non accentum. Hæc Quintili. Insti. 1. cap. 10. ibi. Pecudes pictæque uolucres. nam uolucres media acuta legam. & si natura breuis, tamen positione longa est. antepen. acu.

PERCOSIA, penul. cor. Flac. 3. Muneribus primas coniux percosia uestes. antepen. acu.

PERCVLI, penul. cor. Claud. At procul exanguis Ruffinum perculit horror. Stat. Achil. 1. Perculerat ferro, uacuisque reliquerat antris. antepe. acu.

PERCIPIO, pe. cor. Verg. Aen. 6. Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi. antepe. acu. Vide Accipio.

PERCITVS, penult. cor. Stat. Theb. 10. Accepit radios, & eadem percitus Hopleus. Sil. 15. Accelerant, uitant socios, sed percita falli. Mant. Percitus ardenti magno molimine bellum. Lucre. 4. Sponte sua uolitent æterno percita motu. Idem 5. At pater omnipotens iratum percitus acri. Man. Percitus ardenti concussum uerbere duro. antepenult. acuit.

PERCVTIO, penul. cor. Iuuena. Sat. 11. Percutit euentum uiridis quo colligo panni. Lucr. 6. Percutiat lapis, aut ferrum, natum quoque lumen. Cicero de Nat. Hunc igitur Iuppiter fulmine nō percussit. Idem pro Mil. Qui uos mortuus inani cogitatione percussit. antepenulti. acu.

PERDITVS, penul. cor. Ouid. de Tristi. 1. Carminibus metus omnis abest, ego perditus ensem. Idem de Pont. 1. Nec

iuuet

iuuet admota perditus æger ope. Verg. Bucco. Perdita, nec feræ meminit decedere morti. Idem Aeneid. 10. Et uos ò Graiis imperdita corpora Teucri. antepen. acu.

Perdo, penul. prod. Ouid. Dido. Cùm malè perdiderim perdere uerba leue est. Idem Metamor. 1. Perdidit effuso per uulnera nigra ueneno. Idem 3. Perdiderat gladioque comæ terrore rigebāt. Mart. 1. Sus pariter uitam perdidit, atque dedit. Luca. 6. Perdidit ensis opus frangit fine uulnere membra. Idem 10. Perdidit in somnos, sed cæca nocte carinis. Idem. Perdidimusque nefas, perque ictum sanguine magni. Flac. 1. Perdiderit solus transibit nubila Lynceus. Cicero de Ar. Aut quòd oculos nō perdidisti. Idem pro Mur. Quod ius ciuile didicisti, operam perdidisti. Idem Atti. Ciuitates funditus perdidissem. penulti. acuit.

Peregrinus, penul. prod. Oui. Pene. Quisquis ad hæc uertit peregrinam littora puppim. Idem. Esse peregrino captus amore potes. Idem Metamorph. 2. Repperit ossa tamen peregrina condita terra. Idem Fastor. 2. Adde peregrinis causas mea musa Latinis. Idem de Tristi. 1. Nec te quod uenias magna peregrinus in urbem. Idem 2. Neue peregrinis tantum defendar ab armis. Mantua. Docta peregrinas uoces, sophiamque Academi. pen. flect.

Peremptus, penul. prod. Ouid. de Tristib. 3. Non uetat hoc quisquam fratrē Thebana peremptum pen. acu.

Perennis, penul. prod. Oui. de Pont. 1. Pęna potest demi, culpa perēnis erit. Idem Episto. Nox tibi ni proceres ista perennis erit. Vergi. Aenei. 9. Dicite, prisca fides, facto, sed fama perennis. penult. acu.

Pereo, penul. cor. Ouidi. Phyll. Traiectam gladio morte perire iuuat. Idem. Phedra. Non est materia digna perire tua. Idem. Saturnus periit, perierunt, & sua iura. Idem Hyperm. Nam mihi quot fratres totidem periere sorores. Idem Metamorpho. 1. Occidit una domus, sed non domus una perire. Idem Fasto. 4. Ah pereant partes quæ nocuere mihi. Idem de Tristi. 1. At nunc ut peream, quoniam caret illa periclo. Vergil. Aeneid. 3. Si pereo manibus hominum, periisse iuuabit. Hic h, consona fit, quia bus elongatur, nisi penthemimeris intercedat. Mart. 2. Tres pateris natos Galla perire fame. Auson. Quattuor at periit, tres numerantur item. Lucr. 3. Ex illa quæ tunc periit partita per artus. Cice. de Nat. Varius summo cruciatu periit. Idem Atti. Ne opera, & oleum philosophiæ nostræ perierit. Idem. Meo uitio pereo. antepenul. acuit.

Perersus, pen. pro. Verg. Geor. 3. Nec tondere quidem morbo illuuiesque peresa. penul. flect.

Perfidus, penult. cor. Iuuen. Sat. 13. Perfidus & nigris patietur carceris uncum. Verg. Buc. Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit. Idem Aene. 4. Dissimulare etiam nunc sperasti perfide tantùm. Idem. Nunc pelagi nymphæ, classis tua perfidus, ut nos. Ouid. Met. 11. Perfidiæ cumulum falsis penuria uerbis. Iuue. Sat. 13. Perfidiam, si audes, atque omni ex crimine lucrum. antepenul. acu.

Perforo, penul. cor. Lucre. 5. Et tenebrare etiam, ac pertundere, perque forare. Verg. Aeneid. 10. Loricæque moras, & pectus perforat ingens. Oui. de Trist. 3. Innocuum rigido perforat ense latus. Stat. Sylu. 1. Perforat, atque alio sol improbus uritur æstu. Cicero Episto. 94. Ex quo tibi stabianum perforasti. antepe. acu.

Perfrico, penul. cor. Mar. 11. Aut cū perfricuit frontem, posuitque pudorē. Cicero in Ver. Cùm interea Apronius caput, atque os suum unguento perfricaret. Idem in Piso. Scriba caput sinistra manu perfricans. antepenultima acuit.

Perfusus. penul. prod. Verg. Geor. 2. Victima sæpe tuo perfusi flumine sacro. pen. flect.

Pergama, penul. cor. Quid. Penel. Diruta sunt aliis, uni mihi pergama restant. Idem. Pingit & exiguo pergama tota

tota mero. Idem Fast. 6. Pergama plus lædunt, quàm iuuat una, dux. Idem Metamorpho. 15. Pergama rapta feres donec Troiæque, tibique. Vergi. Aeneid. 2. Sat patriæ, Priamoque datum, si pergama dextra. Idem 3. Pergameaq; uoco lætam cognomine gentem. Idem 5. Pergameumque laremque, & canæ penetralia uestæ. Stat. Syl. 3. Pergameas intrasse domos, ubi maximus ęgris. Vergili. Aenei. 2. Pergama, tot quondam populis, terrisque superbum. Ait Seruius. Pergama propriè Troianæ arces sunt. Vnde arces omnes pergama dicuntur: ut poetam dicimus, & intelligimus Vergilium per excellentiam. antepen. acu. Stat. Syl. 1. Pergamus, aut medicis Felix Epidaurus arenis. Martia. 14. Pergamus has misit, curuo distringere ferro. antepen. acu.

PERGVLA, pen. cor. Prop. 4. Horruit algenti pergula curta fuco. Iuu. Sat. 11. Pergula discipulus Tripheri doctoris apud quem. antepen. acu.

PERGVSA, pen. pro. Ouid. Metamor. 5. Nomine Pergusa, non illo plura Cayster. pen. flect.

PERHIBEO, penul. cor. Ouid. Metamorpho. 3. Siue fugam, siue ipse timor perhibebat utrunque. Verg. Aene. 4. Extremam, ut perhibent, Cœo Enceladoque sororem. Ait Seruius. Quotiescunque fabulosum aliquid dicit, solet inferre, fama est, miro ergo modo cùm de ipsa loqueretur, ait, ut perhibent. Idē 3. Electra, ut Graii perhibent, Atlantide cretus. Cice. de Diu. Vatem hunc perhibeto optimum. Idem Atti. Qui sine eo quem Cæcilius suo nomine perhiberet. antepen. acu.

PERIBONIVS, pen. corr. Iuu. Sat. 2. Et magis ingenuè Peribonius hunc ego fatis. antepenul. acu.

PERICLYMENVS, penul. correp. Ouid. Metamorphos. 12. Mira Periclymeni mors est, & cui posse figuras. antepen. acuit.

PERICVLVM, penul. cor. Ouidi. Penel. Quando ego non timui grauiora pericula ueris. Idem Metamorpho. 1. Deinde torus iunxit nūc ipsa pericula iungunt. Idem de Trist. 1. At nunc ut peream, quoniam caret illa periclo. Stat. Theb. 6. Explorant ramos, atque ipsa pericula discunt. Claud. Auxiliatur amor matura pericula surgunt. Ait Seruius Georg. 1. ibi. Ac primum laxos tenui de uimine circlos. Circus est principale, unde fit arculus, & per syncopen circlus: sicut periculum, & periclum, seculum, & seclum. antepe. acu.

PERILLEVS, penul. prod. Ouid. de Trist. lib. 5. Ipse Perilleo Phalaris permisit in ęse. penul. flect.

PERIMELE, pen. prod. Ouid. Met. 8. Insula grata mihi Perimelen nauita dicit. penul. acu.

PERIMO, penul. cor. Lucre. 5. Aut subiti perimunt imbres, gelidæque pruinę. Stat. Theb. 8. Omne cadit, sese ignari perimuntque, caduntque. Ouid. Metamorphos. 13. Inque suis ipsum castris, comitesque peremi. Cicero pro Sest. Si causam publicam mea mors peremisset. Idem de Diu. Vbi tam teneros uolucres, matremque peremnt. Idem de Vniuer. Nec nos ulla mortis unquàm fata periment. antepe. acu.

PERIPHAS, penul. cor. Stat. Thebai. 2. Membra solo Periphas nil indole clarius illa. Verg. Aeneid. 2. Vna ingens, Periphas, quorum agitator Achillis. Ait Seruius. Vltima accentum non habet, ne fœmininum sit, nec tertia a fine, quia nouissima longa est. Ergo ri, habebit accentum: nam si ultima est longa, penulti. habebit accentum apud Græcos. Latinè antepe. acu.

PERITHOVS, pen. cor. Ouid. Met. 8. Et cum Perithoo felix concordia Theseus. Mar. 10. Nil aliud loqueris, quàm Thesea, Perithoumque. antepe. acu.

PERITVS, pen. prod. Hor. Ser. 1. Agricolam laudat iuris, legumque peritus. Verg. Opusc. Vincis uulgares, uincisque peritus arenas. Proper. 2. Siue in amore rudis, siue peritus erit. penulti. flectit.

PERITIA, pen. cor. Mantua. Vnde urbanarum tibi tanta peritia rerum. Idem. Et commune bonum, geminique peritia Martis. antepe. acu.

PERITVRVS, penul. prod. Ouid. Metamorphos. 2. Summe Deum, licet perituræ uiribus ignis. Idem 3. Læta malo, nimiumque potens, perituraque amantis. Idem de Trist. 1. Sic ego non meritos mecum peritura libellos. Idem in Ibin. Quæque gerunt humeris perituras Belides undas. Verg. Aene. 2. Si perituris abis, & nos rape in omnia tecum. Iuue. Sat. 1. Vatibus occurras perituræ parcere chartæ. Mar. 9. Dixerat Astrologus periturum te cito Cinna. penul. flect.

PERIVRIVM, pe. cor. Oui. Met. 11. Perfidiæ cumulũ falsis periuria uerbis. Idẽ 14. Quippe Deum genitor fraudem, & periuria quondam. Iuue. Sat. 8. Falsos & admoto dictent periuria gentis. Idẽ Geor. 1. Laomedonteæ luimus periuria Troiæ. Oui. Cydippe Nil ego peccaui, nisi quod periuria legi. antepe. acu.

PERIVRVS, pen. pro. Ouid. Met. 2. Me mihi prodis, ait, periuraque pectora ueri. Idem Fast. 3. Iam bene periuro mutarat coniuge Bacchum. Verg. Aen. 2. Talibus insidiis, periurique arte Sinonis. Oui. in Ibin. Imperiuratæ labetis amnis aquæ. pen. flect.

PERLEGO, pen. corr. Mart. 14. Perlege Mœonio cantatas carmine ranas. ante penult. acu.

PERMESIS, pe. pro. Mart. 8. Cum sicca re sacrum largo permesida posset. penulti. flect.

PERNICIOSVS, pen. prod. Iuu. Sat. 10. Ergo superuacua, aut perniciosa petuntur. Horat. Ser. 2. Obsequium uentris mihi perniciosius est cur. Ouidi de Tristib. 2. Numina cultori perniciosa suo. Mantua. Marmore signabat cum perniciosus acuto. Martial. 7. Delectat Marium si perniciosus Ichnenmon. penultima flectit. Mantuan. Pernicienque, scopulisque uagas allidere campis. Claud. Quosque rigat retro pernicior unda Garunnæ. Catull. Sic certè uide ut perniciter exilue re. Mantuan. Arma uocat, conscendit equum pernicior auro. Idem. Rupibus, & currentem undis pernicibus Illtrum. Lucre. 2. Cum pueri circum puerum pernice chorea. antepen. acuit.

PERO, pe. pro. Iuue. Sat. 14. Per glaciem perone tegi qui summouet auros. Ver. Aenei. 7. Instituere pedis crudus tegit altera pero. Ait Seruius. Pero autem rusticum calceamentum, & traxit hoc a Græcorum more: unde huc transierãt, ubi hoc calceamenti fuerat genus. Pers. Sati. 5. Nauim si poscas sibi peronatus orator. penul. flect.

PEROSVS, penul. prod. Ouid. Metamor 2. Stagna petit, patulosque lacus, ignẽque perosus. Idem 14. Vltoresque deos, & pectora dura perosam. Idem Fast. 3. Frater adest, belloque petit rex arma perosus. Idem de Trist. 1. Vel quod eram musas ut crimina nostra perosus. Idem 4. Læta deæ signum crudelia sacra perosæ. Idem Met. 11. Ille perosus opes, syluasque, & rura colebat. Mant. Ad superos cælestem animas terrena perosam. Verg. Aene. 11. Ante satis penitus modo non genus omne perosus. Idem 6. Insontes peperere manu, lucemque perosi, quasi odio lucem habentes. Ait Seruius. Figuratè dixit, nam perosus illius dicimus. Vide Exosus.

PERPETIOR, penul. cor. Catull. Desertum in lecto Cœlibe perpetitur. Oui. de Tristi. 2. Vltima perpetior medios eiectus in hostes. Flacc. 3. Perpetimur, socius superi quando ignis Olympi. Idem. Perpeteter, tenui luctum solamine fallens. Ouid. Met. 14. Perpetimur Danai, cumulumque Capharea cladis. Stat. Theb. 8. Perpetiar? me Pirithoi temerarius ardos. Lucr. 2. Nequicquã quoniam nec uenæ perpetiuntur. Cicero Epi. 27. Vt perpessurus sin quiduis. Idem de Ora. Facile omnes perpetior. Idem de Fin. Cùm mendicitatem multi perpetiantur. Idem. Iidem perpetiuntur dolorem. antepe. acu.

PERPETVVS, penult. corre. Sil. 14. Post quàm perpetuas iudex concessit ad umbras. Iuuenal. Satir. 5. Qualia perpetuus Phæacus autumnus habebat. Hor. Episto. 2. Sic quia perpetuus nulli datur usus, & hæres. Ouidi. Metamor. 1. Tu quoque perpetuos semper gere

frondis honores. Martia. 2. Perpetuam Dii te faciant philerotis amicam. ante penult. acuit.

PERSEPHONE, pen. cor. Oui. Cydippe. Persephone nostras pulsat acerba fores. Idem Fastor. 4. Persphone clamant ad tua dona ueni. Idem. Perque uices mo do Persephone modo filia clamat. Idē Metamor. 5. Persephones zonam sum mis ostendit in undis. Idem 10. Persephonem adii inamænaque regna tenē tem. Auso. Verùm aut Persephone Ci nareus ibis Adonis. antepe. acu.

PERSEVS, non contractum, penul. corr. Ouid. de Art. 1. Andromedem Perseus nigris portauit ab Indis. Idem. Persidas induxit, Cecropiasque rates. Idem de Pont. 4. Trinacrii usque suæ Persei dos autor. Idem Metamor. 2. Persidasque, & ratis iuga subdita matutinis. Sta. The. 7. Perseos effigiem mœstam, exorantque Mycenæ. De quo loquitur Quint. Insti. 1. cap. 10. ita Orpheus, Theseus, Nereus, & cętera id genus. Vi de Atreus. antepe. acu.

PERSICVS, penul. cor. Iuue. Sat. 3. Per sicus orborum lautissimus, & merito iā. Mar. 13. Nunc in adoptiuis persica cha ra sumus. Mantua. Explicuit, mox deduxit persica regna. antepe. acu.

PERSIVS, penul. cor. Mantua. 1. Sæpius in libro memoratur Persius uno. antepenult. acu.

PERSONA, penul. prod. Iuue. Sat. 3. Nō persona loqui uacua & plana omnia di cas. Idem. Exodium cum personæ pallentis hiatum. Marti. 10. Et personati fastus, & regula morum. Hora. Ser. 1. Quo personatus pacto pater his ego quem nunc. Mant. Per fora, per uicos it personata libido. pen. fle.

PERSONO, penultima corr. Verg. Aene. 6. Personat aduerso recubans immanis in antro. Idem. Sed tu forte caua dum personat æquora concha. Cicero pro S. R. Cantu uocum, neruorum, & tibiarum tota uicinitas personabat. Idem in Anton. At uerò te inquilino personabant omnia uocibus ebriorum. ante penul. acu.

PERSPICIO, penul. cor. Ouid. Meta. 2. Perspicit ergo uigil, nitido perfecit ab ortu. Idem. Perspicit archadiæ tamen est impensior illi. Cicero in Cati. Quorum tu studia perspicere potuisti. Idem de Amic. Quidam sæpe in parua pecu nia perspiciuntur. Idem Att. Ex fronte, ut aiunt, meum erga te amorem per spicere potuisses. antepe. acu.

PERSPICVVS, penultima correp. Stat. Sylu. 1. Hic te perspicuum melius Nar cise uideres. Idem 3. Perspicuæque niues, Massylaque robora, & Indi. Idem Thebai. 7. Perspicuas sic luce fores, & uirgea pastor. Marti. 4. Prodat perspicuus nec duo uina calis. Flac. 10. Pomi te diuini latices, & perspicuus fons. Ait Valla 5 cap. 31. Perspicuum per cuius medium, licet opertum sit, oculos dimittimus, & per eius medium uidemus, ut aqua, glacies, laterna, uesica, ui trum, crystallus. Et ad animum refertur: nam id quod ais perspicuum est, hoc est, quale uitrum, aut crystallū est clarum. antepen. acu.

PERTAESVM, penul. prod. Verg. Aene. 4. Si non pertæsum thalami, tædæque fuisset. Ait Seruius. Pertæsus participium est sine uerbi origine, & regit genitiuum, ut hoc loco, nam genitiuus sin gularis est, & tunc sapit uerbi naturam: ut Cicero ad Quint. Fr. Pertęsum est leuitatis Græcorum. Idem in Ora. Ex quo quidam pertæsum etiam uolunt, quod eadem consuetudo non probauit, cum accusatiuo nomen potius dicunt: non enim uerbi casum regit, ut Sueto nius in uita Cæsaris. Et quasi pertæsus ignauiam suam. quod nihil tam a se me morabile actum esse. Item, pertæsa tha lamos. si hoc uerbum tædet expers est integræ uerborum declinationis, ita & participium est nomen: quonam modo pertæsus, pertæsa: quia, fortasse cō positio uerbo simplici adiecta uim uerbi amittit, ut indoctus nomen est: non enim indoceo legimus. Ideo Seruius sine origine facit pertæsus, pertæsa, nomen potius, & cum genitiuo nunquā: si accusatiuo constructum figuratè repe riatur, ut exosus. pertæsus pen. flect.

PERTICA, penul. cor. Verg. Opusc. Pertica

tica quæ nostros metata est impia agellos. Ouidi. Fasto. 3. Pertica suspensos portabat longa maniplos. antepenulti. acuit.

Pertineo, penultima cor. Ouid. Oenone. Pertinui cultus non arat ille tuus. Cicero de Nat. Aspera arteria ad pulmones usque pertinet. Idem de Ora. Quæ in tantam prudentiam pertinerent. antepen. acu.

Pertusus, penultima prod. Iuuen Sat. 5. Non audent homines pertusa dicere læna. Pers. Sati. 4. Qui quandoque iugum pertusa compita figit. penultima flectit.

Peruigil, pen. cor. Oui. Oenone. Peruigilem spolium pecudis seruasse draconem. antepe. acu. Dide Vigil.

Perusinus, penul. prod. Luca. 1. Hic Cæsar Perusina fames, Mutinæque labores. Sil. 6. Noctis iter tacitum Perusina ferebat in arua. Idem 10. Interdũ insistens Perusinus membra ferebat. penultima flect.

Pes, prod. in obliquis cor. Ouid. Met. 5. Nec pes ire potest intra quoque uiscera saxum est. Iuuen. Sati. 6. Hinc stomacho bilis nam pes argenteus illis. Prop. 2. Quæ nunquàm supra pes inimicus erat. Verg. Georg. 3. Pes etiam, & Camurus hirtæ sub cornibus aures. flect. Ouidi. Metamor. 1. Hic iuuenis quicunque manu, pedibusue, totaue. Ver. Bucc. Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Idem Georgi. 1. Ferte simul, faunique pedẽ, Dryadesque puellæ. Idem Buc. At tu sume pedum, quod me cum sæpe rogaret. penul. acu.

Pessimus, pen. cor. Ouidi. de Pont. 3. Pace tua dixisse uelim, tu pessima duro. Idem. Oenone. Pessima mutati cæpit amoris hyems. Vergi. Bucco. Non ego te uidi Damonis pessime captum. ante penult. acu.

Pestanus, pen. prod. Mart. 9. Pestano uiolas, & cana ligustra colono. Idem 6. Tantaque pestani gloria ruris erat. Vergi. Opus. Vidi pestano gaudere rosaria cultu. pen. flect.

Pestifer, penul. cor. Ouidi. Meta. 3. Spumaque pestiferas circumfluit albida rictus. Idem 1. Qui modo pestifero tot iugera uentre prementem. Idem de Tristi. 5. Pestiferum tumido uulnus ab angue datum. Lucre. 6. Pestilitas etiam pigris talaribus ægræ. Idem. Atque ea uis omnis morborum pestilitasque. antepenul. acu.

Petaso, penul. cor. Mart. 13. Nam mihi tum uetulo sit petasoue nihil. Idem. De menapis lauri, de petasone uorent. antepenul. acu.

Petasunculus, penultima corre. Iuuenal. Sati. 7. Quod uocis pretium siccus petasunculus, & uas. antepenulti. acuit.

Petale, penul. cor. Prop. 4. Nostraque quod petale tulit ad monimenta corollas. antepenul. acu.

Petaurus, pen. prod. Manil. 5. Corpora quæ ualido saliunt excussa petauro. Iuue. Sat. 14. An magis oblectant animum iactata petauro. pen. acu.

Peteona, pen. produ. Stat. Theb. 7. Et sulco peteona domãt refluuntque meatu. pen. flect.

Petitus, pen. produ. Stat. Syl. 1. Aut pudor amplexu tandem satiare petito. Idem 4. Te quoque flammabit tacitè repetita parumper. Idem. Intrauit repetita larem, sic fertilis oro. Oui. Metamorpho. 3. Quoue petitus abis? certè perituraque amantis. Idem Fasto. 1. Idque petitorum dixit, saluete locorũ. Mart. 12. Clarus hiantæ stella petitor aquæ. penul. flect.

Petilia, pen. cor. Verg. Aene. 3. Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro. antepen. acu.

Peto, penul. corr. Star. Sylua. 1. Sydus & olentis dignum petiisse sub astris. Clau. Promittunt quas quisque petas, quod deuorat urbes. Luca. 2. Vt Pegasea ratis peteret cùm Phasidas undas. Sil. 14. Romanos Petrea duces Romana petiuit. Ouid. Medea. Qui peterent natis secum tua corpora telis. Idẽ Metamorphos. 2. Ditibus procis, ne me contemne, petebar. Vergi. Aeneid. 12. Hoc erat, hoc uotis, inquit, quod sæpe petiui. Idem 11. Et socii admissi petierunt æthera pennis. Idem 4. Italiam

cursu

cursu petitis, uentisque uocaris. Luca. 9 Extremæque epulas, mensasque peti uimus orbe. Ignotas peteres, & Troia antiqua maneret. Troia per undosum peteretur classibus æquor. Vide dicendi formas: domos ignotas peteres? & Troia peteretur. Verg. Aene. 11. Quæ renda aut pacem Troiano ab rege petendum. Ait Seruius. Cùm per gerundii modum aliquid dicimus, per accusatiuum elocutionem formemus necesse est. & Aene. 10. ibi. Cui Iuno illacrymans, quid sit quod uoce grauaris. similiter etiam accusatiuo casu utimur, cùm uolumus facere absolutam elocutionem, & per gerundii modum aliquid dicere: ut, petendum mihi est equum, codicem, byrrum. nam si dixeris, petendus est codex, iam non per gerundii modum, sed participialiter loqueris. Hæc Seruius. Quæ elocutio ita soluitur. petendum mihi est equum, idest, mihi opus est petere equum: legendum mihi est Vergilium. idest mihi necesse est legere Vergilium: nam gerundium in dum, absolute, ut dicũt, passiuè significat, nec regit casum. ut hic accusatiuum regere, ex resolutionis causa per datiuum actionem indicantem: ut. eundum mihi est, legendũ mihi est, petendum mihi est eade sunt, æquiualent, mihi opus est ire, mihi opus est legere, mihi opus est petere, mihi legendum est Vergilium: non a me legendum est Vergilium, sed participialiter, a me legendus Vergilius. nec patitur gerundii expositionem: est enim temporis futuri. non enim gerundium est adiectiuum, quod ablatiuo priuatur: sicut & supinum in u, est uerè per modum gerundii, habet formam gerundii, tamen non est gerundium. nam a me legendum est Vergilium, nulla forma est Latinitatis, sed a me legendus est Vergilius, non nominaliter, sed participialiter, ut supra dictum est.

PETRVS, penul. cor. Sedulius. Forte Petri ualidè torrebat lampadis æstu. Mantua. Petrus ut a terris sublatum in nubila uidit. penul. acu.

PETOSIRIS, penul. prod. Iuue. Sati. 6. Aptior hora cibo nisi quam dederit petosiris. penul. flect.

PETORITVM, pen. cor. Auso. Cornipedes rapiant imposta petorita mulæ. antepenult. acu.

PETTALVS, penul. cor. Ouid. Met. Pectalus irridens stygiis cane cætera dixit. antepenul. acu.

PETREA, penul. prod. Sil. 14. Romanos Petrea duces Romana petiuit. ubi ait Petrus Marsus. Petrea urbs Siciliæ, & colonia fuit Thessalorum, qui Petreis habitabant in campis. In agro Petrensi stagnum est serpentibus noxium, homini salubre. Luca. 4. Cognita Petreo, seque & sua tradita uænum. Idem. Cæsaris ire uidet, celsam Petreius Ilerdã. Mar. 8. Res Petricosa est cotile bellus homo. penul. flect.

PETVLANS, pen. cor. Pers. Sat. 1. Quid faciam, sed sum petulanti splene cachinno. Iuu. Sat. 3. Ebrius, & petulans qui nullum forte cecidit. Mantu. Vixisset quibus Herodis petulãtia Petrum. Idẽ. Spe Veneris Nouarchus cùm petulanter abegit. Ouidi. Paris. Quin etiam, ut possem uerbis petulantibus uti. antepenult. acu.

PETVLCVS, penul. prod. Verg. Geor. 4. Ferre domum prohibent, neque oues, hædique petulci. penul. acu.

PETVS, penul. prod. Hor. Ser. 1. Appellat petum pater, & pullum male paruus. penul. flect.

PEVCEDANVM, pen. cor. Luca. 9. Peucedanumque sonat flammis, Erycina que Tapsos. antepe. acuit.

PHAETON, penul. cor. Ouid. Metamor. 1. Dicta suæ Phaeton, & concipit æthera mente. Idem 2. Non auditurum mi seras Phaetonta querelas. Idem. Magna petis Phaeton, & quæ non uiribus istis. Idem de Tristi. 4. Ipse suis Phaeton inficiandus erat. Mar. 1. Et latet, & lucet Phaetontide condita gutta. Idem 5. Deucalion, uel si non placet hic Phaeton. Luca. 2. Succedit Phaeton flagrantibus æthera loris. De quo loquitur Quintil. Insti. 1. cap. 10. Nos complexionem diximus, qualis est apud Varronem. Cùm se flagranti deiectum fulmine

mine Phæton. Nam si esset prosa oratio easdem literas enuntiare ueris syllabis licebat. antepe. acu.

Phaeacis, penul. pro. Ouid. de Pon. 4. Et qui Meoniden Phæacida uertit, & una. Flacc. 10. Hærent obtutu primo Phæacides ipsos. Iuu. Sat. 15. Tam uacui capitis populum Phæaca putauit. pen. flecti. Prop. 3. Nec mea Phæacias æquant pomaria syluas. antepe. acu.

Phaedimon, pen. corre. Stat. Theb. 8. Phædimon Iasiden arcu Dirceus Amyntas. antepe. acu.

Phaetusa, pe. pro. Oui. Met. 2. Plangorem dederant, & quis Phætusa sororum. pen. flect.

Phaeocomes, pen. cor. Oui. Meta. 12. Phæocomes, hominemue simul protectus equumque. antepe. acu.

Phagus, seu fagus, pen. prod. Oui. Oenone. Incisæ seruant a te mea nomina fagi. Idem Fasto. 5. Terra rubens crater pocula fagus erant. Ver. Buc. Tantùm inter densas umbrosa cacumina fagos. Idem. Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Idem Geor. 1. Cæditur, & tilia ante iugo leuis, altaque fagus. pe nul. flec. Phagus Græcè, fagus sic Latinè recepta est dictio.

Phaginus, pen. cor. Ver. Bucc. Fagina cælatum diuini opus Alcimedontis. Sil. 7. Fagina pampineo spumarunt pocula succo. Ouidi. Fast. 4. Bis sua faginea tempora fronde tegit. Idem Oenone. Nec mea faginea quòd tecum fronde iacebam. antepe. acu.

Phalaris, pe. cor. Iuue. Sat. 8. Incertæque reis Phalaris licet imperet ut sis. Ouid. de Trist. 3. Dixerat, & Phalaris pœnæ mirande repertor. Idem 5. Ipse Perilleo Phalaris permisit in ære. Idem in Ibin. Vtque ferox Phalaris lingua prius ense resecta. Ver. Aen. 9. Principio Phalarim, & succiso poplite Gygé. Idé. Et magnū strìdés cōtorta Phalarica uenit. Sil. 1. Librari multa cōsueta Phalarica dextra. Luc. 6. Hūc haud tortilib. uibrata Phalarica neruis. antepen. acu.

Phalanx, pe. cor. Iuu. Sat. 2. Defendit numerus, iunctæq; umbone phalanges. Sta. The. 2. Cū premeret pelopea phalanx saxa obuia uoluens. Clau. Si Pandionias planctu traxere phalanges. Flac. 6. Forte ubi serus iber, ubi Sydoniæque phalanges. Ver. Aen. 2. Et iā Argiua phalanx instructis nauibus ibat. Lingua est Macedonum, aic Seruius. Idem 11. Victor habet, tunc mœsta phalanx, teucrique sequuntur. pen. acu.

Phalantus, pen. pro. Mar. 8. Appula Lædei tibi fluit herba phalāti. pe. acu.

Phala, pe. corr. Iuue. Sat. 6. Consulit ante phalas, delphinorumque columnas. pen. acuit.

Phalerae, pe. cor. Clau. Turbātur phaleræ spumosis morsibus aurū. Stat. The. 8. Pectora tunc auro phaleras, auroque sagittas. Iuu. Sat. 11. Vt phaleris gauderet equus, cęlataq; cassis. Idem 16. Vt læti phaleris omnes, ut torquibus omnes. Pers. Sat. 3. Ad populum phaleras ego te intus, & in cute noui. Ver. Aen. 5. Primus equū phaleris insignem uictor habeto. Equorum ornamenta sunt, inquit Seruius, & est sermo Græcus. Idem 9. Messapi & multo phaleras sudore receptas. antepe. acu.

Phalisci, pe. pro. Oui. Fast. 6. Adde senem Tatium Iunonicolasque Phaliscos. Idem de Pont. 4. Agnaque tam lateris quàm gramine pasta Phalisco. Idē Fast. 1. Quos aluit campis herba Phalisca suis. pen. acu.

Phanaticus, pe. cor. Iuue. Sat. 2. Libertas, & crine senex phanaticus albo. Hor. de Art. Aut phanaticus error, & iracunda Diana. antepe. acu.

Phantasos, pe. cor. Oui. Met. 11. Phantasos ille in humum, saxumque, undamque, trabemque. antepe. acu.

Phanaeus, pe. pro. Ver. Geor. 2. Tmolus & assurgit quibus rex ipse Phanæus. Ait Seruius, Phanæus mons est in promontorio. Chij, dictus a Phanæo rege, uitibus consitus. pen. acu.

Phanum, Græcum, quod apertum significat, pro templo receptum, pen. prod. Oui. de Pon. 3. Ipsaque non omni tēpora phana parent. Idem Fast. 5. Phana tamen ueteres illis clausere diebus. pen. flect. Vide Acetum.

Phaon, penul. cor. Ouid. Sappho. Arua

Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aeenæ. Idem. Iussus erit somnos continuare Phaon. penul. acu.

PHARAO, pe. cor. Clau. Mergatur uolucres ceu Pharaonis equis. Mantua. Ac Pharaoniadum, sobolesque ardentia mundi. Idem. A Pharaoniacis uenisse per æquora terris. antepe. acu.

PHARETRA, pen. cor. Oui. Sappho. Sume fidem, & pharetram fratres manifestus Apollo. Idem Meta. 1. Mille grauem telis exhausta pene pharetra. Idem Fast. 6. Non habuit pharetram Phœbi tamen esse sorori. Idem de Pont. Dant illis animos arcus, plenęque pharetræ. Verg. Geor. 3. Armaque, Amycleum que canem, crassamque pharetram. Idē 1. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. Idem. Succinctam pharetram, & maculosæ tegmine lyncis. antepenultima acu. Idem Geor. 4. Quaque pharetratæ uicinia Persidis urget. Idē Aen. 11. Vnum extra latus pugnæ pharetrata Camilla. Oui. Met. 3. Ira pharetratæ fertur satiata Dianæ. Idem de Trist. 4. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. Stat. Sylu. 5. Protinus ingrediens pharetratum inuasit araxem. Ouid. de Art. 1. Blanda pharetratos elegia cantet amores. pen. fle. Sil. 14. Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas. antepenult. acu.

PHARIVS, pe. cor. Oui. Fast. 5. Hoc alii signum Phariam dixere iuuencam. Idē de Pont. 1. Iactantem Phariam tinnula sistra manu. Marti. 7. Et tibi de Pharia Memphiticus urbe fututor. Sta. Theb. 5. Qualia trans pontum Phariis defensa serenis. Clau. Felix qui Pharias proscindit uomere terras. Luca. 8. Vendicat hoc Pharius dextra gestare satelles. Idem 10. Quos erat indignum Phario parere tyranno. antepe. acu. Idem 9. Et contentus iter cauda sulcare Pharias. Vide Phareas.

PHAREAS, pe. pro. Serpens est pedes habens in quos se erigit iuxta caudā. Lucan. 9. Et contentus iter cauda sulcare Phareas. Græci Pharai quod est nectere dicunt, unde phareius, nos, ait Sulpit. abiecta i, Phareas dicimus, ut spōdeus, Calepinus tamen, & Cornucopiæ Pharias legunt. pen. flect.

PHARMACOPOLA, pe. pro. Hor. Ser. 1. Ambubaiarum collegia pharmacopolæ. pen. flect.

PHAROS, pe. cor. Lucan. 10. Tunc clanstrum pelegi cœpit Pharon insula quōdam. Sic legit Sulpitius, Calepin. Pharos. Idem 8. Crimine bellorum maculas Pharon, aruaque nostra. Idem 7. Trans Pharon in medio tanget ratis ęquore syrti. Iuuenal. Sat. 6. Ad Pharon, & Nilum, famosaque mœnia lagi. Idem 12. Tyrrhenamque Pharon porrectaque brachia rursus. Verg. Aenei. 10. Præbuit, ecce Pharon uoces, dum iactat inertes. pen. acu. Ouid. de Tri. 3. Quæ ducis Emathii fuerit clementia Pharos, Præclarique docēt funeris exequiæ. hic ex Græco, uestem significat, pallium, seu tunicam præsertim lugubrem. pen. acu.

PHARSALOS, pen. prod. Luca. 6. Emathis æquorei regnum Pharsalos Achillis. Ait Sulpitius. Locus est ubi ædificatum est oppidum Pharsalos. pen. flect. Idem 1. Hac mercede placent diros Pharsalia campos. Idem 9. Venturi me, teque legent Pharsalia nostra. Idē. Nam quis erit finis si nōn Pharsalia pugnæ. Idem 4. Ante iaces quam dira duces Pharsalia confert. Idem 5. Mœsta nota, nam quo melius Pharsalicus annus. Ouid. Metamor. 15. Victa petent Mutinæ, Pharsalia sentiet illum. antepen. acuit.

PHASIS, pen. prod. Stat. Syl. 4. Ah miseri quos nosse iuuat, quid Phasidis ales. Idem Theba. 11. Phasidis in nuptis uallata cohortibus iret. Luca. 3. Colchorum qua rura secat ditissima Phasis. Flac. 1. Nunc ferus aextes Scythiā, Phasinque rigentem. Idem. Phasidis in ripa stantem, iuuenesquet uocantem. Idem. Phasis, & aduersis proles me gentibus obstat. pen. flect.

PHASELVS, pen. prod. sen fasēlus. Stat. Sylua. 3. Quæque secuturam religens post terga phaselon. Idem 5. Inuasitque uias in eodem angustam phaselus. Luc. 8. Ausus adhuc ullis tę primum parua phaselis.

phaselis. penultima acuit.

Phecasianvs, penul. prod. Iuuenal. Sat. 3. Phecasianorum ueterа ornamenta Deorum. ubi ait Britannicus. nam Phecasios sacerdotes fuisse ostendit Appianus 5. de Bello ciuili, sic loquens. de M. Antonio calciamenta candida, qualia Atheniensium sacerdotes, & Alexandrinorum quos Phecasias uocant, deferre consueuerunt. a calciamentis igitur quæ phecasia dicebantur, apparet tales sacerdotes esse denominatos. addit Merula: habet hęc dictio æ, diphthongum in principio. est enim a Græco phæcos, idest lucidus, candidus. penult. flect.

Phegevs, non contractum, pen. correp. Verg. Aene. 5. Vix illam famuli Phegeus, sagarisque ferebant. Idem 9. Abdit Halim comitem, & confixum Phegea Parmam. Idem 12. Non tulit instantem Phegeus, animisque frementem. Ouid. Metamorph. 9. Cognatum que latus Phegeius hauserit ensis. ante penult. acu.

Phenevs, non contractum, penultima corre. Oui. Metamor. 15. Est locus Arcadiæ, Pheneum dixere priores. antepenult. acu.

Phenix, pen. prod. Oui. Briss. Plus ego quàm Phenis, plusquam facundus Vlysses. pen. acu.

Phenoleniedes, pen. corr. Ouid. Metamorpho. 12. Vnctam Phenoleniden a summo uertice fregit. antepenulti. acuit.

Pherecіades, pen. cor. Oui. de Art. 3. Fata Pherecіadæ coniux Pegasea tedemit. antepe. acu.

Pheretrvm, pen. cor. Stat. Theba. 5. Dánatus flammæ torus & puerile pheretrum. Vergil. Aeneid. 11. Haud segnes alii crates, & molle pheretrum. Ait Seruius. Pheretrum, Græcè pheretron dicitur, unde per diæresin pheretron, pheretrum facit. nam Latine capulus dicitur. unde ait Plautus, capularis senex, idest uicinus capulo, & dictus est capulus, eo quod corpus capiat. antepenultima acuit. Vide Feretrum.

Phidiacvs, penul. cor. Oui. de Pont. 3. Bellica Phidiaca stat dea facta manu. Mar. 6. Phidiaca rigeat mentula digna manu. Idem. Quis te Phidiaco formatam Iulia cœlo. Idem 7. Phidiaco si digna Ioui dare templa parauit. Idem 9. Phidiacum latio marmore uicit ebur. Idem 10. Phidiacæ cuperent quá meruisse manus. Iuuen. Sat. 8. Phidiæ cum uiuebat ebur nec non Polycleti. Stat. Sylua. 2. Phidiacæ rasere manus, quod ab arte Myronis. Proper. 3. Phidiacus signo se Iuppiter ornat eburno. antepen. acuit.

Phycvs, pe. cor. Luca. 9. Impulit, ac sęuas meritum Phicuncta rapinas. oppidum est. pen. acu.

Philace, penultima correp. Lucan. 6. Quæ tetigit Phylace, Pteleosque, & Dorion ira. Oppidum est. Flac. 1. Aesonides fassum Phylace quem miserat æuo. Stati. Sylua. 5. Sylua una tetra Phylaceida retulit umbram. Ouid. de Trist. 5. Vt uiuat fama coniux Phylaceia cuius. Idem. Conueniunt matres Phylaceides, & mihi clamant. antepenulti. acuit.

Phiala, penultima corre. Ouid. Metamorph. 3. Et piscas, & phiale, fundunt que capacibus urnis. Martial. 8. Quid tibi cum phiala, ligulam cum mittere possis. Idem. Mittis & hoc phialæ nomen habere iubes. an tepe. acu.

Phylae, pen. cor. Luc. 10. Regni claustra phile, mox te deserta secantem. urbes sunt inter Aethiopes, & Aegyptios. penult. acu.

Phylea, pen. cor. Stat. Theb. 7. Phylea falcato chronim, & cremetaona curru. antepen. acuit.

Philelphvs, pen. pro. Man. Hæc quoque Francisco terra est decorata Philelpho. pen. acuit.

Philemon, penultima producta. Ouid. Metamorpho. 8. Concipiunt, Baucisque preces, timidusque Philemon. penult. acuit.

Phileros, penul. cor. Martia. 2. Cùm placeat Phileros tota tibi dote redemptus. Idem. Perpetuam dii te faciant Philerotis amicam. Idem 10. Septima

iam Phileroi tibi conditur uxor in agro. antepen. acu.

PHILETVS, penul. pro. Mant. Repperit Hermogenem casu, comitemque Philetum. Sta. Syl. 1. Digna toris, hunc ipse choro plaudente Philetas. Prop. 3. Ora Philetea nostra rigauit aqua. Idem 4. Cæra Phileteis certat Romana corymbis. Idem 3. Callimachi manes, & Coi sacra Philetæ. pen. flect.

PHILENVS, pe. pro. Mar. 9. Sæcula Nestoreæ per mensa Phileni, senectæ. penult. flect.

PHILYRA, pen. cor. Oui. Fast. 5. Ebrius in cunctis Philyra cõuiua capillis. Idẽ. Excipit hospitio iuuenem Phillyrius heros. Idem de Art. 2. Phillyrides puerum cytharæ præfecit Achillem. antepenul. acuit.

PHYLLIS, pe. pro. Ver. Buc. Ecl. 3. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola. Idem. Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit. Idem Eclo. 5. Incipe Mopse prior, si quos, aut Phyllidis ignes. Ait Seruius. Phyllis regina Thracum Demophonta Thesei filium Athenienfium regem redeuntem de Troiano prælio dilexit, rogauitque suum in coniugium: ille ante se ordinaturum rem suam respondit sic ad eius nuptias reuersurum. profectus itaque, cùm tardaret, Phyllis & amoris impatientia, & doloris impulsu, quòd se spretam esse credebat: laqueo uitam finiuit. estque conuersa in arborem sui nominis, idest amygdalum sine foliis. unde tandem ob coniugis amplexum reuersi folia emisit, ueluti sponsi sentiret aduentum. unde etiam amygdala phylla sunt dicta a Phyllide: quę ante Petala dicebantur. pen. acu.

PHILIPPVS, penul. prod. Man. u. Missa notæ superant, quas accepere Philippi. Idem. Ista dies Iacobe tibi, tibi sacra Philippe. Ouid. Metamor. 15. Aemathiique iterum madescent cæde Philippi. Idem Fast. 3. Morte tacent merita testes estote Philippi. Sil. 15. Causa noui motus pœnis, regique Philippo. Vergilius Georgi. 1. Romanas acies iterum uidere Philippi. penul. acu. Prop. 3. Vna Philippeo sanguine adusta nota. penult. flect.

PHILIAS, penul. cor. Flac. 3. Philias, & trepido pullus impigitur Hebro. antepenult. acu.

PHILOCTETES, pen. pro. Oui. de Trist. 5. Quidue Philoctetes ictus ab angue gerat. Idem de Pont. 3. Magna Philoctetæ uulnera fama suo est. Ver. Aene. 3. Parua Philoctetæ subnixa petilia muro. Prop. Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon. pen. acu.

PHYLLVS, pen. prod. Luca. 9. Phyllorũque ingens, & rapti pugna ueneni. Idẽ. Phyllus habet, si quis tactos non horruit angues. Idem. Phyllus adest populis qui tunc Romana secutus. penulti. acui.

PHILODEMVS, pen. prod. Hor. Ser. 1. Gallis hanc Philodemus, ait, sibi qui neque magno. pen. flect.

PHILOMELA, penultima pro. Mart. 14. Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ. Idem 5. Plus habuit Didymus, plus Philomelus habet. Idem 4. Hoc nihil est nunquam sic Philomelus eris. Idem Metamorph. 6. Ecce uenit diues magno Philomela paratu. Idem. Vulnus erat, iugulum ferro Philomela resoluit. Idem. Prosiluit, Ityosque caput Philomela cruentum. Verg. Geor. 4. Qualis populea mœrens Philomela sub umbra. Stat. Syl. 3. Alcyone uernos, non sic Philomela penates. Mant. Per uirgulta sonat uolucri Philomela perenni. Idem. Res pluit, & Teret que ritur Philomela rapinam. pen. flect. Vide Tereus.

PHILOSOPHIA, penultima corr. Cuius penultimam Grammatici ferè omnes de accentibus profitentes acuunt priuilegio, ac instituto quodam a ueteribus obseruato: ut utar uerbis Ciceronis in Oratore. Quædam enim similes, aiunt, uoculæ in ia, terminatæ doctis mansere, externæque, ut apud Græcos: quæ ab Antonio Nebriss. cap. de accentibus in comm. numerantur: Græcè, & literatura, & recti positione ad nos uenientes: quarum penultimam acutam proferendam docuerunt non

non quidem productè: est enim acuti, & breuis, & longæ syllabæ: quare non sequi, ut putant quidam, est acuta, ergo producta: uerùm producta sit, ergo acui posse, grauarique breuis est syllaba. accidit igitur acui, grauarique. Ad hoc extat illud Antonii Nebriss. capit. de accentibus in comm. ibi. Syllaba quãtum ad præsens negocium attinet, duplicem habet considerationem: aut quantum ad temporis lõgitudinem in qua profertur: aut quantum ad illius altitudinem, siue profunditatem: hoc est, syllabam dignosci, aut quantitate, ut in metro, aut qualitate, ut in accidẽtibus. Quo ad recti positionem spectat. rursus extat illud Seruii Geor. 1. Castorea Eliadum palmas, Epiros equarum. Ait ille, sanè Epiros Grecè profertur, unde etiam e, habet accentum, nam si Epirus pi, haberet. Idem Aen. 3. Ignarique uix Cyclopum allabitur oris. clo habet accentum, quia Latina est declinatio: in accusatiuo Græcè posuit Cyclopas, cy habet accentum. Idem 10. Lecta refert humeris tibi rex Gradiue trophœum. declinatio latina est, unde penultima habebit accentum in numero plurali, quia trophœa dicimus sicut Græci, nec aliquid inde mutilamus, erit in antepenultima accentus. Idem 1. Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis, ait ille. hoc nomen integrum ad nos transiit, unde suo est accentu proferendum. Ait Antonius Nebriss. Simois penultima acuta, licet eadem breuis sit. Seruius Aenei. 2. Vnà ingens Periphos, & equorum agitator Achilles. Periphas penultima accentum non habet, ne fœmininum sit: nec tertia a fine, quia nouissima longa est, ergo ri habebit accentum. nam Græcè, ultima longa, penultima acuitur, etiam breuis, sin, ultima est breuis, antepenultima acui, eadem etiam longa: ut, Camillos, Cethegos. Idem Antonius Nebriss. cap. de accentibus, in comm. ibi. Atque ediuerso, Theologia penultima breuem habet, attamen illi accentum in eadem collocant. Audisti lector ueterum usum pronunciandi pen. philosophiæ acutam. scias eiusdem antepenulti. acuendam Antonii Nebriss. esse præceptum in opusculis, atque nouia in relectione accentus Latini: quia penultima est breuis. Etiam & Prisciani, qui libro 19. de XII. carminibus, ibi. Postquàm res Asiæ, ubi interrogatus discipulus; cur, cùm literarum mutatio nulla facta sit, accentus mutatur? Respondet, quia a finalis apud Græcos producitur, apud nos uerò corripitur: accentus quoque mutatio est facta: hoc tamen scire debemus, quòd siue temporis, siue literarum fiat in nominatiuo commutatio, melius facimus, si accentus ad Latinitatem proferimus. Idem Ioannes Despauterius asserit. & non ab re quidem: si Quint. Insti. 1. capit. 10. admonet, ibi. Duabus breuibus sequentibus penul. acui sermo noster nõ patitur: sicut duabus longis sequentibus minus antepenultimam fore acuendam. duas, audisti lector, opiniones philosophiæ penultimam hinc acuere, illinc uerò grauari. Accipe, lector, & tertiam Fabii rationem, qui Instit. 1. cap. 10. confutans duas ueterum opiniones, eorum unam qui studebant nõ egere institutis alienis, negantes nomina Græca apud Latinos Græcè declinari debere, sed Latinè: quibus respondet Fabius. Mihi placet Latinam rationem sequi, quousque patitur decor: non quidam patitur Latinè declinari Athos. i, o. Clio, Calisto, Calipso, similiaque: neque enim, ait Fabius, calipsonem dixerim, ut Iunonem. Altera ibi est, nunc recentiores Instituerunt Græcis nominibus Græcas declinationes potius dare: quibus respondet Fabius. Quod tamen ipsum non semper fieri potest: non enim Camillos, aut Cethegos Græcè, si ad formam Latinã declinari possunt, ita, Cethegus penultima flexa, aut Camillus penultima acuta. cùm Camillos, & Cethegos antepenult. acuant Græci His quidem confutatis opinionibus addit & suam Fabius, quæ est tertia, inquiens, in cæteris, quæ poterunt utroque modo non indecenter efferri, qui Græcam figuram

ſequi malet, non Latinè quidem, ſed ci tra reprehenſionem loquetur. unde phy loſophia, ſimileſque, penultimam acui, ſibi uendicant. nam ultima eſt longa, penultimam acui neceſſe eſt, ex eorum accentus regula. ut theologia, ait Antonius Nebriſſ. Sin autem antepenult. acuatur, non Græcè quidem, ſed citra reprehenſionem loquetur: Latinam enim habebit accentus rationem: namque penultima breui, tertiam a fine acuendam eſſe. has rationes uerissimè placuiſſe Fabio. Adde, lector, illud Priſciani, qui libro 16. de XII. carminibus admonet, ibi. Poſt quàm res Aſiæ. Non eſt tamen abſurdum ſi Græcum accentum ſeruabimus in nominatiuo dumtaxat. ut ait Ser. de his hactenus.

PHILOSTRATVS, pen. cor. Mar. 11. Aſſueſſanis conuiua Philoſtratus undis. antepen. acu.

PHLEGON, penul. cor. Ouid. Metamorpho. 2. Solus equis, quartuſque Phlegon hinnitibus auras. antepenultima acuit.

PHLEGIAS, pen. cor. Ouid. Met. 7. Intonſiſsimque comas Helicen, Phlegyanque, Elytumque. Flac. 2. Accubat atto nitum Phlegyan, & Theſea iuxta. Sta. The. 6. Per caſus Phlegiæ mouet & fortuna Maneſſei. Idem. At tibi, ait Phlegya, caſu fruſtrate ſiniſtro. Idem 1. Ieiunum Phlegyan ſubter caue ſaxa iacentem. antepen. acuit.

PHLEGETHON, pe. cor. Stat. The. 8. Cocytes, Phlegethonque, & ſtyx periuria diuum. Flac. 1. In ſcrobibus cruor, & largus Phlegethontis aperti. Ver. Aen. 6. Et chaos, & Phlegethon, loca nocte ſilentia late. Man. Sacrilegos a tartareo Phlegethõte profectos. Idẽ. Quæ ſtyx, quis Phlegethon grauior, quæ maior Erymnis. antepen. acu.

PHINEVS, pe. cor. non contractum. Ouid. Meta. 7. Viſus erat Phineus, iueneſque aquilone creati. Mar. 9. Phineas inuitas, Afer ut Oedipodes. Flac. 5. Phineos hinc alios rapto pauet id mo ne luctus. Verg. Aenea. 3. Arpyiæque colunt aliæ Phyneia poſtquàm. Ouid. Faſt. 6. Sunt auidæ uolucres, non quæ Phineia menſis. Idem in Ibin. Et duo Phineidæ quibus idem lumen ademit. antepe. acuit.

PHLOGIS, pe. cor. Mar. 11. Sit Phlogis, an Chione Veneri magis apta requiris. Idem. Pulchrior eſt Chione, ſed Phlogis ulcus habet. Idem. Vt Phlogis & Chione, quod Phlogis ulcus habet. pe nulti. acu.

PHOBETOR, pen. pro. Ouid. Meta. 11. Hunc Icelon ſuperi mortale Phobetora uulgus. pen. flect.

PHOCAIS, pe. cor. Sil. 1. Phocais effundit uaſtos baliſta molares. Oui. Met. 2. Et celer Iſmenos cum Phocaico Erimãtho. Luc. 3. Phocaicas amphiſa manus, ſcupuloſaq; Cyrrha. Idem 5. Candida Phocaica cõplectitur inſula lauro. Sil. 3. Phocaicæ dant emporiæ, dat tarraco pubem. antepen. acu.

PHOCAE, pen. prod. Oui. Met. 1. Nunc ubi deformes ponunt ſua corpora Phocæ. Idem 2. Corpora Phocarum ſummo reſupina profundo. Sil. 11. Et tenuit Phocas, & omni Prothea forma. Verg. Geor. 3. Proluit inſolitæ fugiũt in flumina Phocæ. Idem 4. Armenta, & turpes paſcit ſub gurgite Phocas. pen. acuit.

PHOCEVS, pe. cor. non contractũ. Stat. The. 9. Phocea tunc Cydona, Tanageũque Phalanthũ. Idem 7. Phocida? quis Panopen? quis Aulida? quis Cypariſſon. Oui. de Pon. 2. Adſuit inſano iuuenis Phoceus Oreſti. Idem de Tri. 1. Vt foret exemplum ueri Phoceus amoris. Idem 4. Et comes exemplum ueri Phoceus amoris. Luc. 3. Eximius Phoceus animam ſeruare ſub undis. Hic cõ trahitur. Sunt qui cum diphthõgo ſcribunt. Vide Atreus.

PHOENICOPTERVS, pe. cor. Iuu. Sat. 11. Et Scythicæ uolucres, & Phœnicopterus ingens. antepe. acu.

PHOEBVS, pen. prod. Vergi. Aeneid. 3. Quæ Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo. Idem 10. Noctiuago Phœbe mediũ pulſabat olympũ. Ouid. de Faſt. 5. Cauſa eſt, quod Phœbes ara ſi ne igne fuit. Verg. Aeneid. 3. Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.

Stat.

Stat. The. 7 Quis tibi phœbeas acies? ueteremque reuoluat. pen. flecti. Idem 6. Interius ductis Phœbeius augur habenis. Ouidi. Met. 15. Huc se de Latia pinu Phœbeius augur. Idem. Quã colat, explorat iuuenis Phœbeius urbem. Luca. 5. Sparsus honor, pelagique potens Phœbeia donis. Mant. Cæpta, inquit, delubra colunt ea Phœbades alta. Idem. Phœbus adest, aditisque hominẽ compellat Alceum. antepe. acu.

PTHISIS, pe. cor. Iuue. Sat. 13. Et pthisis, & uomice putres, & dimidium crus. dictio Græca est, quæ corruptionem, tabem, maciemque significat. penultima acuit.

PHRYGIVS, pe. cor. Oui. Penel. Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. Marti. 8. In patera, Phrygio cum data cœna uiro est. Ver. Aene. 1. Iactatum uento uideat, Phrygiasque biremes. Idẽ 12. Semiuiri Phrygis, & fœdare in puluere crines. Sil. 14. Miscuerant Phrygiam prolem Troianus Acestes. Syl. 1. Hic Libycus, Phrygiusque silex hic dura Laconum Iuue. Sat. 2. Quid tamen expectant Phrygio quod tempus erat iam. antepen. acu.

PHRIGOSVS, pen. prod. Man. Hunc an nasse uiros fama est, gentemque Phrigosam. pen. flect.

PHRYXEVS, pe. pro. Oui. Met. 7. Dum que adeunt regem, Phryxeaque uellera poscunt. Idem de Fast. Longaque Phryxeæ stagna sororis adit. pe. flect.

PIABILE, pe. cor. Oui. Fast. 3. Cui dea nec mirum terrere piabile fulmẽ. antepen. acu.

PIACVLVM, pe cor. Luc. 2. Sic erat immites Romana piacula diui. Idem. Pendit in expleto non fanda piacula busto. Idem 5. Hannibal, & Pœni tam dira piacula manes. Flac. 4. Dixit & urgentis post fera piacula fratris. Sta. The. 1. Ille tamen superis æterna piacula soluit. Ver. Aen. 6. Dum nigras pecudes, ea prima piacula sunto. antepe. acu.

PIAMEN, pen. pro. Oui. Fast. 2. Februa Romani dixere piamina patres. Idem. Omne solum lustrant, idque piamen habent. Idem 3. Vt rediit animus, da certa piamina, dixit. penultima flectit.

PIARE, pen. pro. Hor. Epi. 2. Tellurem porco, syluanũ lacte piabant. Ver. Aen. 6. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabũt. Idem 2. Effugia, & culpam hanc miserorum morte piabunt.

PYCANVS, penul. prod. Sil. 14. Ac uelu ti summo uenator densa Pycano. pen. flectit.

PICEA, penul. cor. Ver. Aen. 6. Procumbunt piceæ, sonat icta securibus ilex. Mant. Pinguis, ubi piceæ sudat liber, & terebinti. antepe. acu.

PICENVS, penult. prod. Sil. 6. Picenum cupidus prædæ, atque errãtibus armis. Iuue. Sat. 11. Aemula Picenis, & odoris mala recentis. Hora. Ser. 2. Picenis cedunt pomis Tiburtia succo. Mar. 1. Nec de Picenis uenit oliua cadis. Idem 4. Nec rubigosarum uimen breue Picenarum. Idem 13. Filia Picenæ uenio lucanica porcæ. Idem. Picentina ceres niueo sic nectere crescit. Mant. Littora diue precor serua, Picenus, & umber. penul. flect. Sil. 8. Leucosiæ è populis nunc quem Picentia peste. antepenult. acuit.

PICTVRA, pen. prod. Lucre. 5. Carmina picturas, & Dedala signa polire. Sta. Syl. 5. Et picturato pluuium ligat aera gyro. Idem Achill. 1. Et picturato cohibet uestigia limbo. Verg. Aen. 3. Fert picturatas auri sub tegmine uestes. Hora. de Arte. Vt pictura poesis erit, quæ si proprius stes. Mar. 10. Hæc mihi quę colitur molis pictura rosisque. penulti. flect. Luc. 3. Pictores itaque, & scriptores sæcla priora.

PICTAVENSIS, pen. pro. Mant. Pictauense pedem gestebat Hilarius alta. penult. acuit.

PICVS, pen. prod. Ouid. Fast. 3. Martia Picus auis, gemino pro stipite pugnat. Idem. Sed poterunt ritum Picus, faunusque piandi. Idem. Dixerat hęc faunus, par est sententia Pici. Idem Metamor. 14. Picus, equique celer spumantia terga reliquit. Idem. Ostendens iuuenile gerens in uertice Picum. Idẽ. Exierat tecto Laurentes Picus in agros. Mantuan. Nec Picus, nec Pica deest,

non psitacus ore. Vergili. Aeneid. 7. Picus equum domitor, quem capta cupidine coniux. Stat. Syl. 2. Sturnus,& Aonio uersæ certamine picæ. Marti. 4. Ponitur in cauea mortua pica mihi. Idē 6. Pica salutatrix si tibi Lause placet. Idē 14. Pica loquax, certa dominū te uoce saluto. pen. flect.

PIERIVS, pen. cor. Oui. de Pon. 1. Carmina Pieriis inuigilate choris. Vergil. Opusc. Qua re Pierii laticis decus ite sorores. Stat. Syl. 1. Et de Pieriis uocalē fontibus undam. Idē. Pieriosque dies, & auentes carmina somnos. Martia. 8. Pieriam tenui frontem redimire corona. Ouidi. Sappho. Nec mihi Pierides subeunt, Dryadesque puellæ. Idem Fasto. 2. Dicite Pierides sacrorum quæ sit origo. Idem 6. Dicite Pierides, quis uos addixerit isti. Ver. Buc. Dicite Pierides, non omnia possumus omnes. Oui. Met. 5. Pierus has gentes Pellæis diues in armis. vbi ait Raphael. Pierius ex Euippe uxore nouem sustulit filias, quarum pulchritudine ad uocalitatem mater superba musas in certamen prouocare est ausa. eas uerò nympharum iudicio uictas, musæ indignatæ uocalitate erepta, in raucas picas conuertere. Ait idem. Minimè uerò illi sunt audiendi, qui musas Pierides a deuictis Pieri filiabus, denominatas fuisse putent. cùm a Pieria regione Macedoniæ dicantur, in qua musæ natæ dicuntur. ut ait Strabo. unde Pierides. antepe. acu.

PIETAS, penult. cor. Ouid. Penel. Ille tamen pietate mea, precibusque pudicis. Idem Phedra. Ista ueius pietas ęuo moritura futuro. Idem Meta. 1. Victa iacet pietas, & uirgo cęde madētes. Idē. Nec tibi grata minus pietas Auguste tuorum. Idem Fast. 4. An magis hunc morem pietas Aeneia fecit. Idē de Tri. 1. Me pietas, pietas hæc mihi Cęsar erit. Mar. 6. Heu qualis pietas, heu quā breuis occidit ætas. Idem 8. O pudor, o pietas, & putat esse parum Ver. Aen. 1. Tum pietate grauem, ac meritis, si forte uirum quem. Idem. Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis. antepe nulti. acuit.

PIGARGVS, pen. prod. Iuue. Sat. 9. Sumine cum magno lepus, atque aper, & pigargus. pen. acu.

PIGA, pen. prod. Hor. Ser. 1. Nec nummi pereant, aut piga, aut denique fama. penul. flect.

PIGET, pen. cor. Ouid. Met. 2. Iam cognosse genus, piget, & uoluisse rogando. Idem Fasto. 5. Illa tamen nunc me composuisse piget. Verg. Geor. Ni refugis, tenuesque piget cognoscere curas. Idem Aene. 4. Prometitam nec me meminisse pigebit Elisæ. Idem 7. Nec Troiam Ausonias gremio excepisse pigebit. Sil. 7. Nec pigitum paruos, paruosque, humilesque subire. Sta. Theb. 10. Non pigeat dum fata sinunt, iterum ecce benigne. Cicero pro Dom. Me non piget stultitiæ meæ, sed etiam pudet. Idē in Salust. Nullos iam tuæ turpitudinis pigeret. pen. acu.

PIGER, pen. cor. Oui. Meta. 2. Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli. Idem Fast. 3. Vtque piger pandi tergo reside bat aselli. Luca, 5. Inde rapit cursus, & piger Appulus arua. Stat. Syl. 2. Sic piger ille gradu, solitoque exutus honore. Hora. Ser. 1. Garrulus, atque piger scribendi ferre laborem. Pers. Sat. 5. Mane piger stertis, surge, inquit, auaritia, eia. penult. acu.

PIGMALION, penul. cor. Oui. Dido. Accipe, & aduectas Pygmalionis opes. Idē Fast. 3. Sed timuit magnas Pygmalionis opes. Verg. Aen. 1. Pygmalion scelere ante alios immanior omnes. Idem. Pygmalionis opes pelago dux fœmina facti. penult. acu. Sil. 1. Pigmalioneis quondam per cærula terris. Idem 6. Pygmaleoneam tentarem expromere gentem. penult. flect.

PIGMAEVS, pen. pro. Oui. Fast. 6. Nec quæ Pigmæo sanguine gaudet auis. penult. acu.

PIGNVS, pen. pro. Oui. Met. 2. Pignora da genitor per quę tua uera propago. Stat. Syl. 2. Pignora, surgentesque nefas accendere natos. penult. acu. Iuue. Sat. 7. Cuius & albiolos, & lenam pignerat Atreus. Cicero in Ant. Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque pigne-

pignerari solet. antepen. acu.

Pigritia, pen. corr. Mart. 7. Ludere cum liceat currere pigritia. Idem 11. Arguimur lentæ crimine pigritiæ. Idem 12. Tu das ingenuæ munera pigritiæ. antepen. acu.

Pila, pro columna, & pro simili aliquo, pen. pro. Verg. Aen. 9. Saxea pila cadit, magis quam mollibus ante. Idem 7. Pila manu, sæuosque gerunt in bella Dolones. Horat. Ser. 1. Nulla taberna meos habeat neque pila libellos. Luca. 1. Signa pares aquilas, & pila minantia pilis. pen. flect.

Pila, pro sphærica forma lusoria. pen. cor. Ouid. de Tristib. 2. Ecce canit formas aluis, iactasque pilarum. Idem 3. Nunc pila, nunc celeri uertitur orbe trochus. Mart. 1. Substulerat raptas taurus in astra pilas. Idem 10. Flagrauit quando laurus amore pilæ. Idem 12. Imputet exceptas ut tibi sæpe pilas. Idem. Mursinas poteris parcius esse pilas. pen. acu.

Pilades, pen. corr. Ouid. de Pont. 3. Alter erat Pylades nomina fama tenet. Idem. Ire iubet Pylades clarum periturus Orestem. Idem de Trist. 5. Dixisse in Pyladem uerba proterua putas. Idem de Arte. 1. Hermione Pyladem quo pallida Phœbus amauit. Idem de Rem. 2. Semper habe Pyladen aliquē, qui curet Orestem. Martial 6. Vt præstem Pyladen aliquis mihi præstat Orestem. antepenult. acu. Idem 7. Tu figente nefas Pyladen odisset Orestes. Idem. Miraris? Pylades, Marce bibebat idem. Vide fabulam in Cic. Amic.

Pilanus, pen. prod. Ouidi. Fast. 3. Et totidem princeps, totidem Pilanus habebat. pen. flect.

Pilenta, pen. pro. Hor. Epist. 2. Esseda festinant pilenta petoritá naues. penult. acu.

Pilene, pen. pro. Sta. Theb. 4. Belli fama uiros sensit scopulosa pylene. penultima acuit.

Pilete, penul. prod. Stat. Syl. 2. Sæua pilete senis, durumque acheronta uidebas.

Pileus, pen. cor. Pers. Sat. 5. Hæc mera libertas, hanc nobis pilea donat. Horat. Epist. 1. Vt cum pileolo soleas conuiua tribulis. Ouid. de Art. Pileolum nitidis imposuisse comis. antepen. acu.

Pilius, pen. cor. Oui. Met. 8. Forsitan & Pylins citra Troiana perisset. Idē 12. Tristis ad hęc Pilius quid me meminisse malorum. Iuue. Sat. 10. Rex Pilius magno si quicquam credis Homero. Stat. Theb. 7. Nunc Pylius, nunc ora Lacon, hostesque propinquos. antepenult. acuit.

Pilos, penult. cor. Oui. Penel. Nos Pylon antiqui Neleia Nestoris arua. Idem. Misimus incerta est fama remissa Pylo. Idem Meta. 2. Incustoditæ Pylios memoratur in agros. Stat. Theb. 4. Mittit opes, densásque Pylos Neleia turmas. penult. acu.

Pilumnus, penulti. prod. Vergil. Aeneid. 12. Pylumno quos ipsa decus dedit Orythia. Idem 10. Cui Pylumnus anus cui diua Venilia mater. pen. acu.

Pilus, pro capillo, pen. corr. Iuue. Sat. 8. Sed fruticante pilo neglecta, & squalida crura. Horat. Epist. 2. Vtor permisso, caudęque pilos ut equinæ. Oui. Fast. 2. Horrebant densis aspera crura pilis. Mart. 2. Cui præstas culum, quē Labiene pilas. Idē 6. Teque pilare tuas testificare nates. penult. acu. Iuue. Sat. 14. Sed caput intactum buxo, naresque pilosos. Mart. 9. Si quid & hircosis sæuumque, & turpe pilosis. penultima flectit.

Pilus, pro telo, pen. pro. Oui. de Pont. 4. Pugnat ad exemplum primi minor ordine pili. Lucan. 1. Signa pares aquilas, & pila minantia pilis. Ver. Aen. 12. Procedit legio Ausonidum, pilataque plenis. pen. flect.

Pimplea, pen. pro. Stat. Syl. 2. Et supe ret pimplea sitim, largeque uolantis. pen. flect.

Pindarus, pen. cor. Horat. Carm. 4. Feruet immensus ruit & profundo Pyndarus ore. Prop. 3. Qualis Pyndarico spiritus ore tonat. Oui. de Pont. 3. Pyndaricę fidicen tu quoque Rufe lyram. antepen. acu.

Pinus, pen. pro. Ouid. Oenone. Corniger umque

nigerumque caput pinu præcinctus acu ta. Idem Meta. 1. Pan videt hanc, pinuque caput præcinctus acuta. Idē 2. Præcipiti pinus borea, cui cuncta remisit. Idem 3. Non tamen hanc sacro uiolari pondere pinum. Idem 5. Flammiferas pinus manibus succendit ab Aetna. Idē 10. Et succincta comas, hirsutaq; uerti ce pinus. Idem 14. Syrenum scrupulos orbataque præside pinus. Ver. Buc. Fraxinus in syluis cedet tibi pinus in hortis. pen. flectit. Idem Aen. 8. Et domus Herculei custos pinaria sacri. Ouid. de Trist. 1. Pinea testa sonant pulsi stridore rudentes. Idē Fast. 2. Expectet puros pinea tæda dies. Ver. Aen. 9. Pinea sylua mihi multosdilecta per annos. Stat. Thebaid. 1. Pinea nodosa quassabat robora claua. Ver. Buc. Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem. Sil. 14. Piniferum cœlo miscens caput Appeninus. Oui. Fast. 3. Pinigerum fauni Mœnalis ora caput. Stat. Theb. 7. Nec sua pinigero magis adnatat umbra Lyæo. antepenult. acu. Oui. Fast. 2. Cinctaque pinetis nemoris iuga Nonacrini. Idem 4. Protinus innu numeræ cędunt pineta secures. Idem 1. Et cum Cyllene gelidi pineta Lycæi. penult. flect.

Pinniger, pen. cor. Oui. Met. 13. Cruraq; pinnigero seruata nouissima pisce. Pinnaculū. Mant. Et super aerei statuit pinnacula templi. antepen. acu.

Pipo, pen. pro. Oui. Philom. Accipiter pipat, miluus hiansque lipit. Catul. de passere: Pessimus at passer tristia flendo pipit. mugit bos, ouis balat, gallina pipit. penult. flect.

Pira, pen. cor. Verg. Aen. 6. Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris. Idē 4. Tu secreta pira tecto interiore sub auras. Mart. 1. Non pyra, quæ lenta pendet religata genista. Ouid. Ibin. Quam uetus accensa separat ira pyra. pe. acu.

Pinguedo, penul. pro. Mant. Non erit hac tanta humectum pinguedine corpus. pen. acu.

Pirata, penult. prod. Lucan. 2. Omne fretum metuens pelagi pyrata reliquit. Idem 6. Polluit æquoreos Siculus pyrata triumphos. pen. flect. Idem 1. Et uictis cedat pyratica laurea Gallis. Claud. Turpe retexit iter qualis pyratica puppis. Man. Te Alcide testata genus pyratica tellus. antepen. acu.

Piragmon, pen. pro. Verg. Aen. 8. Bronteſque, steropesque, & nudus membra Pyragmon. Flac. 9. Cernitur, illam acamas habitat, nudusq; Pyragmon. Mant. Igneo ad incudem sudans ardore Pyragmon. pen. acu.

Piramis, pen. cor. Mant. Alter honor sunt Pyramides altaria templa. Idem. Pyramidem fecit, mentaq; assurgit acuta. Mart. 1. Barbara pyramidum sileat miracula Memphis. Luca. 9. Non mihi Pyramidum tumulis euulsus emasis. Idem 8. Pyramides claudant, indignaque mausolea. Prop. 3. Nam neque pyramides sumptus ad sydera ducti. antenult. acu.

Piramus, pen. cor. Oui. Met. 4. Pyramus ut uerò uestem quoque sanguine tinctā. Idem. Sæpe ubi constiterant hinc Tysbe, Pyramus illinc. Mant. Pyramus apparet, nemon cydnusque, sarusque. antepen. acu.

QVANTVLVS, pen. cor. Iuu. Sat. 6. Quan tulus in hoc pueros omnes ergastula tota. Hor. Ser. 2. Quantulum enim summę curtabit quisque dierum. Mart. 1. Quãtula carpophori portio fusus aper. antepen. acu. Ouidi. Fast. 3. Hæc, inquit, tellus quantulacunque tua est. Idẽ 4. Tecta suę subeat quantulacunque casæ. Idem de Pont. 4. Pars ego sum census quantulacunque tui. Mart. 11. Nam certa est illi quantulacunque grauis. penult. acu. Iuu. Sat. 7. Gloria quantalibet quid erit, si gloria tanta est. antepenult. acu. Idem. Quanticumque domus ueniet, qui fercula doctè. penultima acuit.

QVANVIS, pen. pro. Oui. Met. 3. Colligit in nodũ quanuis erat ipsa solutis. Idem 2. Qui tibi materno quanuis a sanguine iunctus. Idem Fastor. 1. Mox ego, cur quamuis aliorum numina placem. Fla. 9. At Colchi quanuis armis, & milite pręstent. pen. acu.

QVARE, pen. pro. Ouid. Met. 2. Quæritis ætheriis, quare regina Deorum. Idẽ Fastor. 1. Dic age frigoribus, quare nouus incipit annus. Idem de Tristib. 2. Conueniat quare porticus ulla patet. Martia. 2. Vxorem nolo Thelesinam ducere quare? penultima acu. At ubi ponitur finis interrogationis acuitur. Ait Antonius Nebriss. cap. de Accent. & Maturinus de corrupto sermone. hoc aduerbium qua re, non ex se sed in sermone ui interrogationis finalem acuit. hac nota? Idemque sentit Quint. qui Inst. 1. cap. 10. ibi, inquit, cæterum iam scio quantum, & quale interrogantes graui comparantes acuto tenore concludunt, quasi dicat, eruditi non nulli, ac grammatici, qui tenore acuto præpositiones per regimen casus concludebant ut, circum littora: ita, quantum & quale interrogantes.

QVARTANA, penultima producta. Martial. 10. Seua nocens febris saltem quartana fuisset. Iuuenal. Sat. 4. Autumno

iam quartanam sperantibus agris. pen. flect.

QVASI, pen. cor. Mant. Aere catenatos quasi bruta obscœna trahebat. Mart. 11. Et quasi perfectū septitiane refers. Oui. Met. 2. Quoque sit armento ueri quasi nescia quærit. pen. acu.

QVASILLVS, pen. pro. Tibul. 4. Sit tibi cura togæ potior, pressumq; quasillum. Ait Seruius in Verg. Buc. Ecl. 2. ibi. Ec cè ferunt nymphæ: sanè calathus Græcum est, nam latinè quasillum dicitur. Cicero in Phil. An non inter quasilla pendet aurum. pen. acu.

QVATENVS, pen. corr. Iuuen. Sat. 12. Quatenus hic non sunt, nec uenales ele phanti. Lucr. 3. Quatenus est unum inter se, coniunctaque res est. Hor. Ser. 1. Quatenus id facit, ut quidam memo ratur Athenis. Idem 2. Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus. Mart. 7. Quatenus Odrysios iam pax Romana triones. antepen. acu.

QVATER, pen. cor. Ouid. Met. 1. Terti ficam capitis concussit terque, quaterque. Idem 2. Pœnituit iurasse patrem, qui terque quaterque. Idem Fast. 2. Ter, quater aduersi sedit in ore uiri. Idem de Trist. 3. O quater, ò quoties non est numerare beatum. Idem Phyl. Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit. Idem de Pont. 4. Ter quater imperii læ tus honore tui. Claud. Et clarum è poto terque, quaterque sophos. Vergili. Georg. 1. Aut quater ingeminant, & sæpe cubilibus altis. Idem Aen. 1. Talia uoce refert, ò terque, quaterque beati. pen. acu.

QVATERDENVS, penultima producta. Mantuan. Atque quaterdenos ultra sua prandia soles. Ouid. de Pont. 3. Perque quaterdenos inter in illa gradus. penult. flect.

QVATERNVS, pen. prod. Mart. 12. Amphora uicenis modius datur ære quaterno. Manil. 2. Hoc satis exemplo est, ad que diuersa quaternis. penultima acuit.

QVATIO, pen. cor. Ouid. Hyperm. Frigida populeas, ut quatit aura comas. Idem Fasto. 2. Sic Numa, sic quatiens cornua faunus ait. Idem. Alloquitur quatiens uoce tremente caput. Idem de Tristib. 3. Et quatitur trepido littera nostra metu. Vergili. Opusc. Festinant, ignes quatiunt follesque tremen tes. Idem Georg. 3. Sæpe etiam cursu quatiunt, & sole fatigant. Idem Aeneid. 12. Fumantes sudore quatit miserabile cæsis. Idem 11. Permisit, qua terent campos, ipse ardua montis. Stat. Syl. 1. Demigrant Helicone deæ, qua tiuntque nouena. Lucan. 1. Corripuit se faces, aut iam quatiente ruina. Idem 2. Nec quatiunt ualidos, nec sibilet arua rudentes. Stat. Thebaid. 7. Arce tonat, tanta quatitur nec grandine syrtis. Sil. 12. Qui quaterent muros, Tarpeiaque mœnia misi. Cicero in Arato. Tum fixum tremulo, quatietur frigore corpus. Idem Tusc. Quod ægritudine quasi tempestate quatiatur. antepen. acu.

QVATVOR, penultima cortep. Sed geminato t, produci sicut litera. Hæc Aldus. Ouid. Metamorphos. 1. Et breue uer spatiis exegit quattuor annum. Idem 12. Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore summa. Idem Fastor. 1. Quattuor adde dies ductis ex ordine nonis. simplici t, si legitur, alterū intel ligatur, ait Nebriss. In prosa uerò uni co t, scribendum sæpius. Vide Refero. antepen. acu.

QVE, encletica, & postposita semper corripi. Vergili. Aeneid. 3. Liminaque, laurusque Dei, totusque moueri. Ait Seruius. Que breuis est pro longa posita, quæ hac ratione defenditur, aut quia omnia monosyllaba ad artem non tinent, & licenter uti possumus: aut certè omnis particula, quæ sui substantiam non babet, membrum putatur superioris orationis: quod si est, liminaque, quasi una pars orationis est, & potest que finalitatis ratione, uel produci, uel corripi: que encletica ad uocalem prope se trahit accentum acutum, ut, limina primam acuit, liminaque, na acuitur: sic ue, ne, & cum: etiam cum his mecum, tecum, secum, quicum, quacum, quocum, quibuscum,

uobi-

uobiscum, nobiscum: & una de fallentiis accentus regularum est: vnde, api ce acuto ubique notetur, est necessum. Ait Seruius Aeneid. 10. ibi, omnipotens genitor tanton' me crimine dignum. tanton' pro tantone, & constat mutilatas partes orationis in eodem loco accentum habere, in quo etiam integræ habuerunt, nam moria, idest minores particulæ: ut que, ue, ne, ce, quoties iunguntur aliis partibus accentum faciunt, qualislibet sit syllaba, quæ præcedit, siue breuis, siue longa, ut musaque, huiusce, illucce, tantone, adduce, deducce. Et hęc mutilata similiter proferuntur scilicet sub eodem accentu. Idem ait Aeneid. 12. ibi. Expediat? tanton placuit. sanè tanton circumflectitur: nam cum per apostrophen, apocopen uerba patiuntur, is, qui in integra parte fuerat, perseuerat accentus.

QVERELA, penultima producta. Ouid. de Pont. 3. Adde quod assiduas domini meditata querelas. Mart. 1. Nimirum timuit nostra fortuna querelas. Stat. Syl. 1. Quod nisi me longis placasset Iuno querelis. Sil. 1. Talibus illacrymat noctemque, diemque querelis. Luca. 2. Effundunt iustas in numina sæua querelas. Idem. Vt neuter tales pietas peritura querelas. Verg. Geor. 1. Et ueterem in limo ranæ cecinere querelam. antepen. acu.

QVERIBVNDVS, pen. pro. Flac. 7. Ante fugam totos lustras queribunda parentes. Sil. 13. Curæque, insidiæque, atque hinc queribunda senectus. penultima acu.

QVERIMONIA, penult. corr. Mant. Inciderit subiti partus querimonia ad auras. Auso. Proxima quæ nostræ fuerat querimonia cartę. Mant. Vndique & audita est totis querimonia campis. antepen. acu.

QVEROR, penultima correpta. Martial. 3. De nullo quereris, nulli maledicis, Apiti. Idem. Sępe mihi queritur non siccis cestos ocellis. Ouidi. Penel. Nec quererer tardos ire relicta dies. Idem Phyl. Vela queror reditu, uerba carere fide. Idem Oenone. Ah quoties cum te uento quererere teneri. Idem Metamorphos. 1. Cum Ioue uisa queri est, finemque orare malorum. Idem 2. Parua queror magnæ pereunt cùm mœnibus urbes. Idem 3. Meque sub his tenebris nimium uidisse quereris. Idem de Trist. 1. Quodque sit a patria iam; fuga tarda queror. Lucan. 1. Iam nihil o superi querimur scelera ipsa, nefasque. Stat. Syl. 5. Rupibus atque oculis longo querat aere uinci. Ait Valla libr. 3. Questus in plurali pro querela a queror, unde fit conqueror, cuius datiuus, & ablatiuus est questubus, ut portubus: questus in utroque numero, cuius in plurali datiuus, & ablatiuus est questibus a quæro, unde fit conquiro: deriuatur per syncopen a supino quæsitum, significatque lucrum nummarium. Cicero Epist. 31. Multa nos quidem questi sumus. Idem Att. Cæsar queritur de Milone. Idem de Ora. Drusus multa de Philippo questus est. Idem de D. Aiax querens de ferocitate Troianorum. Idem Att. Audiui Milonem meũ queri per literas iniuriam meam. uide apud Cicero. Non legi queror Petrum, sed multa de Petro queror. pen. acuit.

QVERVLVS, penultima correpta. Ouid. de Pont. 4. Nec querulus turba quanuis elideret ensem. Idem Oenone. Impleuitque sacram querulis ululatibus idem. Vergil. Ceorg. 1. Et caput obiectat querulum uenientibus undis. Stat. Syl. 4. Vestibulo, querulique rogant exire clientes. antepen. acu.

QVIA, penultima correpta. Ouid. Metamorph. 1. Obstabatque aliis aliud, quia corpore in uno. Idem de Trist. 3. Inde Tomos dictus locus, hic quia fertur in illo. pen. acu.

QVIANAM, penultima correpta. Vergili. Aeneid. 5. Heu quianam tanti cinxerunt æthera nymbi. Ait Seru. id est, Cur, & est interrogantis aduerbium, quo usus est bis hic, & in x. Cælicolæ magni quianam sententia uobis Versa retro?

QVIANE, penultima correpta. Vergil.

Aeneid. 4. Iussa sequar & quiane auxilio iuuat ante leuatos. Ait Seruius. Quiane, una est pars orationis, reuera significans.

QVIBVS, penultima correpta. Ouidi. Metamorphos. 1. Magna pars unda rapitur quibus unda pepercit. Idem. Et qbus est nodis audita coercuit omnes. Idem 6. A quibus ad cœlum liuentia brachia tollens. Idem 10. Felices quibus ista licet humana malignas. Idem de Pont. 1. Vosque quibus perii, tunc cûm mea fama sepulta est. Idem Fastor. 1. Et quibus hæ populum spectat, at illa larem. penultima acuit. Vide Quis.

QVIDAM, pen. pro. Horat. Ser. 1. Vmidius quidam, non longa est fabula, diues. Ouid. Fast. 1. Ex uno quidam celebres aut torquis adempti. penult. flect. Vide Vinum.

QVICVNQVE, penultima producta. Vergili. Aeneid. 5. Nec te cum Ausonium, quicunque est, quærere Tybrim. Idem 1. Sis felix, nostrumque leues quicunque laborem. penultima acuit.

QVID, cor. sequenti uocale. Vergil. Aeneid. 5. Aeneam credam, quid enim fallacibus austris. Iuuen. Sat. 1. Vulcani, quid agant uenti, quas torqueat umbras. Ouidi. Metamorph. 2. Finge datos currus, quid age, poterisne rotatis. acuitur, sed cum est interrogatiue. Vide Quare.

QVICQVID, penult. prod. Verg. Aen. 5. Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est. Ouid. Meta. 2. Denique quicquid habet diues, circunspice, mundus. Idem Fast. 1. Quicquid ubique uides cœlum, mare, nubila, terras. Ait Quintilianus Inst. 1. cap. de ortographia cum si tempus significaret per q. si comunem per c, scriberetur frigidiora his alia, ut quicquid c, quartum haberet, ne interrogare bis uideretur. & quotidie, non cotidie, ut sit quot diebus: Verum hæc iam etiam inter ipsas eneptias euanuerunt. Vsus quidem hodie est cum per c, scribendum, scribique, aut têpus, comitem, aut præpositionem significet hac differentia, cum temporis aduerbium signum graue sibi uendicat, cum præpositio signum graue nô desiderat; coalescit enim in unum cum suo casuali, seruatque accentum regularem ratio scribendi coniuncta cum loquendo. item & subiunctiua apicem exigit. In quibus ortographia paret consuetudini.

QVIDEM, pen. cor. Stat. Syl. 1. Grande quidem rerum uiris quos ipsa probaui. Ouid. Metamorph. Ille quidem pœnas, cuiam diminuite, soluit. penultima acuit.

QVIES, penultima correpta. Mantua. Appellata quies, ideo quod ut ante relatum est. Stat. Syl. 1. Id tergo demissa clamys latus ense quieto. Hora. Episto. 1. Si te grata quies, & primam somnus in horam. Ouid. Medea. Non mihi grata quies noctes uigilantur amare. Idem Hipern. Secumque quies alta per Argos erat. Idem Metamorphos. 12. Nulla quies intus, nullaque scientia parte. Idem 1. Iude fuit ui cibus capiebant bina quietem. penult. acuit.

QVIESCO, penultima producta. Martial. 4. Pondero, poto, cano, ludo, lauo, cœno, quiesco. Vergil. Aeneid. 7. Aggere composito tumuli postquam alta quierunt. Idem. Fessa iacent, aliis haud exarata quieuit. Ouidi. de Tristibus 3. Et uia finita est, & opus requieuit eundi. Mantuan. Omnipotens facto genitor requieuerit orbe. Idem. Sæuaque depositis Bellona quieuerat armis. Cicero de Or. Videmur enim quieturi fuisse. Idem pro Planc. Quę si uiginti quiessem dies. Idem pro Cæc. Potentia in hoc solo genere quiescar. pen. flect.

QVIETVS, penultima producta. Ouidi. Fastor. 4. Ille dabat tacitis animo responsa quieto. Idem de Tristib. 3. Mitius exitium, pauluque quietius oro. Vergil. Aen. 12. Immunem tanti belli, atque impune quieti. Idem 10. Antiqui Ausonii quę uos fortuna quietos. Idem 4. Scilicet his superis labor est, ea cura quietos. Stat. Syl. 1. It tergo de

missa

missa chlamys latus ense quieto. pe. flec.

QVILIBET, penultima correpta. Ouidius Metamorphos. 2. Qualibet alter agat portantes lumina currus. Idem Fastor. 3. Qualibet, huc dixit, confuge, tutus eris. Idem de Arte. 1. Pollicitis diues quilibet esse potest. Idē Phyllis, parte satis potui qualibet inde capi. Idem Metamor. 1. Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus. antepen. acu.

QVIN, produ. Horat. Ser. 2. Quin ubi se a uulgo, & scenā in secreta remorant. Ouidius Fastor. 3. Men dubites, primæ fuerint quin ante Calendæ. Idem. Quin etiam partes totidem tatiensibus ille. Idem 5. Nec se, quin horrens, auderent tangere satis. Vergilius Aeneid. 1. Imperium sine fine dedi, quin aspera Iuno. Idem 10. Vt semel intepuit mucro quin ecce Nyphei. Idem. Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant. Idem. Quin intra portas, atque ipsis prælia miscent. Idem. Omnipotens, quin & pugnæ subducere Turnum. Seruius ait, quin, ut non. Idem Buccoli. Eclo. 2. Quin tu. quinimmo. hortantis. Idem Aeneid. 10. Quin, quin etiam. ibi. quin intra portas.

QVINVS, penultima produc. Ouidius Metamor. 2. Cùm digiti coeunt, & quinos alligat ungues. Idem 3. Nam quater ad quinos unus Cephisius annos. Idem Fastor. 4. Inter bis quinos usus honore uiros. Hora. Ser. 1. Quinas hic capiti mercedes exigit, atque. Vergili. Aeneid. 2. Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat. Manil. 2. Falsus erit, nam quina licet sint undique signa. penul. flect.

QVINTILIANVS, penulti. prod. Mart. 2. Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ. Idem. Gloria Romanæ Quintiliane togæ. Iuue. Sat. 6 Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem. Idem 7. Quintilianus habet saltus exēpla nouorum. pen. flect.

QVINQVAGINTA, pen. prod. Vergili. Aenei. 1. Quinquaginta intus famulæ, quibus ordine longo. Marti. 5. Mutua quod nobis iter quinquaginta dedisti. penult. acuit. Idem 12. Bis quinquagenis dumus est tibi millibus empta. pe nulti. flect.

QVINTILIVS, penul. cor. Hor. de Art. Quinctilio siquid recitaret coniuge sodes. Properi. 2. Cum caneret, miseret funera Quintiliæ. Ouid. Fast. 2. Vincere Quintilios non potuisse suos. antepenult. acu.

QVINQVATRIA, pen. cor. Iuuen. Sat. 10. Incipit optare, & totis quinquatribus optat. Hora. Epi. 2. Et potius puer ut festis quinquatribus olim. Oui. Fast. 5. Cur sit quinquatrus illa uocata dies. pen. acu. Quinquatria antepe.

QVINQVE, penul. prod. Ouid. Meta. 2. Arcas adest, ter quinque ferens natalibus annos,

QVINTILIS, penul. prod. Oui. Fast. 3. Denique quintus ab hoc fuerat Quintilis, & inde. pen. flect.

QVINQVAGESIMA, pen. cor. Mantua. Hæc post Pascha fuit lux quinquagesima sancto. antepe. acu.

QVIPPE, pen. pro. Mart. 2. Quippe rogabatur fidusque, uetusq; sodalis. Oui. Meta. 2. Quippe color nimis est, quam nec uestigia duri. Stat. Syl. 1. Quippe manet, longumque æuo redeunte manebit. Idem 2. Quippe bis ad partus uenit Lucina, manuque.

QVIRITES, penul. prod. Oui. Fasto. 1. Siue suo regi nomen posuere Quirites. Idem de Pont. 4. Aut reget ille suos dicendo iura Quirites. Sil. 4. Tarpeius pater, & capti sensere Quirites. Vergili. Georg. 4. Ore legunt ipsæ regem, paruosque Quirites. Hor. Epist. 1. Ludicra quid plausus, & amici dona Quiritis. Oui. Met. 15. Nemo mihi est, uos urbe uirum prohibite Quirites. pe. acu.

QVIRINVS, penul. prod. Martial. 10. At nunc Ausonio frustra promissa Quirino. Ver. Aeneid. 1. Cana fides, & uesta Remo cum fratre Quirinus. Ouidi. de Trist. 1. Non ego te genitum placida reor urbe Quirini. Idem. Dirque relinquendi quos urbs habet alta Quirini. Vergilius Aeneid. 7. Ipse Quirinalis trabea, cinctusque Gabino.

Claud. Rupta Quirinales fumant ergastula cinctus. Oui. Fast. 5. Inque Quirinali constituere iugo. pen. flect.

QVIS, cor. sequenti uocale. Iuue. 1. Difficile est satyram nō scribere, nam quis inique. Oui. Met. 1. Saxa quis hoc crederet, nisi sit pro teste uetustas. Idem 3. Dixerat; ac quis adest? & adest respon derat echo. Mart. 1. Si quis erit recti custos imitator honesti. Vergil. Aen. 12. Non quis ob inceptum subitum mihi segnior ito. Idem 1. Quis ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis. Hic quis pro quibus est dādi casus, ideo produci, ait Seruius. Quis, & quibus unū significant, secundum artem enim dicimus ab eo, quod est a qui in bus mittit ut quibus ab eo autē quod est a quo in is mittit, ut quis, pro quibus, sed a tertia declinatione in usu sunt datiuus, & ablatiuus pluralis, licet antiqui omnibus usi sunt casibus. Denique Cato in originibus ait. Si ques sunt populi, & declinauit ques, quium, sicut puppes, puppium: quis pro quibus. flect.

QVIQVE, pen. pro. Oui. Met. 15. Quique petāt uentis Epidauria littora mittunt. pen. flect.

QVISQVE, pen. pro. Stat. Syl. 1. Quisque lyra sed præcipuè qui nobile gressu. pen. acu.

QVIVIS, pen. pro. Iuuenal. Sat. 3. Esse putes quemuis hominem secum attulit ad nos. Ouidi. Fastor. 3. Asperior quouis æquore, frater ait. penultima acuit.

QVO, aduerbium pro nomine. Ait Seruius produci. Verg. Aen. 1. Vocibus, & uereor quò se Iunonia uertat. Idem 5. Quò tendant ferrum malo suspendit ab alto. flect.

QVOCIRCA, pen. pro. Hyphen est. Ver. Aenei. 1. Quocirca capere ante dolis, & cingere flamma. pen. acu.

QVOD, cor. Vocale sequenti. Ouid. Metamorphos. 1. Ille quidem obsequitur, sed te decor iste quod optas. Mant. Appellata quies ideo quod ut ante relatū est. Stat. Syl. 1. Adde quod ille nocens, seuosqu e amplexus Achiuos. Lucret. 6. Erumnabile erat, quod ubi se quisque uidebat. acuit.

QVISQVIS, pen. prod. Mant. Quisquis amat dominū, munuscula mittet oportet. pen. acu.

QVONIAM, pen. cor. Oui. Met. 1. Quos quoniam cœli non dum dignamur honore. Verg. Buc. Cur non Mopse boni, quoniam cōuenimus ambo. Idem Geo. 4. Cuius Aristæo quoniam est oblata facultas. Mant. Et quoniam genus Hebręum memorabile soli. Lucret. 1. Distinctum quoniam nec plenum nauiter extat. antepen. acu.

QVOT, cor. vocale sequenti. Hor. Epist. 1. Si possum tot ait, tamen & quæram, & quot habebo. Mart. 6. Basiada nobis diadumene pressa quot inquis. Ver. Buc. Pocula bina nouò spumantia lacte quotannis. Idem. Vt Baccho, Cererique tibi sic uota quot annis. Idem. Hic illum uidi iuuenem Mœlibęe quot annis.

QVOTIDIE, penul. cor. Flac. 9. Sic nostri, quia quotidie libare solebant. Mantuan. Quotidie strages oritur? terrasque per omnes. Vide Quicquid. antepenult. acu. Catul. Coniugis in culpa flagrauit quotidiana. pen. flect. Ait Ascensius in Epist. Quintiliani Inst. 1. Ad Tryphonem alii maluut scribere cotidianum pro contidianum, quasi a continente, & perpetuo die dictum, quàm quotidianum a quoto die, aut potius a quoque. Ego, inquit, neutrum damno: nam ut quot annis pro quoquo anno, ita quotidie pro quoquo die, non absurde acceperis: cotidie ergo, & quotidie dici. At usus hodie legitur quotidie .i. quot diebus.

QVOTIES, penult. corr. Ouidi. Meta. 3. Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti. Idem 14. O quoties habitum duri messoris aristas. Idem Ariadne. Et quoties ego te, toties lucus ipse uocabat. Lucan. 1. Teutonici quoties Romam fortuna lacessit. Iuuenal. Sat. 14. Tum felix quoties aliquis tortore cauato. Vergil. Buc. O quoties, & quæ nobis Galathea locuta est. antepenult. acuit. Vide Toties.

QVOTVS, pen. corr. Ouid. Medea. Hæc animum

animum & quota pars possit mouere puellæ. Idem de Pont. 2. Et quota pars: hæc est rerum, quas uidimus ambo. Idem Metamorphos. 7. Et quota pars illi rerum periere mearum. Martial. 8. Pars quota Parrasiæ labor est Mareoticus aulæ. Iuuenal. Sat. 3. Græcam urbem quanuis quota portio fecis Acheæ. Claud. Pars quota sit Ruffine, cui quid tale peraudax. Lucan. 8. Aut quotus in plaustro Libyam bene dirigat ignis. Mart. 14. Dic, quotus es, quanti cupias cœnare, nec unum. penult. acu.

# R

RABIES, pen. cor. Luca. 5. Spumea tunc primum rabies uesana per ora. Horat. de Art. Archilochum proprio rabies armauit iambo. Stat. Syl. 11. Saxeus, hic tumidam rabiem, spumosaque ponit. Idem 3. Nulla foro rabies, aut strictę iurgia legis. Sil. 4. Sydonium infelix rabies te reddidit amnem. Iuuenal. Sat. 1 ?. Non quasi fortuitu nec uentorum rabie sed. Ouid. Metamorphos. 3. Et crescit rabies, moderaminaque ipsa nocebant. Ouid. de Trist. 2. Aequalis rabies, continuusque furor. Vergil. Aeneid. 8. Et belli rabies, & amor successit habendi. antepen. acu.

RABIDVS, penultima correpta. Stat. Syl. 3. Lucani rabida ora maris? num torua Charybdis. Idem Theb. 8. Marte ruant, sit qui rabidarum more ferarum. Ouid. Metamorph. 1. Colligit os rabidum, solitæque cupidine cædis. Martial. 1. Sæua ferum rabido lacerauit dente leonem. Vergil. Aeneid. 8. Obiicit ille fame rabida tria guttura pendens. Idem Georgi. 2. At rabidæ Tygres absunt, & sæua leonum. antepenul. acu.

RABIRIVS, pen corr. Ouid. de Pont. 4. Cum foret, & Marsus, magnique Rabirius oris. Mart. 10. Condidit hac Charas tellure Rabirius umbras. Idem 7. Astra polumque tua cœpisti mente Rabiri. antepen. acu.

RACHAB, pen. cor. Mant. A ueteri demissa Rachab tot secula uidit. Idem. nam poples sata patre Rachab habentibus annis.

RACEMVS, pen. pro. Ouid. de Trist. 4. Tempus, ut extensis tumeat, facit uua racemis. Mant. Nectareas fruges parit, ambrosiosque racemos. Manil. 3. Pingui atque impressus despumant musta racemis. Sil. 7. Miratus nemore, & ful gentes sole racemos. Vergili. Buccol. Syluestris raris sparsis labrusca racemis. Idem Georg. 4. Defruta, uel Scythia passos de uite racemos. Idem 2. Et turpes auibus prædam fert uua racemos. Ait Seruius. Sanè racemus botrionis est est pars, & botyro Græcum: & sic posuit uuam pro uite. pen. flect.

RADIO, pen. cor. Ouid. de Pont. 3. Scuta sed & galeæ gemmis radientur, & auro. Idem de Tristib. 2. Vtque trahunt oculos radiantia lumina solis. Ouid. Metamorph. 11. Admouit digitos, postes radiare uidentur. Iuuē. Sat. 6. Dacicus & scripto radiat Germanicus auro. Sil. 4. Colla uiri fuluo radiabant lactea torquet. antepen. acu. Luca. 7. Miles ut aduerso Phœbi radiatus ab ictu. pen. flect.

RADIVS, penult. corr. Ouid. Metamorphos. 2. Curuatura rotæ radiorum argenteus ordo. Vergil. Georg. 2. Orchires, & radii, & amara pausia Bacchi. Idem 1. Nec fratris radiis obnoxia surgeret una. Idem Aenei. 12. Aurati bis sex radii fulgentia cingunt. Mantuan. Mobilibus radiis facerent in montibus altis. Stat. Syl. 2. Multus ubique dies, radiisque ubi culmina totis. Claud. Infeci radios, ululatuque æthera rupit. antepenultima acuit. Lucret. 6. Cessandum ueniat radiatu insigne diei. penult. flect.

RADIX, penultima producta. Stat. Syl. 2. Atque habiter uitreum tacitis radicibus amnem. Idem 5. Seu Iouis igne malo seu iam radice soluta. Luca. 7. Et stantes tumulos, & qui radice uetusta. Horat. Ser. 2. Rapula, lactucæ, radices, qualia, lassum. Ouid. Metamorphos. 1. Pes modo tam uelox pigris ra

dicibus hæret. Idem 2. Candida lampetie subiecta radice retenta est. Idem 11. Quæ uidere nefas torta radice ligauit. Vergil. Aeneid. 6. Aut Ida in magna radicibus eruta pinus. Idem Geor. 1. Et teneram ab radice ferens syluane cupressum. penultima acu. Catul. Non uacuus inque ille tulit radicitus altas. Prop. 3. Huic fluctus, uiuo radicitus abstulit ungues. Mantuan. Mortales iam spe uitæ radicitus hausta. Lucr. 3. Nec radicitus euelli mala posse putandum est. Calepinus penultimá productá asserit. Ait Despaut. lib. 3. ibi. i ante c, noientur è longis deducta, felicito, cornicula, cornicor, radicitus. antepenult. acuit.

RADO, penultima producta. Ouidi. de Tristib. 4. Fac modo te damnes, copiasque eradere uitæ. Martial. 6. Radere te melius spongia Phœbo potest. Vergili. Aeneid. 3. Radimus, & fatis nunquam concessa moueri. Iuuen. Sat. 6. Substituit nam Sergiolus iam radere guttur. Lucan. 2. Vestiniæ impulsus aquis, radensque Salerni. Idem 8. Radit saxa Sami, spirat de littore coo. Lucret. 6. Atque alia ex ipso corradens aere porta. Idem 5. Materiemque dolare, & læuia radere tigna. Mantuan. Radere, & insidiis, ac nostra indagine captos. Cicero de Leg. Mulieres genas ne radunto. Idem pro Q. R. Qui capite, & superciliis semper rasis. penultima flectit. Stati. Syl. 2. Phidiacæ rasere manus quod ab arte Myronis.

RAMVS, penultima producta. Ouidi. Phedra. Est aliquid plenis pomaria carpere ramis. Idem Metamorphos. 1. Incursant ramis, agitataque robora pulsant. Idem 8. Nec facit in ramis, altoque cacumine nidos. Idem 14. Suspiciens pandos autumni pondere ramos. Stat. Syl. 1. Et nunquam uacui prodistis in æthera ramis. Sil. 5. Iste pio ramos subsidens ilia nisu. Lucan. 3. Obscurum cingens connexis aera ramis. Pers. Sat. 1. Vt ramale uetus ne grandi subere coctum. Vergil. Buc col. Et ramosa Mycon uiuacis cornua cerui. Pers. Sat. 5. Deducit trepidas ramosa in compita mentes. penultima flectit. Iuuenal. Sat. 10. Coneris iacet exiguus cum ramice neruus. Vergli. Geo. 4. Sic positum in clauso linquunt, & ramea costis. antepen. acu.

RAMELVS, pen. pro. Flac. 6. At non inde procul Ramelus, & acer Otaxes. penult. flect.

RAMEN, penultima correpta. Lucan. 2. Fœdera sola ramen, uanaque carentia pompa. pen. acu.

RANA, penultima producta. Ouid. Metamorphos. 15. Semina limus habet uirides generantia ranas. Horat. Ser. 1. Tota abit hora mali culices, ranæque palustres. Mantuan. Atra palus, ubi nant angues, ubi rana coaxat. Idem. Sunt ubi ranarum, culicum, pulicum, cimicumque. Iuuen. Sat. 3. Nec uolo, nec possum ranarum uiscera nunquam. Martial. 10. Aut Laurentino turpes in littore ranas. Vergil. Opusc. Occupat arguti Gylli caua garrula rana. Idem Georg. 3. Improbus ingluuiem, ranisque loquacibus explet. Idem 1. Et ueterem in limo ranę cecinere querelam. Ait Seruius. Fabula duplex, nam ut Ouidius dicit Peres cùm Proserpinam quæreret ac releuandam sitim accessit ad quendam fontem. Tunc eam Lycii rustici a potu prohibere cœperunt, & conturbantes pedibus fontem cum contra eam emitterent turpem naribus sonum: illa irata eos euertit in ranas: quæ nunc quoque ad illius imitationem coaxant, nam illa magis in sultatio fuerat, quàm querela: & pœnam sacrilegii iuste pertulerunt. Vnde magis Aesopus est sequendus, qui hoc dicit, cum Iuppiter omnibus animalibus reges daret, & ranis, ni fallor, colendum breuissimum lignum dedisset: illæ questæ, & aspernatæ sunt eum, & tunc eis hydrum iratus dedit, qui uescitur ranis, quæ, ut ait poeta, ea nunc ueterem querelam: rana penulti. flectit.

RANCIDVS, penultima correpta. Horat. Ser. 2. Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus. Mantuan. Id uitium miseris subeunt, & ranci-

da

da fiunt. Iuuen. Sat. 6. Nam quid ran cidius, quàm quod se, non putat ulla. Pers. Sat. 1. Rancidulum quiddam balba de nare locutus. Lucr. 6. Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu. antepen. acu.

Raphanvs, pen. cor. Catul. Inde trahunt raphanique, mugilesque. antepenult. acu.

Rapa, penultima producta. Mart. 13. Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa. Horat. Ser. 2. Aegrum solicitat stomachum cum rapula plenus. Idem. Rapula, lactucę, radices, qualia, lassum. penult. flect.

Rapax, penultima correpta. Ouid. de Tristib. 1. Vtque rapax, stimulante fame, cupidusque cruoris. Idem 4. Vtque rapax pecudem, quæ se non texit ouili. Idem Fastor. 5. Arcades huc, ladoque rapax, & Menalas ignes. Sil. 10. In patria liceat non exhaurire rapacis. Lucan. 2. Crustumiumque rapax, & iunctus sapis Isauro. Vergili. Georg. 3. Carpere prata fuga, fluuiosque innare rapaces. Flacc. 5. Argolicus morbis, fatisque rapacibus Idmon. Lucret. 5. Aut ex imbribus assiduis exitse rapaces. Mantuan. Hauserat exactor latrone rapacior ibat. pen. acuit.

Rapidvs, penultima correpta. Ouidi. Oenone; Quæsierant rapido turba proterua pede. Idem Leander. Tum freta diffudit, rapidisque tumescere uentis. Idem Metamorphos. 2. Contigit, & rapidę fecit patientia flammæ. Idem. Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit. Idem. Vt uolucris nisi rapidissima mil uius exris. Vergili. Buccoli. Pars rapidum, & Scythiam Cretæ ueniemus Oaxem. Idem Geor. 1. Nec tenues pluuiæ, rapidiue potentia solis. Mant. Verberat arentes rapido sub sole maniplos. Lucan. 10. Sydera sunt cancro rapidos qua syrius ignes. Sil. 14. Ex illo feruens rapidus diuortia Nereus. Idem. Eripuit rapidus Mauors, ut cuique salutem. ante pen. acu.

Rapina, penult. prod. Luca. 3. Certamen mouistis opes, prohibetque rapina. Idem 1. Prædaque, & hostiles luxum suasere rapinæ. Stat. Syl. 2. Auferet & dulci turbabit cuncta rapina. Idem Thebaid. 10. Aut quos ingenti premat expectata rapina. Auso. At lepus in me omnis terræ pelagique rapina est. Ouidi. Paris. Et uisa est tanto digna rapina uiro. penultima flectit.

Rapio, penult. correpta. Ouid. Phedra: Thesides, Theseusque duas rapuere sorores. Idem Paris. Quod rapuit, laudo, miror quod reddidit unquam. Idem Metamorphos. 1. Tactaque, cumque suis rapiunt penetralia sacris. Idem. Maxima pars unda rapitur, quibus unda pepercit. Idem. Occuluit renuitque fugam, rapuitque pudorem. Idem 2. Ad de quod assidua rapitur uertigine cœlum. Idem. Incursant stellis, rapiuntque per auia currum. Mart. 1. Quem rapuit collo parua cupido tuo. Idem 8. Tam multi pariter ne rapiantur hylæ. Stat. Syl. 1. Fata darent, si Cyaneos raperere per æstus. Idem 5. Proni nus ad patrii raperis certamina plebes. Idem Thebaid. 8. Scinditur & furiæ rapuerunt licia parcis. Ouidi. Metamorphos. 14. Non tamen effugies, uento rapiare licebit. Vergil. Georg. 1. Ast illum in pręceps prorapit alueus amni. Idem Opusc. Vita fuit, uita rapior per inania uentis. Stat. Achill. 2. Irrita uentosæ rapiebant uerba procellæ. Lucan. 1. Vix nuribus rapuere mares fœcunda uirorum. Cicero in Catil. Quo te ista tua cupiditas effrenata rapiebat. Idem de Leg. Opinionibus uulgi rapimur in errorem. antepenultima acuit.

Rapon, pen. cor. Verg. Aenei. 10. Partheniumque rapo, & prędurum uiribus Orsen. Ait Seruios. Rapon dicitur, sicut Tarchon, sed metri causa detraxit n, ut possit synalepha fieri, sicut supa, haud procul huic Tarchon. penultima acuit.

Rapto, penultima producta. Flacc. 3. Sparsit, aut tantis aciem raptauerit umbris. Verg. Aen. 1. Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Cicero pro

pro Dom. Vxor mea,quam uexauistis, raptauistis. Idem Tuscu. Quadriiugo curru raptari. pen. acu.

RARESCO, penul. prod. Vergil. Aeneid. 3. Ventus & angusti rarescent claustra pelori. Stat. Syl. 4. Ardua iam densę rarescunt Mœnia Romæ. Claudi. Squallor, & æternam patitur rarescere nocte. penul. acuit.

RARVS, pen. prod. Ouid. Metamorpho. 1. Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est. Vergili. Buccoli. Syluestris raris sparsis labrusca racemis. Idem Geor. 2. Rara sit an supra morem si densa requiras. Stat. Syl. 1. Grande quidem, rarumque uiris, quas ipse probaui. Ouid. de Pont. 3. Rara nec hic felix in apertis eminet aruis. penultima flectit.

RASVS, penul. produ. Ouidi. Metamor. 2. Terraque rasa sonat squammis quique halitus exit. Martial. 8. An magis astuti de rasa est ungue ministri: Idem 14. Vellera lingonicis accipe rasa sagis. Ouid. de Pont. 2. Vtque meus lima rasus liber esset amici. Iuuen. Sat. 2. Cęrulea indutus scatulata aut Galbana rasa. Pers. Sat. 1. Fures, ait Pedio, Pedius quid? crimina rasis. penul. flect.

RASILIS, penul. cor. Ouidi. Metamor. 8. Rasilis huic summam mordebat fibula uestem. Idem Herod. Rasilibus calathis imposuisse manum. Stat. Theb. 8. Carbaseique sinus, & fibula rasilis auro. antepe. acu.

RATES, pen. cor. Ouidi. Phyll. Nec uehit Acteas Sythonis unda rates. Idem Phedra. Cærula cæratas accipit unda rates. Idem Metamorpho. 1. Cum consorte tori parua rate uectus adhæsit, Idē de Pont. 4. Et freta ueliuolas non habitura rates. Martia. 1. Nec te decipiat ratibus naualis Enyo. Vergil. Bucc. Quæ tentare Thetim ratibus, quæ cingere muris. Sil. 14. Duxissetque ratem pressa Laronius hasta. Stat. Syl. 1. Si maleæ credenda ratis, Siculosque per æstus. penulti. acu.

RATIO, penul. cor. Martia. 1. Hac ratione potest nemo non esse disertus. Iuue. Sat. 1. Si uacat, & placidi rationem admittitis, edam. Stat. Thebaid. 3. Sera quies nobis dolor haud rationis egebit. Lucret. 2. Hoc ex ipsis cœli rationibus ausim. antepe. acu.

RATVS, penul. cor. Ouidi. de Tristib. 2. Quas ratus es uetito solicitare toros. Ouid. Paris. Quæ sit, nec te frustra promiserit, opto. Stat. Sylu. 4. Annuerint fines rata numina miseris astris. Lucan. 2. Tentandasque ratus moturi militis iras. pen. acu.

RAVCVS, penul. prod. Oui. de Pont. 3. Aequoreas rauco gutture potet aquas. Iuuen. Sat. 11. Nec pugillares differt in balnea raucus. Idem 1. Vexatus toties rauci Theseide Codri. Verg. Geor. 1. Elicit illa cadens raucum per leuia murmur. Luca. 1. Non pia concinuit cum rauco classica cornu. Catul. Multaque raucisonos afflabant cornua bombos. antepe. acu. raucus pen.

RAVENNA, penult. prod. Claud. Dixit & antiquæ moris aggressa Rauennæ. Vergil. Opusc. Quos Faustine dies, quales tibi Roma Rauennam. Mant. Additur his rostrata rates quæ multa Rauenna. Marti. 3. Cùm peteret patriæ misitius arua Rauennæ. Idem 5. Fit cisterna mihi, quàm uinea malo Rauennæ. Idem. Callidus imposuit nuper mihi caupo Rauennę. pen. acu.

RAVOLA, penul. cor. Iuu. Sat. 9. Rauola dū Rhodopes uda terit inguina barba. antepen. acu.

REATVS, penultima prod. Marti. 2. Sedet iniqua tibi tristem fortuna reatum. penult. flect.

REBOO, pen. cor. Flac. 3. Cerua gregem tum gestit aper, reboatq; superbis. Ver. Geor. 3. Cum gemitu, reboant, syluæque, & magnus olympus. Ait Seruius. Est enim uerbum Græcum. Vide Inchoo. antepe. acu.

REBELLIS, penultima prod. Ouid. Metamorpho. 15. Victrices egisse rates, Numidasque rebelles. Verg. Aene. 6. Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellem. Idem 12. Cedet Iulus agris, nec post arma ulla rebelles. Ait Seruius. Homo rebellis dicitur. res ipsa rebellio. Mantuan. Missus ut exposuit populi mandata

mandata rebellis. penultima acuit.

Recaleo, pe. cor. Stat. Theb. 4. Apparet & longè recalet furor hoc mihi sæuum. antepe. acu.

Recalfacio, pen. cor. Ouid. Met. 8. Cæde recalfecit consorti sanguine telũ. antepen. acu.

Recedo, pen. prod. Vergi. Aeneid. 12. Aduerso proterret equo, ruit ille recedens. Hora. Ser. 1. Sese ferre senes ut in otia tuta recedant. Vergil. Aeneid. 3. Prouehimur portu, terręque, urbesque recedunt. Cicero in Anton. Antonius recedat a Mutina. Idem Atti. Si a sententiis eius doctis recedant. Idem pro Cecin. Vt longius a uerbo recedamus. penul. flect.

Recens, penul. cor. Oui. Helena. Flamma recens parua sparsa resedit aqua. Idem Metamorpho. 1. Ingemit, & facto non dum uulgata recenti. Idem 15. Surgit Almeonides, taciraque recentia mente. Idem de Pont. 3. Illa recens pota est, nostra tepebit aqua. Iuue. Sat. 3. Atque recens limum ostendit nõ una cicatrix. Luca. 3. Dum dolor est, ictusque recens, & mobile Neruis. Idem 10. Aduectumque recens uicinæ messis amomum. Horat. Epist. 1. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem. pe. acuit.

Receptus, penul. prod. Ouid. Metam. 1. In mare perueniunt, partim campoque recepta. Idem. Et quanuis sopor est oculorum parte receptus. Idem de Tri. 1. Cum tamen in nostrum fueris penetrale receptum. Sil. 14. Hic Arethusa suo piscoso fonte receptat.

Recessus, penul. prod. Claud. Coniugium stygiosque, uel pro sola recessus. Ouid. Met. 3. Cuius in extremo est antrum nemorale recessu. Idem 1. Contigit, & cecinit iussos inflata recessus. penulti. acu.

Recidivus, penul. prod. Verg. Aene. 4. Et recidiua manu posuissem pergama uictis. Idem 7. Funestæque iterum recidiua in pergama tedæ. Idem 10. Dũ Latium Teucri, recidiuaque pergama quærunt. Ait Seruius. Tractus autem sermo est ab arboribus, quę aliis sectis, repullulant. ergo illud solùm recidiuũ dicimus, quod postea renascitur. penul. flectit.

Recido, a cædo, penul. prod. Oui. Metamorphos. 1. Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Marti. 1. Quàm primùm longas, Phœbe recide comas. Hora. de Art. Transuerso calamo signũ ambitiosa recidet. Verg. Georg. 4. Aut suffire thymo cærasque recidere inanes. Luca. 2. Victor ab ignota uultus cerui ce recisos. Hora. Ser. 1. Falce recisurum simili te si tibi regnum. Stat. Theb. 8. Truncus honor plaustri, nec idem nitet igne reciso. penul. flect. Ouid. Metam. 10. Recidit in solidam longo post tempore terram. a cado fit, alia reddidit. Lucr. 6. Recidere assidue, quoniam flue re omnia constat. antepen. acu. Cicero plo Syl. Cito illa omnia ex lætitia ad luctum reciderunt. Idem pro Sest. Multo mihi præstat in eandem illam recide re fortunam. Idem de Pro. Ab eodem partim recisæ. pen. flect.

Recino, pen. cor. Verg. Opusc. Et recinente lyra fautor, siue educat illum. Horati. Epist. 1. Perdocet, hæc recinunt iuuenes dictata, senesque. Cicero de Cl. In uocibus nostrorum oratorum recinit quidam. Mantuan. Vrbs recina in campis olim stetit, arma Gothorum. Idem. Hic recinatis agri templum memorabile magnę. antepe. acu.

Recipio, penul. cor. Luca. 5. Quas recipit salpina palus, & subdita Sypus. Idem 10. Quam nox æstiuas a sede receperit horas. Verg. Aeneid. 6. Eripui his humeris, medioque ex hoste recepi. Cicero Att. A te heri duas epistolas recepi. Idem pro Arch. Luculli eum domum suam receperunt. Idem pro Fla. Asia illum suis urbibus recipiebat. ante penul. acuit.

Recipolis, pen. cor. Lucan. 5. Deiotarum, & gelidę dominiũ recipolin oræ. antepen. acu.

Reciprocus, penult. corre. Mantuan. Sic contriti hostes traxere reciproca tãdem. Sil. 3. Fertque, refertque fretrum, sequitur reciproca Thetis. antepenulti. acuit.

Recito

RECITO, penul. cor. Hor. de Art. Indoctum, doctumque fugat, recitabor acerbus. Idem. Quintilio si quid recitares, corrige sodes. Iuuen. Sat. 7. Succensus recites, maculonus commodat ædes. Mart. 2. Protinus aut Marsi recitas, aut scripta Catulli. Auson. Tu recita, & uere poterunt tua dicta uideri. Oui. Cydippe. Nec mihi credideris, recitetur formula pacti. Idem de Trist. 3. Nullus in hac terra recitem si carmina, cuius. Martial. 1. Vt recitem tibi nostra rogas epigrammata, nolo. Idem. Quem recitas, meus est, o Fidentine, libellus. Idem 14. Si recitaturus dedero tibi for te libellum. Idem 11. Plus ego polliceor nil recitabo tibi. Cicero in Anton. Dum eas literas recito, quæso attendite. Idem in Salu. Si illud eulogium pro lege palam uniuersis recitarem. Idem pro Cec. Testamento si recitatus hæres esset pupillus. recito antepenul. acuit.

RECLAMO, penul. prod. Hor. Episto. 1. Quære peregrinum uicinia rauca reclamat. penultima flect. Cicero pro Cor. Vna uoce omnes iudices, ne iuraret, reclamarunt.

RECLINO, penult. prod. Verg. Aeneid. 12. Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant. Cicero in Arat. At cepheus caput, atque humeros, palmasque reclinat. pen. flect.

RECLIVIS, penulti. prod. Ouid. Metamorphos. 10. Inque sinu iuuenis posita ceruice reclinis. Stat. Syl. 1. Tunc ipsam solo reclinem affata cubili. Idem. Inuidere utro iam dudum poste reclinis. penulti. flect.

RECLVDO, penul. prod. Ouid. Fasto. 1. At cur pace lates, motisque recluderis armis. Verg. Georg. 2. Iam latis tellus cum dente recluditur unco. Idem. Ingredior sanctos usus recludere fontes. Proper. 1. Sic ego tam sancti custode recludis amoris. Stat. Syl. 5. Omnia qui que aquilas tibi nunc & castra recludit. penul. flect.

RECOLO, penul. cor. Stat. Sylu. 2. Tunc ego teque diu recolam, dominamque benigne. Ouidi. Paris. Hoc mihi, nam recolo, fore, ut a cæleste sagitta. Flac. 2. Sta. Syl. 2. Qui recolant, qui sceptra gerant tunc triste nefandę. Cicero in Anton. Quæ si tecum ipse recolis. Idem de Ora. Inter nosque recolendas. antepenult. acu.

RECONDO, penult. prod. Ouid. Metam. 1. Quasque recondiderat, stygiisque admouerat umbris. penulti. acuit. Idem. Inachus unus abest, imoque reconditus antro. Idem 3. Surgit ab his solio, fulua que recondita nube. antepenultima acuit. Cicero de In. Gladium in uaginam recondidit. Idem in C. Tanquam in uagina reconditum.

RECORDOR, penul. prod. Oui. de Pont. 2. Seria multa mihi tecum collata recordor. Idem de Trist. 4. Dum uice mutata qui sim, fuerimque, recordor. Verg. Aeneid. 3. Maximus unde pater, si ritè audita recordor. Horat. Epist. 2. Quo circa mecum loquor, hæc tacitusque recordor. penulti. acuit. Cicero Atti. Recordor tua consilia. Idem pro Planc. Quoniam istis uestris lacrymis de illis recordor. Idem pro Syl. Si recordari uolueritis de nouis hominibus. Idem de Fin. Velim scire, & quid de te recordere. Idem pro Plan. Huius meriti in me recordor.

RECREO, penultima corre. Horat. Ser. 1. Seu recreare uolet tenuatū corpus ubique. Idem 2. Tostis marcentem, squillis recreabis, & infra. Ouid. Phyl. Luna quater latuit, toto quater orbe recreuit. Lucre. 6. Et recreauerunt uitam, legesque rogarunt. Idem 5. Corpora retribuat rebus, recreetque fluentes. Cicero in Catil. Tum ille cum uix se ex magno timore recreasset. Idem Atti. Ego recreui afflictos animos bonorum. antepe. acu.

RECVBO, penul. cor. Verg. Buccol. Tytire tu patulę recubans sub tegmine fagi. Lucan. 3. Et lustris recubare feræ, nec uentus in illas. Stat. Theba. 3. Aequor & imbelli recubant ubi littora somno. Idem Syl. 1. Plaudit aquas, illa recubat Tyberinus in umbra. Iuue. Sat. 3. Cantarus & recubans sub eodem marmore Chyron. Mantu. Præbuit, & recubans illis

illis Iacobus in oris. Cicero de Or. Vbi etiam recubans molliter, ac delicatè nos auocat a rostris. antepe. acu.

Recvmbo, pen. prod. Ouid. de Trist. 2. In proclinatas omne recumbit onus. pe nult. acuit.

Recvrro, pen. prod. Verg. Aen. 4. Multa uiri uirtus animo, multusque recursat. penul. acu.

Recvrvatvs, pen. prod. Ouid. Met. 2. Quique recuruatis ludit Mæander in undis. pen. flect.

Recvso, penul. prod. Ouid. Met. 1. Pyrra prior, iussisque deę parere recusat. Vergili. Aeneid. 12. Ignaui Aeneadæ nec quæ pepigere recusent. Idem 10. Frãgere nec tali puppim statione recuso. Martial. 6. Sæpe recusantes Parthos duxisse triumphos. Stat. Sylu. 1. Delitias mirata suos, & abire recusas. Flac. 9. Sola recusasti lectum temerare iugalem. Cicero de Ora. Nihil tibi a me postulanti recusabo. Idem Atti. Nihil de pœna recusabo. pen. flect.

Recvtitvs, penult. produ. Pers. Sati. 5. Labra moues tacitus, recutitaque sabbata palles. Martial. 7. Nec recutitorum fugis inguina Iudęorum. pen. flectit.

Reddo, penultima produ. Ouid. Metamorpho. 1. Nilus & antiquo sua flumina reddidit alueo. Idem. Reddidit antiquas partim noua monstra creauit. Stat. Syl. 2. Reddideras, at nunc æterna silentia Lethes. Idem Fasto. 1. Redditaque est omnis populo prouincia nostro. Idem Metamorpho. 1. Redditus orbis erat quem post quàm uidit apertum. antepenultima acuit. Reddo penultima acuit. Cicero in Var. Quod quidem ego tibi reddo tuum. Idem de Clar. Ea sine scripto uerbis eisdem reddebat. Idem de Or. Cùm ea, quæ legerem Græcè, Latinè redderem.

Redeo, penulti. cor. Ouid. Briseis. Laerteque satus, per quos comitata redirê. Idem Laodomia. Quò ruitis? uestras quisque redire domos. Idem Cydippe. His randè aduerso redierunt carbasa uento. Idem Metamorpho. 1. Iusserat, hi redeunt, ac fontibus ora relaxant. Idé. Contrahitur rictus, redeunt, humerique, manusque. Idem 3. Forma prior rediit, genitiuaque uenit imagno. Idem Fastor. 1. Cum tepido uestrum uerè redibit opus. Idem 3. Vt rediit animus da certa piamina, dixit. Idem de Trist. 2. Et redit in tumidas naufraga puppis aquas. Martia. 1. Parcite dum propero, mergite, dum redeo. Idem. Sed tamen his rediit cognitus ante furor. Vergili. Buccol. Iam redit & uirgo, redeunt Saturnia regna. Stat. Sylu. 1. Ire, redire gradu iam nusquàm ianitor, aut lex. Idem Theb. 6. Iam ceruix conuersa, & iam latus, omne redibat. Idem 8. Agmina, cuique suæ rediere in pectora curæ. Mantuan. Echasis ad sancti festum redeamus Hylari. Stat. Syl. 2. Sperauit tardi reditus eumeus Vlyssi. Lucr. 6. Certantes lacrymis lassi, luctuque redibant. Mantuan. Eridanum uectus nunquàm in sua regna rediuit. antepenulti. acu. Flac. 1. Sed non Iphitus Argo reditura lacertis. Horat. Ser. 1. Quò rediturus erat, non acersitus & hæret. Marti. 2. Quattuor hæc sunt, non rediturus eam. Ouidi. Helena. Quamprimùm dixti, fac rediturus eas. pen. flect. Cicero Att. Ad quos dies rediturus sim, scribam ad te. Idem pro Quint. Statim in Romam rediit. Idem pro S. R. Hæc bona in tabulas publicas nullas redierunt. Idem de In. Ita in memoriam redibit auditor.

Redigo, penul. cor. Hor. Ser. 1. Quod si comminuas, uilem redigatur ad assem. Ouid. Metamor. 1. Congeriem secuit, sectamque in membra redegit. Idem 6. Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum. Idem Fasto. 3. Et redigunt actos in sua iura boues. Idem 4. Filia pastua duas redigebat monte capellas. Cicero Offi. C. Marius Iugurtham redegit in suam potestatem. Idem pro Cluen. Cæsar equites in suam potestatem redegit. antepenulti. acuit.

Redimo, penultima correpta. Ouidius Briseis. Si tibi ad Atrida pretio redimenda fuissem. Idem. Illa bene errauit, uitiumque autore redemit. Idem Fastor.

Fastor. 5. Is inquit, redimo meque meosque fabis. Martial. 1. Nolo uirum, facili redimit, qui sanguine famam. Idem 6. Et redimunt soli carmina docta coci. Sta. Sylu. 1. Et uitreum teneris crinem redimite corymbis. Vergi. Opusc. Dum sese pretio redimant, uerumque professæ. Idem Aeneid. 10. Infula cui sacra redimebat tempora uitta. Iuuenal. Sat. 9. Signabat tota uix hæc ego nocte redemi. Mantuan. Vellere & uberibus se redimebat ouis. Cicero ad Her. Re uilissima, & parua maximam redemit. Idem pro Mil. Qui pecunia se palam iudicibus redemerat. antepenul. acuit.

REDIMITVS, penul. prod. Stat. Sylu. 1. Atque hederis redimita cohors, ut pollet ouanti. Ouid. Fastor. 1. Frondibus Actiacis comptos redimita capillos. Idē 3. Sæpe potes uoti frontem redimita coronis. Idem 5. Tunc sic neglectos hedera redimita capillos. Idem. Interea placidam redimita papauere frontem. Idē Metam. 14. Ille etiam picta redimitus tempora mitra. Martia. 8. Hic lauro redimita comas, & candida uultu. Vergi. Aen. 3. Vittis & sacra redimitus tempora lauro. pen. flect.

REDIMICVLVM, penul. cor. Iuue. Sat. 2. Paulatim qui longa domi redimicula sumunt. Ouid. Fastor. 4. Aurea marmoreo redimicula demite collo. antepenul. acuit.

REDINESCO, penul. prod. Lucr. 2. Aere redinescit tellus sub uterque uirum ni. Ver. Geo. 2. Aere rediuenti tellus, nec dum horrida miscent. pen. acu.

REDITVS, pen. cor. Ouid. Phyllis. Vela queror reditu, uerba carere fide. Idem Briseis. Si tibi, redituſque placent, patriique penates. Idem de Pont. 2. Et reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit. Flac. 7. Teque pudor cassi reditus mouet, ac latet una. Iuu. Sat. 12. Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaque passi. Horati. Episto. 1. Non erit emisso reditus tibi quid miset egi. antepenul. acu.

REDIVIVVS, penul. prod. Claud. Gens rediuiua Phygum Cadmeæ styrpis alūnos. Iuuen. Sat. 6. Ac ueluti exhausto rediuiuus pullulet arca. Catull. Crura ponticuli sub his totus irrediuiuus. Mantuan. Tradidimus Christo, quia tunc rediuiuus ab orco. Idem. Christus enim dedit illi rediuiuus honorē. Verg. Aen. 4. Et rediuiua manu posuisſem pergama uictis. pen. flect.

REDOLEO, penul. cor. Marti. 11. Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum. Sta. Sylu. 2. Osculaque impliciti uernos redolentia flores. Verg. Georg. 4. Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella. Iuuenal. Sati. 4. Quantum uix redolent duo funera, sæuior illo. Cicero pro Sest. Et multa eius sermonis indicia redolerent. Idem pro Cæl. Nihil igitur illa uicinitas redolet. antepen. acu.

REDVCES, penult. cor. Ouid. Fastor. 2. Sint tantùm reduces, sed enim temerarius ille. Idem 6. Sic reduces bene posſe regi, ne forte notentur. Idem de Pon. 2. Quid reduci tribuas, nil puto maius habes. Stat. Syl. 4. Aequore qui multo reducem consumpsit Vlyſſem. Martial. 8. Omnis & ad reducem dum litat ora Iouem. Vergil. Aeneid. 3. Accipiet reduces, antiquam exquirite matrem. Idem 5. Gratatur reduces, & gaza lætus agresti. Idem 1. Nanque tibi reduces socios, claſſemque relatam. Stat. Syl. 4. Lux animo, atque aliis Decii, teducesque Camilli. antepe. acu.

REDVCO, penul. prod. Ouidi. Phyl. At tu lentus habes, nec te iurata reducunt. Claud. Et pœnæ mutare genus prosenua reducat. Vergil. Georg. 1. Aut tedit a nobis aurora diemque reducit. Idē Aeneid. 1. Omnia ni repetant argis, numenque reducant. Ouid. Metamorph. 13. Te tamen aggredior, mecumque reducere nitar. Cicero pro Quint. Curat, ut seruus domum reducatur ad Quintum. Idem pro Clu. Reges ab aliquo in gratiam reductos esse. Idem Att. Philoxenus reduci in carcerem maluit. penulti. flect.

REFELLO, penul. produ. Ouid. Metam. 1. Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli. Verg. Aeneid. 12. Et solus ferro crimen

men commune refellam. Cicero de Or. Ea Menedemus exemplis magis quàm argumentis conabatur refellere. Idem. Vt id, quod contra diceretur, refellere possemus. pen. acu.

REFERO, penul. corr. Oui. Medea. Quid referam Peliæ natas pietate nocentes. Idem Cydippe. Ille secundus erat, qui me referebat euntem. Idem Metamor. 1. Dicta refers, alto tantùm suspiria du cis. Idem. Talia uerba refert tibi nubere nympha uolentis. Idem 2. Vnde pedes referens penè est oblita pharetra. Idem. Acta deæ refero pro quo mihi gratia talis. Idem Fastor. 3. Nec refer, aspexi, non illo corpore digna. Idem. Nec referam Semelem ad quam nisi flumina secum. Idem de Trist. 1. His mando, dicas inter mutata referri. Idem de Pont. 2. O referent grates, quoniam nō possumus ipsi. Verg. Buccol. Caucaseasque refert uolucres, furtumque Promethei. Horat. Ser. 1. Ad porri, & ciceris refero, Laganique catinum. Stat. Sylu. 1. Vngula sedet equi, referetque arcana pudico. Ait Aldus, re in compositione corripi excipitur refert, cùm distare, aut interesse significat. Iuuen. Sat. 1. Quid referr, dictis ignoscat Mutius, an non? Vergil. Georg. 2. Est numerus, neque enim numero comprehendere refert. Stat. Syl. 1. Nec refert uultu non asper nata rogari. quod Antonius Nebriss. per duplex ff, scribendum præcipit, ut primam positione producat. Despauterius ait, refert a res compositum produci; alioqui corripitur: nec unquam duplici ff, scribatur contra Georgium Vallam: quia melius opinantur a nomine res, & uerbo fert, quando regit genitiuum, & ablatiuos pronominum fœmineo genere: ita de eius præterito iudicandum est. quod Antonius Nebriss. duplici tt, scribendum iubet. quod est a refero, cùm longum reperiatur. Hora. Episto. 2. Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Proper. Rettulit, & querulo iurgia nostra sono. Ouid. Penel. Rettulit & ferro Rhesumque Dolonaque cæsos. Idem. Rettulerat nato Nestor, at ille mihi. Idem Metamorph. 3. Rettulit illa nihil, nisi tibi copia nostri quod ubi per simplex t, productum legatur, alterum t, est intelligendum, quò producatur: cùm breuiatur simplici r, scribendum esse. hæc Antonius Nebriss. Claudi. retulimus, nostrum iam sensit Honorius arcum. ita fit de supino. Lucan. 9. Id rursum cœli relatum in templa receptant. Ouidi. Metamor. 15. Esse fidem, digitis ad frontem sæpe relatis. penult. flect. refero antepenult. acuit.

REFICIO, penul. cor. Stat. Sylu. 3. Baccus & aurato reficit sua cornua limo. Vergili. Georg. 4. Semper enim refice, ac ne post amissa requiras. Idem. Temperat & saltus reficit iam roscida Luna. Idem Aeneid. 10. Quærimus, hanc genitrix faciem miserata refeci. Idem 11. Nomine quenque uocans, reficitq; in prælia, pulsas. Ouid. Fastor. 3. Postera cùm tenebras aurora refecerat herbas. Flacc. 2. Quæ delapsa polo reficit mare tantus orion. antepenult. acuit. Cicero pro Mur. Nil est, iam nos reficiamus. Idem pro Planc. Conspectus, consessusque uester reficit & recreat mentem meam. Idem Opt. Demosthenes muros refecit pecunia sua.

REFIGO, penul. produ. Vergili. Georgi. 4. Sufficiunt, aulasque, & cærea regna refigunt. Cicero in Anton. Acta Antonii rescidistis, leges refixistis. Idem. Quas uos decretis uestris refixistis. penult. flectit.

REFLVVS, pen. cor. Stat. Theb. 7. Et fulco peteona domant; refluuntque meatu. autepe. acu.

REFORMATVS, pen. prod. Oui. Met. 9. Ora reformatus primos Iolaus in annos. penul. flect.

REFORMIDO, penulti. produ. Ouidi. de Pont. 1. Membra reformidant mollem quoque saucia tactum. Cice. pro Cæl. Huius amicitiæ crimen non reformido. Idem in Anto. Refugit animus, eaque reformidat dicere. pen. flect.

REFRAENO, penult. prod. Ouid. Hipsiphi. Illa refrænat aquas, obliquaque flumina sistit. Cic. Parad. Refrænat prius libidines. Idem in Anton. Brutus Antonium

tonium inuadentem a reditu refrænabit. penul. acu.

REFRIGERIVM, penul. cor. Mant. Dulce refrigerium pani spes unica matri an tepenul. acu.

REFVGIO, penul. corr. Ouidi. Hyperm. Castaque mandatum dextra refugit opus. Idem Metamorpho. 1. Oscula dat ligno, refugit tamen oscula lignum. Idē 14. Intus & accessus prohibet, refugitque uiriles. Idem 9. Corpora fixa gerat factique refugeret autor. Verg. Aenei. 3. Dixit, & in syluam pennis ablata refugit. Stat. Thebai. 2. Bistonas aut refugo pellentes sole Gelonos. Cicero Atti. Ab instituta nostra paucorum die rum consuetudine longè refugit. Idem. Refugio a te admonendo. Idem pro Deio. Refugit ad legatos. antepenulti. acuit.

REFVTO, penul. prod. Vergil. Aenei. 12. Italia, ad mortem site, fors dicta refutet. Lucre. 2. Obliquos uideamus, & id res uera refutet. Idem. Principiis constare, neque id manifesta refutant. Cicero de Ora. Quos tum ut pueri refutare domesticis testibus solebamus. Idē. Libidinem tuam libertas mea refutabit. penul. flect.

REFVSVS, penultima prod. Verg. Geor. 2. Iulia qua ponto longè sonat unda refuso. Idem Aeneid. 1. Stagna refusa uadis grauiter commotus, & alto. penult. flect.

REGALIS, penul. prod. Ouid. Phedra. Victa precor, genibusque tuis regalia tendo. Idem Medea. Indue regales Laodomia sinus. Idem Metamorpho. 1. Regalemque domum dextra, leuaque Deorum. Idem 2. Armentum regale uides, ad littora uerte. Verg. Aeneid. 4. Sublimesque domus fieri regalis honoris. Idē 1. Regales inter mensas, laticemque Lyæum. penul. flect. Mantua. Brachia sedebunt regi regaliter omnes. Idem. Ore Sagunthino alacri, & regaliter alto. Ouid. Metamorpho. 2. Excusat preeibus minas regulariter addit. antepenulti. acuit.

REGIFICVS, penul. corr. Verg. Aeneid. 6. Regifico luxu furiarū maxima iuxta. Claudi. Atria regifico iussit splendere paratu. Flac. 2. Regifico, centumque patres primæua ministri. Idem. Regifico hospitii producens iura paratu. antepenult. acuit.

REGIMEN, penul. corr. Iuuena. Sat. 16. Omne tenet cuius regimen pater ego coranum. Auson. Aggreditur regimen uiridi Troianus in æuo. Ouidi. Metamorphos. 3. Addidici regimen dextra moderate carinæ. Lucre. 3. In quo consilium uitæ, regimenque locatum est. antepenult. acu.

REGINA, penul. prod. Horat. Episto. 1. Et genus, & formam regina pecunia donat. Claud. Reginæ regina feras, dic talia nunquam. Verg. Aeneid. 1. Quidue dolens regina Deum tot uoluere casus. Idem 2. Infandum regina iubes renouare dolorē. Idem 4. At regina graui iam dudum saucia cura. Stat. Syl. 2. Appia longarum teritur regina uiarum. penultima flect.

REGIO, penul. cor. Ouidi. Sappho. Illic te inuenio, quanquàm regionibus absis. Idem Metamorphos. 1. Neu regio foret ulla suis animalibus orba. Idem 2. Ignotæ regionis eunt, quaque impetus egit. Idem de Trist. 3. Siue mei causa est in regione mali. Idem 1. Supplicii pars est in regione moti. Idem de Pon. 2. Redde uicem, & quoniam regio felicior ista est. Vergil. Georg. 3. Tempore nō alio dicunt regionibus illis. Clau. Ad facinus uelox penitus regione remotas. Mant. Quod transire nefas quoties regionibus illis. antepe. acu.

REGIVS, penul. corr. Ouidi. Penel. Hic steterat Priami regia cella senis. Idem Meta. 2. Regia solis erat sublimibus alta columnis. Idem Fastor. 2. Interea iuuenis furiales regius ignes. Idem de Pont. 2. Regia progenies cui nobilitatis origo. Lucan. 1. Astra petes, serus prælati regia cœli. Stat. Sylu. 1. Illinc belligeri sublimis regia Pauli. Idem 4. Regia Sidoniæ conuiua laudat Elisæ. Idem Aeneid. 8. Regia, & umbrose penitus patuere cauernæ. antepenul. acuit.

REGNATOR, pen. prod. Verg. Aene. 10. Haud

Haud tamen inter se magni regnator olympi. Idem 8. Corniger Hesperidū fluuius regnator aquarum. Idem 3. Regnatorē Asiæ, iacet ingens littore truncus. Idem 4. Regnator cœlum, & terras, qui numine torquet. Idem 3. Thraces erant acri quondam regnata Lycurgo. Ait Seruius. Participium est sine uerbi origine. Sil. 4. Regnatam duro quondam Lestrigone terram. Stat. Syl. 4. Regnator lætis numen uenerabile mensis. Mart. 14. Cura te precium Danae regnator olympi. pen. flect.

**Rego**, penultima correpta. Ouidius Phyll. Nomine fœmineo uix satis apta regi. Idem. Hermiones. Tantalides omnes, ipsumque regebat Achillem. Idem Metamorphos. 1. Cùm sua quisque regat diuerso flamina tractu. Idem 2. Nam Ligurum populos & magnas rexerat urbes. Idem. Non meruisse necem, qui non bene rexerat illos. Vergil. Buc. Pacatumque reget patriis uirtutibus orbem. Luca. 1. Ille reget currus non dum patientibus annis. Hor. de Art. Et regat iratos, & amet peccare timentes. Stat. Theb. 1. Qui regitis, tuque umbrifero styx liuida fundo. pen. acu. Cicero Quin. Fr. Seruos cum omnibus in locis, tum præcipuè in prouinciis regere debemus. Idem Off. Qui rempub. regunt.

**Regula**, penultima correpta. Iuuenal. Sat. 7. Vt præceptori uerborum regula constet. Claudius. Noster erit semper pallebit regula boci. Martial. 11. Et personati fastus, & regula morum. Mantuan. Noctes atque dies aderam cùm regulus astu. Sil. 2. Regulus & fidei dat magna exempla Sagunthо. antepenult. acu.

**Regusto**, pen. pro. Pers. Sat. 5. Vare regustatum digito terebrare salinum. penult. flect.

**Reiicio**, penultima correpta, a re, & iacio, ut alia fiunt composita, teste Fabio Inst. 1. cap. de literis, coniicit est ab illo iacit eo in uerbo, aliisque i duplex efficitur quasi per epenthesin adiectione i, ut syllaba longa fiat, quæ simplex suapte natura breuis est. Vbi uerò corripitur, i consona abiicitur, non uocalis a in uerbo iacio, quæ in composito mutatur in i breuem ex præcepto Scaligeri: nam si remanet i consona, tum in abicio, subicio prima syllaba esset longa positione, quod nequit, quæ breuis est uocale sequenti ex quantitatis regula, ut hæc apud poetas prima breui passim leguntur. Stat. Thebaid. 10. Pectoraque immissis obicit sumantia mutis. Idem Achill. 1. Fata uidere prior subicit gauisus Vlysses. Sil. 13. Iungere tum fata & subici iubet ocius ignes. Lucan. 7. Ipse manu subicit gladios, ac tela ministrat. Idem 8. Crine iacet, subicitque facem complexa maritum. Vbi uerò producit i, duplici fit positione. Horatius Epistol. 1. Abiicito potius quàm quo perferre iuberis. Stat. Achill. 1. Abiicit, exemptamque auidis circum ligat ulnis. Vergili. Aeneid. 9. Traiicit uerbis uirtutem illide superbis. Vt sit, abiicio, uel abicio, adiicio, uel adicio, obiicio, uel obicio, subiicio, uel subicio, reiicio, uel reicio. Ouidi. Metamorphos. 2. Reiicere ex humeris uestem molibar, at illa. Idem de Tristibus 1. Non putet è gremio reiiciatque suo. Stat. Thebaid. 4. Tela manu, reicitque canes in uulnus hiantes. Vergilius Buccol. Tityre pascentes a flumine reice capellas. Ait Seruius, Est solutio dactyli in proceleusmaticum abiectione alterius i, consonantis. Ait Antonius Nebrissen. aliter inquit in reice capellas ei per synæresin conficitur rei syllaba longa, unde, reiceca, dactilus fit, ùt in abiete, ariete, pariete: quoniam i & e uocales in unam syllabam longam coalescunt, attamen usus assentitur Seruii proceleusmatico, qui cum dactylo temporibus conuenit. Cicero pro S. R. Aliquid a se reiicere, & aspernari. Idem de Or. Cùm aliquid a te ipso reiicias. Idem Tusc. Refutetur, ac reiiciatur dolor. Idem Top. sed a libris te obscuritas reiecit. antepen. acu.

**Relabor**, pen. pro. Sil. 3. Mox remeat gurges, tractoque relabitur æstu. Hor.

Epist.1. Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor. pen. flect.

RELEVO, pen. cor. Stat. Syl. 3. Et releuare trabes illis immergere curæ. Ouidi. Fastor. 3. Et releuant multo pectora sicca mero. antepenultima acuit. Ouidi. de Pont. 4. Ipse quoque, & chartæ titulum de fronte releuas. penulti acu. seu flectit. apud Græcos quidem diphthongus natura est longa. Cicero de Diu. Vt animus molestiis potissimum releuaretur. Idem pro Flac. Huius mors te ex aliqua parte releuauit.

RELAXO, pen pro. Oui. Met. 1. Insserat, hi redeunt, ac fontibus ora relaxãt. Vergil. Geor. 1. Seu plures calor ille uias, & cæca relaxat. Cicero de Or. Risus tristitiam mitigat, & relaxat. Idẽ de Clar. relaxa modo paulùm animũ. Idem Att. Si te occupatione relaxâris.

RELEGO, pen. pro. Claud. Aethera deseruit, Siculasque relegat in oras. Verg. Geor. 3. Atque ideo tauros procul, atque in sola relegat. Catul. Vt Triuiam furtim sub lamia saxa relegas. Hor. Ser. 1. Ambitione relegata te dicere possum. Oui. de Tist. 1. Chara relegati quæ pô tes ora uides. Idem de Pont. 4. Sexta relegatum bruma sub axe uidet. pen. flectit. Matt. 11. Ipse tuos nobis relegas licet usque gigantes. a lego legis. antepenult. acui. Cicero pro Sest. Eum in concione lege relegauit. Idem pro S. R. Pater hunc in prædia rustica relegaret. Idem Off. Pater filium ab hominibus relegauit. Idem de Nat. Qui omnia, quę ad cultum Deorum pertinerent, diligenter, pertractarent, & quasi relegerent.

RELIGO, pen. cor. Ouid. Ariadne. Tantum ue religer dura captiua catena. Luca. 2. Roboraque immensis latè religare catenis. Stat. Syl. 3. Quæque secuturam religent post terga phaselon. Oui. Met. 13. Littore Threicio classem religaret Atrides. antepen. acuit. Idem 14. Nos quoque Circæo religata in littore pinu. Idem. Tempora sæpe gerens fœno religata recenti. Mart. 1. Qualiter in Scythia religatus rupe Prometheus. Idem. Non pyra quę lenta pendent religata genista. penult. flect. Cicero pro Dom. Nunquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit? Idem Tusc. Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles.

RELIGIO, pen. cor. Geminat consonantem cum re producit. Oui. Fast. 3. Est lacus antiqua relligione sacer. Ver. Aen. 12. Relligio, & quæ cęruleo sunt numina ponto. Idem 2. Relligione patrum multos sacrata per annos. Idem. Corpora perque domus, & relligiosa dearum. Idem. Neu populum antiqua sub relligione tueri. pen. flect. Religio. antepenult. acu.

RELINO, pen. cor. Verg. Geor. 4. Thesauris relines prius haustus sparsus aquarum. antepen. acu.

RELINQVO, pen. pro. Luca. 1. Cedetur iurique tuo natura relinquet. Idẽ Ignauæ liquere manus cum pressus ab hoste. Ouid. Met. 1. Vltima cœlestum terras Astræa reliquit. Idem. Consitaque arboribus Lycęa reliquerat arua. Idem Fastor. 1. Vltima de superis illa reliquit humum. Vergil. Aen. 12. Author ego audendi sic exhortata reliquit: Idem Buccol. Postquam nos Amaryllis habet, Galathea reliquit. Stat. Syl. 1. Effigies lassum, Steropem, Brontemque reliquit. Idem Achil. 1. Percusserat ferro, uacuisque reliquerat antris. penultima acuit. Cicero de Or. Non contemno ea, quæ Græci dicendi artifices reliquerunt. Idem. Dum illa relinquamus. Idem. Cùm æris alieni aliquantum esset relictum. Idem pro Quint. Vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.

RELIQVIAE, penultima correpta. Geminat consonantem ut re producet. Flacc. 1. Relliquias, multùm famulis pia iusta moratis. Verg. Aenei. 1. Troias relliquias Danaum, atque immitis Achilli. Ait Seruius. Vt stet uersus geminauit l, nam in prosa simplici l, dicimus. Idem Aeneid. 2. ibi, Fecisti, & patrios fœdasti funere uultus: cadauere ab eo quod præcedit id quod sequitur: funus enim est iá ardens cadauer: quod dum portatur, exequias dicimus, crematum,

matum, relliquias, conditum, iam sepultum. Mant. Relliquias nostri nomen clauere, nec omnes, antepen. acu. Vide Religio.

Reliqvvs, penult. cor. Sil. 6. Hoc reliquum est, primo damnatum, & utile bello. Pers. Sat. 5. Hæc reliqua accipio licet, ut uolo uiuere, tolle. Mart. 1. Vir reliquis, uni sit puer ille mihi. antepenult. acu.

Remaneo, pen. cor. Ouid. Met. 1. Ora cacumen habent, remanet nitor unus in illa. Idem 3. Nec corpus remanet, quondam quod amauerat echo. Idem de Pont. 2. Et quid adhuc remanes memor infelicis amici. Idem Penel. Si maneo qualis, Troia durãte, manebam. Lucr. 1. Incolumi remanent res corpore dum satis actis. Tibull. 2. Vos remanere quibus facili Deus annuet aure. Cicero Off. Si inuita remaneas. Idẽ Att. Mulieres nostræ præter cæteras Romæ remãserunt. Idem pro S.R. In qua muliere uestigia antiqui officij remanẽt. Idem pro Pom. Rhodiorum usque ad nostram memoriam disciplina naualis remansit antepen. acu.

Remensvs, pen. pro. Verg. Aen. 3. Rursus ad oraculum Ortygiæ, Phœbumq; remenso. pen. acu. Idem 5. Si modo rite memor seruata remetior astra. antepen. acu.

Remedivm, pen. cor. Lucr. 6. Nec ratio remedi communis certa dabatur. antepen. acu.

Remeo, pen. cor. Hor. Ser. 1. A certis annis æuum remeare per ortum. Luca. 1. Nunc neque te longi remeantem pompa triumphi. Flac. 4. Quid ferat admirans postquam remeare monentem. Sil. 14. Expertus Berræ patrias remeabat ad oras. Mant. Ire uias, uinclisque Ephesu remeare solutis. Idem. Mox Bethlem remeas, ubi cũ diuina relinquens. Stat. Thebaid. 3. Et prope sunt causę, gelido remeabat eoo. Sil. 7. Campanas remeat notus populator in oras. Verg. Aen. 5. Falleret indeprensus, & irremeabilis undæ. Stat. Theb. 4. Ne uulgato mihi, quis enim remeabile sexum. Cicero de Nat. Neque remearet aer, cuius ortus aqua omni exhausta esse non posset. antepen. acu.

Remex, pen. prod. Verg. Aeneid. 5. Velocem Mnestheus agit acri remige Pristin. Ouidi. de Trist. 1. Siue opus est remo remige carpit iter. Idem de Pont. 3. Aequor Iasonio pulsatum remige primum. Iuue. Sat. 4. inquisitores agerent cum remige nudo. Flac. 9. Remigibus propere increpuit, quam bellica Pallas. Idem. Propellat remex monitu Iunonis amicæ. pen. acu.

Remigivm, pen. cor. Oui. Phyl. Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires. Fast. 3. Findite remigio nauita dixit aquas. Idem Met. 8. Remigioque carens non ullus percipit auras. Verg. Aeneid. 1. Remigio alarum, ac Libyæ citus astitit oris. Idem 6. Remigium alarum, posuitque immania templa. Flac. 10. Remigio alarum, nihil explorauit amici. Lucan. 4. Remigium, sed quod trabibus circundedit æquor. antepen. acuit.

Remigo, pen. cor. Ver. Aenei. 10. Eminet, & leua tacitis subremigat undis. Idem Opusc. Quę tenuem impellens animã subremigat undis. Idem Opusc. Quæ tenuem impellens animam subremigat undam. Flac. 10. Lintea, & oceanus faustis subremigat ulnis. Sil. 14. Dat fluuio, & pedibus tacitas eremigat undas. Cicero Att. Non enim sustinent remos, sed alio modo remigant. Idem Tusc. An quasi è portu egredientes paululùm remigare, antepenultima acuit.

Remigro, pen. prod. Mant. In iuga descendit, Gallus Nomana remigrat. Cicero Tusc. Vt ad iustitiam remigraret. Idem. Remigrare in domum ueterem è noua.

Reminiscor, pen. pro. Oui. Paris. His similes uultus quantum reminiscor, habebat. Idem Met. 1. Esse quoque in fatis reminiscitur affore tempus. Idem 3. Bisque duas natas quantum reminiscor, habas. Idem de Trist. 5. Sæpe etiam mœrens tempus reminiscitur illud. Idem de Pont. Iam modò uos animo dulces reminiscor amici. Stat. Syl. 1. Coniugis,

& duras pariter reminiſcere noctes? Ver. Aen. 10. Aſpicit,& dulces moriens reminiſcit ut Argos. Mant. Sicut in Alfonſo dictum reminiſcimur olim. Stat. Syl. 5. Ponit & Idæos iam non reminiſcitur amnes. Cicero Tuſc. Reminiſcere quæ tradantur myſteriis. Idem Att. Reminiſcebatur calen. Ianuar.

REMITTO, pen. pro. Oui. Met. 2. Præcipiti pinus borea cui cuncta remiſit. Idē. Menetis inops gelida formidine lora remiſit. Idem 3. Heu fruſtra dilecte puer, totidemque remiſit. Mart. 1. Canimus & domini ius omne remiſimus ægro. Verg. Geor. 1. Remigiis ſubigat ſi brachia forte remiſit. Luca. 1. Et qua bruma rigens ac neſcia uera remittit. Cicero Att. Demetrii librum de concordia tibi remiſi. Idem de Leg. Varius canendi ſonus tum remittit animos tum contrahit. pen. acu.

REMOLLESCO, pen. pro. Oui. Met. 1. Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira Deorū. pen. acu.

REMORDEO, pen. cor. Verg. Aen. 1. Hic tibi, fabor enim, quando hæc te cura remordet. antepen. acu.

REMOVEO, pen. cor. Ouid. Met. 1. Deſilit in terras illic, regimenque remouit. Idem 3. Limen adit Semeles, nec nubes ante remouit. antepen. acu. Cicero pro S. R. Multa clam de medio remouebat. Idem contra Rul. Remoue te a ſuſpitione alicuius commodi. Ouidi. Metamorphoſ. 1. Sic opus eſt, aperite domos, ac mole remota. Idem de Triſt lib. 1. Vltimus a terra terra remota mea. Idem de Pont. 2. Qui quoniam patria toto ſumus orbe remoti. Claud. Ad facinus uelox penitus regione remotas. Horat. Ser. 2. Quin ubi ſe a uulgo, & ſcena in ſecreta remorant. penultima flectit.

REMVGIO, pen. cor. Ver. Aen. 12. Colla, armoſque lauant, gemitu nemus omne remugit. Idem 6. Horrendas canit ambages, antroque remugit. Ouid. Met. 1. Pectore quodque unum potes ad mea uerba remugis. antepen. acu.

REMVLVS, pen. cor. Ver. Aen. 9. Cingula Tiburti Remulo ditiſſimus olim. Oui. Met. 14. Acrota ſunt geniti Remulus maturior annis. antepen. acu.

REMVS, pen. cor. Nomen proprium. Vergil. Aen. 1. Cana fides, & Veſta Remo cū fratre Quirinus. Oui. de Triſt. 4. Dicitur Iliades tranſiliſſe Remo.

REMVS, pen. pro. Ouid. Phyl. At ſi noſtra tuo ſpumeſcant æquore remo. Idē Eriſſ. Quam ſine te Phthiis caneſcant æquora remo. Idem de Triſt. 1. Difficile eſt tamen hic remis utaris, an aura. Idem de Art. 1. Arte citæ, ueloque rates, remoque reguntur. Verg. Aen. 10. Fragmina remorum quos & fluitantia tranſtra. pen. flect.

RENATVS, penult. pro. Sil. 5. Solis equi ſparſere diem, iam orbe renato. Stat. Syl. 3. Quas tibi deuoti iuuenes pro parte renato. Vergil. Aen. 6. Pectore nec fibris requies datur ulla renatis. Mart. 6. Iulia lex populis exquo, Fauſtine, renata eſt. Lucan. 3. Occultoſque tegit, curſus, rurſuſque renatum. penultima flect. Ouid. de Pont. 1. Sic inconſumptum Tytiis, ſemperque renaſcens. Cicero Att. Vt aliud renaſcatur illo peius. Idem Tuſc. Nam principium extinctum, nec ipſum ab alio renaſcetur. penult. acu.

RENES, pen. pro. Hor. Ser. 2. Quod latus, aut renes morbo tententur acuto. pen. acu.

RENIDEO, pen. cor. Stat. Theb. 10. Emicat effigie, & ſparſa orichalca renident. Claud. Et ſero tranſacta gemmnt, iam ſola renident. Verg. Geor. 2. Aere renidenti tellus, nec dum horrida miſcent. antepen. acu.

RENOVO, penul. cor. Catul. Vim deſiderio ueteres renouamus amores. Ouidi. Met. 15. Illa quibus toties diuum renouaueat aruum. Ver. Aen. 8. Seruati facimus, meritoſque nouamus honores. Ait Seruius. Detraxit re, nam renouamus debuit dicere. antepenultima acuit. Cicero pro Deio. Tu ueteris hoſpitium renouare uoluiſti. Idem de Or. Acerbā ſanè recordatio ueterem animi curam moleſtiamque renouauit. Ouidi. Meta. 1. Nec renouatur ager grauidis canebat ariſtis. Idem 5. Sanguine perfudit,

dit, renouataque prælia miscet. Iuuen. Sat. 10. Hæc data pœna diu uiuentibus ut renouata. Lucan. 4. Est miseris reno uata fides, atque omne futurum. penul. flectit.

RENVO, penult. corr. Martial. 2. Omnia cùm fecit, sed renuente Deo. Sta. Sylu. 1. Non renuere greges ipsum in connubia terræ. Cicero pro Cæl. Qui nullũ conuiuium renuerit. antepe. acu.

REOR, penultima correpta. Hora. Ser. 2. An tu reris eum occisa insanisse parente. Ouidi. Metamorphos. 14. Et iam prænsurum. iam nunc mea uiscera rebar. Vergil. Aeneid. 6. Sic equidem du cebam animo, rebarque futurum. Idem 10. Vt rebare, Venus nec te sententia fallit. Stat. Theba. 3. Rebar & Ogygias titulis ante ire parente. Idem 7. Consi liis ut rere puer, nec sæua roganti. Lucret, 6. Percipe, & in primis terram fac ut esse rearis. Idem. Vndique, uti tene bras omnes Acheronta reamur. Cicero de Orat. Quem quidem antea rebar ita dicere. Idem Acad. Quintum genus Aristoteles quoddam esse rebatur. Idem de D. Quos quidem plures, quàm rebar, esse cognoui. penultima acuit.

REPAGVLVM, penultima correpta. Oui. Metamorpho. 2. Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant. Idem 5. Raptaque de dextro robusta repagula poste. Idem 14. Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit. Sil. 16. Iamque ubi prolato sonuere repagula signo. Mantuan. Semper & obiectant, quæcunque repagula possunt. antepenulti. acuit.

REPARO, penultima correpta. Ouidius Phedra. Hæc reparat uires, fessaque membra nouat. Idem Metamorphos. 1. Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe. Lucan. 1. Nec reparare nouas uiros, multumque priori. Auson. Pythagora Euphorbi reparas, qui semina rerum. Perf. Sat. 1. Euion ingeminat reparabilis assonat echo. Vergilius Georgi. 3. Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Ouidius Metamorpho. 1. Dic themi, quæ generis damnum reparabile nostri. antepenult. acu. Stat. Syl. 4. Ipse etiam immensi re parator maximus euri. Ouidius Metamorphos. Et de fœmineo reparata est fœmina iactu. Mantuan. Talibus arnenses uerbis reparata colonos. penultima flectit. Cicero in Verr. Perdere id quod alio prætore reparare possit.

REPENTINVS, penultima producta. Ouidi. Fastor. 1. Sumque repentinas eiacu latus aquas. Verg. Opusc. Monstra repentinis torrentia sæpe figuri. Idem. Luce repentina cum sol impleuit aquo sus. Lucre. 1. Vua repentino rapit om nia turbine grando. penultima flectit. Vergil. Georg. 3. Corpora corripiunt sed tota æstiua repente. Iuuen. Sati. 2. Nemo repente fuit turpissimus accipient te.

REPERIO, penultima correpta. Vergili. Aeneid. 9. Fama fat est, tumulo uideor reperire sub illo. Ouidius de Pont. 3. Inuenies uerè si reperire uoles. Idem. an ne bis sensum lector reperiret eundem. Idem Metamorpho. 2. Repperit ossa tamen peregrina condita serra. an tepenultima acuit. Idem 1. Parte tamen uigilat, quęrit quoque nanque re perta. penultima acuit. Cicero de Na. Nec uos exitum reperitis. Idem de Fin. Reperiam multos, uel potius innumerabiles. Idem de Clar. Causas reperiemus ueris, si mas duas. Idem Att. Quod ad hæc repereris.

REPETO, penultima correpta. Ouidius Briseis. Nec repetor, cessas, itaque lenta tua est. Idem. Non repetisse parum est, pugnas, ne reddar Achille. Idem Paris. Aut igitur nullo belli repetere tumultu. Idem Metamorpho. 1. Interea repetunt caecis obscura latebris. Idem 3. Prospicio, comitesque uoco, repetoque carinam. Idem. Propositum repetemus opus, nunc Phœbus utraque. Idem de Tristibus 1. Protinus admonitus repetet mea carmina lector. Idem. Cùm repeto noctem, qua tot mihi chara reliquit. Idem 2. Scilicet ut uictus repetit gladiator arenam.

Mant. Conditus alterno repetiuit sydera cantu. Cicero ad Heren. Repetitio est, cùm continenter primum repetimus uerbum. Idem de Leg. Repetam stirpem iuris a natura. adde a principio, a capite, a fonte. Ouidi. Metamorphos. 14. Quo satus antiquo tenuit repetita Latinus. Idem Fastor. 2. Ille dedit captæ repetita Vocabula Troiæ. Idem Metamorphos. 15. Et repetita dedit uibrata sibila lingua. Vergil. Georgi. 1. Nec repetita sequi curet Proserpina matrem. Horat. Epist. 1. Ne si forte suas repetitum uenerit olim. penult. flectit.

REPLEO, penult. corre. Vergil. Aen. 4. Hæc tum multiplici populos sermone replebat. Ouid. Metamorphos. 1. Littore uoce replet sub utroque iacentia Phœbo. Lucr. 6. Omnia denique sancta Deum delubra replerat. antepenul. acuit. Idem 9. Naiades hoc pomis, & odore flore repletum. Vergil. Georgi. 2. Ire lora, & scrobibus superabit terra repletis. Lucan. 3. Iniecisse manum fatis, uitaque repletos. penultima flectit. Cicero pro Sest. Meministis tum iudices, corporibus ciuium Tyberim repleri. Idem de Or. Vel passim licet carpentem, & colligentem undique repleri ista iuris ciuilis scientia.

REPO, penultima producta. Horat. de Art. Verum operi longo fas est obrepere somnum. Stat. Thebaid. 7. Pallor iit, uocisque repens repens singultus apertum. Cæsar in Arato. Tunc cynosura alte repit, tunc totus in undas. Ait Antonius Nebriss. At repens nomen, & repentinus, & repente, quæ a repo, repis uidentur deriuata, primam breuiant. Vergili. Aeneid. 12. Quò ruitis? quæue ista repens discordia surgit: Ouidi. Fastor. 1. Bina repens oculis obtulit ora meis. Martial. 1. Replerunt scopuli, mirandaque sylua cucurrit. Despaut. ait, at repens nomen pro repentinus, aut aduerbialiter pro repente, undecunque sit, perpetuum corripitur & repens idest subitus, & celer, ait Calep. Participium tamen repens sicut uerbum primam producit. Cicero Tusc. Ne me imparatum cura laceraret. repens repo penultima flectit.

REPONO, penultima producta. Ouidi. Metamorphos. 1. Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum. Idem 15. Ante fores sacras Hyperionis æde reponit. Iuuenal. Sat. 1. Semper ego auditor tantum, nunquàm ne reponam? Vergili. Georg. 2. Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. Cicero de Nat. Grues in tergo præuolantium capita reponunt. Idem Att. Si in libris tuis Aristophanem reposueris. Idem Tusc. In se ipso spem omnem reponet sui. penult. flect.

REPORTO, penultima producta. Ouid. Metamorphos. 3. Ingeminat uoces, auditaque uerba reportat. Vergili. Aeneid. 7. Nuntius, ingentes ignota in ueste reportat. Sal. In Italia Ciceronem exulem humeris reportauit. Cicero in Ver. Ex tua calamitate cineri, atque ossibus filii sui solatium uult reportare. Idem Att. Exercitum a Britannia reportabant. penult. acu.

REPOSCO, penultima producta. Vergil. Aeneid. 12. Defecisse uidet, sua nunc promissa reposci. Idem. Ferte faces properè, fœdusque reposcite flammis. Idem 11. Quæ referant, fari iubet, & responsa reposcit. Cicero Post. ad Quir. Aliter a me Catilinam amatorem suum reposcebat. penultima acuit.

REPOSTVS, penultima producta. Vergili. Geogi. 3. Munera non illis epulæ nocuere repostæ. Idem Aeneid. 3. Italiam petere, & terras tentare repostas. Idem Georg. 3. Munera, non illis epulæ nocuere repostæ. Idem Aeneid. 1. Exciderant animo, manet alta mente repostum. Ait Seruius, Repostum autem syncopa est; unam enim de medio syllabam tulit sed cum omnes sermones aut integri sint, aut pathos habeant: hi qui pathos habent, ita ut lecti sunt, debent poni: quod etiam Maro facit, nam repostus, & porgite, de Ennio transtulit: integris autem & ipsis utimur, & eorum exemplo aliis. pen.

penultima acuit.

REPREHENDO, admonet Quint. Inst. 1. cap. 10. Veterum usus adhuc quibusdam inscriptionibus maneat, qua ideq; Catulli nobile Epigramma est, inde durat ad nos usque: uehementer, comprehendere, ita reprehendere, & per syncopam, ait Calep. Reprendo. penultima producta. Oui. Hero. Non sum, qui soleam Paridis reprendere factum. Proper. Quam possit nostros quisquam reprendere cursus. Cicero pro Planc. Nunc discessum meum qua si reprehendere, & subaccusare uoluisti. Idem Att. Visum te aiunt in regia, nec reprehendo. penultima acuit.

REPRIMO, penultima correpta. Ouid. Metamorphos. 1. Erubuit Phaeton, iramque pudore repressit. Vergil. Aeneid. 12. Aeneas uoluens oculos, dextramque repressit. Vide Premo. Cicero pro Sest. Qui furorem exultantem repressit. Idem Att. Nunc reprimam susceptam obiurgationem. antepenul. acuit.

REPROBVS, pen. cor. Mantua. Talibus attentas prebebat reprobus aures. Idē. Tunc reprobus quid opus multis, cur ita te precando. Idem. Reprobus a prima sortitus origine nomen. antepenulti. acuit.

REPVGNO, penultima produ. Iuue. Sat. 6. Oderunt uates de pellice nemo repugnet. Ouidi. Metamorphos. 1. Incaluere animi, ceruixque repugnat habenis. Idem. Finierat monitus dictis tamen ille repugnat. Cicero Epist. 6. Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui. Idem Att. Sed locis suis repugnet. penultima acuit.

REPVLI, penultima correpta. Ouid. Medea. Quęque feros repuli doctis medicantibus ignes. Idem Metamorpho. 2. Reppulit, & facta est immensi copia coeli. Idem Fastor. 2. Reppulit a summo decidit ille toro. Cicero antequam qui a uestro corpore iugum acerbissimum repulit seruitutis. Idem Or. Homines audaces ab eius templi aditu, ascensuque repulisti. antepenultima acu. Praeteritum uerbi geminatum, ut pello, pepuli simplex sit compositi, ut repello, repulit, quod producitur positione. Vide Refero.

REQVIESCO, penultima producta. Ouidi. Oenone. Saepe greges inter requieuimus arbore tecti. Idem Metamorphos. 3. Hac duce carpe uias, & qua requieuerit herba. Mant. Esse unam post fata domum, requiescite sanctae. Martial. 10. Hic festinata requiescit Herotion umbra. Vergili. Aeneid. 2. Nec requieuit enim, donec Calchanta ministro. penultima acuit. Ouidi. de Tristibus 2. Bellaque cum multis irrequita geris. penultima flectit. Cicero Att. Ego tandiu requiesco, quandiu ad te scribo. Idem pro Cael. Qui hoc unico filio nititur, in huius spe requiescit.

REQVIES, penultima correpta. Ouidi. Metamorph. 1. Otior est, requiemque negat, tergoque fugacis. Martial. Vos eritis nostrae portus, requiesque senectae. Idem 12. Tu requies miserae, decus, imperiumque Latini. Vergili. Georg. 3. Nec mora nec requies, & fuluę nimbus arenae. Idem Opusc. Grataque nobilium requies, lactuca ciborum. Ouid. de Pont. 3. Publica mi requies curarum somnus habebat. Idem 1. At puto eum requies, medicinaquè publica curae. Idem Phaedra, quod caret alterna requie durabile non est. Verg. Aeneid. 6. Pectore nec fibris requies datur ulla renatis. antepenultima acuit.

REQVIRO, penultima producta. Ouid. Hipsiphile: Atque animus rediit, tua facta requirere coepit. Idem Hermiones, Ipsa requirebas, quae tua nata foret. Idem Cydippe. Audiet haec repetens, quae sunt audita, requirens. Ouid. Metamor. 2. Exanimes artus primo mox ossa requirens. Idem. Quid fuerim, quid simque, uide meritumque require. Idem. Quisquis, & hospes, ait, si forte armenta requiret. Idem 15. Concipit, & quae sit rerum natura, requirit. Idem Fastor. 1. Dixerat,

& uultu, si plura requirere uellem. Idē 2. Vtque uident habitum, quæ luctus causa requirunt. Idem 6. Apta requirebam, quæque cauenda forent. Martial. 7. Dic ubi conueniam, dic qua te parte requiram. Idem 7. Puluerulentus equis furit, omnes arma requirunt. Idem Georg. 2. Rara sit, an supra morem, si densa requiras. Idem 3. Semper enim refice, ac ne post missa requiras. Ouidi. Metamorphos. 13. Aut si proximitas, primusque requiritur hæres. Lucr. 6. Interea quoque ut horrescant, ac tecta requirant. Idem 1. Nam cur tam uariæ res possent esse, requiro. Cicero pro Dom. Primum illud a te requiro. Idem pro Cæl. Ex quibus requiram, quonam modo latuerint. penult. flectit.

RES, prod. Ouidi. Phedra. In magnis lę si rebus uterque sumus. Idem Fastor. 1. Ne seriem rerum scindere cogar, erunt. Idem 3. Nec res hac Veneris gratior ulla fuit. Idem 6. Res est arbitrio, nec redimenda meo. Mart. 2. Tertia res hæc est, quod si cui forte legeris. Vergili. Opusc. Spiramenta latent artis tibi pignora rebus. Lucret. 6. Quisque suum pro re consortem mœstus humabat. Idem. Principio terram sol excoquit, & facit a re. Idem 2. Corpora iactari unius genitalia rei. res flect.

RESECO, penultima correpta. Oui. Metamorphos. 11. Sed solitus longos ferro resecare capillos. Mantuan. Iscidecœlo inuisi resecabimus isto. Vergil. Georg. 1. Aut rursum enodes trunci resecantur, & alte. Iuuenal. Sat. 8. Quædam cum prima resecentur crimina barba. Mar. 8. Resina Veneto nec resecare loto. antepenultima acu. Mantuan. Quæ nisi concursu factore secta fuisset. penultima flectit. Cicero de Amic. Neque id ad uiuum reseco, ut illi, qui subtiliter disputant.

RESEMINO, penultima correpta. Ouidi. Metamorphos. 15. Vna est, quæ reparet, seque ipsa reseminat ales. Vide Semino. antepen. acu.

RESERO, penultima correpta. Ouidi. Phedra. Non tibi per tenebras duri reseranda mariti. Idem de Pont. 4. Ergo ubi Iane biceps longum reserauer is annum. Vergili. Aeneid. 12. Vrbem alii reserare iubent, & pandere portas. Syl. 4. Si reserare uiam, atque ad regem rumpere ferro. Sil. 1. Quis superare datum reserare Dardanus arces. an tepenultima acuit. Lucret. Et reserata uiget genitabilis arua fauoni. Flac. Emicuit reserata dies, cœlumque resoluit. Ouidi. Fastor. 1. Flamina non constant, & res reserata diebus. Idem de Tristib. 3. Vtque fores nondum reserati carceris acer. penult. flect. Cicero de Or. Nos ausi reserare. Idem in An. Vt reserare nos exteris gentibus Italiam iuberet.

RESES, penul. cor. Stat. Theb. 3. Exturbent resides frenos, & cuncta perosi. Ver. Aen. 1. Iampridem resides animos desuetaque corda. Claud. Et resides leni modulatus pectine uetuos. Flacc. 2. Dissimulant donec resides Tyrinthius heros. pen. acu.

RESIDEO, penultima correpta. Ouidi. Metamorphos. 1. Amnis in his residens facto de cautibus undas. Idem 14. Vera dedissat anus, glebaque in curua resedit. Idem Fastor. 3. Vtque piger pandi tergo residebat asella. Lucan. 1. Et residens celsa Latialis Iuppiter alba. Mantuan. Tunc residens alto Gargani uertice montis. Cicero de Fin. Sed residamus inquit si placet. Idem Att. In oppido aliquo mallē resedisse. Idem in Sal. Omnia, quæ commota fuerant, pace, & otio resederunt. Idem Tusc. In corpore mortui nullus residet sensus. antepen. acu.

RESIDO, penult. prod. Verg. Georg. 2. Obicibus ruptis, rursusque in seipsa residant. Cicero de Leg. Necia a nece appellata, qua residunt mortui. Idem pro Mil. Cur non ante occurrit, ne in uilla resideret. pen. flect.

RESIGNO, penultima producta. Pers. Sat. 5. Voce traham pura, totumque hoc uerba resignat. Cicero pro Arch. Cùm Gabini leuitas, & calamitas fidem resignasset. pen. acu.

RESILIO, penultima correpta. Lucr. 1. Inter-

Interdum resilire tamen coguntur, & una. Cicero pro S. R. Non modo ab hoc crimine resilire uideas. antepenul. acuit.

Resina, penultima producta. Martial. 3. Resina Veneto nec resecare loto. Idem. Resinata bibis, uina falerna fugis. Iuuenal. Sat. 8. Respicias merito quid resinata iuuentus. penultima flectit.

Resipisco, pen. pro. Prop. 3. Nunc demu uasto fessi resipiscimus æstu. Mant. Paulatim diuinus abit, resipiscite, sancti. Idem. Mortales homines cur non resipiscitis ipsi. Cicero pro Sest. Cum primum resipuisset. Idem Att. Vix aliquando te autore resipui. pen. acu.

Resisto, pen. pro. Ouid. Met. 1. Illa leui neque ad hæc reuocantis uerba resistit. Flac. 2. Restitimus? quanta quoties, & Palladis arte. Cicero Att. Sero resistimus ei. Idem contra Rul. Vis tribunitia non nunquam libidini restitit consulari. pen. acu.

Resolvo, pen. pro. Ouidi. Meta. 1. Et uelate caput, cinctas resoluite uestes. penult. acu. Luca. 1. Et madidis euri resolutæ flatibus alpes. Stat. Syl. 1. Amplexu duro Getici resoluta mariti. Cicero in An. Senatum quæ sit antea pollicitus legionibus nostris, ea summo studio reipublicæ recuperata resoluturum. penult. acu.

Resono, pen. cor. Ouid. Met. 3. Verba animo desunt, resonat latratibus æther. Idem 2. Dixerat hæc resonis iterabat uocibus heheu. Vergili. Bucc. Formosam resonare doces Amaryllida syluas. Idem Georg. 2. Auia tum resonant auibus uirgulta canoris. Iuuenal. Sat. 15. Dimidio magicæ resonant ubi Memnone chorda. Ouidi. Metamorphos. 3. Nec prior ipsa loqui didicit resonabilis echo. Cicero Tusc. Gloria uirtuti resonat tanquam imago. Idem de Nat. Cornua, quę ad neruos resonant in cantibus. Idem. Sonus in fidibus testudine resonatur. antepenultima acuit.

Respicio, penult. cor. Ouidi. Laodomia. Pugnabit caute, respicietque domum. Oui. Met. 2. Prospicit occasus, interdum respicit ortus. Verg. Aenei. 12. Respice res bello uarias miserere parentis. Stat. Syl. 1. Respicit, heu tam tu pridem securus alumni. Cicero pro Arch. Quoad longissime potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. Idem in Ant. Respice quæso aliquado Antoni. Idem Att. Nisi quis nos Deus respexit. antepen. acu.

Respiramen, pen. pro. Ouid. Met. 2. Vitales uias, & respiramina clausit. pen. flect.

Respiro, penul. prod. Iuue. Sat. 14. Vt non ter decies respiret, conscia matri. Sta. Syl. 2. Et tenues Arabum respirant germine plumæ. Cicero pro Clu. Qui erigere animum, & paulum respirare a metu cœpit. Idem Parad. quę tibi occurrunt iniuriæ, quę te respirare non sinūt. pen. flect.

Respondeo, penult. corre. Martial. 9. Quando uenit, dicet, tu respōdeto poeta. Verg. Geor. 1. Illa seges demum uotis respondet auari. Idem Aen. 6. Contra elata mari respondet Gnosia tellus. Cicero de Fin. Ego tibi respondebo ad singula. Idem Att. Sed paria paribus respōdimus. Idem. Vt possim tibi aliquid in eo genere respondere. antepen. acu.

Restituo, pen. cor. Luca. 4. Restituit raptus tectus marecunque cauernæ. Catul. Sub leuem, & a mortis limine restituam. Idem. Luce autem canę tethydi restituor. Mart. 10. Qui sua restituis spoliato iura patrono. Idem 11. Antiquus mensis restituatur honor. Vergil. Aen. 6. Vnus quis nobis cunctando restituis rem. Idem Georg. 2. Restituant adeo, a teneris consuescere multum est. Luca. 10. Si tua restituat ueteri me dextera fato. Flac. 2. Restituunt uires, & parco corpora Baccho. Mant. Altera restituit labentia templa, domosque. Cicero in An. Antonius lenticulam de alea condemnatū restituit. Idem Tusc. Cùm Aiax Danais inclinantibus prælium restituit. antepen. acu.

Resto, pen. pro. Ouid. Cydippe. Restitimus fixis in tua membra genis. Idem Metamorphos. 1. Vltimus immenso restabas

stabas nile labori. Idem 2. Scilicet hoc etiam restabat adultera, dixit. Idem In cidit in matrem, quæ restitit, Archade viso. Cicero Atti. Vnum etiam restat amico nostro ad omne dedecus. Idem Off. Ita incolumis in patria regulus re stitisset. penul. acu.

RESVMO, penul. prod. Sra. Syl. 3. Quod si dulce decus, uiridesque resumerer an nos. Ouid. Fastor. 1. Luna resumebat decimo nona cornua mense. penulti. flect. Vide Sumo.

RESVPINVS, penul. prod. Ouid. Metamorphos. 3. Hic toties ad me resupino nititur ore. Idem 2. Corpora phocarũ summo resupina profundo. Iuue. Sat. 3. Horum si nihil est aulam resupinat amici. pen. flect.

RESPVO, penul. corr. Lucre. 6. Quæ nisi respuis exanimo, longeque remittis. Cicero Part. Quod aures respuunt, im mutandum est. Idem Atti. Nunc omnia respuo. Idem de Nat. Reliquiæ cibi, quas natura respuit. antepenultima acuit.

RESVSCITO, pen. cor. Oui. Met. 8. Inque uices ponit, positamque resuscitat iram. antepen. acu.

RETE, & retis, penulti. prod. Ouid. Fastor. 5. Cur tibi pro Libycis clauduntur rete leones. Iuuen. Sati. 5. Retibus assiduis penitus scrutante macello. Idẽ 8. Post quàm uibrata pendentia retia dextra. Martial. 11. Retia dum cessant, latratoresque salonis. Vergil. Buccoli. Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo. Idem Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis. Idem Georg. 1. Tunc grui bus pedicas, & retia ponere ceruis. Idẽ Aen. 4. Retia rara plagę lato uenabula ferro. pen. acu.

RETEGO, pen. cor. Stat. Theb. 11. Nunc retegit bibulas, nunc obruit æstus arenas. Vergi. Aeneid. 4. Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem. Vide Tego. Cicero Atti. Quàre in hoc thecam nũ mariam non retexeris, in aliis eris cautior. antepe. acu.

RETICEO, penul. cor. Proper. 1. Non solũ uestros didici reticere dolores. Oui. Metamorpho. 1. Luctus erat leuior retices nec mutua nostris. Idem 3. Vocalis nymphæ, quæ nec reticere loquendi. Cicero in Anton. Non possum de utri usque nostrum errore reticere. Idem ad Hor. Arteriæ reticendo acquiescunt. an tepenult. acu.

RETICVLVM, penul. corre. Hor. Ser. 2. Reticulum panis uenales inter honusto. Iuu. Sat. 12. Mox cum reticulis, & pane, & uentre lagenæ. Idem 2. Reticulumque comis auratum ingentibus implet. antepe. acu.

RETINACVLVM, penul. cor. Oui. Metamorpho. 8. Hostibus imposuit classis retinacula solui. Idem 14. Stuppea per rupit Phrygiæ retinacula puppis. Stat. Theb. 4. Lynces, & uda mero lambunt retinacula tygres. Idem 5. Odit, & assueti tendit retinacula saxi. Verg. Geo. 1. Atque amerina parant lentæ retinacula uiti. Idem Aeneid 4. Fulmineum, strictoque fecit retinacula ferro. antepe nulti. acuit.

RETINEO, penul. cor. Auson. Audacter retine, uel si tibi proditor instat. Hora. Ser. 1. Quos tibi dat, retinere uelis ser uareque amicos. Idem Epist. 1. Nec re tinent patulæ commissa fideliter aures. Ouid. Metamorpho. 3. Præcipitata uia est, dominum retinentibus illis. Idem 1. Nec retinet lacrymas, & si modo uerba supersunt. Idem. Aethere cognati retinebant semina cœli. antepen. acuit. Idem. Et posuit pennas tantùm modo uirga retenta est. penul. acu. Cice. Aca. Quos natura ipsa in officio retinere nõ potuisset. Idem de Am. Retinent tamẽ charitatem in pastores.

RETORQVEO, penul. cor. Oui. de Trist. 1. Semper ab Euboicis uela retorquet aquis. Cicero in Cat. Catilina retorquet oculos sæpe ad hanc urbem. Idem de Sen. Quo quidem & me tanquàm pi lam retorserit. antepe. acu.

RETRAHO, penul. cor. Oui. Met. 3. Sed leue uulnus erat, quia retrahebat ab ictu. Cicero Epist. 70. Non habeo certum, quæ res te hinc maxime retrahat. antepen. acuit.

RETRO, penul. cor. Stat. Theb. 6. Præcipitatque retro iuuenem, atque in terga supinat.

supinat. Ouidi. Metamorpho. 15. Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo. Idem 3. Lassaque colla dabat retro, plagamque sedere. Idem. Vosque sequens pressit, dum retro quercus eunti. Lucr. 4. Ergo replentur loca uocibus abdita retro. Idem 5. Percolatur enim uirus, retraque remanat. Hic r, consona est, supra uerò liquida. pen. acu.

Retrogradvs, penul. cor. Mant. Prima sagittiferi Titā retrogradus astri. antepenul. acu.

Retvsvs, pen. prod. Verg. Geo. 2. Tantus amor terræ neu ferro lædе retuso. penult. flect.

Revehо, penul. cor. Vergi. Aen. 8. Qui reuehis nobis, æternaque pergama seruas. Stat. Thebai. 2. Pectus, & optanti uictor reueharis amico. Cicero de Cla. Sed ad paulò superiorem ætatem reuecti sumus. antepe. acu.

Revelo, penul. prod. Oui. Fast. 6. Ore reuelato qua primum luce patebit. penulti. flect.

Reverentia, penul. cor. Iuuen. Sat. 5. Salua sit atroci reuerentia finge tamen te. Mantuan. Instituens regni heredem reuerentius autem. Flac. 4. Terra uiri non illic ullos reuerentia ritus. Claud. Præceptis obstante timet, reuerentia frangit. Stat. Sylu. 1. Pectora sic misto reuerentia fidit amori. Marti. 7. Maior me tanti reuerentia turbat, & aures. Ouidi. Metamorpho. 2. Oceanumque senum, quorum reuerentia mouit. Idē 1. Vir fuit aut illa reuerentior ulla deorum. Idem 7. Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est, antepe. acu.

Revereor, penult. corr. Ouid. Phedra. I nunc, & meriti lectum reuerere patentis. Luca. 1. Marte sub aduerso reuerēt in terga feroces. antepenult. acuit. Stat. Syl. 3. Sic quondam magno phœnix reuerendus Achillis. pen. acu. Cicero de Inuen. Aut honore, aut aliqua dignitate antecedentes reueremur, & colimus. Idem ad Her. Difficile est, uirtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit usus.

Revertor, penul. pro. Iuue. Sat. 3. Vt liceat paucis cum dentibus inde reuerti. Ouid. Fastor. 1. Salue festa dies, meliorque reuertere semper. Stat. Sylu. 1. Sic rerum series, mundique reuertitur ætas. Flac. 2. Iam non dura toris Veneri nec iniqua reuersæ. Cicero Epi. Nisi ad superiorem consuetudinem reuertisses. Idem Tusc. Multi semel egressi nunquam domum reuertere. pen. acu.

Revиresco, penul. prod. Verg. Georg. 2. Possunt atq; ima similes reuirescere terra. Stat. Sylu. 1. Exuit ac alios melior reuirescit in annos. Cicero de Pro. Et ad renouandum bellum reuirescent. Idem ad Heren. Virtute optimatum reuirescunt. pen. acu.

Reviso, penul. prod. Verg. Buccol. Sæpius ac si me Lycida formosa reuisas. Idem Geor. 1. Progeniem paruam, dulcesque reuisere nidos. Idem Aeneid. 1. Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque reuisit. Luca. 6. Illic mersa suos, operamque ut summa reuisit. Cicero Att. Reuise nos aliquando. Idem. Quare cum poteris, reuises nos. penult. flect.

Revoco, penulti. cor. Stat. Syl. 1. A uia nymbosa reuocabunt littora bruma. Idem. Hunc sibi, sed reuocant fasti, maiorque curulis. Sil. 15. Hac anima uestras reuocabo ad prælia dextras. Flac. 7. Inde ubi fata nocens, & non reuocabilis unquam. Horat. Epist. 1. Et semel emissum uolat irreuocabile uerbū. antepenultima acuit. Ouid. de Trist. 1. Ter limen tetigi, ter sum reuocatus, & ipse. Idem Metamorpho. 2. Talia dicenti tibi, ait, reuocamina coruus. Idem Fastor. 1. Accipio reuocamen, ait, uocemque secutus. penultima flect. Cicero pro Mur. Vnde tu me uocasti, inde ibi ego te reuoco. Idem de Ora. Mẹque ad meum munus, pensumque reuocabo. Idem de Clar. Ego me ad pristina studia retrocaui. Idem pro Clu. Eam nō filii dolor, non filię mœror a cupiditate reuocant.

Revolvo, penul. prod. Verg. Aene. 10. Redde oro miseris, iterumque reuolue re casus. Idē. Tantum effatus, & interea reuoluta ruebat. penul. flect. Sil. 14. Incumbens messana freto minimumque reuulsa. penultima acuit. & reuoluo.

Cicero

Cicero de Nat. Draco subter, supráque reuoluens sese. Idem ad Her. Neque eodem identidem reuoluamur.

REVS, pen. cor. Ouid. de Trist. 2. Nec mala commissa est nobis fortuna reorum. Vergil. Aene. 5. Constituam ante aras uoti reus. extaque falsos. pe. acu.

REX, prod. Stat. Theb. 3. Regis Echionij fratri sua iura negari. Luca. 8. Regibus hirta coma, & generosa fronte decora. acuitur.

RHADAMANTHVS, penul. prod. Iuuen Sat. 13. Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamanthus. Mantuan. Non fuerit post quam fratres Rhadamantos & ingens. Vergil. Aeneid. 6. Gnosius hæc Rhadamanthus habet durissima regna. pen. acu.

RHAMNVSIA, penul. cor. Vergi. Opusc. Haud fallor, quod te potius Rhamnusia fallar. Catull. Pace tua fari hæc liceat Rhamnusia uirgo. Idem. Aut rapidi Tritonis hora, aut Rhamnusia uirgo. Ouid. Metamorpho. 3. Dixerat, assensit precibus Rhamnusia iustis. Idem 15. Idaliam, memoremque time Rhamnusidis iram. antepe. acu.

RHEA, penulti. produ. Vergi. Aeneid. 7. Collis Auentini sylua quem Rhea sacerdos. Ait Seruius Aeneid. 11. ibi. Veloce interea superis in sedibus Opim. nam Ops terra est, uxor Saturni, quam Græci Rheam appellant. pe. flect.

RHEDA, pen. prod. Iuuenal. Sat. 3. Inde caput morbi rhedarum transitus Arcto. Idem. Sed cùm tota domus rheda componitur una. de quo ait Quint. Inst. 1. cap. 10. Epirhedium ex duobus peregrinis compositum: nam cùm sit præpositio ἐπὶ Græca, rheda Gallicum uocabulum, quod genus uehiculi est. penulti. flectit.

RHEGIVM, penul. cor. Ouid. Metamor. 14. Rhegion ingreditur, secuentesque æstibus undas. cum aspiratione scribi, & nomen est Græcum, quod Latinè sonat abscissum esse è Sicilia, cum prius continens erat cum Sicilia. sine aspiratione uerò Cisalpinæ Galliæ oppidum est. antepe. acu.

RHENVS, penul. prod. Ouid. Metamor. 2. Hesperiosque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque. Idem 1. Fast. 1. Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas. Iuuenal. Sat. 8. Amnibus & Rheno, atque Istro præstare Neronem. Sta. Sylu. 1. Aenea captiui crinem tegit ungula Rheni. Martial. 2. Nobilius domito tribuit Germania Rheno. penulti. flectit.

Svppleo, penulti. cor. Vergil. Buc. Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto. Cicero in Ver. Non te instruere domum tuam uoluerunt in prouincia, sed illum usum prouinciæ supplere. antepenulti. acuit.

Svppliciter, penulti. cor. Vergil. Aeneid. 1. Suppliciter tristes, & tunsæ pectora palmis. Idem 12. Suppliciter uenerans demisso lumine Turnus. Oui. Fast. 2. Suppliciter posito procubuere genu. Stat. Theb. 3. Suppliciter posuere iubas, tunc pectora summo. antepenultim. acuit.

Svpplicivm, penulti. cor. Claud. Supplicium vt pandas, inquit, tua mœnia letho. Iuuen. Satir. 8. Cuius supplicio non debuit una parari. Idem 15. Supplicia his populis, quorum uni mente pares sunt. Vergil. Aeneid. 11. Supplicia, & scopulos lacrimosis uocibus implent. Mart. primo. Denique supplicium dederat necis ille paternæ. Ouid. de Tristibus primo. Supplicij pars est in regione mori. Idem Metamorpho. 2. Suppliciumque suum est, quanuis tamen oderit illam. antepen. acu.

Svpplico, penultim. cor. Pers. Satir. 5. Supplicet accedam si totus, & inrerger illinc. Cicero post. Acd. Multi pro Qu. Metelli reditu vobis supplicauerunt. Idem de Nat. Vt ego illis supplicarem. antepenulti. acuit.

Svpra, penultim. product. Pers. Satir. 5. Quæ dederat supra repeto, fumemque reducis. Ouid. Metamorpho. 1. Mulcet aquas rector pelagi, supraque profundum. Idem tertio Victorem supra spatiosi corporis hostem. Vergil. Aeneid. 3. Tum mihi cæruleus supra caput astitit imber. Idem quinto Olli cæruleus supra caput astitit imber. Vergil. Geo. 2. Rara sit, an supra morem si densa requiras. Vide A, præpositionem.

SVPPREMVS, penulti. product. Hor. Ser. 1. Suppremum tempus ne se penuria uictus. Ouid. Phyl. Et mihi descedens suppremа dicere uoce. Idem Metamorpho. 2. Vidit & arsuros suppremis ignibus artus. Vergil. Aeneid. 3. Candidus & magna suppremum uoce ciemus. Aduerbium est hic, ait Seruius, vt toruum pro torue. Mantuan. Ventum erat ad loca supplicio decreta supremo. penultima flecti.

SVPPRIMO, penul. cor. Ouid. Met. 1. Supprimit extemplo uocem, firmatque soporem. Verg. Opusc. Supprimite O paulum turbat, ô flamina uenti. antepenul. acu. Cicero pro Clu. Deinde cum supprimat. Idem. Quæ cum accepisset a pupillo, suppressit.

SVRA, penul. prod. Verg. Buc. Puniceo stabis suras euincta cothurno. Idem Aene. 1. Purpureosque alte suras uincire cothurno. Idem 11. Aspicit in teretes lignum sic credere suras. Ausc. Pectus, crura, latus, ventrem, femora, inguina, suras. Luca. 9. Membra natant sanie, suræ fluxere sine ullo. pen. flect.

SVRCVLVS, penultima cor. Vergil. Geo. secundo. Pomaque & Alcinoi syluæ nec surculus idem. Mant. Surculus inseritur trunco, natura duorum. antepenultima acuit.

SVRRENTINVS, penultim. product. Hor. Ser. 2. Surrentina uafer, qui miscet fœce Salerna. Stat. Syl. 2. Surrentina tuus spectat prætoria Limo. Ouid. Meta. 15. Et Surrentinos generosos palmite colles. Mart. 14. Sed Surrentinæ læue tereuma totæ. penul. flect.

SVRRIPIO, penul. cor. Hor. Ser. 2. Si quid uis satis est, per iura surripis, aufers. Idē. Quiddā magnum addēs unum me surpite morti. Idē. Mœnia nocturni surrepere, iamque tenebat. Ouid. Canace. Crimina sunt oculis surripienda patris. Mart. 8. Circuit, & soleas surripit ipse suas. Idem 12. Prætori mappam surripit Hermogenes. antepenult. acuit.

SVS, prod. Vergil. Aeneid. 7. Setigerique sues, atque in præsepibus ursi. Idem Georg. 3. Ipsa ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus. Idem. 6. Procubuit, uiridique in littore conspicitur sus. Ait Seruius. Sciendum tamen hoc esse uitiosum, monosyllaba finire versum, nisi forte ipso monosyllaba minora explicentur animalia. Stat. Thebaid. 1. Setigerumque suem, & fuluum aduentare leonem. Vergil. Aeneid. 1 Terga suum pingues centum cum matribus agnos. flectitur.

SVSA, penultim. prod. Propo. 2. Non tot Achæmenijs armantur Susa sagittis. Luca. 8. Imperij nudare latus, dum persida Susis. Idem secundo. Mundus, Achemeniis decurrant medica Susis. penult. flectitur.

SVSANA, penul. cor. Sil. 3. At non Sarmaticos attollens Susana mores. antep. acu.

SVSCIPIO, penulti. cor. Vergil. Aeneid. 12. Suscipiens cœlum, tenditque ad sydera dextram. Idem 6. Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit. Lucre. sexto. Suscipere hæc animi tranquilla pace valebis. Idem quinto. Suscipiendaque curarit solennia sacra. antepenultima acuit. Cicero in Catul. Illi sine mora negotium susceperunt. Idem Att. Suscipe cogitationem, Idem. In quo magnum odium Pompeii suscepistis. Idē Off. Qui periculosas rerum actiones suscipiunt.

SVSCITO, penultima corre. Claud. Curatumque alacres ad tympana suscitat enses. Vergil. Aeneid. 10. Dardanidæ emuris spes addita suscitat iras. Idem 12. Suscitat irarumque omnes effundit habens. Idem. Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira. Idem quinto. Acrior ad pugnam redit, & uim suscitat ira. Idem 2. Sufficit ipse deos in Dardana suscitat arma. Idem Geo. 4. Suscitar, & raptat guiuiter pro cōiuge sæuit. Horat. Sermo. primo. Suscitet, ac reddat natis, clarisque propinquis. Martial. secundo. Et sedeo qua te suscitat Oceanus. Lucret. quinto. Qui delubra Deum toto noua suscitat orbe. antepenultima acuit. Cicero pro Qu. R. Te ab tuis subsellijs contra te testem suscitabo. Idem. Antequàm, qui nouam rationem suscitant.

SVSPI-

SVSPICIO, pe.cor. Oui. Helena. Quos ego suspicio, sed quid tibi gloria magna est. Idem Me.2. Suspicit indigenæ Sidonida nomine dicunt. Ver. Geo.1. Suspiciens patulis captauit naribus auras. Mart.11. Oblinitur minime si qua est suspicio rimę. Iuu. Sat.13. Suspicit exigui lectum plantaribus horti. Lucr.5. Nam cùm suspicimus magni cœlestia mundi. Cicero de Nat. Cùm cœlum suspeximus. Idē Epicurus cœlum non suspexit. Idem de D. Ille autem nec suspicit. antepenul ti. acuit.

SVSPICOR, penul. cor. Ouid. Penelo. Iam longæ causas suspicor esse moræ. Idem Ariadne. Iam iam uenturos, aut hac, aut suspicor illuc. Idem Laodomi. Suspicor, hęc Danais posse nocere puto. Idē Met. 3. Et quantum motu formosi suspicor oris. Idem Fast.1. Nescio quem ex vobis suspicor esse deos. Idem 2. Aedem non magni suspicor esse Iouis. Prop.2. Et mi ser in tunica suspicor esse virum. Mart. 3. Suspicor, vt quod enim Betice saprofagis. Idem. Nec famulos totidem suspi cor esse tibi. antepe. acu. Cicero pro Sil. Defendit, de quo nihil est suspicatus. Idem de Nat. Nec Protagoras quicquā uidetur de natura Deorum suspicari. Idem de Fin. Certi homines quos iam suspicari debes.

SVSPIRIVM, pen. cor. Stat. Syl.1. Vota pa ues pone ô dulcis suspiria uates. Idem 2. Connubia, ardenti iam iam suspiria librat. Idem 3. Anxia, peruigil ducis suspiria cura. Idem Theb.2. Sentio peruigiles acuunt suspiria questus. Idem 6. Ante ducem, pressaq; leuat suspiria palmæ. Mar.10. Vrere nec miserum cessant suspiria pectus. Idem 11. Corripis, obseruas, quereris suspiria ducis. Luc.4. Rescissoque nocent suspiria dura palato. Ouid. Met.1. Dicta refers, alto tantum suspiria ducis. Idem Met.2. Ingemuit, vultumque deæ ad suspiria duxit. antepenul. acu.

SVSPIRO, pen. pro. Tibul.1. Te tenet absentes alios suspirat amores. Iuu. Sat.11. Suspirat longo non uisam tempore matrem. Pers. Sat.2. Nequicquam fundo suspiret nummus in imo. Ouid. Met.1. Dū que ibi suspirat motos in arundine ventos. penult. flect. Cicero Att. Neminem habeo, quo cum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possim.

SVSTINEO, pen. cor. Oui. Pen. Extremū fati sustinet ille diem. Idem Briss. Et galeam pressa sustinuisse coma. Idem Paris. Vix populum tellus sustinet illa suū. Idem Met.1. Aucta fuga forma est, sed enim non sustinet ultra. Idem 10. Vixque suis umeris candentē sustinet axē. Idem Fast.5. Fulmina thure dato sustinuisse manum. Idem 6. Sustinuit tantas operum subuertere moles. Mart.9. Expectes, & sustineas auguste necesse est. Idē. Vidit raptantes, sustinuitq; manus. Ver. Aenei.12. Sustinet, & fata imponit diuersa duorum. Idem 10. Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo. Idem Geo.2. Huc, illuc media ipsa ingentem sustinet umbram. Idem 4. An Labycas possint, sustinuisse trabes. Luca.9. Sustinere diem, cœli seruantur in vsus. antepe. acu. Cicero. Att. Corpore uix sustineo grauitatem cœli huius. Idem. Neque solum cum ista copia tantum multitudinem sustinere poteris.

SVSTVLI, pen. cor. Hor. Ser.1 Sustulit esuriens minus hoc iocundus amicus. Oui. Met.2. Sustulit, & celeri raptos per inania uento. Idem 3. Sustulit & magnum magno conamine iussit. Mart.1. Sustulerat raptas taurus in astra pilas. Vergil. Aen.12. Sustulerant, puro vt possent concurrere campo. Idem Geo.1. Sustuleris fragiles calamos, syluamque sonantem. Vide Vallam lib.5. cap.13. Cicero Att. Salaminij nos in cęlum de cretis suis sustulerunt. Idem de Natu. Sol in currum Phaethontem filium sustulit. Idem in Verr. Verres ciues Romanos in crucem sustulit. antepen. acu.

SVSVRRO, pen. product. Ouid. Metamor. 3. Pars mihi significat, pars qui velit, aure susurrat. Mart.3. Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat. Vergil. Geo.3. Tum sonus auditur grauior, tractimque susurrat. Claud. Vestibus occulto crimen mandare susurro. Vergil. Buc. Sæpe leui somnum suadebit inire susurro. Oui. Leand. Aut ego cum charadete nutri-

te susurro.penulti.acuit.

SVTILIS, penultima cor. Mart.primo. O quantum est sutilis casibus ingenium. Idem. Lassenturque rosis tempora sutilibus. Vergil. Aeneid.12. Horum vnum ad medium teritur qua sutilis aluo. Idē 6. Sutilis, & multam accepit limosa paludem. Ouid. Fast.5. Tempora sutilibus cinguntur fora coronis.antepenult. acuit.

SVTOR, penultima product. Mart.3. Das gladiatores furorum regule Cardo. Idem quinto. Sutor, cerdo, dedit tibi culta Bononia munus. Idem 12. Vilia sutoris, calicem munimenta Vatini. Hor.Ser.1. Et sutor bonus, & solus formosus & est res. Idem, Nec soleas fecit sutor tamen.est sapiens quo. Idem. Sutor erat sapiens operis, sic optimus omnis.penult.flect.

SVTVS, penultim.product. Ouid. de Tristibus 3. Pellibus, & sutis arcent mala frigora braccis. Sat.Theb.3. Hic teretes galeas, magnorumque cærea suta. Idem 7. Leua ter in suto seruant ingentia ferro. Vergil. Geo.4. Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis. penulti. flect.

SVVS, penulti.cor. Vergil.Aeneid.6. Purpureo solemque suum, sua sydera norunt. Idem. Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus. Ouid. Metamor. 1. Sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat. Idem secundo. Vlterius potuit nec dicere plura suumquem. penultim. acuit.

# T



TABVLA, pen.cor. Ouid. de Tristi.1. Naufragij tabulas, qui petiere mei. Idē Fast. 3. Quiq; moues cœlum, tabulasque coloribus uris. Mar.quinto. Quadrantem Crispus tabulis Faustine supremis. Vergil. Aenei.1. Arma uirum, tabulæque, & Troia gaza per undas. Claud. Mutauit tabulas, vel quanta uocabula vertit.antepenulti.acuit. Vergil. Geo.2. Assuescant, summasque sequi tabulata per vlmos. Stat. Sy. primo. Quid nunc strata solo referant tabulata crepantis. Luca.4. Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis. Vergil. Geo. 2. Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.penult. flect. Ouid. de Tristi. 5. Sæpe tamen nobis vt nunc quoque sumpta tabella est. Idem Fast. 1. Heu quantum fati parua tabella tulit. Idem 3. Et posita est meritæ multa tabella deæ. Idem Metamorph.14. Sæpe ferenda dabit blandis sua uerba tabellis. Mart. 9. Hos eme quo arctas breuibus membrana tabellis.pen.acu.

TABESCO, pen.prod. Hor.Ser.1. Tabescat neque se maiori pauperiorum. Ouid. Met.15. Corpora tabuerint, in patua animalia verti. Idem 14. Tabuit, Inq; leues paulatim euanuit auras. Mant. Fleuit & abiecta Pallas contabuit hasta. Mart.4. Tabuit in calido vulnere mucro tenet.

TABERNA, pe.pro. Hor.de Art. Mugit in obscuras humili sermone tabernas. Idē Ser.1. Abiecto instrumento artis, clausa que taberna. Vergil. Opusc. Ebria famosa saltat lasciua taberna. Mart.7. Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit. penult.acuit.

TABIFICVS, pen.cor. Mant. Tabifico iumenta greges, armenta colonos. Luca.5. Aera tabificum nenullo sæcula dono. Idem 9. Ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps.antepe.acu.

TABIDVS, pen.cor. Mart.1. Indignas premeres pestis cum tabida fauces. Ouid.de Pont.1. Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta.antepen.acu.

TABO, pen.product. Vergil. Geo. 3. In tabulis turpi dilapsa cadauera tabo. Idem Aeneid.8. Tormenti genus, & fenie, taboque fluentes. Idem 3. Limina uidit atro cum membra fluentia tabo. Idem, Et tertam tabo maculant, mihi frigidus horror. Ait Seruius. Et est nomen casus septimi tantum: vt sponte natu. quod si uelis declinare, hæc tabes, huius tabis dicis. Luca. 1. Cernit tabe iecur madidum uenasque minantes. penul. acu.

TABRACA, pen.cor. Iuu. Sati.10. Quales umbriferos vbi pandit tabraca saltus. antepen.acuit.

TABRIGILVS, pen.cor. Claud. Tandem Tabrigilum Geticæ dux improbus aulæ.antepen.acu.

TABVRNVS, pen.pro.Ver.Geo.1. Conserere atque Olea magnū vestire Taburnum. Idem Aenei.12. Ac ueluti ingenti sylua sum moue Taburno. Ait Seruius. Taburnus mons est Campaniæ. penul. acuit.

TACEO, penulti. cor. Ouid.Helen.Iuppiter vt soceri proauis taceatur, & omne.Idem 3.Tu quo Thebanæ mala prædà tacebere matris. Mart.1. Prisca fides taceat, nam post tua munera Cæsar.Idē Fucinus & pigri taceantur stagna Meronis. Idem.cice tacent omnes Neuolę dic aliquid.Stat.Syl.1.Fama tace, subiit leges,& fræna momordit. Idem 7. Tunc Apollineę tacuere oracula Cyrrhę.Vergi.Buc.Vel quæ sub legi tacitus tibi carmina nuper.Perf.Sat.5. Labra moues tacitus recutitaq; sabbata palles. Oui.Me.14. Inde satis curibus tacitorū more luporum.Verg.Aen.9.Eminet & lena tacitis subremigat undis.antepe. acu.Mart. 13.Mulio quod non det taciturus accipe mulis.pen.flect.Tibul.1. Et vocet ad digiti me taciturna sonum.pen.acu.Cicero Att. Qui de rebus tuis diu taeuetat.Idem de Ora.Enunciabo apud vos quod semper tacuit.

TACIVS, pen.cor.Oui.Me.14.Mœnia conduntur Tatius, patresq; Sabini.antepe. acuit.

TAGVS, pen.cor. Oui.Met.2.Quodq; suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurū, Mar.7.Quā meus Hispano si me Tagus impleat auro.Idem 10. Aurea quicquid habet diuitis unda Tagi.Idem.Auriferumque tagum, scytiam, patriumq; Solonem.Sil.1.Auriferi tagus ascito cognomine fontis.Stati. Syl.1. Huic hermum, fuluoque tagum decurrere limo.Claud. Tempestas tenebrosa Tagi non stagna rubentis.Luca.3.Puppe Tagus, Graium que audax amplustre retentat. penulti. acuit.

TAGES, pe.cor. Luc.1. Finxerit iste Tages flexa sic omnia Tuscus.Oui.Met.15.Indigena dixere Tagē, qui primus Tetruscam.pen.acu. Vide Aruspex.

TAIGETVS, pen.cor.Mant. Nunc in Taygeto cypressi fera uel in Ida.Stat.Syl.1. Taygeta & syluis arcessere Pana Lyceis. Flac.1.Duxit opus, bis Taygeton, syluasque comantes.Verg. Geo.2. Taygeta, ò qui me gelidis in vallibus Hæmi. Ait Seruius.Mons Laconum Libero,& Baccho sacratus.Idem 3.Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum. Idē 4. Taygete simulos terris ostendit honestum.antepen.acu.

TALAVS, pe.cor.Oui.Ibin. Coniuge quā Talai Tyndarieque gener. Flac.1. Nititur hinc Talaus, fratrisque Leodocus vt gei.Idem 3.Euritus, & dictis Talai non tertitus Idas.Idem 6.Quam Talaum vi det erit pugnas miratur Acasti.antepe. acuit.

TALENTVM, pen.pro.Iuu.Sat.14. Illa uel ste tauet tu propter mille talenta. Hor. Ser. 2. Hic simul accepit patrimonium mille talenta.Ver.Ae.9. Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Idem 11.Munera portantes, eboris que, auriq; talenta. Idem 5.Persusæ vestes, argenti, aurique talenta.pen.acu.

TALIS, pen.pro.Iuu. Sati.2. Talia secreta coluerunt orgia tæda. Stat. Syl.1. Ante Palladiæ talem Germanice nobis.Idem Theb. 8. Talia fatidico peragunt solennia regi.Ouid. Met.14. Talibus iratam Venerem Pleuronius Agmon.Man. Talibus insonuit verbis, Ioāne parentum. Idem. Talibus Arnenses uerbis reparata colonos.Oui.Me.1.Talibus Inde modis ora indignantia soluit.]Idem. Talia uerba refert, restabat verba teferre. penult.flect. Mart.5. Taliter exuta est veterem noua Roma senectam.antepenul. acuit.

TALTIBIVS, pen,cor.Oui. Briss.Nam simul Euribates, Taltibiusque comes.antepenul. acu.

TALVS, penul.product. Ouid.Me.4.Summa pedum, taloque tenus, vestigia tingit, Mart. primo. Supposita est blando nunquam tibi tessera talo.Pers. Satir.5. Hor.Ser.1. Quarum subsuta talos tegat instita ueste. Vergil. Opusc. Argentata tuos etiam sandalia talos.Mart.14. Nō sim talorum numero par tessera, dum

sit.Verg. Aeneid.4.Imperio, vt primum pedibus talaria tranat. Lucr.6.Pestilitas etiã pigris talaribus ægre. Auso. Quid talaria habes volucris sum Mercurius, quem.Ouid. Metamorp. 2. Virga fit vt tersis niteant talaria palmis. pen. flecti.

TAMEN, penulti.cor.Ouid. Briss. Tot tamen amissis te compensauimus unum. Idem Metamorph. 1. Nam quanquam ferus hostis erat tamen illud ab uno. Idem Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo. Vergi.Buc.Libertas,quæ sera tamen respexit inertem. Idem.Sed tamen iste Deus, qui sit da Tityre nobis.pen.acu.

TAM, pro. Vergil.Aeneid.7. Tam magis illa fremens, & Tristibus effera flammis. Ait Seruius,Legitur in arte, quòd tam magis,maxime,minus positiuo tantum iungantur: quod tamen tunc obseruabitur,si ponantur ad augmentum istæ particulæ: tunc enim uitiosam faciunt elocutionem . cæterum si ad exæquationem positæ sint, possunt vel comparatiuo, vel superlatiuo , vel pro his gradibus ipsæ inter se iungi. Hinc ergo est, Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis , Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Non enim ad prælationem positæ sunt: sed ad exæquationem: maiores enim nostri vitia non in dicto sed in significatione esse voluerunt.Hinc est in Salustio. Ita tam quisque pessime fecit , tam maxime tutus est:nam & hic exæquatio est, non comparatio. Vide Vallam capit. de comparatiuo.

TANAGER, penult.cor.Vergil. Aeneid.5. Concussus,syluæque,& sicci ripa Tanagri.Ait Despaut.Onager,Meleager,Tanager,quæ si quando videntur produci, menda est:hic produci igitur muta & liquida,quæ positionem faciunt: sunt cõsonantes hic,non liquidæ. g.r. antepen. acu.muta quidem & liquida metrum iuuant,non accentum.Vide Peragro.

TANAQVIL, penult.cor.Oui.Fast.6. Hæc secum Tanaquil sacris de more peractis. Iuu.Sat.6. Ante tamen de te,tanaql tua quando sororem. Ait Prisc. lib.7. In il, correpta masculini , fœminini, & communis generis sunt Latina: vt, hic pugil,pugilis:hæc tanaquil,huius tanaquilis.antepen.acu.

TANAIS, pen.cor.Verg.Geo.4. Solus Hyperboreas glacies,Tanaimque niualem. Luca.3. Ripheo Tanais diuersi nomina mundi.Flac.4. Quas Tanais, flauusque Lyces,Hypanisque,Nomasque.Idem.1. Illic Tanaceo pariter tremit ignea fuco. antepen.acu.

TANGO, penulti.product. Ouid.Brif. Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis. Idẽ Met.2.Humida nox tetigit, non est mora libera nobis.Mart.7.Sacra cothurnati non attigit ante Neronis. Vergil, Geo.1.Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ.Iuu.Satir.7. Precipuè uel si tetigit latus acrior illo.Pers.Sat.5. Et signum , & vapida naso tetigisse lagœna. Hor.de Art. Vesanum tetigisse timent, fugiuntque Poetam.Oui. Metamor.15. Quæ uidit, tetigit nec iam sua lumina damnans pen.acu.

TANTALVS, pen.cor. Claud.Fulmine Salmoneus,vel lingua Tantalus egit. Verg, Opusc.Solicitant magna te circum Tantale pœna.Tib.1.Tantalus est illic & circum stagna,sed acrem.Hor.Ser.1. Tantalus à labris sitiens fugientia captat. Ouid.de Art.2. Tantalus in media garrulus aret aqua. Stat. Theb.3. Tantalis innumeris cum circumfusa pruinis.Idẽ 4.Tantalis, & tumido percenset funera luctu. Idem 6.Tantalus inde parens, nõ qui fallentibus undis.Idem 10.Tantalidum venerata cohors subit conamine lõgo.Oui.Ariadne. Tantalides omnes, ipsumque regebat Achillem.Idem Helena.Tantalide Pelopis, Tyndareique genus,Idem Fast.2. Tantalidæ fratres absint , & Iasonis uxor. Idem 4. Respice Tantaliden eadem de a tela tenebat.antepen.acu.

TANTVLVS, pe.cor.Sil.4 Primum animalia sunt iam partim tantula eorũ. Hor. Ser. 1. At qui tantuli eget, quanto est opus,is neque limo.antepen.acu.

TAPETVM, tapes, tapetes. Mart.14. Stragula purpureis lucent uillosa tapetis. Ouid. Metamorpho. 12. Regia tecta petunt, positisque tapetibus altis. Flac,

Flac. 4. Instituere toros medijs tapetibus ipsum. Stat. Theb. 1. Emunire toros altos inferre tapetes. Vergil. Aeneid. 9. Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis. Idem 7. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Ait Seruius, Declinatur hoc nomen tapetum, tapeti, ut templum, templi. Vnde est, his tapetis. Item, hoc tapete, huius tapetis: ut sedile, sedilis. Vnde est, qui forte tepetibus altis. declinatur & Græcè, τάπης τοῦ τάπητος unde est pulchroque tapetas.

TARAPNEVS, pen. prod. Mant. Ista Tarapneus mirans ostenta leuatis.

TARATALLA, pen. prod. Mart. 1. Dicetur quare non Taratalla mihi. pen. acu.

TARDATVS, penul. prod. Verg. Aen. 5. At non tardatus casu, neq; territus heros, pen. acuit.

TARDIGRADVS, pen. cor. Mantu. Tardigrado, lætoque polum circundare giro. antepe. acu.

TARAS, pen. cor. Luca. 5. Antiquusque taras, secretaque littora Leucæ. pen. acu.

TARENTVM, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum. Hora. Ser. 1. Ire licet mulo, uel si libet usque Tarentum. Idem 2. Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. penul. acu. Mart. 13. Fila Tarentini grauiter redolentia porri. pen. flec.

TARGIVVS, penul. prod. Oui. Fast. 2. Targiuus iuuenis socios, dapibusque, metosque. pen. flec.

TARPEIVS, pen. pro. Oui. Fast. 1. Vestibus intactis tarpeias, itur in arce. Idem de Pont. 4. At cùm Tarpeias asses deductus in arces. Idem Met. 14. Bella gerunt arcisque uia Tarpeia reclusa. Luca. 3. Tūc rupes Tarpeia sonat, magnoque reclusas. Mart. 9. Quid pro Tarpeiæ frondis honore potest. Verg. Aen. 8. In summo custos Tarpeia Manlius arcis. Idē. Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit. Stat. Achil. 1. Non celsæ obstiterint Alpes, Tarpeiaque arua. Sil. 13. Qui quaterent muros, Tarpeiaq; mœnia misi. Ouid. Met. 15. Quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces. pen. acu.

TARQVINIVS, pen. cor. Proper. 3. Quid nunc Tarquini fractas iuuat esse securres. Hor. Ser. 1. Tarquinius regno pulsus fuit unius assis. Verg. Aenei. 8. Nec nō Tarquiniū eiectum Porsenna iubebat. Idem 6. Vis & Tarquinios reges, animāque superbam. Ouid. Fast. 2. Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat. antepen. acu. Vide Lucretia.

TARQVITVS, pen. cor. Verg. Aen. 10. Tarquitus exultans contra fulgentibus armis. antepe. acu.

TARRACO, pen. cor. Syl. 3. Phocaicæ dant emporiæ, dat tarraco pubem. antepenul. acuit.

TARTHESIVS, pen. cor. Sil. 13. Germano deuexa iugum Tarthesia tellus. Ouid. Meta. 14. Præsserat occiduus Tarthesia littora Phœbus. Mart. 11. Et Tarthesiaco concrepat æra manu. Idem 9. In Tarthesiacis domus est notissima terris. Idē 8. Nā Tarthesiacus stabuli nutritor Hiberi. antepe. acu.

TARTARA, pen. cor. Oui. Met. 1. Post quā Saturno tenebrosa in tartara misso. Idē 2. Dissilit omne solum, penetratque in tartara rimis. Verg. Georg. 2. Aetherias tantum in radice in tartara tendit. Idē 4. Tartara, cæruleosque amplexæ crinibus angues. Ouid. de Art. 3. Tartareosq; lacus, tergeminumque canem. Idē Met. 12. Vulnere tartareas geminato misit ad umbras. Mart. 5. Oraque Tartarei prodigiosa canis. Flac. 1. Tartarei sedet aula patris, non illa ruentis. antepe. acu.

TAVRANVS, penul. prod. Sil. 5. Tauranus comites suprema uoce ciebat. pen. flect.

TARVSCVM, penult. prod. Mant. Cum populis igitur petijt uicina Tarusco. pen. acuit.

TAVRINVS, penult. prod. Mart. 14. Taurino poteras pectus constringere tergo. penul. flect.

TAVROMINIVM, penul. cor. Ouid. Fast. 3. Hiberaque, & Didymen, Agrigentaque Taurominumque. antepen. acu. Iuuen. Sat. 5. Tauromitanæ rupes quando omne peractum est. Sil. 14. Tauromitana cernunt de sede Charibdim. Luc. 4. Tauromitanum uincunt feruore Charibdim. penul. flect.

TAVRVS, pen. pro. Verg. Buc. Pascite ut ante, boues pueri, submittite tauros. penul. acu.

acu. Verg. Georg. 4. Cùm properant alij taurini follibus auras. Ouid. Fast. 6. Postera lux Hyadas taurinæ cornua frontis. pen. flect. Luc. 1. Est qui tauriferis ubi se Meuania campis. Ouid. Fast. 4. Et se rimur molles taurea terga manus. Idem 4. Nec procul a nobis locus est ubi tauri ca dira. antepen. acu.

TECTORIVM, pen. cor. Iuu. Sat. 6. Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit. antepe. acu.

TÆDIVM, pen. cor. Oui. de Pont. 3. Tædia consimili fieri de carmine uobis. Iuuen. Sat. 2. Tædia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam. antepe. acu.

TÆDA, pen. pro. Ver. Buc. Hic focus, & tedæ pingues, hic plurimus ignis. Iuu. Sat. 2. Talia secreta coluerunt orgia teda. Idem 12. Quattuor, aut septem, si sit latissima teda. Auso: Fumantesque olidum Paganica lumina tedas. penul. flec. Oui. Phil. Et per tedíferæ mistica sacra deæ. antepe. acu.

TEGÆVS, pen. pro. Verg. Aen. 8. Tum lateri, atque humeris Tegæum subligat ensem. Idem Georg. 1. Adsis, ô Tageæ Fauens, soleæque Minerua. Ait Seruius, Tageæ uocatiuus est a deriuatione Tegei oppidi Arcadiæ, & Tegeum tribachus est, Tegeæ Pæan tertius. Oui. Fast. 2. Hic ait, in sylua uirgo Tegeæa lauentur. Idem 6. Liba sua properata manu Tegeæa sacerdos. pen. acu. Stat. Syl. 1. Et de Mænalia uolucer, Teagetibus umbra. Idem 5. Nunciat è celsis ales Tegeaticus astris. Sil. 13. Dextera lasciuit cæsa Tegeatide capra. antepe. acu.

TEGES, pen. cor. Iuu. Sat. 6. Ausa palatino tegetem præferre cubili. Idem. Nulla crepido uacat, nusquã pons, & tegetis pars. Idem 9. A tegete, & baculo uiginti milia fœnus. pen. acu.

TEGIMEN, pen. cor. Ouid. Met. 1. Somnifer am sumpsisse manu, tegimenque capillis. Idem. Desiit in terris illic, tegimenque remouit. Idem 3. Vestigatque uiros tegmen direpta leoni. antepe. acu. Oui. Met. 3. Tegmina mox capitum dicto mutantia cono. pen. acu.

TEGO, pen. cor. Ouid. O Enone. Et tegeret catulos qua fera rupe suos. Idem Sapho. Veste tegor uili, nullum est in crinibus aurum. Idem Met. 1. Fronde tegi syluas lapidosos surgere mõtes. Idem. Nix tegit alta duas totidem inter utranque locauit. Idem. Aut subiecta tegunt curuæ uineta carinæ. Idem. 13. Pluma tegit uolucres, ouibus sua luna decori est. Idem de Tristi. 4. Squalida prolixis qui tegit ora comis. Stat. Syl. 1. Aenea capri ui crinem tegit ungula Rheni. Hor. Ser. 1. Quarum subsuta talos tegat instita ueste. Sil. 14. Collis hyems, calidaque niuem tegit atra fauilla. Verg. Geor. 4. Videris incepto tegeret cum lumina somno. Cicero pro Sest. Animus eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. Idem pro Clar. Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. Idem Tusc. Vt nostram ipsi sententiam tegeremus. pen. acuit.

TEGVLA, pen. cor. Iuue. Sat. 3. Vltimus ardebat, quem tegula sola tuetur. Ouid. Fast. 2. Tegula porrectis satis est uelata coronis. Idem 6. Strataque erat trepido tegula quassa foco. Idem de Art. 2. Tegula sed quercus tecta cibumque dabat. antepen. acu.

TEIVS, teia, teium, possessiuum trisyllabum a Teio urbis nomine; ut Troius. Oui. de Trist. 2. Præcepit lyrici Teia mũsa senis. antepe. acu.

TELAMON, pen. cor. Ouid. Met. 8. Prosequitur Telamon, studioque incautus eũdi. Idem 11. Nec pars militiæ Telamon sine honore recessit. Idem 13. Dummodò quod fratres Telamon, Peleusq; fuerunt. Stat. Syl. 5. Pugnante Alcide tamẽ, & Telamone timebat. Ouid. Met. 13. Ne Telamoniades etiam nunc hiscere quiquam. Idem. Ne mandante mihi melius Telamonius ibit. Idem de Tristi. 2. Vtq; sedet uultu fassus Telamonius iram. antepen. acu.

TELEGONVS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni Oui di. Fast. 4. Et iam Telegoni, iam Mœnia Tyburis udi. Idem de Pont. 3. Telegoni que parens uertendis nota figuris. Idem de Trist. 1. Edipodas facito, Telegonasq; uoces. antepe. acu.

TELETHVSA, pen. prod. Ouid. Met. 9. Sed

tamen usque suum uanis Telethusa marium. Idem. Quod petit hæc Telethusa tiniens modo tempora differt. penulti. flectit.

Telephvs, pen. cor. Ouid. Met. 12. Fluxit opusque meæ bis sensit Telephus hastæ. Idem 13. Ergo opera illius mea sunt ego Telephon hasta. Hor. de Arte. Telephus, & Peleus cùm pauper, & exul uterque. Iuu. Sat. 1. Telephus? aut summi plena iam margine libri. antepe. acu.

Teleboys, pen. cor. Sil. 7. Teleboi medio surgunt quà regna profundo. Stat. Sil. 3. Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis. Verg. Aen 7. Fertur, Telebouû capreas cùm regna teneret. Ait Seruius. Nam Teleboe caprearum sunt populi, quos Telon suo regebat imperio. antepe nul. acu.

Telecoon, pen. cor. Flac. 3. Telecoonta finit, deiectaque ora securi. Vide Demophoon. antepe. acu.

Telemvs, pen. cor. Ouid. Met. 13. Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales. Idem 15. Thurinosq; sinus, Telemque, & Iapygis arua. antepe. acu.

Telemachvs, pen. cor. Ouid. Penelop. Telemacho ueniet, uiuat modo fortior ætas. Idem. Laertesque senex, Telemachusque puer. antepe. acu.

Telisinvs, pen. pro. Sil. 10. Conuersis in terga iacit Telisinus ad ossa. pen. flectit.

Telvm, penul. produ. Ouid. Met. 1. Mille grauem telis exhausta pene pharetra. Idem de Pont. 4. Nec q uipereo tela cruore madent. Iuue. Sat. 14. Arida cum tota descendat aranea tela. Auso. Laudet Achemenias orientis gloria telas. Flac. 8. Iã alti clypeos, & tela trabalia dextris. Ouid. Phil. Altera tela arcus, altera telæ faces. pen. fle. Vide Acetum.

Tellvs, pen. pro. Oui. Met. 1. Quaq; erat & tellus illic & pontus, & aer. Idem. Sic erat instabilis tellus innabilis unda. Idẽ. Cura dei totidem plagæ tellure premuntur. Idem. Omnibus audita est telluris & æquoris undis. Verg. Aen. 2. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt. Ait Seruius, sanè tellus us longa est, & sunt pauca, quæ us producunt. ut senectus, iuuentus, salus, uirtus, palus, seruitus, incus, ius, tus, mus, pus. tunc licet, cùm genitiuus in tis, uel in iris exit. penultima acuit.

Temero, pen. cor. Luca. 1. Ferre manu & nunquam temerando parcere ferro. Sil. 14. Haud facilis temerare fidem socialia iura. Flac. 9. Sola recusasti lectum temerare iugalem. Ouid. Met. 2. Non audita tibi est patriani temerasse cubile. Idem 15. Tentatum frustra patrium temerare cubile. Idem de Art. 1. At non Actorides lectum temerauit Achillis. Idem Lean. Aut ego nõ noui quam sim temerarius, aut me. Idem Met. 1. Horridus obseruo, nescis temeraria, nescis. Idem 2. Concutiens illustre caput temeraria, dixit. Idẽ 7. Criminis ex templo ficti temerarius index. Idem 4. Accipienda dei, sed adhuc temeraria Bacchus. Idem de Tristi. 4. Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu. Stat. Syl. 1. Nec si Dardanius pastor temerarius Ida. Hor. de Art. Colligit, & ponit temere, & mutatur in horas. Luca. 5. Confusos temere immistæ glomerantur in orbes. Lucr. 3. Nec temere huc dolor usque post penetrare neq; acre. antepen. acu. Stat. Syl. 2. Integer & nullo temeratus corpora damno. Mart. 5. Rura Cleoneo nũquam temerata leone. Verg. Aen. 11. Intemerata colit, uellem haud correpta fuisset. pen. fle.

Temetvm, pen. pro. Iuu. Sat. 15. De Corcyræa temetum duxerat urna. Hor. Epi. 2. Pullos, oua, cadum, temeti, nempe modo isto. pen. flec. Vide Acetum.

Temesvm, Liciorum Oppidum. Telmesis promontorium, pen. pro. Luca. 8. Solo Rhodon, magnosque sinus Telmesidos undæ. pen. flect.

Temese, pen. cor. Oui. Met. 15. Hippotadesque domos regis, Temeseque metalla. Idem. Thurinosque sinus Temesenque & Iapygis arua. Stat. Syl. 1. Et quis se totis Temese dedit hausta metallis. Idem. Nil tibi plebeium nusquam Temesea notabis. penul. flect. Temese. antepenul. acu.

Temo, pen. prod. Luca. 4. Aspicerent, flexo que ursæ temone pauerent. Oui. Met. 2. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa. Idem. Illic frena iacent, illic temone

mone reuulsus. Verg.Geo.1.Huic a stirpe pedes temo protentus in octo. Stat. Theb. t. Cui neque temo piger, neque amico sydere monstrat. Idem. Excusare tuos,& iam temone supino.Idem Sil.t. Gemmato temone sedet iam Tybridis arces.pen.flect.

TE,& temet. Vide Met.

TEMPE,penul.prod.Oui.Met.t. Sylua uocant tempe,per que Peneus abimo. Luca.8.Iam super Herculeas fauces nemorosaque tempe. Verg. Georg.2, Speluncæ,uiuique lacus, at frigida tempe. Ait Seruius. Tempè propriè sunt loca amœna Thessaliæ: abusiuè est cuiuscunque loci amœnitas, numero plurali, neutroq; genere. pen.acu.

TENAX,penul.co. Verg. Georg.1. Et uertenda manu,& creta solidanda tenaci. Idem 4. Prima fauis ponunt fundamina deinde tenaces. Idem. Excudunt ceras, & mella tenacia figunt.Iuue.Sat.8.Iusti tiæque tenax factis, dictisque mereris. Sil.t 3.Hæc æui,uitæque tenax,felixque senectam. pen.acu.

TEMPVS,penul.prod.Ouid.Met.15.Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur.Idem. Tempus adest genitor, quorum fundamine magno. Idem Phedra. Tépore, quo nobis inita est Cerealis Eleusis. Mant. Temporibus tempus tria quod ieiunia claudit. Lucr.2.Intépestiuis ex imbribus humida tellus. penul.flect.

TENARIS,penul.cor.Oui.Met.14.Fertur, & armento Tenaris erráte per herbas. Idem.Parif.Aut huic Tenaria contegat exul humo. Idem. Aut te Tenarie faciè culpasse marite.Fla.1.Illis Tænario pariter tremit ignea foco.Stat. Theb. 1.Iam Nemea iam Tenaris contermina lucis. Proper. t.Tænarius facili pressit amare deus.Stat.Theb.2.Tenarus expositos nō audens scandere fluctus. Idem 4. Tenarijs hic celsus equis,quam dispare cœtu. Verg.Geo.4. Tenarias etiam fauces alta hostia Ditis.antepe.acu.

TENDO,pen.prod.Ouid.Met. 5.Deplorauit Atyn,quos ille tetenderat arcus. Vergi.Aen.2.Hic Dolopum manus,hic sæuus tendebat Achilles.Idem. Hærebat, paruumque patri tendebat Iulum.Idem 8. Iam poterat legio & latis tendebat in aruis.Idem 9. Quoue tenetis iter, nihil illi tendere contra. Ait Seruius. Tendo contra sermonem tuum, est respondeo tibi. Mant. Post quàm sparsa fides, & propagata tetendit.pen.acu. Cicer. Att. Itaque dubito, an Venusina tendam.Idem de Leg. Tendere insidias alicui.Idē de D. Ad reliqua acri tendebamus animo.

TENEBRA,penul.cor.Stat.Syl.5. Lumine purpureo tristes aperire tenebras. Sil.6. Sub terra specus, & triste sub luce tenebræ.Oui. Phedra. Non tibi per tenebras duri reseranda mariti. Idem Met.2. Poscimur,& fulget tenebris aurora fugatis. Verg.Georg. 1. Semper & obtenta densentur nocte tenebræ.antepen. acu. Stat. Theb.1.Inglomerat noctem,& tenebrosa uolumina torquet. Claud.Elicit oppressas tenebroso in carcere leges. Oui. Met. 1.Post quàm Saturno tenebrosa in tartara misso. Mart. t.Redde lupi nobis tenebrosaque balnea Gylli. Ver.Aen.6. Dicitur,& tenebrosa palus acheronte refuso. pen.flec.

TENEDOS,pen. cor. Verg.Aen.2.Est in cōspectu Tenedos notissima fama. Ouidi. Met. t. Et claros,& Tenedos, patereaq; regia seruit.antepe.acu.

TENEO,penul.cor.Ouid. Phil.Nec teneant cursus forsitan ille tuos. Idem Met.1.Astra tenent cæleste solum, formeq; deorum.Idem. Conciliumque uocat tenuit mora nulla uocatos.Idem. Murmura cōpressit tenuere silentia cuncti.Idem.Alter inhæsuro similis iam, iamque tenere.Idem 2.Inter utrunque tene,fortunæ cætera mando.Idem 14.Quo fatus anti quo tenuit repetita Latinis. Luca.8.Tetrarchæ, regesque tenent, magnique tyranni.Sil.2. Namque metus, magnique tenent præcepta parentis. Verg.Buc.Nāque fatebor enim,dum me Galathea tenebat.Idem Geo. 2. Atque per ambages & longa exorsa tenebo.Oui.Met. 9.Dixit,& inceptos tenuerunt carmina partus. Flac. 2. Pleias in aduersę tenuisset littore Thraces.antepe.acui. Cicero pro Dom. Tenere ciuitatem oppressam seruitu-

uitute. Idem Epi. 7. Qui Ciliciam, Cyprumque teneas. Idem de Clar. Reliquæ partes suam uim, & dignitatem tenent. Idem in Ora. Viuam illorum memoriã tenemus.

TENER, pen. cor. Ouid. Phil. Stat nece matura tenerum pensare pudorem. Idem Meta. 2. Et teneros manibus ramos abrumpit, at inde. Idem Fast. 1. Quæque tibi quondam tenero ducenda palato. Iuue. Sat. 1. Cûm tener uxorem ducat spado mœnia Tuscum. Verg. Buc. Sępe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Idem. Pastores ouium teneros depellere fœtus. Stat. Sil. 5. Cui nomen uox prima meum, ludusque tenello.

TENOR, penul. cor. Oui. Sappho. An grauis inceptum peragit fortuna tenorē. Idem Met. 3. Cætera paulatim, placidoque adducta tenore. Idem de Tristib. 3. Inde tenore pari gradibus sublimia celsis. Claud. Pergite securæ uestrum uis nulla tenorem. Ver. Geo. 2. Illuxisse dies aliumve habuisse tenorem. Idem Aenei. 10. Protinus hasta fugit, seruatque cruē ta tenorem. pen. acu.

TENOS, pen. pro. Oui. Met. 7. At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

TENTAMEN, pen. pro. Oui. Met. 3. Primã fidem, uocisq; datæ tentamina sumpsit; pen. flect.

TENTAMENTVM, pen. pro. Flac. 1. Tentamenta tenent, nec dum data copia rerū. Verg. Aen. 8. Tentamenta tui pepigi, me me ipse, meumq;. Oui. Met. 1. Diffidunt monitis, sed quid tentare nocebit. Idem 2. Et uento frustra tentarunt æquore tingi. Idem 15. Tentamenta nihil, nihil arte posse medentum. pen. acu.

TENTIGO, penul. prod. Verg. Opusc. Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpat. Iuu. Sat. 6. Clausit adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. pen. flect.

TENTYRA, pen. cor. Iuu. Sat. 15. Qui uicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ. Ouid. de Tristi. 1. Saltus ab hac contra breuis est Tentyra petenti. Iuu. Sat. 15. Ardet adhuc combos, & tentyra summus utrinque. Ioannes Despaut. ex exemplis commune m, y ponit. antepe. acu.

TENTORIVM, pen. cor. Oui. Fast. 3. Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt. Idem Met. 13. Haud contentus eo petij tentoria Rhesi. antepe. acu.

TENVIS, penul. cor. Ouid. Penel. Fallar, & hoc crimē tenues uanescat in auras. Idē Phedra. Et tenui primam diligere ungue rosam. Idē Medea. Edixi tenui murmure lingua uale. Verg. Buc. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Idē Georg. 2. Et tenues rumpunt tunicas angustus in ipso. Idem. 1. Tenuia nec lanæ per cęlum uellera ferri. Ait Seruius. Tenuia proceleusmaticus est pro dactylo. quam rem quotiescunque facit Vergilius, seruat locum synæresi: ut, Tenuia, & genua labant. Idem Geor. 2. Tenuis ubi argilla, & dumosi calculus aruis. Lucre. Mittunt effigies quoque debent mittere tenuis. Idem 4. Et quia tenuia sunt, nisi quæ contendit acutè. antepe. acu.

TENVO, pen. cor. Ouid. de Tristi. 1. Spiritus & uacuas prius hic tenuandus in auras. Stat. Sil. 5. Et quis lasciua uires tenuare Thalia. Idem The 5. Atterit & uastas tenuat complexibus ornos. Idem Achil. 1. Impellat mortes, tenuantq; humentia saxa. Verg. Georg. 3. Ipsa autem macie tenuant armenta uolentes. Clau. Aetatis spatium non tenuauit, edas. Propet. 3. Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro. Ouid. Met. 15. In liquidas rarescit aquas, tenuatur in auras. Idem 14. Inueniūt Circen, nam iam tenuauerat auras. antepe. acu. Claud. Iam Poletini tenuatus sumere campi. Oui. Meta. 7. Luna quater plenum tenuata retexuit orbem. pen. flect. Tenuo. antepen. acuit.

TENVS, penult. cor. Ouid. Met. 2. Sustulit omniferos collo tenus arida uultus. Idē 4. Summa pedum, taloque tenus uestigia tingit. Idem de Tristib. Hac dominum tenus est illa secuta suum. Hor. Episto. 1. Est quodam prodire tenus, si non datur ultrà. Stat. Theb. 2. Spicula & inclusum capulo tenus admouet ensem. Sil. 9. Ense subit, capuloq; tenus ferrum impulit ora. Verg. Georg. 3. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Ait Seruius, & modò tenus aduerbium est, nam si esset præpositio ablatiuo cohæreret. Idem

10. Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem. Idem 3. Pube tenus postrema immani corpore pistrix. Ait Seruius, tenus præpositio ablatiua quidem est, sed figuratè etiam genitiuo cohæret. Idem 6. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Ait Seruius. Hic sermo quantum ad artem spectat duas continet partes orationis: ut, hac pronomen sit, tenus præpositio, sicut pube tenus, & crurum tenus. Sed iam usus obtinuit, ut pro una parte habeatur, & omnis pars orationis cùm deficit esse quod est, migrat in aduerbium, & est temporis. per se primam acu. ut cùm dicimus, ait Antonius Nebriss. cap. de accent. tenus cui casui seruit? tenus quæ pars orationis est? & est nomen.

TEPEO, pen. cor. Verg. Aen. 10. Vt semel in tepuit mucro, quin ecce Nyphæi. Ouid. Met. 1. Ver erat æternum, placidique tepentibus austris. Idem de Pont. 3. Illa recens pota est, nostra tepebit aqua. Mart. 6. Odit & hybernus si tepuere dies Mantua. Nec cessare deo lachrymas offerre tepentes. Stat. Syl. 1. Prælusi minor ille calor, quo sæua tepebat. Idem. Bruma tepet, uersumque domus, sibi temperat annum. Idem Theb. 2. Intepuere tori, tua me properabo fateri. Idem 5. Intepuit, cuius uidit Lucina labores. Luca. 4. Paulatim cadit ira ferox, mentesq; tepescũt. Catul. Alta tepefaciet per mista flumina cæde. Idem. Frigida deserto tepefecit membra cubili. Hor. Ser. 2. in matris iugulo ferrum tepefecit acutum. antepen. acuit.

TEPIDVS, penul. cor. Ouid. Phil. Te tenet in tepido mollis amica sinu. Idem Phedra. Purpureo tepidumq; qui mouet axe diem. Idem de Trist. lib. 1. Ibit & in tepido deferet ossa rogo. Verg. Geotg. 1. Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Idem. Et folijs undam tepidi despumat aheni. Hor. Ser. 1. Semesos pisces, tepidũque ligurierit ius. Ouid. Met. 15. Leucosiamque petit, tepidique rosaria pesti. Luca. 9. Seperat ardentem tepida Berenicida Lepti. antepe. acu.

TEPOR, penul. cor. Lucr. 2. Corpora prima manere etiam secreta teporis. Oui. Met. 2. Quæ neque dant flammas lenique tepore cremantur. pen. acu.

TER, cor. sequenti uocale. Ouid. Phedra. Ter secum conata loqui, ter inutilis hæsi. Idem. Lingua ter in primo destitit ore sonus. Idem Hyper. Non ego falsa loquor ter acutum sustulit ensem. Idem Fast. 5. Hinc ubi protulerit formosa ter Hesperus ora. Stat. Syl. 1. Iura Asiæ? uellit illa quidem ter habere, quaterque. acu. Mart. 2. Ter centena quidem poteras epigrammata ferre. Claud. Frigida ter decies nudatum frondibus hymum.

TEREBRO, penul. cor. Ouid. Fast. 6. Prima terebrato per rara foramina buxo. Ver. Aen. 3. Fundimur & telo lumen terebramus acuto. Idem 2. Aut terebrare cauas uteri tentare latebras. Mart. 11. Punctaque lasciua, quæ terebrantur acu. Lucr. 5. Et terebrare etiam ac pertendere, per que forare. Ouid. Met. 6. Emicat & longè terebrata prosilit aura. Cicero de D. Alexander Columnam auream pertere braui t. antepen. acu.

TERES, penul. cor. Verg. Buc. Incumbens tereti Damon, sic cæpit oliuæ Oui. Met. 11. Aspicit in tereres lignum succedere suras. Idem Fast. 2. Dat teretem zonam, quomodo cincta fuit. Luca. 3. Ast alias, manicæque ligant, teretesque catenæ. Lucr. 5. Folliculos ut nunc teretis æstate cicadæ. Stat. Theb. 1. Et teretes lauare manus, ac disponere mensas. Idem 4. Nec teretes arcus, maculis nec discolor atris. pen. acu.

TERENTIVS, pen. cor. Oui. de Trist. 2. Accius esset atrox, cõuiua Terentius esset. Mart. 8. Priscus ab Aetneis mihi Flacce, Terentius ore. Auso. Tu quoque qui Latium læto sermone Terenti. Hor. Ser. 2. Viuere Cecilius grauitate Terentius arte. antepen. acu. Mart. 4. Et quæ Romulcus sacra Terentus habet. penul. acu.

TEREBYNTVS, pen. pro. Ver. Aen. 10. Inclusum buxo, aut Oricia terebyntho. Proper. 3. Sed Thiæ thalamo, aut Oricia terebyntho. Mant. 4. Pinguis ubi peceæ fundat liber & terebynthi. pen. acuit.

TEREVS, pen. cor. non contractum. Ouid. Met. 6. Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis. Idem. Artificem medijs immittam

mittam Terea flammis. Idem. Degeneras scelus est pietas in coniuge Tereo. Mart. 14. Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ. Idem 1. Tereus aut cœnā crude Thyeste tuam. Stat. Syl. 3. Tereos, heu quantis lassantem brachia uidi. Vergi. Buc. Aut ut mutatos Terei narrauerit artus. Ait Seruius Tereus autem rex Thracum fuit: qui cùm Pandionis Athenarum regis filiam Prognē nomine duxisset uxorem & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut sibi Philomelā sororem uidendam accerseret, profectus Athenas, dum adducit puellam, eam uitiauit in itinere, & ei linguam, ne facinus indicaret, abscidit: illa tamen rem in ueste suo cruore descriptam misit sorori. qua re cognita, Progne Ityn filiū interemit, & patri epulādum apposuit, postea omnes in aues mutati sunt, Tereus in upupam, Itys in phasianum, Progne in hirundinem. Philomela in lusciniam. Tereus, ait Quint. Inst. 1. cap. 10. trisyllabum apud ueteres in bisyllabū contractum, ultimam flectit. ut, Atreus prima acuta, Atrius. & ita ait Fabius, nobis iuuenib. hoc nomen doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessariò secunda grauis esset. At in metro hæc nomina a poetis contrahuntur, sed id sæpius, ait Fabius, in Græcis nominibus fit. Vide Orpheus. antepen. acuit. Vide Thermoon.

TERO, pen. cor. Oui. de Pont. 3. Finitimus rapido quam terit hostis equo. Stat. Syl. 2. Appia longarum teritur regina uiarum. Sil. 2. Pubescit castris miles, galeaque teruntur. Iuuen. Sat. 9. Rauola dum Rhodopes uda terit inguina barba. Ver. Buc. Nec te pæniteat calamo triuisse labellum. Idem Georg. 1. Nec quicquā pingues paleę teret area centum. Idem Aeneid. 12. Horum unum ad medium teritur qua futilis aluo. Mart. 11. A rigido teritur centurione liber. Cicero Acade. Iam enim hoc uerbum satis hesterno sermone triuimus. Idem de Finib. Quæ nunc consuetudo diuturna triuit. Idem de Orat. Terere omnem ætatem in nugis discendis. pen. acu.

TERGVS, pen. prod. Verg. Aen. 1. Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant. Ait Seruius. Tergus, tergoris: unde tergore corium significat: tergum uerò tergi, ut templum, templi, dorsum significat. Idē 7. Atque harum effultus tergo, stratisq; iacebat. Ait Seruius, pro tergoribus posuit, idest corijs. Idem 4. Sic fatus, tergū Getuli immane leonis. Seruius, poeta mutauit more suo, nam tergus debuit dicere. ut in 9. Et uenit aduersi in tergū Sulmonis ibique. tergum pro tergus dixit. pen. acu.

TERMINVS, pen. cor. Stat. Syl. 3. Nam templis nunquam statuetur terminus æui. Ver. Geo. 4. Ergo ipsas quāuis angustus terminus æui. Stat. Syl. 2. Cecropiamq; fidem, sed laudum terminus esto. antepenul. acu.

TERON, pen. pro. Sil. 2. Iam noua molitus stimulato milite Teron. Idem. Erupisse gemunt retinet uix agmina Teron. Vergi. Aen. 10. Occiso Terone uirum, qui maximus ultro. pen. acu.

TERGEMINVS, pen cor. Stat. Syl. 1. Tergeminum æolij non agmina carceris horret Idem Theb. 9. Aspera tergeminis acies se condidit uncis. Flac. 1. Tergeminam tum placat heram, stygiasque supremo. antepe. acu.

TERRA, pen. prod. Oui. Met. 1. Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Nonnulli simplici r scribunt, ut a Tero fiat. Ver. Aen. 6. Eripui his humeris, mediaque ex hoste recepi. ait Seruius, sicut dicendo terram significamus elementum, terrauerò singulas partes, ut Africæ, & Italiæ: sic plus est ex hoste, quàm ex hostibus: ex hoste enim generaliter dicitur, ex hostibus partem ostendit.

TERRIBILIS, pen. cor. Iuue. Sat. 15. Qua nec terribiles Cymbri, nec Brytones unquam. Ouid. Met. 1. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Idem. Terribilē picea tectus caligine uultum. Mart. 1. O quàm terribiles exarsit pronus in iras. Ver. Aen. 6. Terribili squallore Charō, cui plurima mento. Stat. Syl. 3. Terribilem affatu passus, uisuque tyrannum. antepen. acu.

TERRIFICVS, penul. cor. Stat. Syl. 5. Sydera terrifico super intonuere cothurno. Oui.

SVPPREMVS, penulti. product. Hor. Ser. 1. Suppremum tempus ne se penuria uictus. Ouid. Phyl. Et mihi descedens supprema dicere uoce. Idem Metamorpho. 2. Vidit & arsuros suppremis ignibus artus. Vergil. Aeneid. 3. Candidus & magna suppremum uoce ciemus. Aduerbium est hic, ait Seruius, ut toruum pro torue. Mantuan. Ventum erat ad loca supplicio decreta supremo. penultima flecti.

SVPPRIMO, penul. cor. Ouid. Met. 1. Supprimit extemplo uocem, firmatque soporem. Verg. Opusc. Supprimite O paulum turbat, ò flamina uenti. antepenul. acu. Cicero pro Clu. Deinde cum supprimat. Idem. Quæ cum accepisset a pupillo, suppressit.

SVRA, penul. prod. Verg. Buc. Puniceo stabis suras euincta cothurno. Idem Aene. 1. Purpureosque alte suras uincire cothurno. Idem 11. Aspicit in teretes lignum sic credere suras. Ausc. Pectus, crura, latus, uentrem, femora, inguina, suras. Luca. 9. Membra natant sanie, suræ fluxere sine ullo. pen. flect.

SVRCVLVS, penultima cor. Vergil. Geo. secundo. Pomaque & Alcinoi syluæ nec surculus idem. Mant. Surculus insertus trunco, naturæ duorum. antepenultima acuit.

SVRRENTINVS, penultim. product. Hor. Ser. 2. Surrentina uafer, qui miscet fœce Salerna. Stat. Syl. 2. Surrentina tuus spectat prætoria Limo. Ouid. Meta. 15. Et Surrentinos generosos palmite colles. Mart. 14. Sed Surrentinæ læue tectum a totæ. penul. flect.

SVRRIPIO, penul. cor. Hor. Ser. 2. Si quid uis satis est, per iura surripis, aufers. Idē. Quiddā magnum addēs unum me surpite morti. Idē. Mœnia nocturni surrepere, iamque tenebat. Ouid. Canace. Crimina sunt oculis surripienda patris. Mart. 8. Circuit, & soleas surripit ipse suas. Idem 12. Prætori mappam surripit Hermogenes. antepenult. acuit.

SVS, prod. Vergil. Aeneid. 7. Setigerique sues, atque in præsepibus ursi. Idem Georg. 3. Ipsa ruit, dentesque Sabellicus exacuit sus. Idem. 6. Procubuit, uiridique in littore conspicitur sus. Ait Seruius. Sciendum tamen hoc esse uitiosum, monosyllaba finire uersum, nisi forte ipso monosyllaba minora explicentur animalia. Stat. Thebaid. 1. Setigerumque suem, & fuluum aduentare leonem. Vergil. Aeneid. 1 Terga suum pingues centum cum matribus agnos. flectitur.

SVSA, penultim. prod. Propo. 2. Non tot Achæmenijs armantur Susa sagittis. Luca. 8. Imperij nudare latus, dum persida Susis. Idem secundo. Mundus, Achemeniis decurrant medica Susis. penult. flectitur.

SVSANA. penul. cor. Sil. 3. At non Sarmaticos attollens Susana mores. antep. acu.

SVSCIPIO, penulti. cor. Vergil. Aeneid. 12. Suscipiens cœlum, tenditque ad sydera dextram. Idem 6. Suscipit Anchises, atque ordine singula pandit. Lucre. sexto. Suscipere hæc animi tranquilla pace ualebis. Idem quinto. Suscipiendaque curarie solennia sacra. antepenultima acuit. Cicero in Catul. Illi sine mora negotium susceperunt. Idem Att. Suscipe cogitationem, Idem. In quo magnum odium Pompeii suscepistis. Idē Off. Qui periculosas rerum actiones suscipiunt.

SVSCITO, penultima corre. Claud. Curatumque alacres ad tympana suscitat enses. Vergil. Aeneid. 10. Dardanidæ emuris spes addita suscitat iras. Idem 12. Suscitat irarumque omnes effundit habens. Idem. Aeneas acuit Martem, & se suscitat ira. Idem quinto. Acrior ad pugnam redit, & uim suscitat ira. Idem 2. Sufficit ipse deos in Dardana suscitat arma. Idem Geo. 4. Suscitar, & rapiat grauiter pro cōiuge sæuit. Horat. Sermo. primo. Suscitet, ac reddat natis, clarisque propinquis. Martial. secundo. Et sedeo qua te suscitat Oceanus. Lucret. quinto. Qui delubra Deum toto noua suscitat orbe. antepenultima acuit. Cicero pro Qu. R. Te ab tuis subsellijs contra te testem suscitabo. Idem. Antequàm, qui nouam rationem suscitant.

SVSPICIO, pe.cor. Oui. Helena. Quos ego suspicio, sed quid tibi gloria magna est. Idem Me.2. Suspicit indigenæ Sidonida nomine dicunt. Ver. Geo. 1. Suspiciens patulis captauit naribus auras. Mart. 11. Obliniturque minime si qua est suspicio rimę. Iuu. Sat. 13. Suspicit exigui lętum plantaribus horti. Lucr. 5. Nam cùm suspicimus magni cœlestia mundi. Cicero de Nat. Cum cœlum suspeximus. Idē Epicurus cœlum non suspexit. Idem de D. Ille autem nec suspicit. ante penul ti. acuit.

SVSPICOR, penul. cor. Ouid. Penelo. Iam longæ causas suspicor esse morę. Idem Ariadne. Iam iam uenturos, aut hac, aut suspicor illuc. Idem Laodomi. Suspicor, hęc Danais posse nocere puto. Idē Met. 3. Et quantum motu formosi suspicor oris. Idem Fast. 1. Nescio quem ex vobis suspicor esse deos. Idem 2. Aedem non magni suspicor esse Iouis. Prop. 2. Et mi fet in tunica suspicor esse virum. Mart. 3. Suspicor, vt quod enim Betice saprosagis. Idem. Nec famulos totidem suspicor esse tibi. antepé. acu. Cicero pro Sil. Defendit, de quo nihil est suspicatus. Idem de Nat. Nec Protagoras quicquā uidetur de natura Deorum suspicari. Idem de Fin. Certi homines quos iam suspicari debes.

SVSPIRIVM, pen. cor. Stat. Syl. 1. Vota pa ues pone ô dulcis suspiria uates. Idem 2. Connubia, ardenti iam iam suspiria librat. Idem 3. Anxia, peruigil ducis suspiria cura. Idem Theb. 2. Sentio peruigiles acuunt suspiria questus. Idem 6. Ante ducem, pressaq; leuat suspiria palmæ. Mar. 10. Vrere nec miserum cessant suspiria pectus. Idem 11. Corripis, obseruas, quereris suspiria ducis. Luc. 4. Re scissoque nocent suspiria dura palato. Ouid. Met. 1. Dicta refers, alto tantum suspiria ducis. Idem Met. 2. Ingemuit, vultumque deæ ad suspiria duxit. antepenul. acu.

SVSPIRO, pen. pro. Tibul. 1. Te tenet absentes alios suspirat amores. Iuu. Sat. 11. Suspirat longo non uisam tempore matrem. Pers. Sat. 2. Nequicquam fundo suspiret nummus in imo. Ouid. Met. 1. Dū que ibi suspirat motos in arundine ventos. penult. flect. Cicero Att. Neminem habeo, quo cum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possim.

SVSTINEO, pen. cor. Oui. Pen. Extremū fati sustinet ille diem. Idem Briss. Et galeam pressa sustinuisse coma. Idem Paris. Vix populum tellus sustinet illa suū. Idem Met. 1. Aucta fuga forma est, sed enim non sustinet ultra. Idem 10. Vixque suis umeris candentē sustinet axē. Idem Fast. 5. Fulmina thure dato sustinuisse manum. Idem 6. Sustinuit tantas operum subuertere moles. Mart. 9. Expectes, & sustineas anguste necesse est. Idē. Vidit raptantes, sustinuitq; manus. Ver. Aenei. 12. Sustinet, & fata imponit diuersa duorum. Idem 10. Ingenti gyro, sed sustinet aureus umbo. Idem Geo 2. Huc, illuc media ipsa ingentem sustinet umbram. Idem 4. An Labycas possint, sustinuisse trabes. Luca. 9. Sustinere diem, cœli seruantur in vsus. antepe. acu. Cicero. Att. Corpore uix sustineo grauitatem cœli huius. Idem. Neque solum cum ista copia tantum multitudinem sustinere poteris.

SVSTVLI, pen. cor. Hor. Ser. 1 Sustulit esuriens minus hoc iocundus amicus. Oui. Met. 2. Sustulit, & celeri raptos per inania uento. Idem 3. Sustulit & magnum magno conamine iussit. Mart. 1. Sustulerat raptas taurus in astra pilas. Vergil. Aen. 12. Sustulerant, puro vt possent concurrere campo. Idem Geo. 1. Sustuleris fragiles calamos, sylvamque sonantem. Vide Vallam lib. 5. cap. 13. Cicero Att. Salaminij nos in cęlum de cœteris suis sustulerunt. Idem de Natu. Sol in currum Phaethontem filium sustulit. Idem in Verr. Verres ciues Romanos in crucem sustulit. antepen. acu.

SVSVRRO, pen. product. Ouid. Metamor. 3. Pars mihi significat, pars qui velit, aure surrat. Mart. 3. Cantica qui Nili, qui Gaditana susurrat. Vergil. Geo. 3. Tum sonus auditur grauior tractimque susurrat. Claud. Vestibus occulto crimen mandare susurro. Vergil. Buc. Sæpe leui somnum suadebit inire susurro. Oui. Leand. Aut ego cum charadete nutri-

te susurro.penulti.acuit.

SVTILIS, penultima cor. Mart.primo. O quantum est sutilis casibus ingenium. Idem. Lassenturque rosis tempora sutilibus. Vergil. Aeneid.12. Horum vnum ad medium teritur qua sutilis aluo. Idē 6. Sutilis, & multam accepit limosa paludem. Ouid. Fast.5. Tempora sutilibus einguntur fota coronis.antepenult. acuit.

SVTOR, penultima product. Mart.3. Das gladiatores sutorum regule Cardo. Idem quinto. Sutor, cerdo, dedit tibi culta Bononia munus. Idem 12. Vilia sutoris, calicem munimenta Vatini. Hor.Ser.1. Et sutor bonus, & solus formosus & est res. Idem, Nec soleas fecit sutor tamen.est sapiens quo. Idem. Sutor erat sapiens operis, sic optimus omnis.penult.flect.

SVTVS, penultim.product. Ouid. de Tristibus 3. Pellibus, & sutis arcent mala frigora braceis. Sat.Theb.3. Hic teretes galeas, magnorumque cætera suta. Idem 7. Leua ter in suto seruant ingentia ferro. Vergil. Geo.4. Ipsa autem seu corticibus tibi suta cauatis. penulti. flect.

SVVS, penulti.cor. Vergil.Aeneid.6. Purpureo solemque suum, sua sydera norunt. Idem. Hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus. Ouid. Metamor. 1. Sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat. Idem secundo. Vlterius potuit nec dicere plura suumquem. penultim. acuit.

# T



TABVLA, pen.cor. Ouid. de Tristi.1. Naufragij tabulas, qui petiere mei. Idē Fast. 3. Quiq; moues cœlum, tabulasque coloribus uris. Mar.quinto. Quadrantem Crispus tabulis Faustine supremis. Vergil. Aenei.1. Arma uirum, tabulæque, & Troia gaza per undas. Claud. Mutauit tabulas, vel quanta vocabula vertit.antepenulti.acuit. Vergil. Geo.2. Assuescant, summasque sequi tabulata per vlmos. Stat. Sy. primo. Quid nunc strata solo referant tabulata crepantis. Luca.4. Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis. Vergil. Geo. 2. Insanumque forum, aut populi tabularia vidit.penult. flect. Ouid. de Tristi. 5. Sæpe tamen nobis vt nunc quoque sumpta tabella est. Idem Fast. 1. Heu quantum fati parua tabella tulit. Idem 3. Et posita est meritæ multa tabella deæ. Idem Metamorph.14. Sæpe ferenda dabit blandis sua uerba tabellis. Mart. 9. Hos eme quo arctas breuibus membrana tabellis.pen.acu.

TABESCO, pen.prod. Hor.Ser 1. Tabescat neque se maiori pauperiorum. Ouid. Met.15. Corpora tabuerint, in parua animalia verti. Idem 14. Tabuit, Inq; leues paulatim euanuit auras. Mant. Fleuit & abiecta Pallas contabuit hasta. Mart.4. Tabuit in calido vulnere mucro tenet.

TABERNA, pe.pro. Hor.de Art. Mugit in obscuras humili sermone tabernas. Idē Ser.1. Abiecto instrumento artis, clausa que taberna. Vergil. Opusc. Ebria famosa saltat lasciua taberna. Mart.7. Nunc Roma est, nuper magna taberna fuit. pe nult.acuit.

TABIFICVS, pen.cor. Mant. Tabifico iumenta greges, armenta colonos. Luca.5. Aera tabificum nenullo sæcula dono. Idem 9. Ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps.antepe.acu.

TABIDVS, pen.cor. Mart.1. Indignas premeres pestis cum tabida fauces. Ouid.de Pont.1. Non igitur mirum est, si mens mea tabida facta.antepen.acu.

TABO, pen.product. Vergil.Geo. 3. In tabulis turpi dilapsa cadauera tabo. Idem Aeneid.8. Tormenti genus, & sanie, taboque fluentes. Idem 3. Limina uidit atro cum membra fluentia tabo. Idem, Et terram tabo maculant, mihi frigidus horror. Ait Seruius. Et est nomen casus septimi tantum: vt sponte natu. quod si uelis declinare, hæc tabes, huius tabis dicis. Luca, 1. Cernit tabe iecur madidum uenasque minantes. penul.acu.

TABRACA, pen.cor. Iuu. Sati.10. Quales umbriferos vbi pandit tabraca saltus. antepen.acuit.

TABRIGILVS, pen.cor. Claud. Tandem Tabrigilum Geticæ dux improbus aulæ.antepen.acu.

TABVRNVS,pen.pro.Ver.Geo.1. Conserere atque Olea magnũ vestire Taburnum. Idem Aenei.12. Ac ueluti ingenti sylua sum moue Taburno. Ait Seruius. Taburnus mons est Campaniæ. penul. acuit.

TACEO, penulti. cor. Ouid.Helen.Iuppiter vt soceri proauis taceatur, & omne.Idem 3.Tu quo Thebanæ.mala præda tacebere matris. Mart.1. Prisca fides taceat,nam post tua munera Cæsar.Idē Fucinus & pigri taceantur stagna Merōnis. Idem. cite tacent omnes Neuole dic aliquid.Stat.Syl.1.Fama tace, subiit leges,& fræna momordit. Idem 7. Tunc Apollineę tacuere oracula Cyrrhę.Vergi.Buc.Vel quæ sub legi tacitus tibi carmina nuper.Pers.Sat.5. Labra moues tacitus recutitaq; sabbata palles. Oui.Me.14. Inde satis curibus tacitorũ more luporum.Verg.Aen.9. Eminet & lena tacitis subremigat undis.antepe. acu.Mart.13.Mulio quod non det taciturus accipe mulis.pen.flect.Tibul.1. Et vocet ad digiti me taciturna sonum.pen.acu.Cicero Att. Qui de rebus tuis diu taceretur. Idem de Ora.Enunciabo apud vos quod semper tacuit.

TACIVS,pen.cor.Oui.Me.14.Mœnia conduntur Tatius, patresq; Sabini.antepe. acuit.

TAGVS,pen.cor. Oui.Met.2.Quodq; suo Tagus amne vehit, fluit ignibus aurũ, Mar.7.Quã meus Hispano si mẽ Tagus impleat auro.Idem 10. Aurea quicquid habet diuitis unda Tagi.Idem.Auriferumque tagum, scytiam,patriumq; Solonem.Sil.1.Auriferi tagus ascito cognomine fontis.Stati. Syl.1. Huic hermum, fuluoque tagum decurrere limo. Claud. Tempestas tenebrosa Tagi non stagna rubentis.Luca.3.Puppe Tagus,Graium que audax amplustre retentat. penulti. acuit.

TAGES,pe.cor.Luc.1. Finxerit iste Tages flexa sic omnia Tuscus.Oui.Met.15.Indigena dixere Tagē, qui primus Tettuscam.pen.acu. Vide Aruspex.

TAIGETVS,pen.cor.Mant. Nunc in Taygeto cypressi fera uel in Ida.Stat.Syl.1. Taygeta & syluis arcessere Pana Lyceis. Flac.1.Duxit opus,bis Taygeton,syluasque comantes.Verg. Geo.2. Taygeta, ò qui me gelidis in vallibus Hæmi. Ait Seruius.Mons Laconum Libero,& Baccho sacratus.Idem 3.Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum. Idē 4. Taygete simulos terris ostendit honestum.antepen.acu.

TALAVS,pe.cor.Oui.Ibin. Coniuge qui Talai Tyndarieque gener. Flac.1. Nititur hinc Talaus,fratrisque Leodocus vrget.Idem 3.Euritus,& dictis Talai non territus Idas.Idem 6.Quam Talaum vi det erit pugnas miratur Acasti. antepe. acuit.

TALENTVM,pen.pro.Iuu.Sat.14. Illa ut iste cauet tu propter mille talenta. Hor. Ser. 2. Hic simul accepit patrimonium mille talenta.Ver.Ae.9. Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Idem 11.Munera portantes,eborisque,auriq; talenta. Idem 5.Perfusæ vestes, argenti, aurique talenta.pen.acu.

TALIS,pen.pro.Iuu. Sati.2. Talia secreta coluerunt orgia tæda. Stat.Syl.1. Ante Palladiæ talem Germanice nobis. Idem Theb. 8. Talia fatidico peragunt solennia regi.Ouid. Met.14. Talibus iratam Venerem Pleuronius Agmon.Man. Talibus insonuit verbis, Ioãne parentum. Idem. Talibus Arnenses uerbis reparata colonos.Oui.Me.1.Talibus Inde modis ora indignantia soluit.]Idem. Talia uerba refert, restabat verba referre. penult.flect. Mart.5. Taliter exuta est veterem noua Roma senectam.antepenul. acuit.

TALTIBIVS,pen.cor.Oui. Brisſ.Nam simul Euribates,Taltibiusque comes. antepenul. acu.

TALVS,penul.product. Ouid.Me.4.Summa pedum, taloque tenus, vestigia tingit, Mart. primo. Supposita est blando nunquam tibi tessera talo.Pers. Satir.5. Hor.Ser.1. Quarum subsuta talos tegat instita ueste. Vergil. Opusc. Argentata tuos etiam sandalia talos.Mart.14. Nō sim talorum numero par tessera, dum

sit. Verg. Aeneid. 4. Imperio, vt primum pedibus talaria tranat. Lucr. 6. Pestilitas etiã pigris talaribus ægre. Auso. Quid talaria habes volucris sum Mercurius, quem. Ouid. Metamorp. 2. Virga fit vt tersis niteant talaria palmis. pen. flecti.

TAMEN, penulti. cor. Ouid. Briss. Tot tamen amissis te compensauimus unum. Idem Metamorph. 1. Nam quanquam ferus hostis erat tamen illud ab uno. Idem Quæ tamen ex illis aliquo pars humida succo. Vergi. Buc. Libertas, quæ sera tamen respexit inertem. Idem. Sed tamen iste Deus, qui sit da Tityre nobis. pen. acu.

TAM, pro. Vergil. Aeneid. 7. Tam magis illa fremens, & Tristibus effera flammis. Ait Seruius, Legitur in arte, quòd tam magis, maxime, minus positiuo tantum iungantur: quod tamen tunc obseruabitur, si ponantur ad augmentum istæ particulæ: tunc enim uitiosam faciunt elocutionem. cæterum si ad exæquationem positæ sint, possunt vel comparatiuo, vel superlatiuo, vel pro his gradibus ipsæ inter se iungi. Hinc ergo est, Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis, Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Non enim ad prælationem positæ sunt: sed ad exæquationem: maiores enim nostri vitia non in dicto sed in significatione esse voluerunt. Hinc est in Salustio. Ita tam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est: nam & hic exæquatio est, non comparatio. Vide Vallam capit. de comparatiuo.

TANAGER, penult. cor. Vergil. Aeneid. 5. Concussus, syluæque, & sicci ripa Tanagri. Ait Despaut. Onager, Meleager, Tanager, quæ si quando videntur produci, menda est: hic produci igitur muta & liquida, quæ positionem faciunt: sunt cõsonantes hic, non liquidæ. g. r. antepen. acu. muta quidem & liquida metrum iuuant, non accentum. Vide Peragro.

TANAQVIL, penult. cor. Oui. Fast. 6. Hãc secum Tanaquil factis de more peractis. Iuu. Sat. 6. Ante tamen de te, tanaql tua quando sororem. Ait Prisc. lib. 7. In il, correpta masculini, fœminini, & communis generis sunt Latina: vt, hic pugil, pugilis: hæc tanaquil, huius tanaquilis. antepen. acu.

TANAIS, pen. cor. Verg. Geo. 4. Solus Hyperboreas glacies, Tanaimque niualem. Luca. 3. Ripheo Tanais diuersi nomina mundi. Flac. 4. Quas Tanais, flauusque Lyces, Hypanisque, Nomasque. Idem. 1. Illic Tanaiteo pariter tremit ignea fuco. antepen. acu.

TANGO, penulti. product. Ouid. Bris. Est aliquid solitis collum tetigisse lacertis. Idẽ Met. 2. Humida nox tetigit, non est mora libera nobis. Mart. 7. Sacra cothurnati non attigit ante Neronis. Vergil. Geo. 1. Ceu pressæ cum iam portum tetigere carinæ. Iuu. Satir. 7. Precipuè uel si tetigit latus acrior illo. Pers. Sat. 5. Et si gnum, & vapida naso tetigisse lagœna. Hor. de Art. Vesanum tetigisse timent, fugiuntque Poetam. Oui. Metamor. 15. Quæ uidit, tetigit nec iam sua lumina damnans pen. acu.

TANTALVS, pen. cor. Claud. Fulmine Salmoneus, vel lingua Tantalus egit. Verg. Opusc. Solicitant magna te circum Tantale pœna. Tib. 1. Tantalus est illic & circum stagna, sed acrem. Hor. Ser. 1. Tantalus à labris sitiens fugientia captat. Ouid. de Art. 2. Tantalus in media garrulus aret aqua. Stat. Theb. 3. Tantalis innumeris cum circumfusa pruinis. Idẽ 4. Tantalis, & tumido percenset funera luctu. Idem 6. Tantalus inde parens, nõ qui fallentibus undis. Idem 10. Tantalidum venerata cohors subit conamine lõgo. Oui. Ariadne. Tantalides omnes, ipsumque regebat Achillem. Idem Helena. Tantalide Pelopis, Tyndareique genus, Idem Fast. 2. Tantalidæ fratres absint, & Tasonis uxor. Idem 4. Respice Tantaliden eadem dea tela tenebat. antepen. acu.

TANTVLVS, pe. cor. Sil. 4 Primum animalia sunt iam partim tantula eorũ. Hor. Ser. 1. At qui tantuli eget, quanto est opus, is neque limo. antepen. acu.

TAPETVM, tapes, tapetes. Mart. 14. Stragula purpureis lucent uillosa tapetis. Ouid. Metamorpho. 12. Regia tecta petunt, positisque tapetibus altis.

Flac.

Flac. 4. Instituere toros medijs tapetibus ipsum. Stat. Theb. 1. Emunire toros altos inserre tapetes. Vergil. Aeneid. 9. Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis. Idem 7. Instratos ostro ali pedes, pictisque tapetis. Ait Seruius, Declinatur hoc nomen tapetum, tapeti, ut templum, templi. Vnde est, his tapetis. Item, hoc tapete, huius tapetis: ut sedile, sedilis. Vnde est, qui forte tapetibus altis. declinatur & Græcè, τάπης τοῦ τάπητος unde est pulchroque tapetis.

TARAPNEVS, pen. prod. Mant. Ista Tarapneus mirans ostenta leuatis.

TARATALLA, pen. prod. Mart. 1. Dicetur quare non Taratalla mihi. pen. acu.

TARDATVS, penul. prod. Verg. Aen. 5. At non tardatus casu, neq; territus heros, pen. acuit.

TARDIGRADVS, pen. cor. Mantu. Tardigrado, lætoque polum circundare giro. antepe. acu.

TARAS, pen. cor. Luca. 5. Antiquusque taras, secretaque littora Leucæ. pen. acu.

TARENTVM, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Atque coronatum, & petulans, madidumque Tarentum. Hora. Ser. 1. Ire licet multo, uel si libet usque Tarentum. Idem 2. Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. penul. acu. Mart. 13. Fila Tarentini grauiter redolentia porri. pen. flec.

TARGIVVS, penul. prod. Oui. Fast. 2. Targiuus iuuenis socios, dapibusque, metos que. pen. flec.

TARPEIVS, pen. pro. Oui. Fast. 1. Vestibus intactis tarpeias, itur in arce. Idem de Pont. 4. At cum Tarpeias asses deductus in arces. Idem Met. 14. Bella gerunt accisque uia Tarpeia reclusa. Luca. 3. Tunc rupes Tarpeia sonat, magnoque reclusas. Mart. 9. Quid pro Tarpeiæ frondis honore potest. Verg. Aen. 8. In summo custos Tarpeia Manlius arcis. Idē. Hinc ad Tarpeiam sedem, & Capitolia ducit. Stat. Achil. 1. Non cessæ obstiterint Alpes, Tarpeiaque arua. Sil. 13. Qui quaterent muros, Tarpeiaq; mœnia missi. Ouid. Met. 15. Quique tenes altus Tarpeias Iuppiter arces. pen. acu.

TARQVINIVS, pen. cor. Proper. 3. Quid nunc Tarquinii fractas iuuat esse secures. Hos. Ser. 1. Tarquinius regno pulsus fuit unius assis. Verg. Aenei. 8. Nec non Tarquiniū eiectum Porsenna iubebat. Idem 6. Vis & Tarquinios reges, animā que superbam. Ouid. Fast. 2. Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat. antepen. acu. Vide Lucretia.

TARQVITVS, pen. cor. Verg. Aen. 10. Tarquitus exultans contra fulgentibus armis. antepe. acu.

TARRACO, pen. cor. Syl. 3. Phocaicæ dant emporiæ, dat tarraco pubem. antepenul. acuit.

TARTHESIVS, pen. cor. Sil. 13. Germano deuexa iugum Tarthesia tellus. Ouid. Meta. 14. Præferat occiduus Tarthesia littora Phœbus. Mart. 11. Et Tarthesiaco concrepat æra manu. Idem 9. In Tarthesiacis domus est notissima terris. Idē 8. Nā Tarthesiacus stabuli nutritor Hiberi. antepe. acu.

TARTARA, pen. cor. Oui. Met. 1. Post quā Saturno tenebrosa in tartara misso. Idē 2. Dissilit omne solum, penetratque in tartara rimis. Verg. Georg. 2. Aetherias tantum in radice in tartara tendit. Idē 4. Tartara, cæruleosque amplexæ crinibus angues. Ouid. de Art. 3. Tartareosq; lacus, tergeminumque canem. Idē Met. 12. Vulnere tartareas geminato misit ad umbras. Mart. 5. Oraque Tartarei prodigiosa canis. Flac. 1. Tartarei sedet aula patris, non illa ruentis. antepe. acu.

TAVRANVS, penul. prod. Sil. 5. Tauranus comites suprema uoce ciebat. pen. flect.

TARVSCVM, penult. prod. Mant. Cum populis igitur petijt uicina Tarusco. pen. acuit.

TAVRINVS, penult. prod. Mart. 14. Taurino poteras pectus constringere tergo. penul. flect.

TAVROMINIVM, penul. cor. Ouid. Fast. 3. Hiberaque, & Didymen, Agrigentaque Taurominumque. antepen. acu. Iuuen. Sat. 5. Tauromitanæ rupes quando omne peractum est. Sil. 14. Tauromitana cernunt de sede Charibdim. Luc. 4. Tauromitanum uincunt feruore Charibdim. penul flect.

TAVRVS, pen. pro. Verg. Buc. Pascite ut ante, boues pueri, submittite tauros. penul. acu.

acu. Verg. Georg. 4. Cùm properant alij taurini follibus auras. Ouid. Fast. 6. Postera lux Hyadas taurinæ cornua frontis. pen. flect. Luc. 1. Est qui tauriferis ubi se Meuania campis. Ouid. Fast. 4. Et se timur molles taurea terga manus. Idem 4. Nec procul a nobis locus est ubi tauri ca dira, antepen. acu.

TECTORIVM, pen. cor. Iuu. Sat. 6. Tandem aperit uultum, & tectoria prima reponit. antepe. acu.

TÆDIVM, pen. cor. Oui. de Pont. 3. Tædia consimili fieri de carmine uobis. Iuuen. Sat. 2. Tædia non lambit Cluuiam, nec Flora Catullam. antepe. acu.

TÆDA, pen. pro. Ver. Buc. Hic focus, & tedæ pingues, hic plurimus ignis. Iuu. Sat. 2. Talia secreta coluerunt orgia teda. Idem 12. Quattuor, aut septem, si sit latissima teda. Auso: Fumantesque olidum Paganica lumina tedas. penul. flec. Oui. Phil. Et per tediferæ mistica sacra deæ, antepe. acu.

TEGAEVS, pen. pro. Verg. Aen. 8. Tum lateri, atque humeris Tegæum subligat ensem. Idem Georg. 1. Adsis, ô Tageæe Fauens, soleæque Mineruæ. Ait Seruius, Tageæe uocatiuus est a deriuatione Tegei oppidi Arcadiæ, & Tegeum tribachus est, Tegeæ Pæan tertius. Oui. Fast. 2. Hic ait iu sylua uirgo Tegeæa lauetur. Idem 6. Liba sua properata manu Tegeæa sacerdos. pen. acu. Stat. Syl. 1. Et de Mænalia uolucer Teagetibus umbra. Idem 5. Nunciat è celsis ales Tegeaticus astris. Sil. 13. Dextera lasciuit cæsa Tegeatide capra. antepe. acu.

TEGES, pen. cor. Iuu. Sat. 6. Ausa palatino tegetem præferre cubili. Idem. Nulla crepido uacat, nusquã pons, & tegetis pars. Idem 9. A tegete, & baculo uiginti milia fœnus. pen. acu.

TEGIMEN, pen. cor. Ouid. Met. 1. Somnifera tam sumpsisse manu, tegimenque capillis. Idem. Desiit in terris illic, tegimenque remouit. Idem 3. Vestigatque uiros tegmen direpta leoni. antepe. acu. Oui. Met. 3. Tegmina mox capitum dicto mutantia cono. pen. acu.

TEGO, pen. cor. Ouid. O Enone. Et tegeret catulos quã fera rupe suos. Idem Sapho. Veste tegor uili, nullum est in crinibus aurum. Idem Met. 1. Fronde tegi syluas lapidosos surgere mõtes. Idem. Nix tegit alta duas totidem inter utranque locauit. Idem. Aut subiecta tegunt curuæ uineta carinæ. Idem. 13. Pluma tegit uolucres, ouibus sua luna decori est. Idem de Tristi. 4. Squalida prolixis qui tegit ora comis. Stat. Syl. 1. Aenea capti qui crinem tegit ungula Rheni. Hor. Ser. 1. Quarum subsuta talos tegat instita ueste. Sil. 14. Collis hyems, calidaque niuem tegit atra fauilla. Verg. Geor. 4. Videris incepto tegeret cum lumina somno. Cicero pro Sest. Animus eius uultu, flagitia parietibus tegebantur. Idem pro Clar. Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. Idem Tusc. Vt nostram ipsi sententiam tegeremus. pen. acuit.

TEGVLA, pen. cor. Iuue. Sat 3. Vltimus ardebat, quem tegula sola tuetur. Ouid. Fast. 2. Tegula porrectis satis est uelata coronis. Idem 6. Strataque erat trepido tegula quassa foco. Idem de Art. 2. Tegula sed quercus tecta cibumque dabat. antepen. acu.

TEIVS, teia, teium, possessiuum trisyllabum a Teio urbis nomine; ut Troius. Oui. de Trist. 2. Præcepit lyrici Teia musa senis. antepe. acu.

TELAMON, pen. cor. Ouid. Met. 8. Pro sequitur Telamon, studioque incautus eũ di. Idem 11. Nec pars militiæ Telamon sine honore recessit. Idem 13. Dummodõ quod fratres Telamon, Peleusq; fuerunt. Stat. Syl. 5. Pugnante Alcide tamẽ, & Telamone timebat. Ouid. Met. 13. Ne Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam. Idem. Ne mandante mihi melius Telamonius ibit. Idem de Tristi. 2. Vtq; sedet uultu fassus Telamonius iram. antepen. acu.

TELEGONVS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni Ouidi. Fast. 4. Et iam Telegoni, iam Mœnia Tyburis udi. Idem de Pont. 3. Telegonique parens uertendis nota figuris. Idem de Trist. 1. Edipodas facito, Telagonasq; uoces. antepe. acu.

TELETHVSA, pen. prod. Ouid. Met. 9. Sed tamen

tamen usque suum uanis Telethusa maritum. Idem. Quod petit hæc Telethusa timiens modo tempora differt. penulti. flectit.

TELEPHVS, pen. cor. Ouid. Met. 12. Fluxit opusque meæ bis sensit Telephus hastæ. Idem 13. Ergo opera illius mea sunt ego Telephon hasta. Hor. de Arte. Telephus, & Peleus cùm pauper, & exul uterque. Iuu. Sat. 1. Telephus aut summi plena iam margine libri. antepe. acu.

TELEBOVS, pen. cor. Sil. 7. Teleboi medio surgunt quà regna profundo. Stat. Sil. 3. Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis. Verg. Aen 7. Fertur, Teleboũ capreas cùm regna teneret. Ait Seruius. Nam Teleboe caprearum sunt populi, quos Telon suo regebat imperio. antepe nul. acu.

TELECOON, pen. cor. Flac. 3. Telecoonta sinit, deiectaque ora securi. Vide Demophoon. antepe. acu.

TELEMVS, pen. cor. Ouid. Met. 13. Telemus Eurymedes, quem nulla fefellerat ales. Idem 15. Thurinosq; sinus, Telemeque, & Iapygis arua. antepe. acu.

TELEMACHVS, pen. cor. Ouid. Penelop. Telemacho ueniet, uiuat modo fortior ætas. Idem. Laertesque senex, Telemachusque puer. antepe. acu.

TELISINVS, pen. pro. Silio. Conuersis in terga iacit Telisinus ad ossa. pen. flectit.

TELVM, penul. produ. Ouid. Met. 1. Mille grauem telis exhausta pene pharetra. Idem de Pont. 4. Nec q̃ uipereo tela cruore madent. Iuue. Sat. 14. Arida cum tota descendat aranea tela. Auso. Laudet Achemenias orientis gloria telas. Flac. 8. Iã alii clypeos, & tela trabalia dextris. Ouid. Phil. Altera tela arcus, altera tela faces. pen. fle. Vide Acetum.

TELLVS, pen. pro. Oui. Met. 1. Quaq; erat & tellus, illic & pontus, & aer. Idem. Sic erat instabilis tellus innabilis unda. Idẽ. Cura dei totidem plagæ tellure premuntur. Idem. Omnibus audita est telluris & æquoris undis. Verg. Aen. 2. Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt. Ait Seruius, sanè tellus. us longa est, & sunt pauca, quæ us producunt. ut senectus, iuuentus, salus, uirtus, palus, seruitus, incus, ius, rus, mus, pus. tunc si-cet, cùm genitiuus in tis, uel in iris exit. penultimã acuit.

TEMERO, pen. cor. Luca. 1. Ferre manu & nunquam temerando parcere ferro. Sil. 14. Haud facilis temerare fidem socialia iura. Flac. 9. Sola recusasti lectum temerare iugalem. Ouid. Met. 2. Non audita tibi est patriam temerasse cubile. Idem 15. Tentatum frustra patrium temerare cubile. Idem de Art. 1. At non Actorides lectum temerauit Achillis. Idem Lean. Aut ego nõ noui quam sim temerarius, aut me. Idem Met 1. Horridus obseruo, nescis temeraria, nescis. Idem 2. Concutiens illustre caput temeraria, dixit. Idẽ 7. Criminis ex templo ficti temerarius index. Idem 4. Accipienda dei, sed adhuc temeraria Bacchus. Idem de Tristi. 4. Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu. Stat. Syl. 1. Nec si Dardanius pastor temerarius Ida. Hor. de Art. Colligit, & ponit temere, & mutatur in horas. Luca. 5. Confusos temere immistæ glomerantur in orbes. Lucr. 3. Nec temere huc dolor usque post penetrare neq; acre. antepen. acu. Stat. Syl. 2. Integer & nullo temeratus corpora damno. Mart. 5. Rura Cleoneo nũquam temerata leone. Verg. Aen. 11. Intemerata colit, uellem haud correpta fuisset. pen. fle.

TEMETVM, pen. pro. Iuu. Sat. 15. De Corcyræa temetum duxerat urna. Hor. Epi. 2. Pullos, oua, cadum, temeti, nempe modo isto. pen. flec. Vide Acetum.

TELMESVS, Liciorum Oppidum. Telmesis promontorium, pen. pro. Luca. 8. Solo Rhodon, magnosque sinus Telmesidos undæ. pen. flect.

TEMESE, pen. cor. Oui. Met. 15. Hippotadesque domos regis, Temeseque metalla. Idem. Thurinosque sinus Temeseque & Iapygis arua. Stat. Syl. 1. Et quis se totis Temese dedit hausta metallis. Idem. Nil tibi plebeium nusquam Temesea notabis. penul. flect. Temese. antepenul. acu.

TEMO, pen. prod. Luca. 4. Aspicerent, flexo que ursæ temone pauerent. Oui. Meta. 2. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summa. Idem. Illic frena iacent, illic temone

mone reuulsus. Verg. Geo. 1. Huic a stirpe pedes temo protentus in octo. Stat. Theb. 1. Cui neque temo piger, neque amico sydere monstrat. Idem. Excusare tuos, & iam temone supino. Idem Sil. 1. Gemmato temone sedet iam Tybridis arces. pen. flect.

Te, & temet. Vide Met.

Tempe, penul. prod. Oui. Met. 1. Sylua uocant tempe, per que Peneus abimo. Luca. 8. Iam super Herculeas fauces nemorosaque tempe. Verg. Georg. 2. Speluncæ, uiuique lacus, at frigida tempe. Ait Seruius. Tempe proprie sunt loca amœna Thessaliæ: abusiue est cuiuscunque loci amœnitas, numero plurali, neutroq; genere. pen. acu.

Tenax, penul. co. Verg. Georg. 1. Et uertenda manu, & creta solidanda tenaci. Idem 4. Prima fauis ponunt fundamina deinde tenaces. Idem. Excudunt ceras, & mella tenacia figunt. Iuue. Sat. 8. Institiæque tenax fastus, dictisque mereris. Sil. 13. Hæc æui, uitæque tenax, felixque senectam. pen. acu.

Tempus, penul. prod. Ouid. Met. 15. Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur. Idem. Tempus adest genitor, quorum fundamine magno. Idem Phedra. Tẽpore, quo nobis inita est Cerealis Eleusis. Mant. Temporibus tempus tria quod ieiunia claudit. Lucr. 2. Intẽpestiuis ex imbribus humida tellus. penul. flect.

Tenaris, penul. cor. Oui. Met. 14. Fertur, & armento Tenaris errãte per herbas. Idem. Paris. Aut huic Tenaria contegat exul humo. Idem. Aut te Tenarie faciẽ culpasse marite. Fla. 2. Illis Tænario pariter tremie ignea loco. Stat. Theb. 1. Iam Nemea iam Tenaris contermina lucis. Proper. 1. Tænarius facili pressit amare deus. Stat. Theb. 2. Tenarus expositos nõ audens scandere fluctus. Idem 4. Tenarijs hic celsus equis, quam dispare cœtu. Verg. Geo. 4. Tenarias etiam fauces alta hostia Ditis. antepe. acu.

Tendo, pen. prod. Ouid. Met. 5. Deplorauit Atyn, quos ille tetenderat arcus. Vergi. Aen. 2. Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles. Idem. Hærebat, paruumque patri tendebat Iulum. Idem 8. Iam poterat legio & latis tendebat in aruis. Idem 9. Quoue tenetis iter, nihil illi tendere contra. Ait Seruius. Tendo contra sermonem tuum, est respondeo tibi. Mant. Post quàm sparsa fides, & propagata tetendit. pen. acu. Cicer. Att. Itaque dubito, an Venusina tendam. Idem de Leg. Tendere insidias alicui. Idẽ de D. Ad reliqua acri tendebamus animo.

Tenebra, penul. cor. Stat. Syl. 5. Lumine purpureo tristes aperire tenebras. Sil. 6. Sub terra specus, & triste sub luce tenebræ. Oui. Phedra. Non tibi per tenebras duri reseranda mariti. Idem Met. 2. Poscimur, & fulget tenebris aurora fugatis. Verg. Georg. 1. Semper & obtenta densentur nocte tenebræ. antepen. acu. Stat. Theb. 1. Inglomerat noctem, & tenebrosa uolumina torquet. Claud. Elicit oppressas tenebroso in carcere leges. Oui. Met. 1. Post quàm Saturno tenebrosa in tartara misso. Mart. 1. Redde lupi nobis tenebrosaque balnea Gylli. Ver. Aen. 6. Dicitur, & tenebrosa palus acheronte refuso. pen. flec.

Tenedos, pen. cor. Verg. Aen. 2. Est in cõspectu Tenedos notissima fama. Ouidi. Met. 1. Et claros, & Tenedos, patereaq; regia seruit. antepe. acu.

Teneo, penul. cor. Ouid. Phil. Nec tenuit cursus forsitan ille tuos. Idem Met. 1. Astra tenent cæleste solum, formęq; deorum. Idem. Conciliumque uocat tenuit mora nulla uocatos. Idem. Murmura cõpressit tenuere silentia cuncti. Idem. Alter inhæsuro similis iam, iamque tenere. Idem 2. Inter utrunque tene, fortunæ cætera mando. Idem 14. Quo satus aoti quo tenuit repetita Latinis. Luca. 8. Tetrarchæ, regesque tenent, magnique tyranni. Sil. 2. Namque metus, magnique tenent præcepta parentis. Verg. Buc. Nã que fatebor enim, dum me Galathea tenebat. Idem Geo. 2. Atque per ambages & longa exorsa tenebo. Oui. Met. 9. Dixit, & inceptos tenuerunt carmina partus. Flac. 2. Pleias in aduersę tenuisset littore Thraces. antepe. acui. Cicero pro Dom. Tenere ciuitatem oppressam seruitu-

uirtute. Idem Epi. 7. Qui Ciliciam, Cyprumque teneas. Idem de Clar. Reliquæ partes suam uim, & dignitatem tenent. Idem in Ora. Viuam illorum memoriã tenemus.

TENER, pen. cor. Ouid. Phil. Stat nece matura tenerum pensare pudorem. Idem Meta. 2. Et teneros manibus ramos abrumpit, at inde. Idem Fast. 1. Quæque tibi quondam tenero ducenda palato. Iuue. Sat. 1. Cùm tener uxorem ducat spado mœnia Tuscum. Verg. Buc. Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Idem. Pastores ouium teneros depellere fœtus. Stat. Sil 5. Cui nomen uox prima meum, ludusque tenello.

TENOR, penul. cor. Oui. Sappho. An grauis inceptum peragit fortuna tenorẽ. Idem Met. 3. Cætera paulatim, placidoque adducta tenore. Idem de Tristib. 3. Inde tenore pari gradibus sublimia cellis. Claud. Pergite securæ nostrum uis nulla tenorem. Ver. Geo. 2. Illuxisse dies aliumve habuisse tenorem. Idem Aenei. 10. Protinus hasta fugit, seruatque cruẽta tenorem. pen. acu.

TENOS, pen. pro. Oui. Met. 7. At non Oliaros, Didymeque, & Tenos, & Andros.

TENTAMEN, pen. pro. Oui. Met. 3. Primã fidem, uocisq; datæ tentamina sumpsit. pen. flect.

TENTAMENTVM, pen. pro. Flac. 1. Tentamenta tenent, nec dum data copia rerũ. Verg. Aen. 8. Tentamenta tui pepigi, me me ipse, meumq;. Oui. Met. 1. Diffidunt monitis; sed quid tentare nocebit. Idem 2. Et uento frustra tentarunt æquore tingi. Idem 15. Tentamenta nihil, nihil arte posse medentum. pen. acu.

TENTIGO, penul. prod. Verg. Opusc. Turpe quidem factu, sed ne tentigine rumpar. Iuu. Sat. 6. Clausit adhuc ardens rigidæ tentigine uuluæ. pen. flect.

TENTYRA, pen. cor. Iuu. Sat. 15. Qui uicina colunt umbrosæ Tentyra palmæ. Ouid. de Tristi. 1. Saltus ab hac contra breuis est Tentyra petenti. Iuu. Sat. 15. Ardet adhuc combos, & tentyra summus utrinque. Ioaunes Despaut. ex exemplis communem y ponit. antepe. acu.

TENTORIVM, pen. cor. Oui. Fast. 3. Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt. Idem Met. 13. Haud contentus eo petijt tentoria Rhesi. antepe. acu.

TENVIS, penul. cor. Ouid. Penel. Fallar, & hoc crimẽ tenues uanescat in auras. Idẽ Phedra. Et tenui primam diligere ungue rosam. Idẽ Medea. Edixi tenui murmure lingua uale. Verg. Buc. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Idẽ Georg. 2. Et tenues rumpunt tunicas angustus in ipso. Idem. 1. Tenuia nec lanæ per cælum uellera ferri. Ait Seruius. Tenuia proceleusmaticus est pro dactylo. quam rem quotiescunque facit Vergilius, seruat locum synereseos, ut, Tenuia, & genua labant. Idem Geor. 2. Tenuis ubi argilla, & dumosi calculus aruis. Lucre. Mittunt effigies quoque debent mittere tenuis. Idem 4. Et quia tenuia sunt, nisi quæ contendit acutè. antepe. acu.

TENVO, pen. cor. Ouid. de Tristi. 1. Spiritus & uacuas prius hic tenuandus in auras. Stat. Sil. 5. Et quis lasciua uires tenuare Thalia. Idem The 5. Atterit & uastas tenuat complexibus ornos. Idem Achil. 1. Impellat mortes, tenuantq; humentia saxa. Verg. Georg. 3. Ipsa autem macie tenuant armenta uolentes. Clau. Aetatis spatium non tenuauit, edas. Proper. 3. Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro. Ouid. Met. 15. In liquidas taresci aquas, tenuatur in auras. Idem 14. Inueniũt Circen, nam iam tenuauerat auras. antepe. acu. Claud. Iam Poletini tenuatus sumere campi. Oui. Meta. 7. Luna quater plenum tenuata retexuit orbem. pen. flect. Tenuo. antepen. acuit.

TENVS, penult. cor. Ouid. Met. 2. Sustulit omniferos collo tenus arida uultus. Idẽ 4. Summa pedum, taloque tenus uestigia tingit. Idem de Tristib. Hac dominum tenus est illa secuta suum. Hor. Episto. 1. Est quodam prodire tenus, si non datur ultrà. Stat. Theb. 2. Spicula & inclusum capulo tenus admouet ensem. Sil. 9. Ense subit, capuloq; tenus ferrum impulit ora. Verg. Georg. 3. Et crurum tenus a mento palearia pendent. Ait Seruius, & modò tenus aduerbium est, nam si esset præpositio ablatiuo cohæreret. Idem

10. Ceruice orantis capulo tenus abdidit ensem. Idem 3. Pube tenus postrema immani corpore pistrix. Ait Seruius, tenus præpositio ablatiua quidem est, sed figuratè etiam genitiuo cohæret. Idem 6. Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta. Ait Seruius. Hic sermo quantum ad artem spectat duas continet partes orationis: ut, hac pronomen sit, tenus præpositio, sicut pube tenus, & crurum tenus. Sed iam usus obtinuit, ut pro una parte habeatur, & omnis pars orationis cùm desierit esse quod est, migrat in aduerbium, & est temporis. per se primam acu. ut cùm dicimus, ait Antonius Nebriss. cap. de accent. tenus cui casui seruit? tenus quæ pars orationis est? & est nomen.

TEPEO, pen. cor. Verg. Aen. 10. Ut semel in tepuit mucro, quin ecce Nyphæi. Ouid. Met. 1. Ver erat æternum, placidique tepentibus austris. Idem de Pont. 3. Illa recens pota est, nostra tepebit aqua. Mart. 6. Odit & hybernus si tepuere dies Mantua. Nec cessare deo lachrymas offerre tepentes. Stat. Syl. 1. Prælusi minor ille calor, quo sæua tepebat. Idem. Bruma tepet, uersumque domus, sibi temperat annum. Idem Theb. 2. Intepuere tori, tua me properabo fateri. Idem 5. Intepuit, cuius uidit Lucina labores. Luca. 4. Paulatim cadit ira ferox, mentesq; tepescũt. Catul. Alta tepefaciet permista flumina cæde. Idem. Frigida deserto tepefecit membra cubili. Hor. Ser. 2. in matris iugulo ferrum tepefecit acutum. antepen. acuit.

TEPIDVS, penul. cor. Ouid. Phil. Te tenet in tepido mollis amica sinu. Idem Phedra. Purpureo tepidum, qui mouet axe diem. Idem de Tristib. 1. Ibit & in tepido deseret ossa rogo. Verg. Georg. 1. Unde cauæ tepido sudant humore lacunæ. Idem. Et folijs undam tepidi despumat aheni. Hor. Ser. 1. Semesos pisces, tepidũque ligurierit ius. Ouid. Met. 15. Leucothiamque petit, tepidique rosaria pesti. Luca. 9. Seperat ardentem tepida Berenicida Lepti. antepe. acu.

TEPOR, penul. cor. Lucr. 2. Corpora prima manere etiam secreta tepotis. Oui. Met. 2. Quæ neque dant flammas lenique tepore cremantur. pen. acu.

TER, cor. sequenti uocale. Ouid. Phedra. Ter secum conata loqui, ter inutilis hæsi. Idem. Lingua ter in primo destitit ore sonus. Idem Hyper. Non ego falsa loquor ter acutum sustulit ensem. Idem Fast. 5. Hinc ubi protulerit formosa ter Hesperus ora. Stat. Syl. 1. Iura Asiæ? uelit illa quidem ter habere, quaterque. acu. Mart. 2. Ter centena quidem poteras epigrammata ferre. Claud. Frigida ter decies nudatum frondibus hymum.

TEREBRO, penul. cor. Ouid. Fast. 6. Prima terebrato per rara foramina buxo. Ver. Aen. 3. Fundimur & telo lumen terebramus acuto. Idem 2. Aut terebrare cauas uteri tentare latebras. Mart. 11. Functaque lasciua, quæ terebrantur acu. Lucr. 5. Et terebrare etiam ac pertendere, perque forare. Ouid. Met. 6. Emicat & longè terebrata prosilit aura. Cicero de D. Alexander Columnam auream pertere brauit. antepen. acu.

TERES, penul. cor. Verg. Buc. Incumbens tereti Damon, sic cæpit oliuæ Oui. Met. 11. Aspicit in teretes lignum succedere suras. Idem Fast. 2. Dat teretem zonam, quomodo cincta fuit. Lucā. 3. Ast alias, manicæque ligant, teretesque catenæ. Lucr. 5. Follieulos ut nunc teretis æstate cicadæ. Stat. Theb. 1. Et tereres lauare manus, ac disponere mensas. Idem 4. Nec teretes areus, maculis nec discolor atris. pen. acu.

TERENTIVS, pen. cor. Oui. de Trist. 2. Accius esset atrox, cõuiua Terentius esset. Mart. 8. Priscus ab Aeteneis mihi Flacce, Terentius ore. Auso. Tu quoque qui Latium læto sermone Terenti. Hor. Ser. 2. Viuere Cecilius grauitate Terentius arte. antepen. acu. Mart. 4. Et quæ Romulus sacra Terentius habet. penul. acu.

TEREBYNTVS, pen. pro. Ver. Aen. 10. Inclusum buxo, aut Oricia terebyntho. Proper. 3. Sed Thiæ thalamo, aut Oricia terebyntho. Mant. 4. Pinguis ubi peceæ fundat liber & terebynthi. pen. acuit.

TEREVS, pen. cor. non contractum. Ouid. Met. 6. Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis. Idem. Artificem medijs immittam

mittam Terea flammis. Idem. Degeneras scelus est pietas in coniuge Tereo. Mart. 14. Flet Philomela nefas incesti Tereos, & quæ. Idem 1. Tereus aut cœnã crude Thyeste tuam. Stat. Syl. 3. Tereos, heu quantis lassantem brachia uidi. Vergi. Buc. Aut ut mutatos Terei narrauerit artus. Ait Seruius Tereus autem rex Thracum fuit: qui cùm Pandionis Athenarum regis filiam Prognẽ nomine duxisset uxorem & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, ut sibi Philomelã sororem uidendam accerseret, profectus Athenas, dum adduceit puellam, eam uitiauit in itinere, & ei linguam, ne facinus indicaret, abscidit: illa tamen rem in ueste suo cruore descriptam misit sorori. qua re cognita, Progne Itym filiũ interemit, & patri epulãdum apposuit, postea omnes in aues mutati sunt, Tereus in upupam, Itys in phasianum, Progne in hirundinem. Philomela in lusciniam. Tereus, ait Quint. Inst. 1. cap. 10. trisyllabum apud ueteres in bisyllabũ contractum, ultimam flectit. ut, Atreus prima acuta, Atrius. & ita ait Fabius, nobis iuuenib. hoc nomen doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessariò secunda grauis esset. At in metro hæc nomina a poetis contrahuntur, sed id sæpius, ait Fabius, in Græcis nominibus fit. Vide Orpheus. antepen. acuit. Vide Thermoon.

TERO, pen. cor. Oui. de Pont. 3. Finitimus rapido quam terit hostis equo. Stat. Syl. 2. Appia longarum teritur regina uiarum. Sil. 2. Pubescit castris miles, galeaque teruntur. Iuuen. Sat. 9. Rauola dum Rhodopes uda terit inguina barba. Ver. Buc. Nec te pæniteat calamo triuisse labellum. Idem Georg. 1 Nec quicquã pingues paleę teret area centum. Idem Aeneid. 12. Horum unum ad medium teritur qua futilis aluo. Mart. 11. A rigido teritur centurione liber. Cicero Acade. Iam enim hoc uerbum satis hesterno sermone triuimus. Idem de Finib. Quæ nunc consuetudo diuturna triuit. Idem de Orat. Terere omnem ætatem in nugis discendis. pen. acu.

TERGVS, pen. prod. Verg. Aen. 1. Tergora diripiunt costis, & uiscera nudant. Ait Seruius. Tergus, tergoris: unde tergore corium significat: tergum uerò tergi, ut templum, templi, dorsum significat. Idẽ 7. Atque harum effultus tergo, stratisq; iacebat. Ait Seruius, pro tergoribus posuit, id est corijs. Idem 4. Sic fatus, tergũ Getuli immane leonis. Seruius, poeta mutauit more suo, nam tergus debuit dicere. ut in 9. Et uenit aduersi in tergũ Sulmonis ibique. tergum pro tergus dixit. pen. acu.

TERMINVS, pen. cor. Stat. Syl. 3. Nam temporis nunquam statuetur terminus æui. Ver. Geo. 4. Ergo ipsas quauis angustus terminus æui. Stat. Syl. 2. Cecropiamq; fidem, sed laudum terminus esto. antepenul. acu.

TERON, pen. pro. Sil. 2. Iam noua molitus stimulato milite Teron. Idem. Erupisse gemunt retinet uix agmina Teron. Vergi. Aen. 10. Occiso Terone uirum, qui maximus ultrò. pen. acu.

TERGEMINVS, pen cor. Stat. Syl. 1. Tergeminum æolij non agmina carceris horret Idem Theb. 9. Aspera tergeminis acies se condidit uncis. Flac. 1. Tergeminam tum placat heram, stygiasque supremo. antepe. acu.

TERRA, pen. prod. Oui. Met. 1. Margine terrarum porrexerat Amphitrite. Nonnulli simplici r scribunt, ut a Tero fiat. Ver. Aen. 6. Eripui his humeris, mediaque ex hoste recepi. ait Seruius, sicut dicendo terram significamus elementum, terra uerò singulas partes, ut Africæ, & Italiæ: sic plus est ex hoste, quàm ex hostibus: ex hoste enim generaliter dicitur, ex hostibus partem ostendit.

TERRIBILIS, pen. cor. Iuue. Sat. 15. Qua nec terribiles Cymbri, nec Brytones unquam. Ouid. Met. 1. Lurida terribiles miscent aconita nouercæ. Idem. Terribilẽ picea tectus caligine uultum. Mart. 1. O quàm terribiles exarsit pronus in iras. Ver. Aen. 6. Terribili squallore Charõ, cui plurima mento. Stat. Syl. 3. Terribilem affatu passus, uisuque tyrannum. antepen. acu.

TERRIFICVS, penul. cor. Stat. Syl. 5. Sydera terrifico super intonuere cothurno. Oui.

Oui.Met.1. Terrificam capitis concussit terque, quaterque. Stat.Theb.7. Terrificeque aditis uoces, clausæque deorum. Lucr.1. Terrificet morbo affectis, somno que sepultis. antepen.acu.

TERRITO, pen.cor. Vergil.Aen. 11. Castra fugæ fidens, & cælum territat armis. Idē 12. Territat inualidas, ut aues, & littora nostra. Idem 4. Turribus aut altis & magnas territat urbes. Stat. Theb.2. Territat hospitia, & thalamos, & fœdera regni. Idem 6. Territat, incussaque dei gra ue mugit ab hasta. Idem 7. Territat insomnem nox atra, diemque minatur. antepe. acu.

TERRIGENA, pen.cor. Luca.4. Terrigenæ missa magicis è cantibus ira. Flac.1. Terrigenum cœlo quondam aduersata gygantum antepe.acu.

TERREO, pen.cor. Sil.8. Terruerunt pauidos accensa ceraunia nautas. Verg.Aen. 2. Criminibus terrere nouis, hinc spargere uoces. Cic.de Ora. Aduersarios minaciter terrere possumus. Idem pro S. R. Suæ quemque conscientiæ animi terrent. antepe.acu.

TERROR, pen.pro. Ouid.Met.1. Attonitū tanto subitæ terrore ruinæ. Ver. Aenei. 11. Quod si tantus habet mentes, & pectora terror. Ait Seruius. Terror est propriè qui alijs infertur, ut si dicas, ille habet terrorem, idest timēdus est, unde terribilis dicitur: metus autem est, quem habent timentes: sed nūc usurpatiuè terrorem pro metu posuit.

TERPSICHORE, pen.cor. Iuue. Sat.7. Terpsichoren odit facūda, & nuda senectus. Ver. Opusc. Terpsichore affectus cythara mouet, imperat, auget. antepen.acuit.

TESSALONICENSES, pen. pro. Mant. Tessalonicenses Galatæ subiunge Corynthum. pen.acu.

TESSERA, penul.cor. Stat.Theb.7. Tessera propellunt acies seseque sub armis. Ver. Aen.7. Classica iāq; sonant, it bello tessera signum. Pers.Sat.5. Publius emeruit scabrosum tesserula far. antepen. acuit.

TESTAMENTVM, pen.pro. Hor.Epist.1. Adducit febres, & testamenta resignat. Iuue.Sat.1. Cum se summoueant, qui testamenta merentur. Idem 6. Testamentum ingens calidæ pulmone columbæ. pen.acu.

TESTATVS, penul. prod. Ouid.Met.2. At pater omnipotens superis testatur, & ipsum. pen.flect. Ver.Aen. Testatur solum posci incertamina Turnum. Idem 8. Testanturque locum, & lethum docet hospitis Aigi. pen.acu. Cice. Is me potissimùm testatus est. Idem pro Syl. Atque hoc uos iudices tester.

TESTICVLI, pen.cor. Iuue.Sat.6. Testiculi post quàm cœperunt esse bilibres. Idē 11. Testiculos nec uellendas iam præbuit alas. Idem. Testiculi atq; adeo medicatū intelligit inguē. Pers.Sat.1. Hæc fierent si testiculi uena ulla parenti. antepe.acu.

TESTIFICOR, pe.cor. Oui.Fast.1. Plusquā solito testificatur opus. Idem 5. Et stygiæ nomen testificabor aquæ. Mart. 6. Teque pilare tuos testificare nates. ante pen.acu. Cicero Att. Sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sentētiam meam. Idem. Abste aliquando testificata tua uoluntas fuit.

TESTVDO, pen.pro. Claud. Hic & Apollinea uictus testudine pastor. Idem. Iam testudo uolat, profert iam cornua uultur. Luca.10. Et suffixa manu foribus testudinis inde. Hor. de Art. Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda. Vergil. Aen.9. Accelerant acta pariter testudine Volsi. Idem. Ferre liber subter densa testudine casus. Stat.Syl. 2. Gratia prima loci gemina testudine fumant. Idem 3. Clausisti calidas gemina testudine lymphas. Idem Theb. 10. Scrutaturque cauas cæca testudine turres. Sil.1. Tandem cōdensis actæ testudinis armis. Martial.14. Accipe limata scriptum testudine signum. pen.flect.

TETER, pen.prod. Mart.5. Teter & immundæ carnis abiret odor. pen.fle. Hor.Ser. 1. Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli. Mant. Quicquid, & in terris ipsi teterrimus orcus. antepen.acu.

TETRICVS, pen. cor. Pers. Sat. 6. Iam ne lyra & tetrico uiuunt tibi pectine chordæ. Oui.de Art.1. Hoc aditu uidi tetricæ data uerba puellæ. Idem Fast. Nō est de tetricis, non est de magna professis.

Martial. 1. Et quamuis tetrico tristior ipsa uiro. Idem 4. Mouerunt tetricas tã pia uota deas. Idem 6. At quam non tetricus, quàm nulla nubilus ira. Idem 7. Temperat & tetricæ conticuere tubæ. Idem. Et coram tetrico casta puella uiro. Idem. Ruperunt tetricæ cum mala pensa deę. Ver. Aen. 10. Qui tetricæ horrentis rupes, mentemque seuerum. antepen. acu.

TETRARCHA, pen. prod. Hora. Sermo. 1. Sæpe decem seruos, modo reges, atque tetrarchas. Luca. 7. Tetrarchæ, regesque tenent, magnique tyranni. Tetrarcha is dicitur, qui quartam regni partem obtinet. pen. acu.

THALIA, penult. product. Ouid. de Tristib. 4. Notaque non tardè facta Thalia mea est. Idem Sappho. Ingenium nobis molle Thalia dedit. Martial. 4. Ad matutinum nostra Thalia Iouem. Idem 8. Sidate uis nostræ uires, animosque Thaliæ. Idem 12. Transtulit ad Tragicos se nostra Thalia cothurnos. Idem 9. Iudicium metuat nostra Thalia tuũ Stat. Syl. 5. Et quis lasciua uires tenuare Thalia. Vergil. Opusc. Lusimus Octa

ui gracili modulante Thalia. Idem Georgic. 4. Nisææque, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque. Idem. Comica lasciuo gaudet sermone Thalia. Idem Buco. Nostra nec erubuit syluas habitare Thalia. Ait Seruius. & Græcè Thalia dicit, nam Latinè Thalea debuit dicere: sicut Cytharea, sed propter euphoniam contempsit ius regulæ; ideoque in Græcitate permansit: diphthongus ei in i lõgam uenit. pen. fle.

THAMARIX, penult. cor. Luc. 9. Et thamarix non læta comis, eoaque costus. ante pen. acu.

THAMYRIS, penult. corre. Stat. Thebaid. 4. Aonias multos Thamyris damnatus in annos. In Thessalia musæ quem musica, & oculis priuasse dicuntur Thamyram cantorem. antepenult. acuit.

THASOS, pen. cor. Stat. Theb. 5. Et Paros, & nemorosa Thasos, crebræque relucẽt. pen. acu. Ver. Georg. 2. Sunt Thasiæ uites, sunt & mareotides albæ. antepe. acu.

THEATRVM, penult. corre. Iuuen. Sat. 6. Et uacuo, clausoque sonant fora sola theatro. Ouid. Metamorph. 3. Sic ubi tolluntur festis aulæa theatris. Vergil. Aeneid. 5. Cingebant syluæ, mediaque in ualle theatri. Martial. 1. Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro. Idem 14. De Pompeiano sæpe est electa theatron Græcè sonat. antepenult. acuit. communis in metro. Vide Peragro. Vide Cornucopiæ, in dictione Theatrum.

THEBE, penult product. Stat. Syl. 3. Annue si uestras amor est mihi pandere Thebas. Idem 4. Aonius uates, Tyriæ dux inclyte Thebes. Idem. Sontes lege moræ certa est uictoria Thebis. Iuuenal. Sat. 7. Alcyonem Bacchi Thebas, & Terea fausti. Horat. de Arte. Colchus, an Assyrius Thebis nutritus, an agris. Ouid. Metamorph. 3. Stare diu Thebas, utinam tormenta, utrique. penult. acuit. Ouid. de Tristib. 4. Non uetat hoc quisquam fratrem Thebana peremptum. Idem Fast. 3. Tu quoque Thebanæ mala præda tacebere matris. Stat. Thebaid. 7. Thebanum toto planxisse Palæmona ponto. Idem 8. Thebanique urunt sonitus, & amara lacessit. Idem 11. Et Thebanus opem? miseræ quid crimina gentis. Luca. 9. Quam paruis tinctus maculis Thebanus Ophites. Mantuan. Altera Thebeo lux est sacrata tributo. Idem. Vrbs Thebea fuit quondam, quæ Nilus ab oris. penultima flectit. Nonnulli Thebea scribunt. Stat. Syl. 4. Thebais optato collegit carbasa portu. Idem 5. Thebais urgebant Priscorum exordia uatum. Idem 3. Conscia, cumque tuis creuit mea Thebais annis. Iuuen. Sat. 7. Thebaidos lætam fecit cùm Statius urbem. antepen. acuit.

THECA, pen. pro. Mart. 11. Sed fuerit curua cùm tuta nouacula theca. Idem 14. Sortitus thecam calamis armare memẽto. pen. flect.

THELAMON, pen. cor. Oui. Briss. Venerũt ad te Thelamone, & Amyntore nati. antepen. acu.

THELEPHORVS, pen. cor. Mart. 1. Hos tibi uicinos Faustine Thelephorus hortos. antepen. acu.

THELEPHVS, penult. corre. Horat. de Arte. Thelephus, & Peleus cùm pauper, & exul uterque. Claud. Sanus Achilleis remeauit Thelephus herbis. Iuuen. Sat. 1 Thelephus, aut summi plena iam margine libri. Stat. Syl. 1. Thelephus Aemonia, nec quæ metuentis Atridæ. antepen. acu.

THELESINA penult. product. Martial. 2. Vxorem nolo Thelesinam ducere, quare. Idem. Mœcha est, sed pueris dat Thelesina, uolo. Idem 5. Esse tibi magnus Thelesina uideris amicus. Idem 6. Et nubit toties iam Thelesina uiro. Idem. Cùm coleret puros pauper Thelesinus amicos. Idem. Vrit, & excrutiat dominũ Thelesina priorem. Idem 12. Quod mihi non credis ueteri Thelesine sodali. Sil. 10. Conuersis in terga iacit, Thelesinus ad ossa. Idem. Sopierat, dum supremam Thelesinus in auras. pen. flect.

THELETVSA, pen. pro. Mart. 8. Si Theletusa uenit, promissaque gaudia portat. pen. flect.

THELONVS, penult. prod. Oui. Fast. 6. Exitus accessit uerbis, flumenque Theloni. pen. flect.

THE-

THEMIS, penult. corre. Catul. Huc addant diui quàm plurima quæ Themis olim. Claud. Quid Cererem? magnamque Themin, ubi tanta creandi. Luca. 5. Explicuit, cum regna Themis, tripodasque teneret. Ouid. Met. 9. Non est passa Themis, nam iam discordia Thebæ. Ouid. Met. 1. Fatidicamq; Themin, quæ tunc oracla tonabat. Idē. Dic Themi, quę generis damnum reparabile nostri, penul. acu.

THEMISTOCLES, pen. cor. ait Calep. pen. pro. l, consona. Mãt. Adde Themistocles dum strenua feruerent ignes. antepe. acu.

THEODORVS, pen. pro. Scribitur enim per o magnum. Mant. Diceris eloquio, lingua Theodorus Achiua. Mart. 11. Pierios nati Theodori flamma penates. Iuue. Sat. 7. Lautorum pueros artem scindes Theodori. Claud. Accedunt trabeæ nil iam Theodore relictum. pen. fle. Idē. Quid Theodosiacum referam genus una deorum. antepen. acu.

THEODOSIVS, pen. cor. Clau. Theodosius diuiq; tuis sol ipse quadrigis. Idem. Hac tu, Theodosiū tenuit, dum sceptra colebas. Idē. Theodosius terris en aurea nascitur ætas. Mant. Theodosio trūcæ post dura opprobria dextræ. Idem. Quod tu Theodosius nupsit germana secundo. Idem. Theodosium mundi dominum de lubra uolentem. Hic proceleusmaticus est, non cōtrahitur. aut uide Io. Despau.

THEONINVS, pen. pro. Hor. Epi. 1. Dente Theonino cùm circum roditur, ecquid. pen. flect.

THEOPHILA, pen. cor. Mart. 7. Hæc est illa tibi promissa Theophila cani. antepe nult. acu.

THEOPOMPVS, pen. pro. Mart. 10. Qui iussit fieri te Theopompe cocum. pen. acu.

THERAPNAE, pen. prod. Stat. Syl. 5. Nec fratrē cæstu uirides plausere Therapnæ. Idem Theb. 1. Tenareumque cacumen Apollineasq; Therapnas. pe. ac. Oui. Paris. Rure Therapneo nata puella Phrygem. Stat. Syl. 3. Curuæ Therapnei lasciuiat ora Canopi. pen. flect.

THERMODON, pen. corr. Flac. 4. Proxima Thermodoon hic iam secat aura memento. Idem 5. Sæuaque Thermodoon medio sale murmura uoluens. Vergil. Aeneid. 11. Quales Treiciæ cùm flamina Thermodoontis. Ait Seruius. Plenū est Thermodoō, sed per synæresin Thermodon facit: unde don circunflexum habebit accentum: Gręca enim nomina necesse est, ut circunflectātur, quoties fit synæresis exigente metri necessitate; ergo si fit Thermodoon, do habebit acutum, quod si Thermodō fecerit, & in finalem transfertur, & mutatur accentus, nam circunflexus fit.

THERMAS, pen. pro. Sil. 14. Littora Thermarum prisca dotata camœna. Martial. 14. Redde pilam sonat æs thermarum ludere pergis.

THERMODONTIACVS, pen. cor. Oui. Met. 12. Thermodontiaca malles cecidisse bipenni. Idem 9. Thermodontiaco cęlatus baltheus auro. Stat. Theb. 12. Thermodontiaco lætum remeare triumpho. antepen. acu.

THERSITES, pen. pro. Oui. Met. 13. Thersites etiam per me haud impune proteruus. Iuu. Sat. 8. Malo pater tibi sit Thersites dum modo tu sis. Idem. Quā te Thersitæ similem producat Achilles. penul. acuit.

THERSILOCHVS, pen. cor. Ver. Aen. 6. Ingemuit, Glaurumque, Medontaque, Thersilocumque. antepen. acu.

THESAVRVS, pen. pro. Mant. Est thesaurus opum causas, ut septe secundas. Auso. Thesauro in uento qui limina mortis inibat. Verg. Geor. 4. Thesauris relines, prius haustus sparsus aquarum. Idē Aen. 1. Thesauros, ignotum argenti pondus, & auri. pen. acu.

THESEVS, pen. cor. nōcontractum. Oui. Phedra. Thesides, Theseusque duas rapuere sorores. Idem Ariadne. Quæ legis ex illo Theseu tibi littore mitto. Idem. Exciter, & summa Thesea uoce uoco. Idem de Pont. 2. Pyrithoum Theseus stygias comitauit ad undas. Idem 3. Occidit & Theseus, & qui comitauit Orestē. Idem Met. 15. Aegea sic Theseus, sic Pelea uicit Achilles. Stat. Syl. 3. Summouet hanc aliter, gemuit periuria Theseus. Prop. 2. Theseus infernis superis testatur Achilles. Oui. Met. 15. Dixerūt quo

ties flenti Theseius heros. Ver. Aen. 6. Infelix Theseus, Phlegyaque miserrimus omnes. antepe. acu. non contractum. Vide Tereus. Vide Thermodoõ. Ver. Geo. 2. Thesidæ posuere, atque inter pocula læti. Mart. 4. Massica Theseis tam bene uina fauis. pen. flect.

THESIMANVS, pen. cor. Oui. Ibin. Thesimaniq; patri, Calligonesq; uiro. antepe nul. acu.

THESPIADES, pen. cor. Oui. Met. 5. Thespiades certare deæ nec uoce, nec arte. Stat. Theb. 2. Vos quoq; Thespiadæ, cur inficiatus honora. Idem. Thespiadæ totos raperent mihi funditus Argos. Idē 9. Thespiaden, eadem poscenti fata Panemo. Flac. 1. Thespiaden, iungique latus, lentoq; sequaces. Idem. Thespiaca & clarum Tritonia deuolat Argum. antepen. acu.

THESSALIA, pen. cor. Iuue. Sat. 8. Thessaliç campis Octauius abstulit udo. Idem 6. Hic magicos affert cantus, hic Thessala uendit. Luca. 7. Vsq; ad Thessalias ser uisses Roma ruinas. Ouid. Hypsiphile. Nuper ab Hemonijs hospes mihi Thessalus oris. Stat. Syl. 2. Hanc si Thessalicos uidisses Phœbe per agros. Idem. Thessala nec talem uiderunt Palea tempe. Idē Thebai. 6. Anticipasse uiam, nec non & Thessalus Hero. Idem Achil. 1. Thessalis & geminis incusat fata querelis. Luca. 6. Adducit superos alienis Thessalis aris. Flac. 2. Thessala Dardanijs tunc primū puppis arenis. antepe. acu. Claud. Thessalonica tuos sensu dolor hæret in alto. pen. flect.

THESTORIDES, pen. cor. Ouid. Meta. 12. Thestorides uincemus, ait, gaudere Pelasgi. Idem. [illegible]t non Thestorides, neque enim nescit ne, taceve. antepe. acu.

THESTYLIS, pen. cor. Mantua. Thestylis hanc nimio pulcem sale fecit amaram. Mart. 8. Thestylon aulus amat, sed nec minus ardet Alexin. Idem. Thestylis, & rubras messibus usta genas. Vergil. Buc. Thestylis & rapido fessis messoribus æstu. antepen. acu.

THETA, pen. pro. Pers. Sat. 4. Et potis es nigrum uitio præfigere theta. Marc. 7. Est operæpretium discere theta nouum. penul. flectit.

THETIS, filia Chironis, uxor Pelei, & Achillis mater, primam eius syllabam per th, scribi aiunt, & utranque breuiari. pen. cor. Stat. Syl. 1. Cum Thetin Aemonijs Chiron accedere terris. Idem 3. Nec spumare Thetis, nec spargere nubila fluctus. Idē 4. Nox & Erythræis Thetidis signanda lapillis. Stat. Theb. 5. Et iam plana Thetis, montesque, & littora crescunt. Idem Achil. 1. Cum Thetis Idæos, heu nunquam uana parentum. Idem Nec pete Dardaniam frustra Theti mergere classe. Idem. Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia cursu. Idem. Pelion, hic ficto risit Thetis anxia uultu. Idem. Blanda Thetis sic ego gradus, sic ora, manusque. Idem. Me Thetis alma dedit, nec pridem tanta manebat. Idem. Te Peleus natos socerum, & Thetis hospita iungent. Idem. Et Thetidis mandata mouent, prodique uerentur. Idem. Neq; det indignos Thetidi captiua nepotes. Idem. Et Thetin, & comites, & quos suppresserat ignes. Verg. Aenei. 5. Leua tenent Thetis, & Melyte, Panopęa que uirgo. Oui. Met. 10. Exhibita estque Thetis, confessam amplectitur heros. Idem 11. Nanque senex Thetidi Proteus connubia fugit. Idem. Iuppiter æquoreæ Thetidi connubia fugit. Idem. Flectitur Aeacidæ Thetis hanc pro coniuge supplex. Flac. 1. Peleos in thalamos uehitur Thetis, æquora delphin. Idem. Et Zephyris, Glaucoque bouem, Thetidique iuuencum. Idem 2. Iam Panopes, Thetidisque soror, iamque aurea læua. Martial. 1. Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit. Tethys, Thetyos, filia Cœli, & Vestæ, uxor Neptuni: utranque syllabam produci aiunt, sed rectius indifferenter primam ait Antonius Nebris. Luca. 1. Tethyos unda uagæ lunaribus æstuet horis. Ouid. Fast. 5. Tethys & extremo sæpe recepta loco. Idem. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethin. Idem Met. 10. Oceanus Tethin. Iunonem rector olympi. Idem 11. Decidit in pontum Tethys miserata cadentem. Flac. 2. Quam Tethin longinqua dies, Glaucoque repostta. Idem 5. Et iuga uix

Tethys

Tethys spatiumque recolligit axe. Stat. Theb. 3. Fertque refertque fretum, sequitur que reciproca Tethys. Ver. Buc. Quæ tentare Tethyn ratibus quę cingere muris. Mart. 5. Cæsar & hinc Triniam prospicis, inde Tethyn. Hanc uerborum differentiam, ait Lucidarius poeticus, quã doque poetæ confundunt. Verg. Georg. 1. Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis. pen. flect.

THEVMESIVS, pen. cor. Stat. Theb. 2. Non alias tacita iuuenis Theumesius itas. Idem. Leuus habet, iamque arua gradu Theumesia, & arces. Idē. Dum clamat, subit ore cauo Theumesia cornus. Idem 4. Hyberna sub nocte tulit, Theumesius implet. Idem 9. Non secus æquoreo iactat Theumesius amnis. Idem. Illum & Sidoniæ iuga per Theumesia nymphæ. antepe. acu.

THEVTONICVS, pen. cor. Mart. 14. Caustica Theutonicos accendit spuma capillos. Mantu. Limine Theutonicæ gentis super inuia saxa. antepe. acu.

THYAS, pen. pro. Stat. Theb. 5. Euolat insano ueluti Theumesia Thyas. Catul. Thyadas effusis ouantes crinibus egit. Oui. Fast. 6. Thyades infusis per sua colla comis. Stat. Theb. 6. Thyas Achionio genitrix famulata Lyæo. Vergil. Aen. 4. Thyas, ubi audito stimulant Trieterica Baccho. Ait Seruius. Nam sicut a Baccho Bacchæ, sic & a Thyneo Thyades. pen. flect.

THYASVS, pen. cor. Stat. Achil. 1. Te precor, hic thyasos tantum nihil utile bellis. Flac. 1. Durat aprica dies, thyasique, thorique uirorum. Verg. Aen. 7. Insultant thyasis, neque enim leue nomen amatæ. Idē Buc. Instituit Daphnis Thyasos inducere Baccho. antepe. acu.

THYESTES, pen. pro. Iuue. Sat. 8. Ante pedes domiti longum, tu pone Thyeste. Mart. 1. Tereos, aut cœnam crude Thyestæ tuam. pen. acu. Ouid. Met. 15. Neve Thyesteis cumulemus uiscera mensis. Ait Serui. Aen. 1. ibi, Nec tam auersus equos Thyria sol iungit ab urbe. Atreū, & Thryestem germanos, cum dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam rediisse, qua occasione Thyestes cum fratris uxore concubuit, Atreus uerò ei filium epulandum apposuit, quæ sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. sed ueritas hæc est, Atreum apud Mycenas primum solis eclypsim inuenisse, cui inuidens frater, ex urbe discessit tempore, quo sępius probata sunt dicta. penul. acuit.

THYMELE, pen. cor. Mart. 1. Qua Thymelem spectas, derisoremque Latinum. Iuue. Sat. 1. Charus & a trepido Thymele summissa Latino. Idem 6. Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit. antepe. acuit.

THYMVM, pen. cor. Ver. Buc. Dumque thymo pascentur apes, dum rore cycadæ. Idem Geor. 4. Ipse thymum, pinosque ferens de montibus altis. Ouid. de Pont. 2. Altaque quàm multis floreat hybla thymis. Idem Fast. 4. Pars thyma, pars rorem, pars meliloton amant. Mant. Rore thymo Siculæ manes melilotus ad aram. Luca. 9. Desidiosa thymum tum sinus increpat æris. pen. acu.

THYMOETES, pen. pro. Ver. Aeg. 2. Et molem mirantur equi, primusque Thymoetes. Ait Seruius Aen. 10. ibi, Alma Venus, fidum Aeneas affatur Achaten. Omnia nomina, quæ in tes exeunt, uocatiuum in a mittunt, ut Achates, Achata: Thymœtes, Thymœta. pen. acu.

THYRSAGETA, pen. cor. Flac. 6. Cùm uagaThyrsagetas gelida liquisse sub arcto. antepe. acu.

THOAS, pen. cor. Ouid. de Pont. 3. Regna Thoas habuit Mœotide clarus in ore. Stat. Theb. 5. Hoc memorasse fat est, claro generata Thoante. Idem 6. Hippodamus, uariumque Thoas rogat ire Podarcem. Idem. Ad metum superare Thoas, nec prætulit ullam. Idem 6. Funalemq; Thoan, rapidum Danaeius augur. pen. acu. Sil. 14. Mille Thoanteæ sedes fascellina diuæ.

THOLVS, pen. cor. Ouid. Fast. 6. Angulus a pluuio uendicat hymbre tholus. Flac. 1. Redde tholo, ac tantis temet dignare periclis. Idem. Non leuiore tholum manus, hæc compescuit auro. Stat. Syl. 1. Exuuias Diana tholo captiuaque tela. Idē Herba tholo quocunq; tibi Troiana recondit.

condit. Mart. 2. Et me Cæsareum prospicis ecce tholum. Ver. Aen. 9. Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi. penul. acu.

THOMAS, prima est indifferens. Mant. Sit ratio forsan melior Thoma, nanque uocatur. Idem. Quid nomen Thoma significet, mostrare uolentes. Idem. Hũc, ait, ostenditq; Thomam, tum forte per urbes. Idẽ. Omne Thomas, regiq; domum construxit olympo. Idẽ. Altera lux tua diue Thoma clarissima gentis. Idẽ. Annua festa Thomæ uigesima prima Decẽbris. Idẽ. Ante dies ex fratre nepos pulcherrima Thomas. Clau. Sic tua pro clypeo defendat pectora Thomas. penult. acuit.

THORAX, pen. prod. Stat. Theb. 7. Dat sociis, sequitur neglectus Agyllea thorax. Ver. Aen. 12. Imam inter galeã, summi thoracis, & oras. Idem. Telaq; trunca uiri, & bis sex thoraca petitum. Idem 10. Mœonis, & thoraca simul cũm pectore rumpit. Mant. Has ob res thoraca gerit, ferroq; nitenti. Stat. Syl. 4. Quiq; graue tardi subeant thoraca lacerti. Iuu. Sat. 5. Gaudebit nido uiridẽ thoraca iubebit. Mant. Cyclades appellant totidem thoraces ahenis. Flac. 6. Contra autem geminis fidens thoracibus ictum. penult. acuit.

THRACE, ces. Thraca, & Thracia. pen. cor. Oui. Phil. At miseram Thracẽ, qui regar, alter erit. Idem. At mea despecti fugiunt cõnubia Thraces. Clau. Tinithraces erant, quæ nũc Bythinia fertur. Stat. Theb. 6. Ante Chromis, sed Thraces equi ut uidere iacentem. Mant. Arua Cephalenum premerent tum Thracibus illa. pen. acu. Oui. Penel. Thracia nocturno tangere castra dolo. Ver. Buc. Nõ me carminibus uincet, nec Thracius Orpheus. Idem 5. Progenies auctura Italos. Quem Thracius albis. Idem. Cratera impressum si quis quem Thracius olim. antepen. acu.

THREICIVS, pen. cor. Ouid. Phil. Threicios portus, hospitiumque dedi. Idem Brill. Treiciam digitis increpuisse lyrã. Idem Met. 6. Threicius Tereus hæc auxiliaribus armis. Verg. Aen. 3. Threicio regi cũm iam diffideret armis. Idem 11 Quales Threiciæ cũm flumina Thermodoontis. Idem 6. Nec non Threicius lõga cum ueste sacerdos. Solutio est Ionicæ linguæ pro Thracia, sicut Threissa pro Thracia, & est solutio per ei, diphthongon. Vergil. Aeneid. 1. Spartanæ, uel qualis equos Threissa fatigat. antepe nul. acu.

THRACHINIVS, pen. cor. Ouid. Met. 11. Pendet & ipse metum trepidi Thrachinius oris. antepen. acu.

THRASIMENVS, pen. pro. Sil. 5. Nam forma tentare deis Thrasimene ualeres. Idem 6. Sicut sanguinea Thrasimeni tinxerat unda. penul. flect.

THVLE, pen. pro. Stat. Syl. 3. Vel super Hesperiæ uada elegantia Thules. Vergil. Georg. 1. Numina sola colant tibi seruiat ultima Thule. Ait Seruius. Est autem insula in Oceano ultima, in qua cũm sol in cancro est, perpetui dies sine noctibus esse dicuntur. penultima acuit.

THVRINVS, penul. pro. Hor. Ser. 2. Summus ego, & prope me uiscus Thurinus & infra. Ouid. Met. 15. Thurinosque sinus, Themesemque, & Iapydis arua. penul. fle.

THVS, prod. Stat. Syl. 1. Lætus huic dono uideas dare thura nepotes. Ouid. Met. 1. Thura ferisne paret populandas trade re terras. Idem de Trist. 1. Cæsare thura pijs, Cæsaribusque dedi. Idem de Pont. 1. Thuraq; Cæsaribus cum coniuge Cæsare digna. Idem Met. 14. Templa tibi statuam, tribuam tibi thuris honoris. Stat. Thebai. 1. Coniugis ara tuæ cumulo cui thuris eoi. flect. Vide Tellus. Mant. Thuriferas Arabes Syriç biparentibus alis. Verg. Georg. 1. Totaque thuriferis Pandraia pinguis arenis. Oui. Phil. Sum prece thuricremis deuenerara focis. Idem Fast. 4. Nam modo thurilegos Arabes modo despicit Indos. antepenultima acuit.

THVSCVLVS, pen. cor. Sil. 6. Quod peperere decus Circeo Thuscula dorso. Martial. 9. Seu tribuit tellus Thuscula flore tuo. antepe. acu.

TIARA, pen. pro. Verg. Aenid. 7. Moredaret

tet populis,sceptumque,facerque tiaras. Pileum Phrygium dicit, ait Seruius. Et sciendum hic tiara per usurpationem dictum : nam hæc tiara dicitur, melius ergo. Iuu. Sat.6. Plebeia, & Phrygia uestitur bacca tiara. Oui. met. 11. Tempora purpureis tenta uelate tiaris. penultima flectit.

TYBERIS, penul. cor. Et per syncopen Tybris, huius Tybris, uel Tybridis in communi sermone Tyberis, in poemate Tybris. Calep. Iuuen. Sat. 3. Iam pridem in Tyberim Syrus defluxit Orontes. Oui. Fast. 4. Teque future pater Tybri potentis aquæ. Luca. 2. Dexteriora petens mōtis decliuia Tybrim. Stat. Syl. 2. Seu Lucanus ager, seu Tybridis impetus altas. Vergil. Aeneid. 3. Si quando Tybrim, uicinaque Tybridis arua. Ait Seruius. fluuium, pro quo regem ipsum posuit Tybrin, qui in hunc cecidit flumium, & ei nomen dedit : nam ante Albula dicebatur. alij nolunt Tybrin cecidisse, sed Tyberinum regem Albanorum, a quo Tybris dictus est: ut autem tybris dicatur. hæc est ratio : quodam tempore Syracusani uictores cœperunt Syracusis Athenienſium ingentem hostium multitudinem, & eam cæsis montibus fecerunt addere munimenta ciuitati : tunc auctis muris, etiam fossa intrinsecus facta est; quæ flumine admisso repleta munitiorem redderet ciuitatem. hanc igitur fossam per hostium pœnam, & iniuriam factam Tybridin uocarunt : postea profecti Siculi ad Italiam, eam tenuerunt partem, ubi nunc Roma est, & Albulam fluuium ad imaginem fossæ Syracusanæ Tybrin uocarunt. & in 8. ibi. Tuque ô tybri, tu ò genitor cum flumine sancto. Ait Seruius. Tyberim uerò alij a rege Aborigenum dictum uolunt, qui iuxta dimicans interempus est: alij ab eo rege, quem Glaucus Minois filius in Italia interemit: alij, inter quos est Liuius, ab Albano rege, qui in eum cecidit. Ait Calepinus, hic fluuius appellatur tymbris, & tyberis per iota, unde apud Latinos per i nostrum scribi uidetur, cum omnibus, quæ inde deriuantur, ut Tiberias, Tiberius, Tiberinus, quæ similiter a Stephano, cæterisque Græcis per iota scribuntur. Et si Calepinus hæc præcipit, ipse tamen per y scribas ; usus enim sic apparet, ueluti notat Ioannes Despaut. ac Ioannes Tortelius. Tyberis antepe. acu.

TYBERINVS, penult. product. Verg. Georgic. 4. Vnde pater Tyberinus, & unde Aniena fluenta. Idem Aeneid. 12. Spes Italas tecalent nostro Tybetina fluenta. Idem 7. Prospicit hunc inter fluuio Tyberinus amœno. Idem 8. Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno. Martial. 1. Pulchra quidem, uerum trans tyberina domus. Ouid. Fast. 4. Hostia contigerat qua se Tyberinus in altum. Idē Metamorph. 14. Sed Capys ante fuit regnum Tyberinus ab illis. Sil. 14. Parte alia præses puppem Tyberinus agebat. penul. flect. Oui. Fast. 2. Dixerat annuerant nymphæ Tyberinides omnes. ante pen. acu.

TIBERIVS, penult. corre. Horat. Sermo. 1. Te Tyberi numerare cauis abscondere tristem. antepenultima acuit. Stat. Syl. 3. Arcanis hærere datum Tibereia primum.

TIBIA, penult. corre. Vergilius Buc. Incipe Menalios mecum mea tibia uersus. Idem Aeneid. 9. Dindyma, ubi assuetis biforem dat tibia cantum. Ouid. Metamorph. 11. Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu. Stat. Thebaid. 6. Tibia cui teneros suetum producere manes. Clau. Tibia fœdatam cùm reddidit umbra Mineruam. Verg. Opusc. Sunt cuppæ, calices, cyathi, rosa, tibia, chordæ. antepen. acu.

TIBI, penult. corre. Vergilius Buc. Et tibi magna satis, quamuis lapis omnia nudus. Idem. Mopse nouas incide faces, tibi ducitur uxor. Idem. Sparge marite nuces, tibi deserit Hesperus OEtam. Idem Georg. 1. Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Idem 2. Muneribus, tibi pampineo grauibus autumno. Idem. Magna uirum, tibi res antiquæ laudis, & artis. Idem Aeneid. 3. Ecce tibi Ausoniæ tellus, hanc accipe uelis. Idem 5. Aequemus pugnas Erycis tibi terga remitto. ait Seruius. Tibi pro

te, posuit finales in his tibi, mihi, sibi, communes sunt. pen. acu.

TIBICEN, penult. corre. Iuuen. Sat. 2. Clamatur nullo, gemit hic tibicina cornu. Idem 3. Nos urbem colimus tenui tibijcina fultam. Horat. de Arte. Tibijce, traxitque uagus, per pulpita uestem. Idem Epistol. 2. Nunc tibijcinibus, nunc est gauisa tragœdis. Ouid. Fast. 6. Temporibus ueterum tibijcinis usus auorum. Idem. Admisceteque alios, & ut hunc tibijcina cœtum. Martial. 14. Ebria nos madidis rumpit tibijcina buccis. De quo ait Ioannes Despaut. Cur autem magis producatur tibicen, quàm tubicen, hæc est ratio, quia tubicen fit a tuba, ubi a uertitur in i, seruata quantitate. At tibicen fit a tibia, ideo tibijcen dicendum fuerat, iam uertunt duas breues in unam longam. antepen. acu. Vide Tubicen.

TIBVLLVS, penult. produ. Martial. 8. Fama est arguti Nemesis formosa Tibulli. Idem 14. Vssit amatorem Nemesis lasciua Tibullum. Ouid. de Tristi. 4. Vergilium uidi tantum, ne auara Tibullo. Hic iacet immiti consumptus morte Tibullus. Stat. Syl. 1. Naso Tomis, diuesque foco lucente Tibullus. penulti. acuit.

TYBVR, penult. produ. Stat. Syl. 1. Cernere facundi Tybur glaciale Vopisci. Ouid. Fast. 6. Exilium quodam tempore Tybur erat. Idem 4. Et iam Thelegoni, iam mœnia Tyburis udi. Idem de Pont. 1. Exulibus tellus ultima Tybur erat. Martial. 1. Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arce. penul. fle. Verg. Aeneid. 7. Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt. Idem. Fratris Tyburtij dictam cognomine gentem. antepenul. acu.

TYBVRTINVS, penult. produ. Martial. 1. Nunc Tyburtinis cedite frigoribus. Idem. Cùm Tyburtinas damnet curatius auras. Idem. Sed Tyburtinæ sum proximus accola pyræ. Idem 7. Qui Tyburtinas pascere possit oues. Idem. Sic Tyburtinæ crescat tibi sylua Dianæ. Idem 8. Et Tyburtino monte quod albet ebur. pen. fle.

TICIDA, penultima corre. Ouidius de Tristib. 1. Quid referant Ticidæ, quid memmi carmen apud quos. antepenult. acuit.

TICINVS, penultima produ. Sil. 4. Cæruleas Ticinus aquas, & stagna uadoso. Claud. Colla leuant, pulcher Ticinus, & ardua uisu. Sil. 1. Dum Romanæ tuæ Ticinæ cadauera ripæ. Idem 5. Ticini frater ripis, iacet ac mens alta. Idem 6. Ticini rapidam in Rutulos contorserat hastam. Idem 12. Quæque grauem ad Trebiam, quæque ad Ticina fluenta. penult. flectit. Mant. Venit ut in uulgus fama hæc Ticinia plæbes. antepen. acu.

TYDEVS, penult. cor. Non contractum. Stat. Thebaid. 9. Tydeus ipse rapit, post & confecta uirorum. Idem. Stridebit ue stros Tydeus inhumatus ad ignes. Ouidius de Pont. Venit ad Adastrum Tydeus calidone fugatur. Vergil. Aenei. 6. Hic, illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis. Idem 11. Nunc & Tydeides, & Larisseus Achilles. antepen. acu. non contractum.

TIDIDES, Diomedes Tidei filius, penulti. produ. Stat. Achil. 2. Tydides, quæ nunc ueru m ratione paramus. Idem. Tydides, signum hospitijs, pretiumque laboris. Ouid. Meta. 13. Scit bene Tydides qui nomine sæpe uocatum. Iuue. Sat. 15. Et quo Tydides percussit pondere coxam. Vergilius Aeneid. 1. Tydide, mene Iliacis occumbere campis. Ait Seruius. Tydide uocatiuus Græcus est: si enim Latinè diceret, ò Tydida debuit ponere: omnia enim patronimica, quæ in des exeunt, apud Latinos primæ sunt declinationis. Idem 3. ibi, Coniugio Anchisa Veneris dignata superbo. Vocatiuus hic non est Latinus, nam breuis esset a, ut ò Catilina Græcus est erho, de quo ualde apud eos quæritur, quem ad modum exeat ab his nominibus, quæ in es mittunt nominatiuum; nam Tydides, Tydide facit. Horatius. Ne quis humasse uelit Aiacem, Atrida uetas cur? Ouidius Metamorph. 15. Quam modo Tydide Calydonia uulneret hasta. Tale est & Anchisa.

thisa. sanè apud Latinos horum nominum causa manifesta est, quæ nominatiuum ipsum in a, mittunt, & recipiunt Latinam declinationem, ut Atrides, Atrida: Scythes, Scytha. Vergil. Aeneid. 1. Tydides multa uastabat cęde cruentus. Idem 12. Illum Tydeides alio pro talibus ausis. antepe. acu.

TIGILLVM, penult. product. Iuue. Sat. 7. Et quæ conducto pendent anabrata tigillo. Tibul. 2. Illi compositis primum docuere tigillis. Hor. Ser. 1. Mœstum, ac solicitum est cantoris morte Tigelli. penulti. acu. Idem. Ille Tigellius hoc, Cęsar, qui cogere posset. antepenult. acuit. Iuuen. Satir. 1. Pone tigillinum tedas lucebis in illa. pen. flect.

TIGRIS, pen. prod. Ouid. Phyll. Inque capistratis tigribus alta sedet. Mart. 8. Conterius gemina tigride Bacchus erat. Vergil. Aeneid. 10. Massicus ærata princeps secat æquora tigri. Ait Seruius. Tigri autem secundum regulam dixit: nã Græca nomina, quæ genitiuum singularem in dis mittunt, in eo tantum, & in datiuo crescunt: in accusatiuo, & in ablatiuo paria sunt nominatiuo, ut tigris, tigridis, tigridi, tigrim, tigris, tigri. Isis, Isidis, Isin, Isis, Isi: si aliter inuenerimus, abusiuè dictum est, ut Luca. quinto. Ocior, & cœli flammis, & tigride foeta. penulti. acu.

TILIA, penultima cor. Vergil. Georg. 2. Nec tiliæ leues aut torno rasile buxum. Idem quarto. Mella fauis illi tiliæ, atque uberrima pinus. Idem primo. Cæditur, & tilia antè iugo leuis, altaque fagus. antepenultima acuit.

TIMAGENES, pro. pro. Hora. Episto. 1. Rupit Hyarbita Timagenis æmula lingua. pen. acu.

TIMAVVS, penultima product. Claud. Minclus inque nouem consurgens ora Timaui. Mart. primo. Et tu Ledæo felix Aquileia Timaui. Vergil. Buc. Tu mihi seu magni superas iam saxa Timaui. Idem Georg. 3. Castella in tumulis, & Iaspidis arua Timaui. Idem Aeneid. primo. Regna Liburnorum, & fontem superare Timaui. Ait Seruius: amant poetæ rem unius sermonis circumlocutionibus dicere. ut pro Troia dicant, urbem Troianam, pro Buthrotio, arce Buthroti. sic & modo pro Timauo, ait fontem Timaui. & paulopost, urbem Pataui, pro Patauium. urbs etiam Roma dicunt, urbs Panhormus, comedia eunuchus, tragœdia Thyestes, ludi floralia, arbor pirus. Hæc Quinti. Inst. primo capit. decimo. Ibi, quædam tamen & faciem soloecismi habent, & dici uitiosa non possunt, in quibus appositio est; aliter Aeneid. sexto. Per Graium populos, mediæque per Elidis urbem, Elis Arcadiæ est ciuitas. & hoc Poeticè: apud oratores uerò aliter. Cicero contra Rull. Capua urbs amplissima. Idem Acad. Et Roma urbs amplissima. Idem pro Font. urbs Massilia. Valerius Maxi. urbis Romæ, exterarumque gentium. penultima flecti. Vide Buthrotum.

TIMBRAEVS, penul. product. Verg. Geo. quarto. Si modò quem perhibes, pater est Tymbræus Apollo. Idem Aenei. 3. Da propriam Tymbræe domum, da mœnia fessis. Ait Seruius, Tymbræus Apollo dicitur a loco Troię uicino pleno tymbra, in quo eius & nemus est, & templum, ubi à Paride Achilles occisus est. unde & fingitur manu Apollinis uulneratus: ergo Tymbræus, & Delius, nam nomina a locis frequenter nomen accipiunt. Sanè quia Græcè τυμβρη facit, in deriuatione η, in diphthongum mutat, ut αιτνη Etnæus. Διρκη Dircæus. Tymbręus penulti. flecti. diphthongus enim longa est natura, ut Constantinus Lascares ait.

TIMEO, penulti. cor. Ouid. Phyl. Interdum timui, nedum uada tendis ad Hebri. Idem Penelop. Quando ego non timui grauiora. pericula ueris. Idem Metamorpho. primo. Aere ligabantur, nec supplex turba timebat. Idem. Sed timuit, ne forte facer, tut ab ignibus ęther. Vergil. Georg. 1. Impiaque æternam timuerunt secula noctem. Ouid. Penelop. Scirem ubi pugnares,

gneres,& tantum bella timerem. Idem. Quid timeam,ignoro timeo tamé omnia demens.Sta.Syl.2.Extimui, tu ne illa hilaris,comisque uideris. Idem.3. In uidiam timuere tuam,post ista propinquum. Cicero pro Syl. A quo quidé ge nere iudices ego nunquam timuit. Idé Att.Timeo de consolatu.Idem.De rep. ualde timeo.Idem Epist.5. Nihil magis quam perfidiam timemus.antepenulti. acuit.

TIMAETES,penulti.pro.Vergil. Aeneid. 10. Iasius Imbrasides Hicetaoniusque Timætes. Idem 2. Et molem mirantur equi, primusque Timætes. penultima acuit.

TIMIDVS,penul.cor.Ouid.Brist.Sed me, qui timidam prenderet hostis erat. Idé Met 8.Concipiunt,Baucisque preces,timidusque Philemon. Hor. de Art. Vel quod res omnes timidè,gelidèque mini strat.Stat.Syl.3.Increpas,ecce meum timido iam frigore pectus. antepenulti, acuit.

TIMOR,penul.cor.Ouid. Hips.Adde preces castas,immistaque uota timori. Idé Quærimur,alternant,spesque, timorq; fidem.Stat.Syl.4.Iam pridem,retrahitque timor,stabunt ne sub illa.Pers.Sat. 3.Alges cum excussit membris timor albus aristas.Ouid. Penel.Res est solici ti plena timoris amor.Idem Met.1.Nũc animus miseranda foret?quo sola timo rem. Idem 2.Fit timor & pauida trepidat formidine pectus.penul.acu.

TIMPANVM,pen.cor.Stat.Theb.4.Aera que tympanaque, & biforem reticere tumultum.Ouid. Phedra. Quæque sub Ideo tympana colle mouet. Idem Fast. 4.Ibunt femineces, & inania tympana tundent. Mant. Instrumenta, tubas, & tympana,quod rupe dumque. Vergil. Geo. 2. Hinc radijs triuere rotis, hinc tympana plaustri. Claud.Postquam uisa ceres mugitum tympana frenant.antepenul.acuit.

TINDARIS,pen.cor.Ouid.Oenone. Tyndaris infestis fugitiua repascitur armis. Idem Meta.15. Tyndaris & secum cur sit bis rupta, requirit. Idem de Pont.1. Quantum in Atridis, Tyndaridisque fuit.Idem de Trist.1.Vos quoque Tyndaridæ, quos hæc colit insula fratres. Hor. Ser.1. Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.Vergil.Aeneid.2.Tyndarida aspicio dant clara incendia lucem.Stat.Achil.2. Tyndaris,incæsta nimium laudata rapina. Sil. 14. Tyndaris attollens sese affuit altus equorum. Idem Met.15. Tunc & Tyndarij Latias fortuna Tarenti.Oui.Met.6.Tyndariden incendit amor,simul obuius hasta. Idem. Tyndariden petit, & superos sit uoce precatur.antepen.acu.

TINEA,pen.cor.Ouid.de Pont 1. Conditus,ut tinea carpitur ore liber. Vergil. Geo.4. Aut dirum tineæ genus, aut inuisa Mineruę. Claud. Excedere caput tineæ deserta petebant. Auso. Malo inquis tineas sapis erũnosæ libelle. Ouid. Met.15.Agrestes tineæ, res obseruata colonis.antepen.acu.

TINNITVS, pen.prod.Ouid.Fast.4. Ardua iam dudum resonat tinnitibus idé. Idem Met.4. Ense ferit, sonuit tinnitibus ensis acutis.Vergil.Aeneid.9. Tinnitu galea, & saxis solida æra fatiscũt. Idem Geo.4. Tinnitusque acie, & matris quate cymbala circũ. Ait Seruius, matris Cymbalæ, quæ in eius tutela sunt,ideo,quòd similia sunt hemicyclis cœli,quibus cingitur terra,quæ est mater deorum, quis enim nouit, cur æris sono redeãt apes in aluearia: paulopost respondet ibi, Crepitantiaque æra secutæ, Dicteo cœli regẽ pauere sub antro. quia apes pauerunt melle Iouem, pro qua mercede,ait Poeta, quia Ioué aluerunt,qué Ops Saturni uxor Curetibus & Idæis Datylis custodiendum dedit in monte Cretæ Dictæo: ne eum Saturnus cõsumeret, vt filios omnes solebat. itaque, quia apes æris sonum secutæ, Iouem aluisse melle dicuntur, qua pro re mercedis postea Iuppiter præstitit, vt haberent liberos sine ullo concubitu.pen.flect.

TINTILE,pen.cor. Oui.de Trist.3.Non uolucri ferro Tintile uirus inest. antepenul.acu.

TINTINNABVLVM,penulti.cor.Iuuen. Sati.6. Ter pariter pelues, & tintinnabula

bulæ dicas.antepen.acu.

TINNIACVS,penul.cor.Oui. de Trist.1. Tinniacosque sinus,& ab his per Apollinis urbem.antepen.acu.

TINNVLVS,pen.cor. Mant. Valeat, & ad numerum tibi tinnula uerberet æra. antepenult.acu.

TIPHIS,pen.prod. Ouid.Hypsiph. Quid tibi cum patria nauita Tiphymea. Idē de Art.1.Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Flac.8. Cyaneasq; uocat,me minique ò Tiphi tuorum.Idem 5.Sontibus impulsus furijs, ubi Tiphys? ubi Idmon. Idem Haud aliter socij supremo in tempore Tiphyn. Idem 3. Ipse diem longe, solisque cubilia Tiphyn. Idem 1.Tiphys agit, taciti q; sedent ad iussa ministri.penult.flect.

TYPHON, pen.product. Luca.4 Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon. Idem 7. Et trabibus mistis auidos Typhonas aquarum.Ouid.Fast.2.Terribilem quondam fugiens Typhona Dione.penult.acu.Luca.6. Antraque lethiferi rabiem Typhonis anhelant. pen. acu.per o,longum scribi.

TYPHOEVS,pen.prod.Hor.Carm.3.Ode 4.Sed quid Typhoeus,& ualidus minas, eus quidē cæsura est. ubi ait Antonius Mancinellus, Typhoeus trium syllabarum cum eo diphtongo in fine, & non cum oe diuisa,uel coniuncta, quæ nomina tertiæ declinationis contractorum apud Græcos in eus, diphtongum finita. Poetæ Latini nūc per sineresin,nunc per diæresin proferunt dialectibus Græcis utentes, ut Orpheus,similiaque. per synæresin. Mart. 11. Ad matrem fugiet Pentheus ad Menadas Orpheus. Verg. Buc. Certent & cycnis ululæ, sic Tityrus Orpheus.Ouid.Met.11. Te mœstæ uolucres Orpheu, te turba ferarum. sic Typhoeus, & per omega & eus diphth. ut Aloeus. Luca.5. Conditus in arime æterna mole Typhoeus.Oui. Met.5.Eiecta, flāmasq; fero uomit ore Typhoeus. Sil.14.Tu Catinæ nimium ardenti uicina Typhoeo. Verg.Aeneid.9.In arime Iouis imperijs imposta Typhoeo. Idem Geo.1.Coæuumque Iapetumque creat, sæuumque Typhoea. contrahitur non diphthongus.Oui.Met.3.Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea. quod etiam Poetæ per diæresin proferunt. Ouid.Meta.5.Emissumque ima de sede Typhoea terræ. Idē. Huc quoq; terrigenā uenisse Typhoea narrat. Idē. Aetherias ausum sperare Typhoea sedes.Oui. Fast.1.Quas quoties præstat spirare Typhoea credas.Ait Cale.Qn̄ uerò deriuatiuū est diuisa diphthongo pronunciatur.Vergil.Aeneid.1. Nate patris summis, qui tela Typhoea temnis, ubi Seruius.Multi Typhoia legunt,ut Cerealia, & Cerealia, Typhoea autem dixit, non quibus Typhoeus usus est,sed quibus Iuppiter in Typhoeum, à spolijs, uirtute,& uictoria,epitheton posuit,ut Scipio Africanus, & Metellus Creticus. penulti.acu.

TIPVLA,penultim.cor.Mantua.Remeat & tipulæ similis superambulat umbra. Idem.Annueret,tipulę in montem torrentia calcas.antepen.acu.

TIRIANTHINA,pe.cor. Mart.1.Vrbica longonicus tirianthina bardocucullus. antepen.acu.

TYRANNVS,pen.prod. Ouid.de Pont.4. Cum uarius, Hraoliusque darent fera dicta tyranni. Idem de Trist.3. Quiq; bouem Siculo fertur donasse tyranno. Idem Metamorph. 1. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyrannis. Sil.14. Atque ubi cuncta niro,cædesque exposta tyrannis. Claud. Tertius occubit nati uirtute tyrannus.Vergil.Aeneid.10. Talibus,& dictis it contradicta tyranranni. Idem 4. Te propter libycæ gentes,Numadumquem tyranni. Ait Seruius.Nil intererat apud maiores inter regem,& tyrannum, ut Aeneid.7.Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.Ait Seruius,Gręce dixit,idest regis: nam apud eos,tyranni,& regis nulla discretio est,licet apud nos incubator imperij tyrannus dicatur.Sane apud Grę cos hic,& hæc tyrannus declinatur. penulti.acu.

TIRESIAS,pen.cor.Oui.meta.1.Non fata Tiresia uenturi præscia Manto.Idem 3. Quærere Tiresiæ Venus huic erat utraque nota.Iuu. Sat.13. Nec sursum, nec

nec Tiresiam quemque esse deorum. Hora. Serm. 2. Hoc quoque Tiresia præter narrata petenti. Stat. Thebai. 4. Tiresiæ qui mos incerta pauentibus æger. Idem. Tiresias illi namque plurimus ardor anhelat. Idem 8. Tiresiam laudare suum, nunc fata reuoluunt. antepe. acu.

TIRYNTHIVS, pen. cor. Ver. Aen. 8. Gerione extincto Tirynthius attigit arua. Idē 8. Ecce furēs animis aderat Tirynthius omnemq;. Oui. Met. 9. Risit, & illudens nostras Tirynthius artes. Idē 7. Est uia declinis per quem Tirynthius heros. Mantu. Tradiderit nostri nobis Tirynthius olim. Mart. 9. Incutuabat Hylam posito Tirynthius arcu. Oui. Fast. 1. Mane erat excussus somno Tirynthius heros. Idem 2. Forte comes dominæ iuuenis Tirynthius ibat. antepe. acu.

TYRIVS, pen. cor. è Tyro urbe. Ver. Aen. 1. Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni. Idem. Vitales carpis, Tyriam qui ad ueneris urbem. Idem 4. Dardanidumq; ducē Tyria Carthagine, qui nunc. quod etiam pro purpureo ponitur. Ouid. de Arte 1. Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabis amictus. Idem de Trist. 2. Contu lit in Tyrios arma, uirumque toros. Luca. 9. Strata micant Tyrio quorum pars maxima lentum. Verg. Georg. 3. Illi uictor ego, & Tyrio conspectus in ostro. Stat. Sil. 1. Ochalis, & Tyrij moderator liuet aheni. antepe. acu. Vide Tyro.

TYRO, pen. pro. Mart. 11. Ergo suburbanæ tyronem trade magistræ. Hora. Sermo. 1. Sub patribus duris tyronum maxime quis non. Ouid. Fast. 3. Ergo ubi tyronū celebrare frequentia possit. penult. flect. Idem Met. 15. Et Phænissa Tyros, quarum nunc insula nulla est. Verg. Aenei. 4. Carthago, aut antiqua Tyros, flammeque furentes. pen. cor. Luca. 3. Et Tyros instabilis, pretiosaque Marice Sidō. penult. acu. Manil. 1. Nec tyrocinio peccet, circumque feratur. Calepinus admonet, prima actio in quacunque arte tyrocinium dicitur: tyrones uerò artifices. tyrocinium antepe. acu.

TYRRENVS, pen. prod. Verg. Geor. 2. Tyrrhenusque fretis immittitur æstus auernis. Idem Aeneid. 1. Gens inimica mihi Tyrrenū nauigat æquor. Idē 8. Et Tyrrhena pedum circundat uincula plantis. Idem 7. Tyrrhenas, i, sterne acies, tege pace Latinos. Sil. 14. Enituit fama mīles Tyrrhenus asylo. Ouid. Fast. 4. Hostica Tyrrhenos uota est in uindemia regi. Luca. 5. Tyrrhenum Ionio uagus adria ponto. Cuius fabulam narrat Seruius ibi, Tyrrhenū nauigat æquor. Tyrrhenum mare dictum est, uel quòd Tusciam alluit, idest Tyrrhenā, uel a Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitauerunt, nanq; hoc habet fabula, dormientem in littore Liberum patrē puerum, nautas abstulisse Tyrrhenos, qui cum esset experrectus in naui, quò duceretur, interrogauit: responderunt, quò uellet. Liber ait, ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed cùm aliò uela deflecterēt, iratum numen tygres sibi sacratas utibus eorum obiecit, quo terrore se illi in fluctus dedere præcipites. pen. fle.

TIRVNCVLVS, pen. cor. Iuu. Sat. 11. Non uit auis noster tirunculus ac rudis omni. antepe. acu.

TIRVS, pen. cor. Stat. Syl. 1. Quasque tyrus niueas secat, & Sidonia rupes. ante pen. acu.

TISIPHONE, pen. cor. Ouid. Phil. Pronuba Tisiphone thalamis ululauit in illis. Idem Met. 4. Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos. Tibul. Tisiphoneq; impexa feres pro crininis angues. Vergil. Opusc. Deuia Tisiphone serpentibus undique compra. Idem Aen. 10. Pallida Tisiphone media inter milia sæuit. Idem 6. Tisiphone quatit insultans, toruosq; sinistra. Stat. Theb. 7. Tisiphone castris fratrem huic ingerit illi. Flac. 2. Tisiphone, sæuasque dapes, & pocula libat. Idem 3. Tisiphonem, grauiorque loco iam luce propinqua. antepe. acu.

TITAN, pen. produ. Sil. 6. Iam Tartesiaco quos soluerat æquore Titan. Idem 14. Ille nouus pluuias Titan ut procederet ortu. Ouid. Herm. Cùm tamen altus equis Titan radiātibus instat. Idem Fast. 2. Proximus hesperias Titan abiturus in undas. Idem 1. Respiciet Titan actas ubi tertius Idus. Luca. 1. Vnde uenit Titan, & nox ubi sydera dextræ. Idem. Aet

&

& longi uoluent Titana labores. Stat. Theb. 1. Titanis, latè mundo subiecta si lenti. Idem. Infundat Titan agiles animantibus ortus. Idem 8. Titanas, miserumque patrem, quid me otia mœsta. penulti. acuit. Oui. Metamorph. 1. Con iugis augurio quanquàm Titania mota est. Vergil. Aeneid. 6. Hic genus antiquum terrę Titania pubes. Ait Seruius. Vnde & Titanes dicti sunt a tiseos, idest ab ultione. Idem asserit ibi Aeneid. 10. Noctiuago Phoebe medium pulsabat olympum. Titan sol dicitur, Titanis luna. antepen. acu.

TITARESVS, penul. product. Luca. 6. Defendit Titaresus aquas, lapsusque super næ. pen. flect.

TITHONVS, penulti. product. Oui. Fast. 4. Et matutinum raptus Tithonus in ortus. Sil. 1. Pellebat somnos Tithoni roscida coniux. Vergil. Opusc. Pascitur au roræ Tithonus nectare cõiux. Idẽ Geo. 1. Tithoni croceũ linquens aurora cubĩ le. Ait Seruius. Tithonus Medontis regis frater, adamatus est ab aurora: cumque optasset prolixiorem uitam, conuer sus est in cicadam. Idem 3. Tythoni prima quod abest ab origine Cæsar. Prop. 2. Siue ego Tithonus, siue ego, Nester ego. Hor. Serm. 2 Ode 16. Longa Titho num minuit senectus. penultima flecti. Stat. Syl. 1. Te potius prensa ueheret Tĩ tonia biga. antepe. acu.

TITILLO, penulti. product. Hor. Serm. 2. Præterea ne uos titillet gloria iure. Mantuan. Titillate magis sensus quam dedere possunt. penulti. acuit. Auso. Titillata breui cum iam sub fine uoluptas. penult. flect.

TITIVS, penult. cor. Ouid. de Pont. 1. Sic inconsumptum Titij, semperque renascens. Auso. Satiniam metuens non me tuit Titiam. Iuue. Sat. Nam quod turpe bonis Titio, ferrioque decebat. Vergil. Aeneid. 6. Nec non & Tition terræ omniparentis alumnum. Stat. Theb. 4. Fallentesque lacus, Titionque alimenta uo lucrum. antepen. acu.

TITVBO, pen. cor. Ouid. Met. 3. Ille mero, somnoq; grauis titubare uidet. Idẽ Fast. 3. Cũ redeunt, titubant, & sunt spectacula uulgi. Idem Met. 15. Haud aliter titu bat, quam si mera uina bibisset. Iuuen. Sat. 15. Blesis atque mero titubantibus, unde uirorum. Hor. Epist. 1. Vade, uale, caue, ne titubes, mandataque frangas. an tepenul. acu. Cicero pro Cœl. Testes, si uerbo titubarint, non habebunt. Idem Att. Qui nihil titubarunt. Idem de Or. Versus debilitatur, in quacunq; eius sit parte titubatum. Vergil. Aenei. 5. Haud tenuit titubata solo, sed pronus in ipso. Seruius admonet. participium est sine origine. penul. flect.

TITVS, pe. cor. Auso. At Titus orbis amor rapitur florentibus annis. penultima acu.

TITVLVS, pen. cor. Oui. Phyl. Magnificus titulis stet pater ante suis. Idẽ Sappho. Si moriar, titulum mortis habere meæ. Idem de Trist. 2. Nec titulus minio, nec cedro charta notetur. Idem 4. Cùm ducunt titulis, oppida capta leget. Vergil. Opusc. Primus auum titulus Troianæ stirpis origo. Sta. Theb. 3. Rebar & Ogygias titulis ante ire parentes. antepenul ti. acuit.

TITYRVS, pen. cor. Vergil. Buc. Tityre tu patulę recubans sub tegmine fagi. Idem Vos patriam fugimus, tu Tityre lentus in umbra. Idem. Protenus æger ago, hãc etiam uix Tityre duco. Idem. Sed tamen iste Deus, qui sit da Tityre nobis. Idem. Tityre coge pecus, tu post carecta latebas. antepen. acu.

TLEPOLEMVS, penultim. cor. Oui dius Penelo. Tlepolemi letho cura nouata mea est. Idem. Sanguine Tlepolemus Lyciam repefecerat hastam. Stat. Theb. 3. Iam cui Tlepolemus sator, & cui Lyndus origo. antepenultima acuit.

TMOLVS, penultima product. Ouid. Metamorpho. secundo. Ardet Athes, Taurusque, Cilis, & Tmolus, & Oete. Idem de Ponr. 4. Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos. Idem 15. Tmolus in ascẽsu, cliuoq; extẽsus utro que. Idem 11. Cumq; choro meliore sui uineta Timoli. Idẽ 6. Deseruere sui nymphæ uineta Timoli. Vergil. Georg. primo. Gramina, nonne uides cro-

ceos,

ceos ut Tmolus odores. Idem.2.Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus. Sil. 8. Tmolus & ambrosijs, & aruisia pocula succis. Idem 4. Tmolo missa manus stagnis trasimenus opacis. Tmolus mons est Ciliciæ, ait Seruius, inquo nascitur crocum præcipuè.

TOGA, penult.cor.Mant. Aduenere, togas opus est proferre nitentes. Iuu. Sat. 1. Quid facient comites quibus hic toga, calceus hic est. Claud.Insignemque habitum Latij mutare,togæq;. Luc. 3.Ob situs simulare toga tunc Cocta Metellum.Stat.Syl.1. Prima togæ uirtus, illa quoque clarus,& ingens.penultim. acu. Verg.Aenei.1. Romanos rerum dominos,gentemque togatam. Luc.1. Milite cum subito, pertesque in bella togatæ. Iuu.Sat.3. Pauperis hic meritum si curri nocte togatus.penult. flect. Mart.1. Ignosces togulam, Posthume pluris emo.Idem. Idibus & raris togula est ex cussa calendis. Idem 6. Errabat gelida sortibus in togula. Idem 7. Pro togula debes hoc adte pertinet,olet. Idē 3.Vnde tibi togula est, & fuscæ pensio cellæ. antepenult.acu.

TOLERO, penulti.cor.Ouid. Met.2. dixerat hoc tellus, neque enim tolerare nepotem.Idem de Pont.1.Quodque sitim didicere diu tolerare, famemque. Luca. 4.Pœnituit tolerare sitim,frustaque ro gasse.Mart.7. Qua nunc arte graues to lerabis inutilis annos. Vergil. Aeneid. 8. Pallanta adiungam sub te tolerare magistro.antepenult.acu. Cicero de D. Forte uiri, & duros animo tolerate labores.Idem ad Bru. Atqui potuimus to lerare nostram fortunam.

TOLERABILIS, penultim. cor. Vergil. Aeneid.5.Visa maris facies, & non tolerabile numen.Iuuena Sat.6. Quos modo gestisti tamen hoc tolerabile Sinon. Idem septimo. Nam si Vergilio puer & tolerabile desit. antepen.acu.

TOLENTINVS, penul.prod. Mant. Adde Tolentini contermina montibus arua. Idem. Terra Tolentinas tibi finis,& ultima sedes. Idem. Ossa Tolētino sese debere, supremam. Idem. Arua Tolentini tenuit, quæ saluia quondam. penulti. flecti.

TOLENVS, pen.pro.Oui.Fast.6. Exitus ac cessit uerbis, flumemque Toleni. penul. flect.

TOLOSA, pen.pro. Mart.9. Marcus Palladiæ non inficianda Tolosæ. penultima flecti.

TOLVMNIVS, penulti. cor. Vergil. Aeneid. 11. Sit Messapus erit, felixque Tolumnius & quos antepe.acu.

TOMACVLA, pen.cor.Iuue. Sat.10. Exta & candiduli diuina tomacula porci.antepenul.acu.

TOMIS, penult.prod. Sat. Syl.1. Naso Tomis, diuesque foco lucente Tibullus. penult.acuit.Ouid.de Tristib.1. Nescio quo uideam positos, & in orbe Tomitas.Idem de Pont. 1. Non uacat iniqua positi regione Tomitæ.Idem. Naso Tomitanæ iam non nouus incola terræ. Idem de Tristibus 5.Turba Tomitanæ quæ sit regionis, & inter. penultima flectitur.

TOMYRIS, pen.cor. Tibul.4. Nec quę regna uago Tomyris finiuit araxe. antepen.acu.

TOMVS, pen.cor.Ouid.de Pon.4. Tam mi hi chara Tomus patria, quæ sede fugatis.Idem Fast.3. Inde Tomos dictus locus hic quia fertur in illo. penultima acuit.

TONAT, pen.cor.Oui.Metamorph.2. Intonat & dextra libratum fulmen ab aure.Idē Fast. Ter tonuit sine nube deus, tria fulgura misit. Idem de Tristibus.1. Nunc ubi detonuit strepituque exterruit orbem.Idem de Pont. Et qui fulmineo sępe sine igne tenat. Luc.1. Regna deis,cœlumque suo seruire tonanti.Sil. 14. Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores.Vergil. Aen. 12. Lætitia exultans horrendumque intonat armis. Idē 8.Antra Aenæa tonat, ualidique incudibus ictus. Stat.Theb.3.Plaustra tonāt multusque polos inclinat Orion. pen. acuit. Cicero de D.Si fulserit, si tonuerit.Idem. Cùm tonuit lęuuum.Idem in Ant. Ioue tonante cùm po pulo agi fas non est.

TONITRVS, tonitru, & tonitruum, pen. cor.

cor.Ouid.Fast.3.Dixit,& ingenti tonitru super æthera notum. Idem 1. Hoc mihi non auium fibræ,tonitrusque sinistri.Idem Metamorph.1. Iussit & humanas motura tonitrua mētes.Inde 2.Vnde mouet tonitrus, uibrataque fulmina iactat.Idem 11. Vndarum incursu grauis unda tonitribus æther. Idem 12 In crepuit nubes extrema tonitrua reddunt.Stat.Syl.4. hærentem tonitrum tātum lenique procella. Flac. 2. Fulguraque,& tonitrus,& adhuc i fontibus amnes. Lucr. 6. Sed tonitrum sicuti post auibus accipiamus. antepen.acu.

TONGILIVS, penul.cor. Mart. secundo. Vri Tōgilius male dicitur Hemitriteo. Idem. Omnes Tongilium medici iussere leuari.antepenult.acu.

TONSOR,penul. product. Mart.6. Tonsorem capiti non est adhibere necessum. Ait Seruius Aeneid. 7. ibi, Flatus & in lento luctantur marmore tonsæ. remi dicti sunt a decutiendis fluctibus. sicut tonsores a tondendis,& decutiendis capillis.penult.acu.

TOPHVS,pen.prod.Iuu. Sat.3. Herba nec ingenium uiolarent marmora tophū. Vergil.Georg.2.Et tophus scaber, & nigris exesa chelidris.pen.fle.

TOREVMA,pen. product. Vergil.Aeneid. 7.Alconis referunt, betisque toreuma, nec Indi. Idem 8. Miratus fueris cum prisca toreumata multum.Mart.11.Tolle puer calices tepidique toreumata Nili.penul.flect.

TOROSVS.pen. prod.Pers. Sat.3. Hos populus reddit,multumque torosa iuuentus.Ouid. Metamorph.7. Colla torosa boum,uictorum cornua uictis. Vergil. Opusc. Clara torosa tibi pariter cumpelle iacebat. penul.flect.

TORPEO,penul.cor.Oui. Ariad. Torpuerant molles ante dolore genæ.Idem Canace. Torpuerat gelido lingua retenta metu. Mantua. Torpeo ut exuriem. patiens & frigora miluus. antepenultim. acu. Cicero de Natu. Epicurei Deum feriarum uolunt cessatione torpere.Idem De D. Quid nam torpentes subito obstupuistis.Achiui.Mant.Pectore sensus iners,& mens torpore sepulta. penul.acu.Idem Cordis & obscuræ mentis torpedine captus. pen.flect.

Torquatus,pen.prod. Vergil. Aeneid.6. Aspice Torquatum, & referētem signa Camillum.Ouid. Phil. Affuit. Alecto, breuibus torquata colubris. Mart. 10. Ad lapidem Torquatus habet prætoria quarrum. Idē Sic puto Torquatus rumpet Otacilius Luca.7.Coruinosque simul, Torquateque nomina regum. pen. flect.

TORQVEO, pen.cor.Vergil.Aeneid. 12. Ille manu raptum trepida torquebat in hostem. Idem 11. Spicula torquebat licio eo rtynia cornu. Mant. Torquerent mediam tentoque sagittifer arcu. antepenulti.acu. Cicero Parad. Tuæ te libidines torquent. Idem in Pis. Mitto aurum coronarium, quod te diutissimè torsit.

TORREO,penulti.cor.Ouid. Metamorph. 1.Mollit aquis, partim subiecto torruit igni.Vergil.Geo.2.Pinguiaque in ueru bus terrebimus exta colurnis. Idem.1. Nunc torrete igni fruges,nunc frangite saxo.Idem Aeneid.1. Et torrere parant flammis, & frangere saxo. antepen.acu. Cicero de Som. Medium autem illum cingulum solis ardore terreri.

TORRIDVS,pen.cor.Prop.2. Venit enim tempus, quo torridus æstuat aer. Vergil. Georg. 1. Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni. antepenulti. acuit.

TORTILIS,penul. cor. Vergil. Aeneid.7. Vipeream inspirans animam, fit tortile collo. Ouid. Metamorph.1. Tortilis in latum,quæ turbine crescit ab imo.antepen.acu.

TORVS,pen.cor.Ouid.Metamor.1. Cùm consorte tori parua rate uectus adhęsit. Idem. Deinde torus iunxit nunc ipsa pericula iungunt. Idem 2. Colla toris extant armis palearea pendent. Mart. 2.Quod torus a Nilo,quid sindone tinctus olenti. Vergil. Geo.3. Luxuriatq; toris animosum pectus honesti. Idem Aeneid.2.Inde toro pater Aeneas,sic orsus ab alto. Idem 8. Præcipuumque tero, & uillosi pelle leonis. penult. acuit. Hor. Ser. Et tyrias dare circū illota toralia

Messapus, teloque orantem multa traba li. Stat. Theb. quarto. Ostendit Bellona facem, destraque trabalem. penultima flecti.

TRABAGILVS, penultima cor. Claud. Trabagilus simulare fugam, flatusque leonis. antepen. acu.

TRABEA, penulti. cor. Vergil. Aeneid. 7. Ipse Quirinali trabea, cinctuque Gabino. Claud. Qui trabeas, & sceptra dabat, quæ semper in armis. Idem. Accipit & trabeas argutæ præmia dextræ. antepenulti. acu.

TRABEATVS, penultima product. Pers. Sati. tertia. Censoremque tuum, uel quod trabeare salutas. Ouidius Metamorpho. 14. Dignior est, quam sit trabeati forma Quirini. Idem Fast. primo. Hoc igitur uidit trebeati cura Quirini. Stat. Syl. quarto. Hic cum Romuleos proceres, trabeataque Cæsar. Claud. Seu terræ, cœlique pudor trabeata per urbes. penult. flect.

TRABES, seu trabs, penultima cor. Lucan. quarto. Remigium, sed quod trabibus circumdedit æquor. Iuuena. Satir. 14. Et plenum magnis trabibus mare plus hominum, & iam. Pers. primo. Protulerim? cantas cum fracta te in trabe pictum. Ouidius. Oenone. Cæsa abies, sectæque trabes, & classe parata. Idem de Tristibus primo. Et trabibus cunas, testaque parua facit. Vergil. Aeneid. 12. Turrim compactis trabibus, quàm eduxerat ipse. Idem nono. Nigranti picea trabibus obscurus acernis. Idem sexto. Fraxineæque trabes, & cuneis, & fissile robur. Idem tertio. Vela damus, uastumque caua trabe currimus æquor. Ait Seruius Aeneid. primo. ibi, Scindit se nubes: nubes tantum dicimus, non nubs. licet dicamus trabs, trabes: stirps, stirpes: prex, preces: plebs, plebes. Sed hoc de his tantum quæ legimus, sunt pronenda, non est artis, sed usurpationis, quæ metri causa utuntur Poetæ, ut uel minuant, uel augeant nominatiuum. pen. acuit.

TRACHINIVS, penultima cor. Lucan. tertio. Arcas & Herculeam miles Trachinius Aetnam. Stat. Syl. tertio. Nocte dieque tenes non sit Trachinia nidos. Ouidius Metamorpho. undecimo. Pendet & ipse metu trepidi trachinius ori. Idem duodecimo. Ipsa quoque his igitur uicibus Trachinia puppis. Idem. Herculeam Trachina iube sub imagine regis. penultima flectitur. Trachinius. antepenultima acuit.

TRACTABILIS, penultima cor. Vergil. Georg. primo. Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem. Idem Aeneid. quarto. Quassatæque rates, & non tractabile cœlum. Mantuan. Semina semper hyems, atque intractabile frigus. Lucre. quarto Contractabiliter caulas intra palati. antepenultima acuit.

TRADO, penultima product. Ouidius Penelop. Traditur huic digitis rharta notata meis. Idem Briss. Ipse Menetiades, tunc cum tradebar in aure. Idē Herm. Tradidit, arbitrium nepotis habebat auus. Idem Metamorpho. primo. Thura feris ne paret populandas tradere terras. Idem Donat Aristoridæ seruandam tradidit Argo. Idem. Traderet orauit ueri sibi signa parentis. Idem Fast. primo. Tradiderunt domitas iam tibi themis aquas. Idem tertio. Nondum tradiderat uictas uictoribus artes. Vergil. Aeneid. quarto. Tradiderit regno aut optata luce fruatur. Luca. quarto. Tradimus Hesperias gentes aperimus eoas. Stat. Syl. quinto. Ipsa dapes modicas, & sobria pocula tradit. Idem Thebaid. nono. Tot nostra de gente uiros huic tradita uirtus. Martial. decimotertio. Tradita Signidiæ sunt tibi sacra deæ. Sil. octauo. Amnibus aut rapidis modo pugna absistite tradam. Iuuenal. Satir. secunda. Traditur ecce uiro clarus genere, atque opibus uir. Idem tertio. Tradidit arcano quodcunque uolumine Moses. Flac. sexto. Tradiderim, molem belli, lateque ferentem. Mantuanus. Tradidimus Christo, quia tunc rediuiuus ab occo. Idem. Tradiderat se se Plutoni, &

tium, tantumque moræ fuit Ilo. antepenult.acu. Vide Reijcio.

Trames, penultima product. Vergil. Aeneid 6. Hoc superante iugum, & facili iam tramite sistam. Idem Geo. 1. Ecce supercilio cliuosi tramitis undam. Ouidius Metamorpho. 10. Carpitur accliuis per muta silentia trames. Idem 14. Inde ferens lassos aueiso tramite passus. Stat. Syl. 3. Te gaudere erat longo tu tu tramite nudos. Idem Thebaid. 2. Trames agit, nigriq; Iouis uacua atria ditat. penul. flect.

Trano, penultima product. Vergil. Aeneid. 10. Strymoniæ dant signa grues, atque æthera tranant. Idem uenimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Idem quarto. Illa fretus agit uentos, & turbida tranaut. Idem Georg. 3. Ascanium superant montes, ac flumina tranant. Idem Opusc. Viscera Letheas cogunt tranare per undas. Sil. primo. Ignotique amnis tranare sonantia saxa. Idē 10. Tranauit frangens undam puerilibus ulnis. Ouid. de Art. secundo. Obsequio tranantur aquæ nec uincere possis. Idem. Tranabas animum noscet, ut illa tuum. Cicero de Natu. Vis ignea, quæ tranat omnia. Idem de Somn. Aut Gangen tranare potuit. penultima flecti.

Tracto, penulti. pro. Luc. 9. Quàm sopor æternum tractaturus morte quietem. Mantuan. Et facias subito quicquid tractaueris aurum. Cicero de Or. Euclides geometriam tractauit. Idem in Ora. Grammatici hunc locum tractant in Poetis. penulti. acu. tractaturus, penult. flect.

Transeo, penult. cor. Mart. primo. Transibis Vestæ, uirgineamq; domum. Oui. Fast. 1. Hæc ubi transierint Capricorno Phœbe relicto. Idem Metamorpho. 1. Mœnala transieram latebris horrenda ferarum. Idem Brist. Transeat Hectoreum Pelias hasta latus. Idem de Pont. 4. Et maris Ionij transieritis aquas. Ait Antonius Nebr. Nam quod Diomedes admonet uocalem illam præterito per fecto subiunctiui debere produci, in futuro uerò breuiari, ego illi quem admodum de præterito facile astipulor, ita de futuro dissentio, licet breuis pro longa apud Poetas legatur: ut ait Seruius. Aeneid. 6. ibi, Egerimus, nosti, & nimium meminisse necesse est. ri metri necessitate corripuit Vergilius. Cicero de Natu. Cum Gracchus pomoerium transiret. Idem in Ora. Cum mare uastissimum hyeme transibas. Idem Att. Horum studiorum causas mare trāsiui. Idem Pompeius mare transijt. antepenultima acuit.

Transadigo, penulti. cor. Vegil. Aene. 12. Transadigit costas, fuluaque extendit arena. Idem 9. Transadigit costas, & candida pectora rumpit. antepenultima acuit.

Transfuga, penultim. cor. Mart. 14. Ne fias ista transfuga sorte, uide. Luca. quinto. Cæsareis Labienus erit, nunc transfuga uilis. antepen. acu.

Transigo, penultima cor. Stat. Theb. 8. Transigit, Aegeæ Veneris quos mera sacerdos. Flac. 6. Transigitur, teneræ linquuntur uulnere malæ. Mantuan. Transigimus tempus dum lac coit igne recoctum. Cicero in Verr. Qui cum reo transigat. Idem Att. Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. Idem pro Clu. Itaque Manilius rem cum Oppianico transigit. Att. Amabo te, cura, ut cum Ticinio transigas. antepenulti. acuit.

Transilio, penulti. cor. Claud. Transiliunt prædas humiles, fac ista magistra. Iuuena. Sati. 10. Transilit, opposuit, natura, Calpemque, niuemque. Idem 14. Aequora transiliet, sed longe Calpe relicta. Pers. Sati. quinta. Tum mare transilias tibi torta cannabe fulta. Ouidius Fast. tertio. Non tamen expedijt transilijsse remo. Idem quarto. Certe ego transilij positas in ordine flammas. Stab. Thebaid. 7. Transiliunt campos, aurigamque impete uasto. Cicero de fin. Cum autem ad summum bonum uolunt peruenire, transiliunt omnia. Idem in Anton. Sed ne rem unam pulcherrimam transiliat oratio. antepenulti. acu.

Transitus, penultim. cor. Ouid.

Metamorpho. 16. Ad plenum facinus, qua transitus inde paratur. Iuuena. Sati. tertia. Inde caput morbi rhedatum transitus actio. antepenulti. acu.

TRANSTIBERINVS, penultima. produ. Mart. primo. Pulchra quidem uerum transtiberina domus. Idem 6. Nec detracta cani transtiberina cutis. penulti. flecti.

TRANSVERSVS, penultima produ. Vergil. Aeneid. 5. Mutati transuersa fremunt, & uespere ab atro. Ait Seruius. est autem factum aduerbium denomine: nomen autem, & aduerbium plerunque in se transeunt: ut toruum repente clamat, id est torue. item, aduerbium in nomen, ut dum mane nouum accepta declinatione factum est nomé. sic Persius, Iam cras externum consumpsimus, ecce aliud cras. sed nomen cum aduerbium esse cœperit, declinatur, cum enim in alienum ius transeunt hæ partes non suis, sed earum, ad quas transierint, utuntur potestatibus dumtaxat in declinatione: nam temporum rationem reseruant, ut hoc loco, transuersa cum aduerbium sit, attamen breuis est, quia uenit ex nomine, licet duæ consonantes sequantur, cum sciamus a, terminata aduerbia longa esse. transuersus penulti. acuit.

TRAPEZITA, penul. prod. Mantua. Trapezita mari appositam, cera sumpta que notam. penult. flect.

TRAPETVM, penulti. produ. Mart. 7. Nec Tartesiacus Pallas tua fusce trapetis. Vergil. Georg. 2. Venit hyemis, teritur Sicyonia bacca trapetis. Ait Seruius. trapetis autem molis oliuarijs, & declinatur trapetum, sicut templum, & trapes, & trapetus. Terentius. Quos super insides trapetos signa giris temperat. penult. flect.

TRASIMENVS, penulti. produ. Manil. quarto. Postquam tuo trasimene locos, labrumque morantem. Stat. Syl. primo. Expectare fuit, gaudet trasimenus, & alpes. Sil. 1. Stagna reformidet trasimenus turbida tabo. Idem quinto. Lentulus hic frendens ira trasimenus in altos. penult. flect.

TREBIVS, penulti. cor. Iuuen. 5. Quæris, habet Trebius, propter quod rumpere somnum. Luca. 2. Tempora cannarum fuimus, Trebiæque iuuentus. Sil. 1. Sanguine Pergameo Trebia, & stipantibus armis. Idem quarto. Eridano Trebia, Eridanus dedit æquoris undis. Idē. Ac tādem a Trebia reuocauit Scipio fessas: Idem quinto. Sidonijs Trebia, & tellus lachrymabilis hanni. Idem decimoquinto. Hannibal, at Trebiam, & trasimeni littora te cum. antepenultima acuit.

TREBVLA, penultim. cor. Mart. 5. Humida qua gelidas summittit Trebula ualles. Idem. 13. Trebula nos genuit, commendat gratia duplex. antepenultima acuit.

TRECENTI, penultim. produ. Ouid. de Pont. Qui nasci, ut posset, quamuis cedere trecenti. Idem Fast. secundo. Illa fama refer Fabios exisse trecentos. penultima acuit.

TRECENI, penultima produ. Mart. primo. Bis tibi treceni fuimus Macrine uocati. Idem. Trecenos puto bis uicenos, ter puto nummos. penultima acuit.

TREMO, penul. cor. Ouid. Hiperm. Aut sic, aut etiam tremuit magis ipsa iacebas. Idem Fast. quarto. Et tremat in summa lene cacumen hamo. Mart. octauo. Sed Cuius tremerent ipsi quoque iura leones. Stat. Thebaid. 7. Quacunque ingressi tremere, ac miserescere cunctos. Idem sexto. Culmina, ceu latè tremefecit mole ruinæ. Sil. secundo. Signa ferox nos iussa uirum, nutusque tremamus. Claudi. Scotica ne pictum tremerem ne littore toto. Fla. secundo. Lumina nube tremunt, atque ordine curua trisulco. Vergilius Georg. primo. Audit insolitis tremuerunt montibus Alpis. Idem. Vnde tremor terris qua ui maria alta tremiscunt. Idem Aeneid. tertio. Vix ea fatus eram, tremere omnia uisa repente. Idem. Prospicio, sonitumque pedum, uocemque tremisco. Ouidius Metamorpho. decimoquinto. Intremuere simul, cortinaque reddit immo. Idem. Clausit, & antiquis

antiquis tam multa tremoribus urbis. Idé Oenone. Vt mihi narrasti dura per ossa tremor. Stat. Theb. v. Flammeus ætatis lunæ tremor errat in armis. Vergil. Aeneid. 11. Deficimus, tur ante tubam tremor occupat artus. penultima acuit. Cicero Acad. Qui tremunt, & exalbescunt obiecta re terribili. Idem Tremere toto pectore. Idem. Quintil. fr. Tremo animo.

TREMVLVS, penult. corr. Perf. Sat. 3. Ingeminat tremulos naso crispante cachinno. Ouid. Phedr. Aut tremulum excusso iaculum uibrare lacerto. Vergil. Aeneid. 8. Sicut aquæ tremulum labris, lumen ahenis. Idem Opusc. Paulatim tremebunda genis obducere uestem. Luca. quarto. Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis. Mart. 14. Tam tremulum crissat, tam blãdum prurit, ut ipsum antepenul. acu.

TREPIDO, penulti. cor. Ouid. Metamor. primo. Rex superum, trepidare uetat, solemque priori. Idem. Sennit adhuc trepida nouo sub cortice pectus. Idem secundo. Fit timor, & pauida trepidat formidine uidit. Idem 12. Pars maris intus erat, trepidant haud segnius, omnes. Idem 13. Cùm subitò trepidare intus præcordia sensi. Mart. quinto. Nec trepidant gressus, sed de discrimine palmæ. Verg. Aeneid. 12. Nequicquam trepidat, nequicquam spicula dextra. Idem Opusc. quæ trepidat uerum, ubi certo pignore constat. Luca. primo. Dum trepidant nullo firmatæ robore partes. Sil. 5. Turbidus extemplo trepidatis militie mœsto. Luca. primo. Iudicium insolita trepidum cinxere corona. Idem secundo. Intrepidus tanti sedit securus ab alto. Idem. Interea trepido descedens agmine magnis. Cicero de Ora. At Romanus homo corde suo trepidat. antepen. acuit.

TREVIR, penultima product. Luca. primo. Tu quoque lætatus conuerti prælia treuir. pen. flect.

TRIBALLVS, penulrima product. Mantuan. Tu Longobardos, tu saxosusque, atque triballos. penultima acuit.

TRIBVS, penultima. cor. Mart. secundo. Atque unam uestire tribum tua uellera possunt. Ouid. de Tri stibus primo. Deque tribus moneo, si qua est tibi cura parentis. Idem secũdo. Quattuor hos uersus è tribus unus habet. Idem Briss. Perque trium fortes animas mea numina fratrum. Idem. Tres cecidisse, tribus, quæ mihi mater erat. Vergil. Aeneid. 6. Obijcit, ille fame rabida tria guttura pendens. Idem primo. Tris notus abreptas in saxa latentia torquet. Ait Seruius. Genitiuus enim pluralis quoties in ium exit, accusatiuum pluralem in is mittit, ut puppium puppis. quoties in um exit, in es mittit, ut patrum patres. Mantuan. Progenies sortita tribum Nasarenus ab urbe. hæc tribus.

TRIBVNVS, penultima produ. Ouidius. Fast. quarto. Dux mihi Cæsar erat, sub quo meruisse tribunus. Mart. quarto. Et sine te nulli fas est prodire tribuno. Mantua. Militiæ patri lux est sacrata tribuno. Iuuena. Sati. prima. Nobiscum, da prætori, da deinde tribuno. Luca. primo. Et cum consulibus turbatis tura tribuni. Stat. Syl. quinto. Quem deceat clari præstantior ordo tribuni. Mantua. Ergo tribunatu Traiano à Cæsare sumpto. penultima flectitur.

TRIBVNAL, penult. product. Claud. Quam non dum meruit, scãdit sublime tribunal. Mantua. Iste tuus præses tronus hoc sublime tribunal. Iuuena. Sati. Prætexta, & trabeæ fasces, lectica tribunal. Vnde extat Prisc. Regula libro tertio, ibi, in ab desinentia denominatiua, si primitiua, eorum penultimam natura, uel positione habuerint productam, ea quoque longam habent penultimam, ut ceruix, ceruicis, ceruical: tribunus, tribunal. penultima flectitur. al enim corripiunt, si apocope esset, al flexa esset.

TRIBVNITIVS, penultima cor. Luca. tertio. Sæua tribunitiæ uouerunt funera diræ. Idem quarto. Lege tribunitia solio depellere auorum. Martial. decimoquarto. Arma tribunitiũ cingere

ti. 3. Infelix nec habet, quam porrigat ore trientem. penultima acuit.

TRIETERICA, penul. cor. Vergil. Aenei. quarto. Thyas ubi audito stimulant trieterica Baccho. Ait Seruius, quasi triennalia: liberi enim sacra tertio quoque anno innouabantur. Stat. Thebaid. 2. Prosequitur uictos non trieterica nobis. Ouid. Metamorpho. 6. Tempus erat quo sacra solent trieterica Bacchi. Martial. Aspicis, ut patruos, nec adhuc trieteride plena. Stat. Syl. secundo. Cum tribus Eleis una trieterida lustris. antepenulti. acuit.

TRIFIDVS, penultim. cor. Ouid. Metamorph. 2. Naiades Hesperiæ trifida fumantia flamma. antepenultima acuit.

TRIFORMIS, penulti. prod. Ouid. Metamorph. 15. Temperat ætherias, & mundi regna triformis. pen. acuit.

TRIFOLINVS, penulti. product. Iuuena. Saty. 9. Te trifolinus ager fœcundis uitibus implet. Mart. 13. Non sum de primo, fateor, trifolina Lyæo. penul. flect.

TRIGINTA, penultima product. Vergil. Aeneid. 7. Triginta capitum fœtus enixa iacebit. Idem primo. Triginta magnos uoluendis mensibus orbes. Manil. secundo. Ter triginta quadrum patres per sydera reddant. Catul. Mentulam habent instar triginta iugera prati. Martial. 12. Triginta tibi sunt pueri, totidemque puellæ. Vide Contra. penulti. acuit.

TRIGENTIGER, pernultima cor. Ouid. Metamorpho. 11. Tumque trigentigerό tumidi genitore profundi. antepenul. acu.

TRIGESIMVS, penultim. cor. Martial. primo. Bis iam pene tibi consul trigesimus instat. Manil. quarto. Vltima, nec prima melior trigesima pars est. Hora. Sermo. primo. Tempore dicā hodie trigesim sabatā uinctu. antep. acu.

TRIGON, penultima cor. Manil. secundo. Aut tria sunt, qui uis signis ornare Trigona. Idem. Et quæcunque tamen dicuntur signa Trigona. Martial. duodecimo. Captabit rapidum dextra, læuaque Trigonem. penultima acuit.

TRILIX, penultima cor. Martial. 14. Vellera cum sumant Patauinæ multa trilice. Flac. tertio. Pro clypei cedentis opus, partemque trilicem. Vergil. Aeneid. tertio. Loricam consertam hamis, auroque trilicem. penultima acuit.

TRIMASTRIS, pen. pro. Auso. Tris sophiæ partes, tria Punica bella trimestres. pen. acu.

TRIMATRVM, penultima cor. Hora. de Art. Pes citus, unde etiam trimetris acrescere iussit. antepenultima acuit.

TRIMVS, penultim. product. Hora. Serm. secundo. Nequicquam differre, utrum ne in puluere trimus. penult. flectitur.

TRINACRIS, penultim. cor. Ouid. de Pont. secundo. Trinacris est oculis te duce uisa meis. Idem Medea. Vosquoque Trinacriæ supposuisset aquæ. Idem Fast. quarto. Trinacris appositum nomen adepta loci. Idem de Pont. quarto. Quam tua Trinacria, regnataque terra Philippo. Vergil. Aeneid. 5. Tum duo Trinacrij iuuenes Helymus Panopesque. Idem. Trinacriam, & spolia illa tus pendentia tectis. Idem tertio. Præstat Trinacrij motas lustrare Pachyni. Stat. Syl. quarto. Aemula Trinacrijs uoluens incendia flammis. Ouid. Fast. quarto. Hinc mare Trinacrium candens ubi tingere ferrum. Mantua. Concilium subter cautes Trinacreos. Aetnæ. Claud. Romani iam finis erit Trinacria regni. Catul. Cum tantum arderem, quantum Trinacria rupes. Vide Triquetra. antepenultima acuit.

TRINODIS, penultim. product. Ouidius Phedra. Ossa mei fratris claua perfracta trinodi. penult. flect. Trinodis tertiæ declinationis est, primitiuum secundæ ex Latinitatis regula, compositio, & declinatio mutat uerbi positionem. Verg. Geo. 2. Aut rursus enodes trunci resecantur, & alte. Ait Seruius. Enodes idest sine nodis.

TRINOX. Mant.1. Quando oculos uigiles per tota trinoctia somnus.

TRINVS, penulti. product. Mantua. Trine Deus maior quam Mens humana ca pax fit. Idem. Progeniem trinam, uerum quæ maxima natu. Claud. Atque uno trinas animas interficit ictu. Mantua. Prima dies solis trine est sacrata eo nanti. Stat. Syl 5. Non nimius trinisque decem quinquennia lustris. penultima flecti.

TRIOCALA, penul. cor. Sil. 1. Et mox serui li uastata triocala bello. antepenultima acuit.

TRIONES, penulti. product. Ouid. Metamorpho. 1. Proxima, sunt Zephyro Scytiam, Septemque triones. Idem secundo. Tum primum radijs gelidi caluere triones. Idem. Gurgite cæruleo septem prohibere triones. Idem 9. Miles Hyperboreos modo Marcelline triones. Vergil. Aeneid. primo. Arcturum pluuiasque hyadas, geminosq; triones. Idem Georg. 3. Talis Hiperboreo septem subiecta trioni. pen. flect.

TRIPVS, tripodis, & tripos, Græcè, Latinè uerò tripoda, tripodæ. Iuuena. Satir. 7. Stantibus oenophorum tripodes armaria cistas. Ouid. de Art. tertio. Sed neque Phœbei tripodes, nec corniger Ammon. Vergil. Aeneid. tertio. Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis. Idem 5. In medio sacri tripodes, uirides que coronæ. Idem 9. Et tripodes geminos, auri duo magna talenta. Sta. Theb. 1. Salue prisca fides tripodum, obscurique recessus. Hora. Sermo. primo. Omnia magna loquens modo sit mihi men sa tripes &. Idem Carm. Donarem tripodas, præmia frontium. penultima acuit.

TRIPHERVS, penultim. cor. Iuuena. Sati. 11. Per gula, discipulus tripher doctoris apud quem. antepenultima acuit.

TRIPTOLEMVS, penultima cor. Stat. Syl. quarto. Triptolemi sic uitifero sub palmite nudos. Ouid. Metamorpho. 5. Triptolemo. partimque rudi data semina iussit. Idem. Tiptolemus nomen ueni, nec puppe per undas. Idem Fast, quarto. Triptolemum gremio sustulit illa suo. Idem de Tristib. 1. Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus. antepenulti. acu.

TRIPHON, penulti. cor. Mart. 4. Non habet, sed habet bibliopola Triphon. pen. acuit.

TRIPLEX, penulti. cor. Ouidius. Dyanira. Prodigiumque triplex armenti diues Hiberi. Idem Metamorpho. secundo. Efficient triplicesque deæ tua fila resoluent. Idem tertio Tresque micant linguæ triplici stant ordine dentes. Iuuen. Sati. 9. Pollio, qui triplicem usuram præstare paratus. Ouidius Metamorpho. 8. Pœnarumque deæ triplices furialibus inquit. Idem. Thestias in flammam triplices posuere sorores. penultima acuit.

TRIQVETRA, penultim. product. Hora. Sermo. 2. Si quicquam quid militibus promissa triquetra. Ait Seruius Aene. 1. ibi, Littore Trinacrio, dederatque abeuntibus Heros. Trinacrium Græcum est propter tria acra, id est promontoria, Lilybeum, Pachynnum, & Pelorum. Latinè autem Triquetra dicitur. & in 3. ibi. Ante & Trinacria. ait Trinacria, quę Latinè triquetra dicitur. quam multi Trinacria dicunt. antepenul. acu. muta enim & liquida metrum adiuuant. Vide Peragro.

TRIREMIS, penul. product. Sil. 14. Specta tum pro auis tercentum ante ora triremes. Idem. Nec solos uis ulla uiros quin sæpe triremem: Idem. Appulerant nexæ ferri compage triremes. Claud. Incidit in magnam bellatricemque triremem. penulti. flect.

TRISVLCVS, pen. produ. Oui. Met. 2. Ille pater, rectorque deum, cui dextra trisulci. Stat. Thebaid. 3. Sæua dei mandata ferens, cœlumque trisulca. Flac. secundo. Lumina nube tremunt atque ordine curua trisulco. antepenultima acuit.

TRITVS, penultim. product. Ouid. Fast. quarto. Ne pigeat tritum niueo cum lacte papauer. Idem secūdo. Quod simulac sensere, ruunt, tritumque relinquunt. Idem de Tristibus 4. Vt patria

tria careo bis frugibus area trita est. Idē de Pont. 2. Nec magis incuruis Appia trita rotis. Martial. 2. Cùm sit,& hic culus tritior hyle tuo. Verg. Opuscu. Obtritum morti misit cui dillitus omnis. Iuue. Sat. 13. Tritus & è medio fortunæ ductus aceruo. pen. flect.

TRITICEVS, penult. cor. Ouid. Meta. 5. Triticeus messes,& inexpugnabile gramen. Idem Fast. 1. Triticeos fœtus, passuraque farra bis ignem. Verg. Georg. 1. At si triticeam in messem, robustaque farra. Ait Seruius Buc. Ecl. 5. ibi. Grandia sæpe quibus mandauimus hordea sulcis. nam triticum, hordeum, uinum, mel, numeri tantum singularis sunt. Vnde plurali in prosa uti non possumus: usurpatiuè metri causa poetæ numero plurali hæc nomina dicunt. uina tantum possumus dicere Ciceronis exemplo, qui ait in prætura; uina, cæteraque, quæ in Asia facile comparantur. Idē Thus. Leuia uina nihil ualent in aqua. Hoc quidem præceptum ex Quintiliano Seruius habet. qui Inst. primo, capit. 10. inquit, absurdum forsan uideatur dicere barbarismum, quod est unius uerbi uitium fieri per numeros, aut genera, sicut solœcismum: scala tamen,& scopa, contraque hordea,& musta, licet literarum mutationem non habeant: non aliò uitiosa sunt, quàm quòd pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferuntur. antepenultima acuit.

TRITON, penult. prod. Verg. Aen. 1. Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto. Idem 6. Aemulus exceptum Triton si credere dignum est. Ait Seruius. Triton in penultima acutum habet, nam Tritonis faceret: si enim ultima habet, tritontis facit, quod non procedit, ut Demophoon, Demophoontis. Idem 5. Tritonesque citi Phorcique exercitus omnis. Oui. Met. 1. Cæruleum Tritona uocat, conchaque sonanti. Idem 2. Cæruleos habet unda deos Tritona canorū. Idem Hypsiph. Quid mihi cum Mynijs, quid cum Tritonide pinu. Idem Meta. 6. Quem Tritoniaca Latous arundine uictum. Idem 15. Cum Tritoniacam nouies subire paludem. Auso. Phœbo potens numeris præsens Tritonia bellis. Stat. Syl. 1. Dextra uetat pugnas leuam Tritonia uirgo. Idem Thebai. 7. Omnibus, Ogygio sai erit Tritonia bello. Sil. 2. Atque is fundaret thalamos Tritonide nympha. antepenult. acu. Luca. 9. Torpentem Tritonos adit illæsa paludem. pen. acu.

TRITVRA, penult. product. Vergil. Geor. 1. Magnaque cum magno ueniet tritura calore. Mant. Iulius ingreditur diuis tritura flagellis. pen. flec.

TRIVIVM, pen. cor. Ver. Buc. Innūta fui; non tu in triuiis indocte solebas. Idem Aen. 4. Nocturnisque Hecate triuijs ululata per urbes. Idem 6. Iam subeunt Triuiæ lucos, atque aurea tecta. Oui. de Pont. 3. Protinus immittam Triuiæ dacuntur ad aram. Iuuen. Sat. 6. Quocunque in triuio, cuicunque est obuia, narrat. Stat. Syl. 3. Forte diem Triuiæ dum littore ducimus udo. antepen. acuit. Iuuen. Sat. 7. Communi feriat carmen triuiale moneta. Mantuan. Ipsa tuas artes, & non triuialia notat. penultima flectitur.

TRIVMPHVS, pen. produ. Ouid. de Pont. 2. Huc quoque Cæsarei peruenit fama triumphi. Idem 4. Ille Iugurthino clarus, cymboque triumpho. Idem 14. Metamorpho. Vlla ferenda mei lætos molire triumphos. Stat. Syl. 1. Obsequia, & missum media de pace triumphum. penultima acuit. Luca. 2. Nuda triumphati iacuit pro regna Iugurthæ. Vergilius Georgi. 3. Bisque triumphatas utroque ab littora gentes. Idem Aeneid. 6. Illa triumphata Capitolia ad alta Corintho. Mantua. Sicque triumphato cælestia regna tyranno. Idem. Ante triumphali Christus quàm sidera pompa. Iuuenal. Satyr. 8. Ante triumphalem quo si nocturnus adulter. Tibul. 2. Ipse triumphali deuinctus tempora lauro. Proper. 3. Saxa triumphales fregere Capharea puppes. Ouid. Fast. 6. Veste triumphales succubuisse senes. pe nul. fle.

TROPHAEVM, pen. pro. Ouid. Phedra. Ponite de nostra bina trophœa domo. Idē

Cydippe.

Cydippe. Ingenti uideas bina trophęa tui. Idem de Pont. 3. Stentque super uictos trunca trophea uiros. Luca. 1. Cumque superba foret Babylon spolianda trophæis. Verg. Aen. 11. Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum. Idem 10. Indutum spolijs ipsum te Lause trophæum. Idem. Lecta refert humeris, tibi rex Gradive trophæum. Ait Seruius. declinatio Latina est, unde penul. habebit accentum in numero plurali, quia trophæa dicimus, sicut Græci: nec aliquid inde mutilamus: erit in antepen. accentus, sicut apud Græcos. Latinè pen. acu.

TROCHVS, pen. cor. Ouid. de Trist. 2. Hic artem nandi præcipit, ille trochi. Mart. 14. Iste trochus pueris, at mihi cantus erit. Idem. Cedat ut argutis obuia turba trochis. Idem 11. Quam celer arguto, qui sonat ære throcus. Hor. de Arte. Indoctusque pilæ, discive, thochive quiescit. pen acu.

TROCHLEA, penul. cor. Lucr. 4 Multaque per trochleas, & tympana pondere magno. antepe. acu.

TROEZENE, pen. pro. Oui. Fast. 2. Altaque troezene, Parrasiæque niues. Idem Met. 15. Pittheiam profugo curru troezena petebam. pen. acu.

TROIVGENA, pen. cor. Iuuen. Sat. 1. Ipsos Troiugenas, nam uexat limen & ipsi. Idem 11. Clarum Troiugenis tactura, ac nobile fulcrum. Sil. 14. Durat Troiugenis quantos Arethusa timores. Vergil. Aen. 3. Troiugena interpres diuum, qui numina Phœbi. Idem 8. Troiugenas, ac tela uides inimica Latinis. Idem 12. Troiugenas, qua prima uiam uictoria pandit. antepe. acu.

TROILVS, penult. cor. Stat. Syl. 5. Troilus haud aliter gyro leuiore minantes. Vergi. Aen. 1. Parte alia fugiēs amissis Troilus armis. Stat. Syl. 2. Troilon Aemoniæ deprendit lancea dextræ. antepen. acuit.

TROPIS, pen. cor. Mart. 12. Fumosæ feret ipse tropin de fece lagœnæ. pen. ac.

TROPICVS, pen cor. Verg. Opusc. Quantaque nox tropico se porrigit in capricorno. antepe. acu.

TROSSVLVS, pen. cor. Pers. Sat. 1. Trossulus exultat tibi per subsellia leuis. antepenult. acuit.

TROS, pro. Sil. 10. Hinc Tros, hinc Ilus generis tunc ordine longo. Verg. Aen. 11. Tros, Italusque mihi pariter dat sanguine pœnas. Idem. Troes agant, princeps turmas inuasit Asylas. Idem 12. Iam uerò ut Rutuli certatim, & Troes, & omnes. Idem 1. Quid Troes potuere? quibus tot funera passis. ait Seruius. erit nominatiuus Tros, & hæc breuiter scienda regula est: omnia nomina monosyllaba Græca, quæ in Latinum sermonem transeunt, tertiæ sunt tantùm declinationis: & tam Latinè, quàm Græcè declinari possunt, ut Tros, Trois, & Troos. Pā, Panis, & Panos. Oui. Met. 13. Troas ab arsuris cum defensore carinis. Vergi. Aeneid. 1. Arma, uirumque cano Troiæ qui primus ab oris. Idem 3. Et campos, ubi Troia fuit, feror exul in altum. Idē 5. Troiaque nunc pueri, Troianum dicitur agmen. Idem 2. Has euertit opes, sternitque a culmine Troiam. Ait Seruius. Neptunus muros: hoc quidem habet fabula, quòd Neptunus cum Apolline Troiæ fabricati sint muros, sed constat Laomedontem supra dictis dijs certam uouisse pecuniam ad sacra facienda: quam imminentibus hostibus transtulit ad murorum fabricam: unde dij & fecisse muros, & offensi esse dicuntur. simul notandum, quòd deus facit opera sua euertere, ut portas Iunonem, quarū dea est, nam & portam luminis nascentibus prębet. Arces Mineruæ legimus enim, Pallas quas condidit arces, Neptunus muros: ipsi enim fundamenta consecrata, cuius & mouentur arbitrio: dicitur Neptunus terram mouens aquæ cōcussione, sicut terræ motus continent opiniones, & ibi. Armaque, Troianoque a sanguine clarus Acestes. cum Laomedon promissam murorum mercedē Neptuno, & Apollini denegasset, Neptunus iratus Troiæ immisit cetos, qui eā uastarent. Vnde est Aen. 2. illud. Ilium ex imo uerti Neptunia Troia. quia a Neptuno fuerunt ædificata, & ab eodē destructa. Verg. Aen. 2. Neptunus muros, magnoque emota tridenti Fundamenta quatit, totamque a sedibus urbē Euertit.

Euertit Idem Buc. Atq; iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles. penult. acu. Oui. Met. 14. Troius æneas, sacrisq; ex more litatis. Verg. Aen. 8. Obstupuere animis alij, sed Troius heros. Idem 1. Arma uirum, tabulæque, & Troia gaza per undas. Air Seruius. differentia in hoc sermone est, & in sensu, & in syllabis; nam cùm prouinciam dicimus, & principale est nomen, breuis est tro. declarat Ioan. Despau. Troia adiectiuum, est fere semper trisyllabum, prima semper producta. ut, Troia gaza; substantiuum uerò dissyllabum apud Latinos, & priorem positione producit. rarissime trisyllabum fit, & primam corripit. Ait Seruius, nomen principale, non deriuatiuum, & trisyllabum, ubi inuenitur, primam corripit, quia bisyllabum primam producit positiõe i dupla. ait Antonius Nebriss. admonet Prisci. in examine, Arma uirumque cano. Antiqui solebant duo ii scribere, ut Troiia, Maiia. Ouid. Dido. Scribimus, & gremio Troicus ensis adest. Idē Met. 15. Obuia turba ruit, quęque ignes Troica seruat. Idem 13. Dixit, & ostendens sterneurem Troica ferro. Idem Laodomia. Troades inuideo, quę si lachrymosa duorum. Idem Paris. Occurrent denso tibi Troades agmine matres Idē Met. 13. Troades exclamāt, obmutuit illa dolore. Idem. Troades excipiunt, deploratosque recensent. Idem Penel Illi uicta suis Troica fata canunt. antepen. acu. Ver. Aen. 1. Armaque, Troianoque, & sanguine clarus Acestes. Idē 3. Troianus potuisti, infandum, accendere bellum. Sil. 14. Miscuerunt phrygiā prolem Troianus Acestes. penult. flect.

TRVCIDO, pen. prod. Mantu. Omnibus & crucis, quæ corda humana trucidāt. Hora. Epist. 1. Verùm seu piscis, seu porrū, & cæpe trucidas. Idem de Arte. Ne pueros coram populo Medea trucidet. Auso. Fœnoris & uelox inopes usura trucidat. Claud. Conuenit, iuuideat claris, fortemque trucidenr. Mantua. Quæ frumenta premunt, & quæ uinea trucidāt. Verg. Aen. 12. Discurrunt alij ad portas, primosq; trucidant. Idem 2. Fit uia, ui rumpunt aditus, primosque trucidāt, Cicero I. C. Qui nos coniuges, liberos, nostros trucidare uoluerunt. Idem Epi. 60. Qui senatum trucidare uoluerunt. penul. fle.

TRVCVLENTVS, pen. pro. Mant. In reliquos fuit ulla Chio truculentus, & atrox. Hor. Ser. 1. Postulat ut uideatur, ac est truculentior, atque. Oui. Canace. Vt ferus est, multoque suis truculentior eris. Idem de Pont. 2. Nulla Getis toto gens est truculentior orbe. Idem Meta. 13. Asperior tribulis fœta truculentior ursa. antepe. acu. truculentus pen.

TRVDO, pen. pro. Verg. Aen. 9. Omne genus Teucri, ac duris detrudere contis. Idem Georg. 1. Nam qua se medio trudunt de cortice gemmę. Idem 2. Truditur e sicco radix oleagina ligno. Idem. Et uix alta iacet glacie cum flumina trudunt. Clau. Hunc tormenta necant, hic undique truditur exul Idem. Infaustam que suis trusere penatibus umbrā. Hor. Epist. 1. Qui malè parentem in rupē detrusit asellum. Cicer. de Ar. Quo ne trudamur dij immortales nos admonent. Idem Tusc. Trudi ad mortem. Idem Atti. Cum se ad supplicium præsens trudi uideret. penul. fle.

TRVENTINVS, pen. produ. Sil. 8. Quique Truentinas seruant cum flumine turres. pen. fle.

TRVNCATVS, pen. prod. Claud. Lumina truncatos alij rapuere lacertos. penult. flectit.

TRVTINA, pen. cor. Hor. Ser. 1. Si uolet & lege in trutina ponatur eadem. Idem Epis. 2. Scriptores trutina non est, quod multa loquamur. Verg. Opusc. Cogitat & iusto trutinę se examine pensat. Pers. Sat. 1. Castiges trutinam, nec te quęsiueris extra. Idem 3. Atque experrecto trutinantur uerba labello. antepen. acu.

TRVX, pro. Ouid. Phedra. Quemque uocant aliæ uultum, rigidumque, trucemque Mart. 7. Hirsutum, & dura rusticitate trucem. Stat. Syl. 3. Pone truces arcus, agmenque in mente pharetræ. Vergil. Georg. 1. At boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum. Hor. Epist. 1. Ira truces inimicitias, & funebre bellum. Stat. Thebaid. 9. Tu piger, & trucibus facilis seruire

uire Pelaſgi. acuitur.

TVBA, pen.cor.Perſ.Sat.3. Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto. Stat.Syl. 3. Iam placida dat ſigna tubæ temeraria uirtus. Idem. Addiſci Miſene tubas, ridetque benigna. Mant. Inſtrumenta, tubas, & tympana, quadrupedumque. Martial. 1. Et freta nauali ſolicitare tuba. Verg. Aen. 6. Imponit, ſuaque uiro remumque, tubamque.

TVBER, tuberis, priore longa, neutro genere, eſt callus tumens terræ. Martial. 13. Tubera, boletis poma ſecunda ſumus. Tuber priore breui, arboris nomē, & fœmineo genere. pro pomis maſculino. Suetonius. Pridie quàm perierit, cū oblatos tuberes ſeruare iuſſiſſet. Marti. 13. Et uernę tuberes, quid tibi cum Lybycis. Hæc Calepinus. Idem. Non tibi de Libycis tuberes, & aperina ramis. Hora. Ser. 1. Qui ne tuberibus proprijs offendat amicum. Iuuen. Sat. 5. Fumat aper, poſt hunc raduntur tubera ſi uer. Idem 14. Concedit iuuenis qui radere tubera terræ. antepe. acu. Tuber neutri, penul. flect. maſculini, ſeu fœminini generis. pen. acu.

TVBICEN, pen.cor. Ouid. de Pont. 3. Fortibus aſſueuit tubicen prodeſſe, ſuoque. De quo Priſc. lib. 3. cap. de denominibus ait. correptam habent penult. nomina in cen, a cano deſinentia in i, ut, tubicen, excipitur unum tibicen, quod ideo ſolum i productam habuit penul. quòd ſynæreſis facta eſt duarum ii breuium in unam longam: debuit enim geminari, quia ſolet plerunque in compoſitione a in i conuerti. antepe. acu. Vide Tibicen.

TVCETA, pen. produ. Perſ. Sat. 2. Eſto age, ſed grandes patinæ, tucetaque craſſa. penul. fle.

TVDER, pen.cor. Sil. 6. Deuexum lateri pēdet Tuder, atq; ubi latis. Idem 4. Et Grādiuicolam celſo de colle Tudertem. Idē 8. Lactis & haud parci Martem coluiſſe Tudertes.

TVEOR, pen cor. Ouid. Met. 1. Ante fores ſtabis, mediamque tuebere quercum. Iuuc. Sat. 3. Vltimus ardebit, quem tegula ſola tuetur. Idem 14. Dum rogat & picta ſe tempeſtate tuetur. Verg. Aen. 12. Bis magna uicti pugna uix urbe tuemur. Stat. Syl. 1. Hunc mitis commendat eques, iuuat ora tueri. Idem. Immortale iubar uicina ſede tueri. antepen. acu. Cicero pro R.P. Hunc Cæſar ſolus tuetur, & ſuſtinet. Idem de Clar. Paulus perſonam principis ciuis facile dicendo tuebatur. Idem in Ver. Vt quiſque eis rebus tuendis, cōſeruandiſque præfuerat. antepen. acu.

TVGVRIVM, pen.cor. Ver. Buc. Pauperis, & tuguri congeſtum ceſpite culmen. antepen. acu.

TVI, pen.cor. Stat. Syl. 2. Nec prohibet me miniſſe tui, ſed pectora blandus. Vergil. Aen. 12. Victus amore tui cognato ſanguine uictus. Ait Seruius. Hoc eſt propter te, propter tuum amorem. ſanè inter tui cauſa feci, & tua cauſa feci, hæc diſcretio eſt: ut tui cauſa, tunc ſi aliquid ipſi, ad quem loquimur, præſtitimus, ut puta, tui cauſa te defendi: tua uerò cauſa, tunc cùm alteri aliquid alterius contemplatione præſtamus, ut tua cauſa tuum hominem defendi. At uide Vallā lib. 2. cap. 1.

TVMEO, pen.cor. Ouid. Met. 3. Cauſa recens plenis tumuerunt guttura uenis. Idem. Igne micant oculis corpus tumet omne ueneno. Idem 7. Aſpera lingua tumet, tepidiſque arentia uenris. Idem Herm. Rumpor & ora mihi pariter cū mente tumeſcunt. Idem. Canace. Iamq; tumeſcebant uitiati pondera uentris. Idem de Pont. 2. Vt fera nimboſo tumuerunt æquora uento. Mart. 1. Lataque per ſpicuo uela tumere ſinum. Idem 13. Effluit, & uiuo lacte papilla tumet. Stat. Syl. 1. Eubois & pulchra tumeat Sebetos alumna. Luca. 2. Altius intumuit propius acceſſit olympo. Claud. Nunc præceps fugiat, fregit quem clade tumeſcat. Verg. Georg. 1. Sæpe monet, fraudetque, & operta tumeſcere bella. Ouid. Meta. 15. Extentam tumefecit humum ceu ſpiritus oris. antepen. acu. Cicero Tuſc. Sapientis animus nunquam turgeſcit, nunquam tumet. Idem. Att. Tument negotia.

TVMIDVS, pen.cor. Hor. de Art. Iratuſque Chremes

Chremes tumido dilitigat ore. Oui. Canace. Imperat heu uentis tumidæ non, imperat iræ. Idem Met. 1. Credis, & es tumidus genitoris imagine falsi. Vergi. Aen. 10. Per medios insignis equis, tumidusque secundo. Ouid. Metamor. 14. Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum. Stat. Syl. 1. Prendisti portus, tumidæ sic transfuga Pisæ. Idem 3. Imbellis, tumidoque nihil iuratus Atridæ. antepen. acu.

TVMOR, pen. cor. Verg. Aen. 8. Neu belli terrere minis, tumor omnis, & iræ. pen. acuit.

TVMVLTVS, penul. product. Ouid. Paris. Aut igitur nullo belli repetere tumultu Idem de Tristib. 4. Nam dedit è speculo custos, ubi signa tumultus. Vergil. Georg. 1 Audeat ille etiam cæcos instare tumultus. Stat. Syl. 2. Hic præceps minus audet hyems, nulloque tumultus. Luca. 2. Prœlia monstrifero uenit natura tumultu. pen. acu.

TVMVLVS, penult. cort. Ouid. Hyps. Per tumulos errat spatsis discincta capillis. Idem Phyl. Occultamque oculis intumulata tuis. Idem Met. 1. Obruerat tumulos immensa licentia ponti. Idem 2. Corpora dat tumulo, signant quoque carmine saxum. Idem 13. Minturnæ q; graues, & quam tumulauit alumnus. Idē Fast. 4. Aspera cessit hyems Sicula tumulatur arena. Idem Met. 11. Optat, & exanimis manibus tumuletur amicis. Idem 15. Area nunc tumulus, nam res horrenda relatu. Mart. 1. Vipera si tumulo nobiliore iacet. Idem 6. Hoc iacet in tumulo raptus puerilibus annis. Stat. Theb. 9. Hanc tumulare feram, nec non mœrentibus agros. antepen. acu. Ouid. de Pont. Inque Tomitana iaceam imu latus arena. Idem Met. 15. Condidit, & nomen tumulati traxit in urbem. pe. fle.

TVNICA, penult. cor. Ouid. Ariad. Et tunicas lachymis sicut ab imbre graues. Idem Canace. Cùm super incumbens scissa tunicaque, comaque. Idem Meta. 1. Discedunt, uelatque caput, tunicasque recingunt. Mantua. Ne tunica Matrinus adhuc cai hecuminus ista. Martial. 14. Et pingues tunicas serra secare potest. Vergilius Aeneid. 10. Per tunicam squallentem auro, latus haurit apertum. Idem 9. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. antepenult. acu. Hor. Episto. 1. Vilia uendentem tunicato scruta popello. Iuuenal. Sat. 2. Vincit & hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi. Martial. 10. Abstulit ò soles, ò tunicata quies. Mantuan. Dormit humus clauso pastor tunicatus ouili. pen. flect.

TVRANVS, pen. pro. Ouid de Pont. 4. Musaque Turani Tragicis innexa cothurnis. pen. fle.

TVRBATVS, penult. product. Stat. Theb. 8. Turbati uulgi, signataque mente cicatrix. Idem 9. Insurgunt stimulis, quá si turbata sepulchris. Ouid. Canace. Et fuge turbato tecta nefanda pede. Vergi. Aeneid. 12. Extinctum, & subito mentem turbata dolore. Idem 11. Turbati fugiunt Rutuli, fugit acer atinas. Idem Buc. Vsque adeo turbatur agris en ipse capellas. Ait Seruius. Turbatur sine ulla discretione culpæ, uel meriti. sanè uera locutio est turbatur, ut sit impersonale: quod ad omnes pertinet generaliter. nam Mantuanorum fuerat communis expulsio: si enim turbamur legeres, uideretur ad paucos referri. quid mirum, si apud Quint. Inst. 1. capit. 9. Turbatur uera est lectio, ibi, aliter, Vsque adeò turbatur agris. fit impersona le passiuæ uocis ab omnibus uerbis habentibus nominatiuum agentis, & in o finitis: excipiuntur ex hac regula uerba defectiua, deponentia, & quæ nominatiuum habent patientis: huic rationi subduntur uerba actiui, neutra acquisitiua, & absoluta, cum differentia tamen: a neutris acquisitiuis, & absolutis actiuæ sunt significationis cum casibus, ut, a me seruitur Deo, a me itur ad templum, & absque casibus quadam cum generalitate: ut seruitur, idest omnes seruiunt. uel passiuè, ut seruitur, idest, seruitium fit. curritur, cursus fit. hæc Priscianus. Ab actiuo aliter fit, sine casibus utrinque, & passiuæ semper significationis, ut amatur, amatio fit, turbatur, turbatio fit: & itaAscensius exponit. ita, legitur, idest lectio fit non a me,

a me, non a te, quia tunc esset passiuum. tu lector uide quid de hoc Antonius Nebriss. capitu. de impersonalibus sentiat, conscientiam suam testando. Non quidem Fabius turbatur legeret, si turbamur congrueret, ne inter alia quidem uerba insereret, quæ non tenentur quatuor declinationibus, sed inter ea, quæ sub illis tenẽtur. Ait Fabius, Accipimus aliter, ut, Panditur interea domus omnipotentis olympi. Aliter, ut, totis usque adeo turbatur agris. non ne propriæ cuiusdam rationis est, alia ab illis quatuor: ergo non turbamur, sed turbatur uera est lectio. ubi uide Pieriũ. turbatur penult. flect. Cicero pro Syl. in Hispania turbatum esset. Idem Qu. F. & simul nequid ille turbet. Idem. Ad te ne hæc quidem scribo, quæ palam in re pub. turbantur.

TVRBIDVS, pen. cor. Stat. Theb. 3. Sic con serta manus uario sic turbidus æstu. Idem 9. Turbidus incussu crepuerunt põ dere malæ. Idem. Hospes ego, exuerat uagina turbidus ensem. Luca. 1. Inconsulta ruit qualis cùm turbidus auster. Idem 4. Exprimit ora super uirgo si tur bida limo. Ouid. Ariadne. Vtque erat è somno turbida rapta coma est. Idẽ Fast. 2. Turbidus hybernis ille fluebat aquis. Flac. 7. Turbidus ut pœnis, cæcisque pa uoribus ensem. antepen. acu.

TVRBO, pen. pro. Flac. 1. Poscere, tum uali do contorta turbine portam. Idem 2. Turbinis in morem Lemnicum littore tandem. Lucr. Turbinibus finit incertis turbare procellis. Verg. Aen. 1. Qua data porta ruunt, & terras turbine perflãt. Ait Seruius, & sciendum est, quod quan do appellatiuum est, facit turbinis. sed si sit nomen proprium turbonis facit. Horat. Ser. 2. Corpore maiorem rides Turbonis in armis. Stat. Theb. 2. Colla minax tam sparse solo turbauerat ossa. Lucre. 6. Et perturbarunt cœlum, fit morbidus aer. Cicero Q. F. Et simul ne quid ille turbet. pen acu.

TVRGIDVS, pen. cor. Iuue. Sat. 1. Turgidus, & crudum pauonem in balnea portas. Clau. Turgidus alloqueris fastu, nec prospera flatus. antepen. acu.

TVRMALIS, pen. prod. Claud. Excitet in cestos turmalis buccina somnos. Stat. Theb. 4. Mista uiris, turmale fremit, dat euntibus enses. Mant. Ad te turmatim uelut ad spectacula Romæ. Idem. Turmatim populos usque a sub aquatica tẽ pla. pen. fle.

TVRPO, pen. pro. Hor. Ser. 2. Setosam leui frontem turpauerat oris. Cice. Tusc. Iouis aram sanguine turpari. pen. acu.

TVRPITER, pen. cor. Iuuen. Sat. 6. Fortem animum præstant rebus, quas turpiter ardent. Ouid. Penel. Atque alios referã? quos omnes turpiter absens Idem Phil. Turpiter hospitium lecto cumulasse iugali. Idem Paris. Nec mea crede mihi, turpiter uxor eris. antepen. acu.

TVRRIFER, pen. cor. Ouid. Fast. 4. At cur turrifera testificata suo est. antepe. acu.

TVRRIGER, pen. cor. Ver. Aen. 7. Ardea, crustumerique, & turrigeræ antennæ. Idem 10. Turrigeræque urbes, biiugique ad frena leones. Sil. 4. Ipsas turrigero portantem uertice muros. antepenult. acuit.

TVRRITVS, pen. prod. Sil. 9. Turritas mo les, ac propugnacula dorso. pen. fle. Idem 12. Turribus excelso facilem tutatur adiri. pen. acu. turritus flect.

TVRTVR, pen. pro. Mant. Turturis ad gemitus, ad hirundinis, ac Philomenæ. pe nul. acu.

TVTELA, pen. prod. Ouid. Fast. 1. Nouarũ tutela Deo caret omnibus illis. Idem de Tristi. 1. Vrbs quoque te, & legum lassat tutela tuarum. Idem de Pont. 2. Tutelã mando sentiat ille tuam. Stat. Syl. 4. Hęc inter castæ genius, tutelaque mensæ. Claud. Romanæ tutela togæ quæ diuite penna. Luca. 3. Ornatas decuit, fulgens tutela carinas. Mart. 5. Mittimus, ò rerum ò felix tutela, salusque. Ver. Geor gi. 4. Hellespontiaci seruet tutela Priapi. Mant. Tutelare salus lyricæ pendebat ab illo. Verg. Aen. 5. Donat habere uiro decus, & tutamen in armis. pen. flect.

TVTVS, pen. prod. Tibul. 1. Quisquis ama re tenetur, eat, tutusque, sacerque. Luca. 2. Brũdusij tutas conscendit magnus in arces. Ouid. Canace. Artibus & tellus tu tus ab hoste fuit. Idem 1. Iudicis ora

sui

fui,sed erant sine iudice tuti.Idem.Præside tuta deo nemorum secreta subibis. Idem 2. Dissuadere licet,non est tua tuta uoluntas Idem. Inferius terras medio tutissimus ibis. Idem Fast. 3. Qua grauis Aeneas tutus ab hoste fuit. Idem de Tristib.1. Quærere quæsito tempore tutus eris. Idem de Pont.1. Sub lare priuato tutius esse putant. Luca.9. Pompeianus erat patriam tutore carentem. Iuu. Sat. 8. Esto bonus miles, tutor, bonus arbiter. Idem. Stat. Syl. 2 Sedis & illæsa turabor & una senecta. Mant. Qui tutatur agros.& fama æterna licatæ Vergi. Aen. 2. Hanc primum tutare domum, cui paruus Iulus. Idem Opusc. Tutari conantur opes,gemit ille sub auro. tutus,Ait Valla,1.cap. 30. Tutus portus, tuta urbs,quòd tueatur alios, non quòd ab alijs defendatur tamen sępe in hominibus, ut tutus sum ab hostibus, quod munitus.& sine periculo sum.Stat.Thebaid.7. Tutaris quàm non alijs populator ab oris. Sil 12. Turribus, & celso facilem tutatur adiri. Cicero de Nat. Genæ tutantur oculos. Idem in Ant. Qui rempub. patrimonio suo & tutatus est, & tutatur.Idem pro Sest.Hic est se tutatus.pen. flect.

Tvvs,pen.cor. Stat.Syl.1. Hic tua Tiburtes faunos chelys & iuuat ipsum. Idē 2. Surrētina tuus spectat prætoria Limō. Ver.Buc. Dicemus,Daphnimque tuum tollemus ad astra.pen. acu.

# V

Vacillo,pen.prod.Lucr. 3. Vt ramosa tamen cum uētis pulsa uacillans.Idem 4.Languēt officia, atque ægrotat fama uacillans. Cicero de Nat. Resque rota uacillat,& claudicat.Idem in Ant.Partim etiam sumptibus inuertere ære alieno uacillant.

Vacinivm,pen. cor.Verg. Buc.Alba ligustra cadunt uacinia nigra leguntur. Idem. Et nigræ uiolæ sunt, & uacinia nigræ.Ouid.de Tristi.1.Nec te purpureo ualent uacinia succo. antepe.acu.

Vaco,pen.cor.Ouid.Cydippe. Quid facis,hinc exi,non uacat iste torus. Idem Met.2. Puluerulenta uacant septem sine flumine ualles Idem 10. Nec carpsere iecur uolucres,urnique uacat unr.Idem de Pont.3.Si uacat exiguum profugo dare tempus amico. Iuuen. Sat. 1. Si uacat,& placidi rationem admittitis,edam.Stat. Syl.1. Hic Eraro iucunda doce uacat apta mouere. Verg Opuscu. Inuiolata uacat cura,quod sæua mariti. Mart.1.Cui tibi parue liber scrinia nostra uacent. Cicero de D. Ego uerò, inquam,philosophiæ semper uaco. Idem de Nat. Nullus philosophiæ uacare locus. Idem de D. Quantum uacabit a publico officio. Idem Att. Scribes aliquid, si uacabis.

Vacvna,pen.prod.Hor.Epist.1. Hæc tibi dictabam post fauum putre uacunæ. Ouid. Fast. 6. Nunc quoque nunc fiunt antiquæ sacra uacunæ.Idem.Ante uacunales, stantque,sedentque foco. penult. flectit.

Vacvvs,pen. cor. Ouid.Sappho.Prouenniunt uacuę carmina mentis opus.Idem Meta. 1. Certior in uacuo quæ uulnera pectore fecit.Mart.1. Aere nec uacuo pēdentia Mausolea. Verg.Aen.2.Et iā porticibus uacuis Iunonis Asylo. Stat. Syl. 1. Suffectura patent uacuæ pro cespite terræ.Idem. Quo nam his usque sopor, uacuique modestia lecti. Idem Theb.9. Armaque cu rna suum,& uacuorum terga leonum.antepen. acu.

Vado,pen.prod. Ouid.de Tristi.1.Vade sed incultis, qualem decet exulis esse. Stat.Syl.5. Casside uade alacer,maioraque disce mereri.Idem Theb.6.Frangere qui tyrias deiectū uaditis arces.Mart. 1.Vade salutatum, pro me liber ire iuberis. Flac.6. Vadūt equi docilis relegi, docilisque relinqui. Cicer. Att. Ad eum postridie mane uadebam. Idem ad Her. Cùm teras bestias uideamus alacres, & erectas uadere.pen flect.

Vadimonivm,pen.corr.Manil. 1. Et cū luce refert operum uadimonia terris. Auso. Iam minor & promissa obiens uadimonia Damon. Proper. Sex superant uersus te,quia ad uadimonia curris.Iuu. Sat. 3. Pullati proceres differt uadimonia

nia prætor. Martial. 8. Cum modo distulerint raucæ uadimonia chartæ. Idem 14. Nec fora sunt nobis, nec sunt uadimonia nora. antepe. acu.

VADVM, pen. cor. Ouid. Phil. Interdum timui, ne dum uada tendis ad Hebri. Idē Fast. 4. Quaque caryſteis frangitur unda uadis. Idem de Ponc. 4. Mittit ab Euximis hanc tibi Naſo uadis. Verg. Geo. 3. Et uada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis. Luca. 1. Turba uadum faciles iam fracti fluminis undas. Verg. Aen. 11. Saxa fugit, littuſque uado labente relinquit. Stat. Syl. 1. Locorum ſenium? te quæ uada fluminis infra. pen. acu.

VAFER, penult. cor. Ouid. Cydippe. Conſultoque fui iuris amote uafer. Mantua. Tum uafer, & doctus tumidas compeſcere mentes. Perſ. Sat. 1. Scit riſiſſe uafer multum gaudere paratur. Hor. Ser. 2. Quo uafer ille pedes lauiſſet Syſiphus ære. Idem. Surrentina uafer, qui miſcet fæce falerna. Mantu. Nec ſine lucro, erimus per uaframenta doloſque. pen. acu.

VAGEDRVSA, pen. prod. Sil. 14. Qui fontes Vagedruſa tuos, & pauperis aluei. penul. flect.

VAGELLVS, pen. prod. Iuue. Sat. 16. Declamatoris muticenſis corde uagelli. pen. acuit.

VAGIO, pen. cor. Ouid. Faſt. 2. Vagierant ambo pariter ſenſiſſe putares. Idem 4. Quid niſi promiſeris, patetam uagire querelis. Idem 6. At puer infelix uagit, opemque petit. Stat. Syl. 4. Noſcere cum que tibi uagitet tertius infans. Cū puerorum eſt, primam producit: cùm uerò leporum, breuiat. Oui. de Philom Glaucitat & Catulus, ſed lepores uagiunt. hæc Nebriſſ. antepen. acu. Cice. de Sene ctu. Si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuereſcat, & in cūctis uagiā.

VAGITVS, pen. prod. Ouid. Canace. Iam prope limen erat, patrias uagitus ad aures. Idem. Vagitus dedit ille miſer ſenſiſſe putares. Idem Met. 15. Aut qui uagitus ſimiles puerilibus hædum. Idem Faſt. 4. Vagitus enixa tamen culpa ſenſit ad undas. Stat. Theb. 5. Cum tamen attonito moriens uagitus in aures. Martia. 9. Sordida uagitu poſceret æra puer. Ver. Aen. 6. Continuo auditæ uoces uagitus, & ingens. pen. fle.

VAGINA, pen. prod. Ouid. Meta. 6. Quo fuit accinctus uagina liberat enſem. Idē Faſt. 2. Surgit & auratum uagina liberat enſem. Stat. Theb. 9. Hoſpes ego? exuerat uagina turbidus enſem. Sil. 8. Nec pugnas mora dum uagina ducitur enſis. Verg. Aen. 4. Dextra feras dixit, uaginaque eripit enſem. Idem 10. Vaginaque caua fulgentem diripit enſem. Idem 9. Gnoſius, atque habilem uagina aptarat eburna. penul. flect.

VAGOR, pen. cor. Ouid. Hyperm. Cum ſene nos inopi turba uagamur inops. Idē Faſt. 3. Amiſſo dubiæ rege uagantur apes. Idem de Triſtib. 3. Inter Sarmaticas Romana uagabitur umbras. Martial. 9. Hanc uolo, quæ facilis, quæ palliolata uagatur. Verg. Aen. 4. Vritur infelix Dido, totaque uagatur. Idem 2. Votū pro reditu ſimulant, ea fama uagatur. Luca. 2. Siue nihil poſitum eſt, ſed fas incerta uagatur. idem 6. Claſſica nulla ſonant, inuiſaque tela uagantur. Mart. 14. Garrulus in laxo cur annulus orbe uagatur. Luca. 5. Conſul uterque uagos belli per munia patres. Hor. Ser. 1. Nam uaga per uererem delapſa eſt flamma culina. Mantua. Nec ſemel id feciſſe ſat eſt, quoniā uaga non ſunt. Ouid. Ariadn. Hærentē ſcopulo, quem uaga pulſat aqua. Idem Cydippe. Erramuſque uago per loca ſacra pede. Idem Meta. 1. In mare laſſatis uolucris uaga decidit alis. Idem Faſt. 6. Cur uagus incedit tota tibicen in urbe. Mart. 5. Quintiliane uagæ moderator ſummæ iuuentæ. Idem 6. Legitimos eſſet cùm uagus ante toros. Cice. pro Seſt. Quodam tempore fuſi per agros uagabantur. Idem de Inuentione. Cum in agris homines paſſim beſtiarum more uagabantur. Idem pro Flac. Prædones toto mari diſperſi uagabantur. penult. acuit.

VALENTINVS, pen. prod. Mant. Feſta Valentini colles celebrate propinquo. Idē. tanta Valentini uix ſuſtinere penates. pen. flect.

VALENTIA, pen. cor. Mant. Tu quoq; patrono lætare Valentia tanto. antepe. ac.

VALEO,

VALEO, pen. cor. Oui. Phil. Sæpe deos supplex, ut tu scelerate ualeres. Idem. Ipsa mihi dixi, si ualet, ipse uenit. Idem Paris. Quid ualeam, nescis, & te mea robora fallunt. Idem Metamorph. 2. Me ualet, excepto uasti quoque rector olympi. Idem. Iam cognouisse genus, piger, & ualuisse rogando. Idem. Iamque uale cortex in uerba nouissima uenit. Idem 3. Verba, locus, dictoque uale, ualet inquit & echo. Idem Fast. 3. Et ualeant uigiles, prouida turba canes. Idem 6. Tradiderat causas, ualeas anus optima dixit. Idem de Trist. lib. 4 Pone metum, ualeo, corpusque quod ante laborum. Idē Met. 13. Iam certe ualuit, uel cum Lyrnesia primum. Hor. Ser. 1. Delassare ualet Fabium, te ne morer, audi. Luca. 1. Et dum pila ualēt fortes torquere lacerti. Stat. Syl. 1. Pectora quæ mundi ualeāt euoluere curas. Lucr. 1. Sed potius tali facto recreata ualescat. Hor. Epi. 1. Viue, uale siquid nouisti rectius istis. Iuu. Sat. 6. Quæ mœchum sequitur stomacho ualet illa maritū. Mart. 1. Munere dignus erat conualuisse meo. Idem 2. Ne ualeā si non totis Deciane diebus. Verg. Buc. Et longum formose uale, uale, inquit Iola. Ait Seru. Le in uale corripit sequens uocalis. Idem Aeneid. 12. Viribus haud ullis ualuit discludere morsus. Idem 11. Aeternumque uale, nec plura effatus ad altos. Ait Seruius. Varro in libris Logistoricis ait, ideo mortuis salue dici, non quod aut ualere, aut salui esse possint. sed, quòd ab his recedimus eos nunquam uisuri. hinc ortum est, ut etiam maledicti significationem interdum obtineat: ut Terentius. ualeant, qui inter nos dissidium uolunt. hoc est, ita a nobis discedant, ut nunquam ad nostrum reuertantur aspectum. ergo non etymologia consideranda est, sed consuetudo, quòd nullis uale dicimus, nisi a quibus recedimus. Stat. Thebaid. 6. Crura subit cæptis non eualuere potiti. Martial. 13. Dum pinguis mihi tur tur erit, lactuca ualebis. Cicero Attic. Domitius ualet amicis. Idem de Clar. 14. Longe plurimum ingenio ualuit. Idem in Cati. Hæc res mihi ualet ad gloriam. antepenult. acu.

VALERIVS, pen. cor. Hora. Ser. 1. Contra Leuinum Valeri genus unde superbus. antepen. acu.

VALESVS, pen. pro. Iuu. Sat. 8. Turpia cerdoni Valesos, Brutosque decebunt. penul. flect.

VALETVDO, pen. pro. Hor. Ser. 1. Dura ualetudo inciderit, seu tarda senectus. Lucre. 3. Vt bona sæpe ualetudo cùm dicitur esse. pen. fle.

VANDALVS, pen. cor. Mant. Vandalus errā pens tanquam si littore facto. Idem. Tu quoque Vandalicæ quæ Punica regna tenebant. antepen. acu.

VALIDVS, pen. cor. Luca. 2. At te corphinij ualidis circundata muris. Idem. Torta que per tenebras ualidis balista lacertis. Stat. Theb. 6. Tertius Hippomedon ualida ad certamina tardos. Oui. Briss. Dij melius, ualido precor ut brata lacerto. Idem Fast. 3. Concitat iratus ualidos Titanas in arma. Verg. Aen. 12. Aedibus astabat, ualidam ui corripit hastam. Idem. Inualidique senes, turres, & tecta domorum. Idem 11. Telum immane manu ualida, quod forte gerebat. antepen. acu.

VANESCO, penult. produ. Luca. 9. Pompeiumque ferens uanescit solis ad ortus. Pers. Sat. 3. Nigra quod in fusca uanescat sepia lympha. Luca. 3. Nubibus & dubios cernit uanescere mōtes. Catul. Nos nolite pati nostrum uanescere luctum. penult. acu.

VANILOQVVS, pen. cor. Sil. 14. Vaniloquo p. bem furiabant insuper ore. Idē 8. Vaniloquum Celtæ genus, ac mutabile mentis. antepe. acu.

VANVS, pen. pro. Iuue. Sat. 13. Vana superuacui dicunt chirographa Lini. Idem 3. Sic libitum uano qui nos distinxit Othoni. Luca. 1. Marcellusque loquax, & nomina uana Catonis. Oui. Met. 2. Sint precor ista mala nos uanum spernimus omen. Mart. 1. Quæ cineri uanus dat rui tura labor. pen. flect.

VAPIDVS, pen. cor. Pers. Sat. 5. Astutā uapido seruas sub pectore uulpem. Idem 6. Et signum in uapida naso tetigisse lagœna. antepe. acu.

VAPOR, penult.cor. Oui. Met. 1. Cumque sit ignis aquæ pugnax uapor humidus omnes. Idem 2. Presserat ora uapor tostos en aspice crines. Idem. Dixerat hæc tellus, neque enim tolerare uaporem. Idem 3. Distat idem terra, fiditque uaporibus arua. Mart 8. Exiguæ uolitat suspensa uapore lucernæ. Verg. Aeneid. 7. Nec iam se capit, unda uolat, uapor ater ad auras. Idem 5. Est uapor, & toto descendit corpore pestis. Ouid. Meta. 6. Aeripedes tauri, tectæque uaporibus herbæ. Claud. Ite per ardentem Libyam superare uapores. Stat. Syl. 1. Aedibus, & tenuem uoluunt hypocausta uaporem. Flac. 2. Fumant saxa iugis, coquiturque uaporibus aer. pen. acu.

VAPORIFER, pen. cor. Stat. Syl. 1. Quaque uaporiferis iunctus fornacibus amnis. Idem 3. Siue uaporiferas blandissima littora Baias. antepe. acu.

VAPORO, penult. produ. Luca. 5. Vndat apex campana fremens ceu saxa uaporat. Hor. Epi. 1. Leuum discedens curru fugientе uaporet. Stat. Theb. 5. Hauserit alta etiam superum delubra uaporant. Idem 1. Thure uaporatis lucent altaribus ignes. Flac. 9. Liba uaporatis lustrantia fumus in aris. Idem 10. Thure uaporabant alij delubra Sabæo. pen. fle.

VAPVLO, pen. cor. Mant. Et ueluti irato pontus cum uapulat austro. Mart. 6. Vapulat assiduo Veneti quadriga flagello. Idem 8. Ex qua nos causa uapulet ergo locus. Iuu. Sat. 3. Si rixa est, ubi tu pulsas, ego uapulo tantum. Lucr. Quare utrinque secus cum corpus uapulet, & cũ. Mant. Quæ renouant, dum fert ignes, dum uapulat aurum. Idem. Vapulat æquorea funibus attollit auernos. antepe. acu. Cic. Epist. 112. Alius septimam legionem uapulasse. Idem Att. Cùm se omnium sermone sentiet uapulare.

VARICOSVS, pen. prod. Pers. Sat. 5. Dixeris hæc inter uaricosos Centuriоne. penul. flect.

VARIENVS, pen. pro. Sil 4. Meuanus, Varienus arat, cui diuitis uber. pen. flect.

VARIO, pen. cor. Ver Geor. 1. Ille ubi nascentem maculis uariauerat ortum. Idem Aeneid. 12. Sermonem, & uulgi uariare labentia corda. Ouid. Meta. 2. Nec posset uariare comas, ubi fibula uestem. Idem 12. Vix iuuenilis erat, uariabant tempora cani. Idem Fast. 2. Iam qui cæruleum uariabunt sydera cœlum. Stat. Syl. 1. Si nada distincta uariat, non luminacessant. Idem Thebaid. 12. Orba Ceres magnæ uariabat imagine flammę. Flac. 3. Quas dabat & picto Clite uariauerat auro. Cice. de Or. Oratoris est formare orationem, eamque uariare, & distinguere. Idem Ora. Ergo ille princeps uariabit, & mutabit uocem. antepe ult. acu.

VARIVS pen. cor. Oui. Met. 1. Nuncia Iunonis uarios induta colores. Idem de Pont. Cùm Varios Gracchusq; darent fera dicta tyranni. Iuu. Sat. 3. Hæc inter pueros uarie properatur, at ille. Mart. 1. Inclinat uarias pondere nigra comas. Verg. Geo. 2. Diues opum uariarum, at latis otia fundi. antepe. acu.

VARVS, pen. produ. Hor. de Art. Vergilio, Varoque, ego cur acquirere pauca. Pers. Sat. 4. Curua subit, uel cùm fallit pede regula Varo. Idem 5. Vare regustatum digito terebrare salinum. Luca. 4. Nam pepulit Varum campo, nudataq; fœda. Idem 2. Varus ut admotæ pulsarunt auximõ alæ. Idem 1. Finis & Hesperiæ promoto milite Varus. pen. fle.

VAS, produ. In genitiuo uasis, generis neutri, tertiæ declinationis: in plurali uerò secundæ. pro instrumento ad aliquid capiendo idoneo. Vergil. Opuscu. Quod si forte cauis cunctatus uasibus hæsit. Lucre. 3. Nunc igitur quoniam quassatis undique uasis. Iuuenal. Sat. 15. Corbula uix ferret tot uasa ingentia, tot res. uas, uadis, sed uadis fuit nominatiuus: deinde per syncopen uas est generis masculini. Cicero Offic. 3. Vas factus est alter eius sistendi. Horat. Sermo. 1. Ille datis uadibus qui rure extractus in urbẽ. Lucre. 3. Esse homine, illius quasi quod uas esse uidetur. flecti. Mantua. Vascula respondit monachis se plurima ferre. antepen. acu.

VASCONES, pen. cor. Iuue. Sat. 15. Vascones, ut fama est, alimentis talibus usi. Vbi Ioannes Britanni. Illud autem obseruandum

uandum Vascones mediam habere correptam, sicuti dicimus Britones, & Lingones. Ausonius. Vasconis hoc saltus dæ ritque Vascones nominatiuus Græcus, qui corripit in fine, sicut Britones in hac satyra, qua nec terribiles Cymbri, nec Britones unquam. talia enim nomina Græcam, pariter & Latinā accipiunt declinationem. Claudianus. Prospice rem dubijs uenturum Saxona uentis. sic Vergilius Græcè declinauit Troes. Iam uerò & Rutuli certatim, & Troes & omnes. ubi breuis est es alibi. Aetnæi Cyclopes, & huc aduertite mentem. alibi. & circum argento clari delphines in orbem.

VASTATOR, pen. pro. Ver. Aen. 9. Vastatorem Amycum, quo non felicior alter. Clau, Hispanum, Siculumq; fretum uastataq; tellus. Idem. Dicatur, qui seruat, eget uastator Achiuæ. Stat. Syl. 14. Vastator ne meos, hæc exitiate ferebāt. Idem Theb. 7. Mitte iugum belli quondam uastator eoi. pen. fle.

VATES, pen. prod. Iuu. Sat. 1. Vatibus occurras periturę parcere chartę. Stat. Syl. 1. Vota paues, pone ò dulcis suspiria uates. Luca. 1. Sed mihi iam numen, nec si te pectore uates Idem. Diraq; per populum Cumanę carmina uatis. Mart. 8. Vates Apollinei magno memorabilis ortu. Ver. Aen. 6. Dicite fęlices animæ, tuque optime uates. Idem 7. Continuo uates, externum cernimus, inquit. pe. acu.

VATICINOR, pen. cor. Ouid. de Trist. lib. 1. Hæc ego uaticinor, quia sum deceptus ab illo. Idem 2. Causarumq; triplex uaticinatur opus. Idem de Pont. 1. Vaticinor, moneoq; locum, date sacra ferenti. Idem 3. Hoc duce prædico, uaticinorq; deo. Idem Met. 2. Ergo ubi uaticinos cōcepit mētę furores. Flac. 10. Vaticino, par uam demersit in æquora terram. antepe nul. acu. Oui. Oenone. Sic mihi diffusis uaticinata comis. Idem Pari. Figar, erat: uerax uaticinata soror. Idem de Pont. 1. Vnde tamen uiuat, uaticinator habet. Idem Meta. 4. Vaticinatus erat, parent matresq; nurusque, Luca. 7. Vaticinataquies magni ... omnia planctus. pe. flecti. Cice. pro Sest. Qui hæc dicebant, uaticinari, atque insanire dicebant. Idem de Am. Empedoclem quidem carminibus Græcis uaticinatum ferunt.

VATINVS, pen. pro. Mart. 14. Vilia sutoris calicem monumenta Vatini. pen. fle.

VBI, pen. cor. Oui. Phil. Promissus socios ubi nūc Hymeneus in annos. Idem Meta. 1. Sic ubi dispositum, quisquis fuit ille deorum. Idem. Quæsitisque diu terris ubi sistere detur. Idem 2. Ergo ubi uaticinos concepit mente furoris. Vergil. Aeneid. 6. Quàm multæ glomerantur aues, ubi frigidus annus. Sil. 6. Deuexum lateri pendet tuder, atque ubi lātis. Idem 1. Multus ubique dies radijs ubi culmina tectis. Horat. Serm. 2. Seu recreare uolet tenuatum corpus ubique. Iuuenal. Sat. 8. Municipalis eques galeatū ponit ubique. Cicero pro Rosc. Post ubi terrarum. Idem in Catil. Dij immortales ubi nam gentium sumus. Vbi gentium, ubi locorum, ubi terrarūm, idem quod ubi significant: nam genitiui illi significationi nihil addunt: ornatus tantum gratia ponuntur. sic ubique gentium, idest, in omnibus gentibus: ubique enim in omni loco, sicut postea loci. Salustius de bello Iugurt. Postea loci consul. Hand dubiæ, ait comm. Ioan. Christo. postea loci, idest postea. nam post syllabica adiectio est, sicuti minime gentium unde gens. Iuuenal. Sat. 4. Res fisci ubicunque notat? donabitur ergo. Hora. Ser. 1. Rem patris oblimare malum est, ubicunque quid iter. Martial. Qui tecum cupis esse meos ubicunque libellos. Vide Tibi.

VBER, pen. pro, Oui. Met. 3. Vberibus fœcundus aquis ubi conditus antro. Idem 4. Vberibus nulli prouenit ista seges. Martial. 13. Esse putes nondum sumen sic ubere largo. Vergilius Buc. Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. Idem. Vbera, nec magnos metuent armenta leones. Idem Aeneid. 7. Diuitis uber agris, Troiæve opulentia deerit. Stat. Syl. 2. Vberibus stagnis, obliquo pendula trunco. Idem 5. Si qua sub uberibus plenis ad funera natos. Idem. Vberibus tibi parue dedit, heu muuera nostra. Flac. 2. Mater, & astricto

sigurrunt ubere nari. pen. flect.

VBIDIVS, pen cor. Hor. Ser. 1. Redde, age, quæ deinceps resisti Vbidius dum. Idem 2. Vbidius, balatroque secutis omnibus imis. antepe. acu.

VCALEGON, penult. cor. Iuuenal. Satyr. 3. Vcalegon tabulata tibi iam tertia fumant. Verg. Aeneid. 2. Vcalegon, Sigæa igni freta lata relucent. antepe. ultima acuit.

VDVS penult. prod. Perf. Sat. 1. Hoc natat in labris, & in udo Menas, & Atys. Iuue. Sat. 8. Obuius assiduo Syrophenix udus amomo. Luca. 4. Quod fugiens timuisset iter mox uda receptis. Oui. Medea. Tristis abis, oculis abeuntem prosequor udis. Idem Leander. Ne fieret prima pes tuus udus aqua. Idem Metamorpho. 1. Percaluit solis cœnumque, udæque paludes. Idem 14. Ora proterua canum, sed quos fugit, attrahit uda. Martial. 11. Vda puella leges, sis Patauina licet. Vergil. Georg. 3. Nigra subest udo tantum cui lingua palato. pen. flect.

VE, corr. Ouid. Helen. Neve mihi quam tu dicis amore soror. Idem Fast. 4. Quis ve parens absit, quove petenda loco. Vergilius Aeneid. 10. quo feror? ubi abij? quæ me fuga? quæve reducet. Ait Servius. Constat mutilatas partes orationis accentum in eodem loco habere, in quo etiam integræ habuerunt. Nam moria, idest, minores particulæ, ut, que, ue, ne, ce, quæ encleticæ dicuntur, quoties iunguntur alijs partibus ante se accentum faciunt, qualislibet sit sylaba, quæ præcedit, siue breuis, siue longa. ut, musæque, huiusce, illucce, tantone, adduce. & hæc mutilata similiter proferuntur, scilicet sub eodem accentu ait Antonius Mancinellus in Horat. libro 1. Ode 13. Væ hic interiectio est: ita que cum æ diphthonge scribitur, ut differat a coniunctione ue, quæ sine diphthongo exaratur.

VECORS, penult. product. Horat. Sermo. 2. Expugnare caput, scribat mala carmina uecors. penult. acu. Ouid. Met. 12. Surgimus, & primus, quæ te uecordia Theseus. Sil. 8. Nec mora deiecto minuunt uecordia uallo. antepe. acu.

VECTIGAL, penult. product. Hor. Sor. 1. Iurgatur uerbis ego uectigalia magna. pen. acu.

VEGETO, penult. cor. Mantua. Nec uegetabatur diuina intrinsecus aura. Auso. Pigra immortali uegetaret membra lauacro. Verg. Opusc. Natura cupiens me uegetare diem. Hor. Serm. 1. Membra dedit uegetus præscripta ad munia surgit. antepe. acu.

VEHO, penult. corre. Ouid. Phil. Nec uehit Acteas Sithonis unda rates. Idem Metamorph. 2. Impetus, & rapido contrarius euehor orbi. Idem 14. Prora uehit, petitur uestra quę terra carina. Stat. Syl. 1. Te potius prensa ueheret Titonia Biga. Idem 2. Deriperent, celsusque duas ueherere per urbes. Idem 3. Inuehit, Hybernos citius numeraueris imbres. Horat. Serm. 1. Forte uehas numero nihilo plus accipias quàm. Iuuenal. Saty. 3. Si uacat officium turba cedente uehetur. Vergilius Aeneid. 12. Quadriiugo uehitur curru, cui tempora circũ. Idem 11. Nostra neque ad sedes uictor ueherere paternas. penult. acuit. Cicero de Nat. Ille taurus, qui uexit Europam. Idem in Ant. Vehebatur in essedo tribunus plebis.

VEHEMENS, penult. cor. Iuuen. Saty. 9. Et salibus uehemens intra pomeria natis. Lucr. 4. Illud in his rebus uitium uehementer inesto. Idem. Nunc agere incipiam tibi quid uehementer ad has res. Stat. Syl. 1. Vrgentem ferat haud ulli uehementior unquam. de quo loquitur Fabius Inst. 1. cap. 10. Aspirationis ratio mutata cum temporibus est sæpius, quæ adhuc in quibusdã inscriptionibus manet, ut uehementer, comprehendere, mihi. antepe. acu.

VEIANIVS, pen. cor. Hor. Epist. 1. Non eadem est ætas, non mens Veianius armis. antepen. acu.

VEIETANVS, pen. prod. Perf. Sat. 5. Cœna sit in transtro, Veietanumq; rubellum. Marti. 1. Et Veietani bibitur fex crassa rubelli. pen. flect.

VEIOVIS, pen. cor. Ouid. Fast. 3. Templa putant lucos Veiouis ante duos. Idem Vix ea si uestri est, cur non ego Veiouis ædem

ædem. De quo ait Quintilianus Inst. 1. capitu. 7. quid? nonne e quoque loco, ut Menerua, & Leber, & magester, & di Ioue, Veioue, pro diioui, & Veioui. antepe. acu.

VEL, cor. Hor. Epist. 1. Si melius quid habes, accerse, uel imperium fer. Oui. Met. 1. Qua nimium, placui, rellus ait, hisce, uel istam. Idem Fast. 4. Et uel equo magnus, uel pede maior erat. Stat. Syl. 3. Non uel ad ignotos ibam comes impiger Indos. Vergil. Aeneid. 1. Hyberni, uel quæ tardis mora noctibus obstet. Seruius inquit, uel enim disiunctiua est coniunctio, nec patitur bis eandem rem dici. acuitur.

VELABRVM, pen. cor. Præcipit Calepinus a uelo, as. exemplis tamen penult. producta legimus, muta & liquida. Hor. Ser. 2. Cum scurris fracta, cum uelabro esse macellum. Oui. Fast. 6. Qua uelabra solent in circum ducere pompas. Prop. 4. Qua uelabra suo stagnabant flumina quaque. antepe. acu. Vide Peragro.

VELAMEN, pen. pro. Oui. Ariadne. Candidaq; imposui longe uelamina uirgæ. Idem Hero. Nunc dare quæ soleo madidis uelamina membris. Idem 6. Nũc pudet, & uultus uelamine cælat amatos. Ver. Aen. 1. Et circum textum croceo uelamen acantho. Idem. Pallamque & pictum croceo uelamẽ acantho. Idẽ Geor. 3. Vsum in castrorum & miseris uelamina nauris. Oui. Met. 11. Plumbeus, uni color, pullo uelamine tectus. pen. flect.

VELABRENSIS, pen. prod. Mart. 13. Sed Velabrensem qui bibit, ipse sapit. Idem 11. Vt Velabrensi massa recocta foco. penul. acu.

VELAMENTVM, pen. pro. Clau. Velamenta lapis, pretiosaque fila smaragdis. Luca. 8. Velamenta uides Parthis per medica cura. pen. acu.

VELEDA, pen. cor. Stat. Syl. 1. Captiuæque preces ueledæ, & quæ maxima nuper. antepe. acu.

VELARIVM, pen. cor. Iuu. Sat. 4. Et pregma, & pueros inde ad uelaria raptos. antepe. acu.

VELIFER, pen. cor. Ouid. de Pont. 3. Cum duo uelifera iuuenes uenere carina. Idẽ 15. Huc ubi uelifera nautæ aduertere carina. Stat. Syl. 5. Lataque ueliferi porrexit brachia mali. antepen. acu. Iuuen. Sat. 9. Velificatus Athos, & quicquid Græcia mendax. pen. flect.

VELINVS, pen. pro. Ver. Aen. 7. Sulphurea Nar albus aqua, fontesque Velini. Idem 6. Inijce nanque potes, portusque require Velinos. pen. flect.

VELIVOLVS, pen. cor. Ouid. de Pont. 4. Et freta ueliuolas non habitura rates. Idẽ. Veliuolique maris uates cui credere posses. Verg. Aen. 1. Despiciens mare ueliuolum, terrasque iacentes. Ait Seruius. duas res significat, & quòd uelis uolatur, ut hoc loco. & quòd uelis uolat. Ennius, naues ueliuolas: qui & propriè dixir, & est ista reciproca translatio nauiũ, & auium: legimus enim, & uelorum pandimus alas, cùm natatus nauium sit, alæ uerò auium: & sciendum est esse reciprocas translationes, & partis unius. antepenult. acu.

VELITRE, pen. pro. Sil. 7. Setia, & incelebri miserunt ualle Velitre. pen. acu.

VELO, penult. prod. Sil. 3. Ante aras cultus uelantur corpora lino. Luca. 2. Luthea demissos uelarunt flammea uultus. Stat. Syl. 2. Texta legens modo puniceo uelabat amictu. Idem Thebaid. 8. Ceu spectetur, agit triplici uelauerat ostro. Ouidius Meta. 1. Et uelate caput, cinctasque resoluite uestes. Idem de Tristib. 1. Nec te purpureo uelent uacinia succo. Idem 5. Cortice uelauit populus ora nouo. Idem de Pont. 4. Purpura Pompeius summi uelabit honoris. Idem Meta. 2. Lumina purpurea uelatus ueste sedebat. Idem 10 Inde per immensum croceo uelatus amictu. Idem Fast. 3. Cumque metu rapitur tunica uelata recincta. Ver. Aen. 10. Quos patre Benace uelatus arundine glauca. Idem 12. Velati lino, & uerbena tempora uincti. penult. flect. Cicero in Ver. Triumphi nomine tergere, & uelare cupiditatem suam. Idẽ pro Dom. Tu tu, inquam, capite uelato bona illius conseruasti.

VELOX, penult. prod. Ouid. Met. 1. Curua nec ablato prosunt uelocia ceruo. Mart. 1. Hic ubi miramur uelocia munera thermas.

re omnes hic uendidit urbẽ. Ver. Aen.1. Examinumq; auro corpus uendebat Achilles. Cicer. Off. Vendo meum pluris quàm cæteri. Idẽ in Ver. Cur igitur Metelle nõ ita magno uendidisti. pen. acu.

VENEFICA, pen. cor. Ouid. Hipf. Barbara narratur uenisse uenefica tecum. Idem Met. 7. Membra simul pecudis, ualidosq; uenefica succos. Idem de Rem. 1. De me ueneficis carminibusq; meis. Idẽ Hipf. quosq; ueneficijs abstulit illa suis. Idẽ Cydipp. Facta ueneficijs pars putat ista meis. antepen. acu.

VENENIFER, pen. cor. Oui. Met. 3. Iamq; uenenifero sanguis manare palato. Ver. Opusc. Hinc æquale iugum, caudaq; uenenifer unca. antepe. acu.

VENENOSVS, pen. pro. Mant. Corda uenenosum mox deposuere furorem. pe. flec.

VENENVM, pen. pro. Oui. Phil. Sæpe uenenorum sitis est mihi sæpe cruenta. Idem Met. 1. Perdidit effuso per uulnera nigra ueneno. Idẽ 2. Pectora felle uirent, lingua suffusa ueneno. Mart. 1. Nec tamen obscuro pia polluit ora ueneno. Idem 5. Profecit poto Mithridates sæpe ueneno. Ver. Buc. Occidet & serpens, & fallax herba ueneni. Idem Geo. 2. Quantum illi nocuere greges, duriq; uenenũ. Idem. Alba nec Assyrio fucatur lana ueneno. Stat. Syl. 4. Anguiferamque domũ blando quæ mersa ueneno. Hora. Epi. 1. Liniat, non odio obscuro morsuq; uenenat. ubi ait Britannicus, uenenat tractũ ab animalibus uenenatis: illudq; sciendum, uenenatum dici, quod alijs ueneno suo nocet. Vnde dicimus scorpionẽ uenenatum, phalangum uenenatum: nõ autem qui aliorum morsu sit tactus. Cice. de Arusp. Vipera uenenata, ac pestifera. Idem de D. Cùm Ptolomeus telo uenenato ictus esset. Vide Facinus.

VENEO, penult. cor. Ouid. de Rem. 2. Nec ueneat seruus, nec flens ancillula fictũ. Hora. Serm. 2. Corruptus uanis rerum, quia ueneat auro. antepen. acuit. Cicero pro Quint. Quæro Cur bona nõ uenierint. Idem Atti. Si horti uenibunt. Idem. Mancipia uenibant saturnalibus tressis. Idem ad Her. Hic uenit a te, antequam Romam uenit.

VENERABILE, pen. cor. Mant. Atq; uolẽs sine teste mori uenerabilis hospes. Martial. 1. Hic ubi conspicui uenerabilis amphitheatri. Ver. Aen. 12. Hic steterat nautis olim uenerabile lignũ. Oui. de Trist. 1. Illud amicitiæ sanctum & uenerabile nomen. Luca. 7. Vespere pacato pura uenerabilis æque. Stat. Syl. 1. Ora situ, meritaq; caput uenerabile quercum. Idem. Huc oculis, huc mente trahor uenerabile dicam. Idem 4. Regnatur lætis numen uenerabile mensis. antepen. acu.

VENERANDVS, pen. pro. Stat. Syl. 1. Nunc ueneranda palus, cum te prope nosse, tuumq;. Ver. Aen. 9. Insequitur ueneráde puer, iam pectore toto. Mant. Maiesta te fuit uenerandum, & indole pastor. penult. acuit.

VENEROR, pen. cor. Ver. Geo. 4. Tende petens pacem, & faciles uenerare Napæas. Idem 1. In primis uenerare deos, atque annua magnæ. Idem Aen. 12. Simpliciter ueneráns demisso lumine Turnus. Idem Opusc. Non ego te talem uenerarer munere tali. antepen. acu. Cicer. de Nat. Deos uenerari & colere debemus. Idem in Ant. Simulacra ex suis fanis sublata in foro uenerabantur. Oui. Phil. Sum prece thuricremis deuenerata focis. Idem de Tristib. 2. Nulla uenerato littera mista ioco. Idem de Pont. 1. Iste domus uestræ primis uenerator ab annis. penult. flect.

VENETVS, pen. cor. Mant. Post multis Veneti sedi tua membra tulerunt. Idem. Dum Venetus non ferr fastumque iram que minasque. Prop. 1. Quam tu Hypanis Veneto dissidet Erydanum. Luca. 4. Sic Venetus stagnante Pado, fusoq; Britannus. Ait Seruius Aen. 1. ibi. Illyricos penetrare sinus. inquiens, quòd inde uenit quidam Henetus rex, qui Venetiam tenuit, a cuius nomine Henetiam dictã, posteri Venetiam nominauerunt: Vide Cosæ. antepen. acu.

VENIO, penul. cor. Verg. Buc. Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus. Idem Pars Scythiam, & rapidum Cretæ ueniemus Oaxem. Idem. Venit & upilio, tardi uenere bubulci. Idem. Venit & agresti capitis Syluanus honore. Luca. 9.

pedibusque fugacibus istis. Idem 8. Impediunt alii uentosis follibus, auras. Idē 6. Quos simul a Troia uētosa per æquora uectos Hor. Epist. 1. Non ego uentosæ plæbis suffragia uenor. Catul. Irrita uentosæ linquens promissa procellæ. Stat. Syl. 4. Solamur cantu, uentosaque gaudia famæ. Luca. 3. Et felix sit fama Nino uentosa Damascus. penultima flectitur.

VENTRICVLVM, penult. cor. Iuuen. Sat. 3. Infra uentriculum, & tenui distantia rima. antepen. acu.

VENVLVS, pen. cor. Ouid. Metamorpho. 14. Et Venulus Turni post quam mandata peregit. Idem. At Venulus frustra profugi Diomedis ad urbem. Idem. Hactenus Aonides Venuldus Calydona regna. Mart. 4. Hoc quoque commendo Venuleio Ruffe libellos, Vergil. Aenei. 11. Et Venulus dicto parens ita farier infit. Idem. Concitat, & Venulo aduersum se turbidus infert. antepenultima acuit.

VENVSINVS, penulti. pro. Serm. 2. Nam Venusinus arat finem sub utrunque colonus. Stat. Syl. 3. Non adeo Venusinus apex, & flammea diri. Iuuen. Sat. 1. Hæc ego non credam Venusina digna lucerna. penulti. flect.

VENVSTVS, pen. prod. Catul. Hic futuit multas, & facit esse uenustum. penulti. acuit.

VENVS, penulti. cor. Ouid. Metamorpho. 1. Filius huic Veneris figat tuus omnia Phœbe. Idem 3. Quærere Thiresiæ Venus huic erat utraque nota. Idem Fast. 4. Numina uulgares Veneris celebrate puellæ. Idem. Cur igitur festum Veneris uinalia dicant. Luca. 1. Iuppiter occasu premitur Venerisque salubre. Mart. 5. Pinxisti Venerem colis arte medioue Mineruam. Vergil. Geo. 3. Solue mares, mitte in Venerem pecuaria primus. Idem Aeneid. 8. Quē Venus ante alios astrorum diligit ignes. Idem. 11. Apperij & Veneris uiolaui uulnere dextram. Idem 1. Sic Venus. At Veneris contra sic filius orsus. pen. acu.

VER, prod. Ouid. Metamorpho. 1. Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris. Idem Ver erat æternum, placidique tepentibus auris. Idem Fast. 1. Qui melius per uer incipiendus erat. Idem Cū tepido uestro uere redibit opus. Idem 4 In medio cursu tempora ueris erunt. Idem. Nec Veneri tempus, qui uer erat aptius ullum. Vergil. Geo. 2. Hic uer assiduum atque alienis mensibus æstus. Idem. Ver adeo frondi nemorum uer utile syluis. Idem. Crediderim, uer illud erat, uer magnus agebat. Idem 1. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor. Vide Menses.

VERATRVM, pen. pro. Pers. Sati. 1. Ebria ueratro non si qua elegidia crudi. antepen. acu. Vide Peragro.

VERAX, pen. prod. Ver. Opusc. Venturā antiquam faciem ueracius olim. Tibul. 1. Nec tamen huic credet coniux tuus, ut mihi uerax. Oui. Parif. Figar, erat uerax uaticinata soror. pen. acu.

VERBERO, pen. cor. Luca. 2. Sennaque & Adriacas, qui uerberat Aufidus undas. Verg. Aenei. 12. Fertque refertque sonans, clypeumque euerberat alis. Idem 3. Erigit alter nos, & sydera, uerberat unda. Idem 5. Brachia prætendens & uerberat ictibus auras. Idem Geo. 1. Atque alius latus funda iam uerberat amnem. Ouid. Leander. Aptior illa quidē Placido dare uerbera ponto. Flac. 1. Stat super & nostros iam Zona reuerberat ignes. Stat. Syl. 1. Parcere uerberibus, nequa iubet alta potestas. Oui. Meta. 2. Phœbus equos, stimuloque dolens, & uerbere sæuit. Cice. in Ver. Virgis oculi uerberabantur. Idem de fin. Qui seruum iniuria uerberabat. Idem in Ant. Antonius Mutinam tormentis uerberauit. antepen. acu.

VERBENA, pen. pro. Verg. Geo. 4. Lilia, uerbenasque premens, uescumque papauer. Idem Aen. 12. Velati lino, & uerbena tempora uincti. pen. flect.

VERBOSVS, pen. pro. Catul. Id quod uerbosis dicitur, & fatuis. Cato. Cōtra uerbosos noli contendere uerbis. Ouid. de Trist. 3. Cedunt uerbosis garrula bella fori, pen. flect.

VERECVNDVS, penulti. produ. Ouid. Phedra, Flaua uerecundus tinxerat ora sui.

fui. Idem de Trist.lib.4. Nostra uerecundo uota pudore carent. Idem 2. Vita uerecunda est musa iocosa mea. Stat. Syl. primo. Fronte uerecundo Clio mea ludit Etrusco. Ouid. Metamor. 14. Ille uerecundo uix tollens lumina uultu. pen. acuit.

VERENDVS, pen. product. Flac. 2. Sic medios egressa merus facit ipse uerendam. Stat. Syl. 1. Quo uatem mulcere queat, dat Iuno uerenda. pen. acu.

VEREOR, penul. cor Ouid. Hyperm. Et tamen audieram, quodque uerebar, erat. Idem Metamor. 1. Esse putat nusquam, atque animo peiora ueretur. Idem de Trist.lib. 1. Sed uereor tardæ causa fuisse moræ. Idem 4. Crede quod est & uis, ac desine tuta uereri. Idem de Pont. 1. An uerear ne non approbet illa Ceres. Idē. 2. Nō igitur uereor, quo te rear esse uerendum. Idem tertio. Sæua quod in placidis saxa uereris aquis. Iuu. Sat. 2. Clunem agitant, ego te tenentem Sexte uerebor. Luca. 8. Quis sacris dignam mouisse uerebitur umbram. Stat. Achil. 1. 1. Nil humiles pareas, terrenaque fata uererer. antepenul. acu. Cicero in Ant. Quid ueteranos non ueremur. Idē pro Plan. 15. Patrem ueretur, ut Deum. Idē. Att. Vereor quid agas. Idem. Vereor quid sit. Idem. contra Rull. Verendum credo nobis erit. Idem Acad. Nos autē mihiueremini, ne labar ad opinionem. Idem ad Her. A quo supplicium uerebatur.

VERIDICVS, penulti. cor. Mant. Talia ueridico memorat Suetonius ore. Idem. Veridicum fecit uestro de sanguine natem. Auso. Semina ueridicis æras prædicta prophetis. Lucr. 6. Veridicis igitur purgauit pectora dictis. Mart. 5. Seu tua ueridicæ dicunt responsa sorores. Idem 10. Veridico Latium qui regis ore ferum. antepen. acu.

VERGINIVS, pen. cor. Iuu. Sati. 8. Troica nō scripsit, quid enim Verginius armis. antepen. acu.

VERGILIVS, pen. cor. Ouid. de Trist.lib. 4. Vergilium uidi tantum, nec auara Tibullum. Hor. de Art. Vergilio Varoq;, ego cur acquirere pauca. Mart. 1. Mecoenas Flacco, Vergilioque suo. Idem 14. Quantum parua suo Mantua Vergilio. Idem. Quod nec Vergilius, nec carmine dixit Homerus. Claud. Sed non Vergilius, sed non accusat Homerus. Ver. Geo. 4. Illo Vergilium me tempore dulcis alebat Parthenope. antepenul. acu. Vide Cicero, Vide Lenio.

VERITVS, pen. cor. Ouid. Fast. 6. Iuppiter exemplum ueritus direxit in illū. Hor. Epist. 1. Sic qui pauperiem ueritus potiore metallis. Idem 2. Nos maius ueriti post quàm nihil esse pericli. Vergil. Buc. Quod nunquàm ueriti sumus, ut possessor agelli. Stat. Syl. 1. Murmura, seu placidi ueritus turbare Vopisci. Luca. 6. Ac ueritus credi clypeo, leuaque uacasse. antepen. acu.

VERMEN, penul. produc. Lucr. quinto. Denique eos uita priuarunt uermina sæua. pen. fle. Mart. 14. Si tibi morosa prurigine uerminat auris. antepenul. acu.

VERMICVLVS, pen. cor. Lucr. 2. Vermiculos pariunt, quia corpora materiai. antepen. acu.

VERNALITER, pen. cor. Hor. Ser. 2. Continuatque dapes, nec non uernaliter ipsis. antepen. acu,

VERNVLA, penul. cor. Iuu. Sat. 14 Vernula tres Domini, sed magis fratribus horum. Mart. 14. Si quis plorator collo tibi uernula pendet. Idem 12. Lintea ferret apro uacuus cum uernula nuper. Verg. Aetna. Incendi poterunt illis uernacula censis. antepen. acu.

VERONA, penul. product. Mant. Et Regij, Mutinæq; lares Verona niuosis. Clau. Tu quoque non paruum Getico Verona triumpho. Catul. Brixia Veronæ mater amata meæ. Mar. 14. Tantum magna suo debet Verona Catullo. Mant. Contremuere omnes ut mox Verona fugato. Catul. Quare, quod scribis, Veronæ turpe Catullo. Sil. 8. Tum Verona Atesi circumflua, & undique solers. penul. flect. Mant. Veronensis agri cupiens se adiungere castris. Catul. Flos Veronensum depereunt iuuenum. penul. acu.

VERSATILIS, penulti. cor. Verg. Opusc. Post quàm impleuit opus iustum uersatile

satile finem.antepenultima acuit.

Versicolor,pen.cor.Ouid.Fast.5. Sic est hæc uultu uersicolore decens. Verg. Aeneid.10.Astur equo fidens,& uersico loribus armis.antepen.acu.

Versicvlvs,penulti.cor.Auso. Incipe uersiculis anteperire meis. Hor.Serm.1. Hiscine uersiculis speras tibi posse dolores.Mart.tertio.Versiculos in me narratur scribere Cinna.Idem 5.Versiculos recites ut Ligurite tuos.antepenul. acu.

Verso,penulti.product.Hor.de Art.No cturna uersate manu, uersate diurna. Mant.Versabare polo uotis rapientibus illuc.Cicero Tusc.Tum illud,quod Sisyphus uersat saxum.Idem de fin. Versare se huc illuc.Idem in Ver.Versabat se in utranque partem.

Versvtvs,penul.pro.Prop.4.Aut Nomas arcanas tollat uersuta salivas.Mát. Sed quia uersutus quidam deprehédit in illis.penult.flect.

Vertagvs,penult.cor.Mart.4.Non sibi sed domino uenatur uertagus acer.antepen.acu.

Vertigo,pen.product. Stat.Theb.10. Cœlicolas,sed cum in media uertigine mundi. Claud. Quis melius uibrata puer uertigine molli.Pers.Sat 4.Vertigo facit,hic dama est, non tressis agaso. Proper.3.Subtrahit hæc fontem torta uertigine fluctus.Ouid. Metamorpho. 2.Adde quod assidua rapitur uertigine cœlum.Idem 11. Verum ubi sit nescit, tanta uertigine pontus. Stat.Theb.10. Cœlicolas,sed cum in media uertigine mundi.pen.flect.

Vertex,pen.product.Stat.Syl.1.Dardanij miretur equi, cui uertice sacro.Vergil. Aeneid. 1.Ipsius ante oculos ingens a uertice pontus. Idem.In cœlum scopuli quorum subuertice latè. Sil. 3. Pyrene celsa nimbosi uerticis arce. penult.acuit.

Verto,penult.product.Ouid.Metamor. 15.Vertitur in lapides, & congelat aere tacto.Vergil.Aeneid 2. Vertitur interea cœlum,& ruit oceano nox penul. acu.Cicero in Ant.Quo se uerteret,nō habebat. Idem pro Mur. Quò se miser uerteret.Idem Epist.99.Ne sibi illæ uitio uerteret. Idem Clar. Sed hoc uitium huic in bonum conuertebat. Idem pro Qu.Ro.Vertit hic rationem.

Vervca,pen.product.Hor.Ser.1. Postulat,ignoscat uerucis illius æquum. pen. flecti.

Vervcosvs,pen.prod.Pers.Sat.1. Sunt quos Pacuiusque, & uerucosa moretur. penul.flect.

Vervs, pen.pro. Ouid. Metamorpho. 3. Si modo uerus is est,quantusque & qualis ab alta.Idem 6. Europan uerum taurum,freta uera putares. Idem 15. Verū animos etiam ualeant mutare liquores.Idem 14.Vera dedisset annis.glebasque incurua resedit. Vegil. Aeneid. 6. Infelix Dido,uerus mihi nuntius ergo. Idem Buc. uerum hæc tantum alias inter caput extulit urbes. Idem Aeneid. 12.At uerò rutulis impar ea pugna uideri.Ouid. Metam.9.Igne facit uotum uerum tamen æstuat intus.Hyphen.antepen.acu.

Vervtvs, pen.prod. Sil.3. Aclide uel tenui pugnax instare ueruto. Idem 10. Oppetis & Tyrio super inguina fixa ueruto Luc.8. Cæsaries,congressa manu est,Phariosque ueruto. Vergil.Geo.2. Assuetumque malo ligurem,Volscosq; uerutos.penult.flect.

Verv,penul.cor.Ouid.Metamor.6. Pars uerubus stridet, manat penetralia tabo.Idem Fast.2. Dumque sacerdotes uerubus transfixo salignis.Iuuen. Sat.15. Aut uerubus longum usque adeo tardumque putauit.Claud. Quas figat uerubus partes,quæ frusta calenti.Vergil. Geo.2. Pinguiaque in uerubus torrebimus exta colurnis.Idem Aeneid.5. Subijciunt uerubus prunas & uiscera torrent.Idem 1.Pars in frusta secant,uerubusque trementia figunt, ubi uerubus Donatus legit. Ait Seruius, ecce nomē de his, quæ in numero singulari indeclinabilia sunt,ut ueru,cornu,genu.Idem Geo.3.Ibi.Ipsi indefossis specubus secura sub alta. artis fuerat specibus, quia quarta declinatio i datiuo ,& ablatiuo pluralibus u,in i,uertit, & ita facit datiuum pluralem, ut fluctus, his fluctibus

bus

bus:sed quia pinguius sonat, & melius, specubus dicimus.unum tamen nomen est,quod aliter non dicimus, ut tribubus,an auribus melius, pinguiusque ue rubus sonat eruditorum iudicio. Nam extat Prisciani regula lib.7.datiuus, & ablatiuus pluralis quartæ declinationis fit a nominatiuo singulari mutata u in i,& interposita b, ut Senatus, Senatibus.est autem quando differentiæ causa seruat u,ut artus,artubus: partus,partubus:arcus, arcubus: artibus, partibus, & arcibus: etenim ab arte, parte, & arce nascuntur: quæ sunt tertiæ declinationis:in hac uero quartę inquibusdam inueniuntur ueteres per supra dictos casus plurales, quanuis nulla cogente ratione causa differentiæ u, penultimā pro i,ponentes, ut portubus, specubus, tribubus,lacubus: ita & uerubus ex Antonio Nebriss.lib.2.ibi,sed in bus tu pone datiuo, dant ubus, ut admonet Fabius inst.1.Ortographia sæpe cum tempore mutata est:sit ergo eruditorum iudicio uerubus,an ueribus sit dicendum. pen.acu.

VESANVS,penult prod.Luca.5. Spumea tūc primum rabies uesana per ora. Idē primo.Lentulus exertique manus uesane Cethegi. Idē 4. Quid uesane times, fletus quid fundis inanes? Idem 10. Nō potuit finem uesano ponere regi. Flac. 10.Pōtica turbaret uesano turbine classis.Sil.5.Tandem uesanos Palātum terga ferentur.Hor.Ser.2. Extimui ne ucs ageret uesania discors.antepe.acu. Idē. Italiam mittunt uesani incendia Martis.Vergil.Aeneid.10. Suadet enim uesana fames si forte fugacem. penult.fle. Vide Vestibulum.

VESICA,penultima produ. Iuuen.Sat.1. Nunc uia processus uetulæ uesica beatæ.Hor.Ser.1.Nam displosa sonat quantum uesica pepedit. Ouid. Metamor. 15.Tendere uesicam solet, aut direpta bicornis. Mart.8. Fortior intortos seruat uesica capillos. Ouid. Metamorph. 15. E quibus, ut memorāt,quicquid uesica rem;sit. Mart.14. Vesicam contra, qui uen it,esse putat.penul.flect.

VESPASIANVS, penult. product. Auso. His decimus, fatoque accitus Vespasianus.pen.flect.

VESPERTINVS, penulti. product. Hor. Ser.1. Fallacem circum uespertinumq; pererro. Idem 2.Si uespertinus subito te oppresserit hospes.penult.flect.Oui. de Tristi.1. Nune saphyrus Sero uespere missus adest.Idem Metamorph 1. Vesper & occiduo quæ littora sole tepescunt.Vergil.Aeneid.1.Ante diem clauso componet uesper olympo. Ait Seruius.uesper propriè est stella, cū aūt uesperi dicimus, aduerbiū tpis est. & sciēdum quòd omnia nomina,quæ de Gręcis in os, exeuntibus ad nos transeunt, apud nos, aut in us tantum exeunt, ut delos:aut in er,ut agros,ager:aut i utrāque, ut Euandros, Euandrus, & Euander,sic uesper, & uesperus. Idem Geo.1. ibi, Illic sera rubens accendit lumina uesper. stella quę & Venus, & Lucifer dicitur: nam uesper eo quod quibusdā mensibus uespere, Lucifer autem,quod quibusdam mane oriatur. uespertinus pen.flect.Vide Venus.

VESTALIS,penulti.product. Pers.Sat.2. Vestalesque urnas, & Thuscum fictile mutat.Ouid.Fast.3.Sylua uestalis,quid enim uetat inde moueri Idem 6.Forte reuertebar festis uestalibus illa. penul. flecti.

VESTIBVLVM,penult.cor.Ouid.Fast.6. Hine quoque uestibulum dici reor unde precamur.Stat. Theb.9. Otia uestibulo, pressisque silentia pennis. Idem Syl.4,Vestibulo, querul:q; rogant exire clientes. Vergil. Geog.4. Palmaque uestibulum,aut ingens oleaster obumbret.Idem Aene.7. Vestibulo astabant, alijque ab origine reges. Idem 2.Vestibulum ante ipsum, primoque in limine Pyrrhus. Ait Seruius. Vestibulum est prima ianuæ pars.dictum est autem uestibulum, uel quod ianuam uestiat, ut uidemus cameram duabus sustentatam columnis, uel quoniam Vestæ consecratum est: unde nubentes puellæ limen non tangunt. Lucanus, Translatoque uetat contingere limina planta. Singulæ enim domus sacratę sunt dijs. Idem 6. Seruius ibi, Vestibulum ante ipsum

ipsum, primisque in faucibus orci. Vestibulum, ut Varro dicit, Etymologiae non habet proprietatem, sed fit pro capitu ingenii: nam uestibulum, ut supra diximus, dictum ab eo, quod ianuã uestiat: alij dicunt a Vesta dictum per imminutionem: nam Vestae limẽ est consecratum: alij dicũt ab eo quòd nullus illic stet: in limine enim solus est transitus, quomodo uesanus dicitur non sanus. sic uestibulum, quasi nõ stabulum. antepen. acu.

VESTIGIVM, penul. cor. Oui. Metamor. 1. Sperat, & extenso stringit uestia rostro. Sil. 14. Aut uaga sardoo uestigia cingere fluctu. Stat. Syl. 5. Primaque patritia clausit uestigia luna. Vergil. Geo. 2. Interdum aut hederae pandunt uestigia nigrae. Idem Aeneid. 3. Trunca manum pinus regit, & uestigia firmat. Idẽ. Semesam praedam, & uestigia foeda relinquunt. Idem 11. Vtque pedum primis infans uestigia plantis. antepenult. acuit.

VESTIGO, pen. product. Claud. Attamen in uita blandè uestigat, & ultro. Flac. 7. Tollitur & fuluo Venerem uestigat olympo. Ouid. Metamorpho. 3. Vestigatque uiros tegimen, discerptaque terni. Stat. Theb. 9. Vestigat, plangitque tamen saepe horridus amnis. Vergil. Aeneid. 12. Vestigatque uirum, & disiecta per agmina magna. Idem. Vestigat lustrans solum in certamina poscit. Idem Vestigauit apes, fumoque impleuit amaro. Idem 7. Vestigamus, & a portu diuersa petamus. Idem 6. Ergo altè uestiga oculis, & rite repertum. Mant. Vestigata rotis, aestas frondosa propinquat. penultima flectitur. Cicero de Quint. P. R. Hi uoluptates omnes uestigant. Idem de Or. Et causas rerum uestigabimus. Idem. Aliquid, quod cum desidiosa delectatione uestiges.

VESTIMENTVM, penultima product. Hora. Episto. 1. Vestimenta dabat preciosa beatus enim iam. penultima acuit

VESTINVS, penultima prod. Sil. 8. Haud ille leuior bellis Vestina iuuentus. Luca. secundo. Vestinis impulsus aquas, radensque Salerni. Iuuena. Satir. 14. Vestinusque senex, panem quaeramus aratro. Mart. 4. Cum grauis extremas Vestinus duceret horas. Idem 13. Haec tibi Vestino de grege massa uenit. penult. flect.

VESTIS, penultima product. Flac. 7. Vestibus, & magica Circen tot ductibus implet. penult. acuit. Claud. Pars uestitus equis ferrata fronte minantur. penult. acu.

VESVLVS, penultima cor. Vergil. Aeneid. 10. Actus aper multos Vosulus quem pinifer annos. antepenult. acuit.

VESVVINVS, penultima pro. Stat. Syl. 3. Nõ adeo Vesuuinus apex, & flammea diri. Idem secundo. Ructasset dites Vesuuina incendia Locros. penultima flectitur.

VESVIVS, penultima cor. Mart. primo. Hic est Pompeis, uiridis modo, Vesuius umbris. antepenultima acuit.

VETERANVS, penultima product. Mantua. Quo factum ut autor quidam ueteranus ad urbem. Luca. primo. Quae noster ueteranus arat, quae moenia fessis. Claud. Terribiles rursum lituos ueteranus adibo. penult. flect.

VETERINVS, penultima product. Lucr. quinto. Et genus omne quod est ueterino semine partum. penultima flectitur.

VETERNVS, penult. product. Mantua. Exuit antiquam mentem posuisse ueternum. Vergil. Geo. 1. Nec torpere graui passus sua regna ueterno. penultima acuit.

VETIDIVS, penultima cor. Iuuena. Sati. 11. Luxuria est in Vetidio laudabile nomen. Pers. Sati. quarta. Quaesieris, nostin' Vetidi praedia cuius. antepenul. acuit.

VETITVS, pen. cor. Ouid. Meta. Et uetito frustra tentarũt aequore tingi. Idem 15. Vnde fames homini uetitorum tanta ciborum est. Idem Fast. quarto. Seu nemus intrauit uetitum nostrisue fugatae. Idem quinto. Sed iam de uetito quisque parabat opus. Idem

de Tristibus decimo. Definat in uetitas quæso contendere terras. Idem de Pont. 3. Quid tamen hoc prodest ueti ti sub lege seuera. Luca. 1. Attigit Hesperiæ uetitis, & constitit aruis. Idem 4. Cinga rapax uetitus fluctus, & littora cursu. Stat. Theb. 4. Insidiæ, uetitaq; domus iam fulgurat auro. Idem 7. Syderis, Oceano uetitum, qua Parrhasis ignem. Verg. 10. Quæ contra uetitum discordia? quis metus aut hos. antepenult. acu.

VETONES, pen. cor. Sil. 3. Ad Vetonū alas Balarus probat æquore aperto. antepenult. acu.

VETVSTAS, pen. pro. Ouid. Metamorph. 1. Saxa quis hoc credit, nisi sit pro teste uetustas. Idem 15. Nec pote rit ferrum, nec edax abolere uetustas. Idem Fast. 3. Inde sacerdotes operi promissa uetusto. Idem de Tristib. 4. Corque uetusta meum tanquam noua uulnera norit. Mart. primo. Nec se miretur Cæsar longæua uetustas. Ouid. Metamorp. 15. Scitis enim nec nos fallit spatiosa uetustas. Idem. Tempus edax rerum, tuque inuidiosa uetustas. Vergil. Aeneid. 12. Proluit aut annis soluit sublapsa uetustas. Idem 8. Haud procul hinc saxo colitur fundata uetusto. Idem Opusc. Nec stipata coit siue illi causa uetusta est. Luca. 1. Hæc propter placuit Tuscos de more uetusto. pen. acu.

VETO, pen. cor. Ouid. Hipsi. Sed iubet ire deus, uellem, uetuisset adire. Idem Metamorph. 1. Rex superum trepidare uetat, sobolemque priori. Idem. Esse uetat, uotoque tuo tua forma repugnat. Idem de Tristib. primo. Quis uetat irato numen adesse deo. Idem de Pont. 2. Innocuas nobis hæc uetat esse manus. Hor. Epist 2. Edicto uetuit ne quis se præter Apellem. Vergil. Geo. 2. Relligio uetuit segeti prætendere sæpem. Pers. Sat. 5 Excepto si quid mansuri rubrica uetauit. Stat. Syl. 1. Sedibus & uolucres uetuit discedere natos. Idem 3. Auertam luctus, & tristia damna uetabo. Idem. Nec uetuit, tenuesque nihil minuere parentes. Idem Theb. 7. Mens fuit, obiectusque uado pater arma uetabat. Ouid. Metamorpho. 15. At proceres, quoniam muros intrare uetaris. Mart. 4. Balia, perspicuæ plus uetuistis aquæ. Cicero in Pis. Quod omnes leges plenissimè uetant Idem pro Clu. Et eum saluti desperare uetuit. Idem de Am. Acta agimus, quæ uetamur ueteri prouerbio.

VETVLVS, penult. cor. Mart. 6. Sic tua nō intrent ueteli pomaria fures. Idem 5. Et uetulam, sed tu mortua non uetula es. Idem 8. Crassior in facie uetulæ stat creta fabullæ. Idem 11. Hic tericam ue tulo se dixerat esse marito. Idem 13. Nam mihi cum uetulo sit petasone nihil. Idem 1. Quid te Tucca iuuat uetulo miscere Falerno. Iuuen. Sat. 1. Nunc Via processus uetulæ uesica beatæ. Idē 10. In uetula scalpit iam mater simia bacca. Vergil. Opusc. Ad uetulam tamen ille suam properabat, & omnis. antepen. acu.

VETVLONIA, penul. cor. Syl. 8. Mœoniæ que decus quondam uetulonia gentis. antepen. acu.

VETVSTINA, pen. prod. Mart. 1. Calda uetustinæ, nec tibi bucca placet. penult. flecti.

VETVS, pen. cor. Ouid. Phedr. Ista uetus pietas æuo moritura futuro. Idem 1. Sponte sua peperit post quàm uetus humor ab igne. Idem Fast. 1. Ni uetus ipsa dies extenuasset opus. Mantua. Nunc enigma uetus quo cingere filia matrē. Idem. Quæ ueteres nostræ gentis dixere cathedram. Sil. 6. Euoluens non tarda manus uetus ille parētis. Stat. Theb. 7. Quis tibi Phœbeas acies, ueteremq; reuoluat. penult. acu. Priscianus libro 6. admonet: nam uetus ueteris commune est trium generum, quauis enim ueter anologia exigit, ex Capro Grammatico probatissimo: cum comparatiuus ueterior, & superlatiuus ueterrimus desiderent positiuum ueter analogiam sequitur: uetus consensu defenditur, sicut de assentior, & assentio sit: ex Quint. Inst. 1. cap. 10.

VIA, pen. cor. Verg. Aeneid. 3. Fata uiam inuenient, aderitque uocatus Apollo. Idem 6. Quam tua te fortuna sinet, uia prima

prima salutis. Idem. Este duces, ò si qua uia est, cursumque per auras. Idem 11. Et te si qua uiam dederit fortuna Latino. Iuu. Sat. 1. Nunc uia processus uetulæ uesica beatæ. pen acu.

VIATOR, pen. product. Ouid. Fast. 5. Cũ uidet ex omni parte uiator iter. Idem de Trist. lib. 1. Et latro, & cautus præcingitur ense uiator. Mart. 9. Qua Triuiæ nemorosa petit dum regna uiator. Idẽ 13. Poma sumus Cybeles procul hinc discede uiator. Vergil. Aeneid. 5. Seminecem liquit saxo, lacerumque uiator. Idem 10. Omnis & agricola, & tuta latet arce uiator. Idem Geo. 4. Cum uenit, & terram sicco spuit ore uiator. Catul. Dulce uiatori lasso in sudore leuamen. Iuu. Sat. 10. Cantabit uacuus corã latrone uiator. Ver. In Balistam Nocte dieque tuum carpe uiator iter. Mant. Adde uiatores, & quos onerosa fatigãt. penult. flect.

VIATICVS, pen. cor. Pers. Sat. 4. Finem animo certum, miserisque uiatica canis. Hor. Epi. l. 1. Et cista, & fracta, & subducta uiatica plorat. antepenultima acuit.

VIBEX, penulti. product. Pers. Sat. 4. Si puteal multo cautus uibice flagellas. pen. acuit.

VIBIVS, penult. cor. Mart. 9. Vibius hanc Marti produce uiuit auem. antepenult. acuit.

VIBIDIVS, penult. cor. Hor. Serm. 2. Vibidius quos Mecœnas adduxerat umbras. Idem. Audieris melius cum Vibidius balatroni. antepen. acu.

VIBRO, pen. prod. Ouid. Metamorpho. 1. Obuiaque aduersas uibrabant flamina uestes. Idem Phedra. Aut tremulum excusso iaculum uibrare lacerto. Vergil. Aeneid. 2. Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. penulti. acu. Cicero de Or. Samnites, qui uibrant hastas ante pugnam. Idem in Or. Demosthenes cuius non tam uibrarent fulmina illa. penult. acu.

VIBVRNVM, penultima product. Vergil. Buc. Quantum lenta solent inter uiburna cupressi. penult. acu.

VICEM, & uice, penul. cor. Singulari tantum numero, nec aliter apud Ciceronem legi: in plurali uerò casus omnes præter genitiuum uicium, licet Antonius Nebriss. inquit, dicemus uices, uicium, uicibus. Ouid. Metamorph. 1. Inde suis uicibus capiebant bina quietẽ. Idem de Pont. 2. Sæpe breuis nobis uicibus uia uisa loquendi est. Luca. 1. Inque uicem gens omnis amet, pax missa per orbem. Stat. Syl. 1. Inque uicem tepuisse uiro, sic fata leuauit. Vergil. Aeneid. 2. Vitauisse uices Danaum, & si fata fuissent. Idem 3. Sortitur, uoluitque uices, is uertitur ordo. Stat. Syl. 2. Nec seruat natura uices, hic Syrius alget. penult. acui.

VICESIMVS, pen. cor. Manil. 4. Terque caret cœlo uicesima, & altera lædit. antepenult. acu.

VICENI, penulti. product. Mart. 12. Amphora uicenis modius datur ære quaterno. Idem primo. Trecenos puto bis, uicenos ter puto nummos. penultima acuit.

VICIA, penul. cor. Vergil. Geo. 1. Si uerò uiciamque seres, uilemque faselum Idẽ Aut tenuis fœtus uiciæ tristisque lupini. Ouid. Fast. 5. Flore semel læto pereunt, uiciæque, fabæque. antepenult. acuit.

VICISSIM pen prod Vergil. Buc. Vis ergo inter nos qui possit uterque uicissim. Hor. de Art. Scimus, & hanc ueniã petimusque, damusque uicissim. Stat. Theb. 2. Principia irarum, quæque orsus uterque uicissim. pen. acu.

VICINVS, pen. pro. Vergil. Buc. Nec mala uicini pecoris contagia lædent. Idẽ. Mantua uæ miseræ nimium uicina Cremonæ. Idem Aeneid. 3. Vicinosque ignare paras inuadere portus. Ouid. Metamorpho. 3. Aut ego uicino paue facta sub æquore mergar. Luca. 1. Vicinumque minax inuadit Ariminum, & ingẽs. Stat. Syl. 2. Sæpe & uicino sparsa est uindemia flatu. Martial 11. Pingues Lygde sues habeat uicinus Iolas. Idem 8. Iugera perdiderat miseræ uicina Cremonæ. Idem 7. Propter uicinum, qui pretiosus erat. Idẽ 1. Signat uicina quartus ab urbe lapis. pen. flect. Hor. Epist. 1.

Si

Si uidet hunc omnis domus, & uicinia tota. Ouid. Leander. Penemanu, quod amo, tanta est uicinia tango. Ouid. Metamorpho. 2. Rure senex rattum. uicinia tota uocabat antepen acu.

VICTIMA, penultima cor. Catul. Quæ uelut ancipiti succumbens uictima ferro. Ouid. Metamorph. 15. Victima nulla litat, magnosque instare tumultus. Luca. 2. Placatos catuli referam cum uictima tristis. Ait Seruius. Aeneid. 1. ibi, Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra: Hostiæ dicuntur sacrificia, quæ ab his fiunt qui in hostem pergũt: uictimæ uerò sacrificia, quæ post uictoriam fiunt: sed hæc licenter confundit autoritas. antepen. acu.

VICTORIA, pen. cor. Hor. 1. Memento cita mors uenit, aut uictoria læta. Ouid. Fast. 2. Quid uictor gaudes, hæc te uictoria perdet. Vergil. Aeneid. 2. Fœminea in pœna est, nec habet uictoria laudem. Iuue. Sat. 8. Feruet, & exultat rauco uictoria circo. antepen. acu.

VICTRICVS, pen. cor. Ouid. de Rem. 1. Victricus, & gladijs, & acuta dimicet hasta. antepen. acu.

VICTRIX, penult. product. Vergil. 3. Rex Agamemnonias, uictriciaque arma secutus. Ait Seruius. Omnia nomina à uerbo uenientia, cum in or exeunt, masculina sunt, ut uictor: cum in trix, fœminina sunt, ut uictrix: neutra uerò nõ faciunt, nisi tantum ex numero plurali: unde est uictricia. pen. acu. Vide Vltrix. Flac. 5. Vos mihi nunc pugnas, ait, & uictricia ductor. antepen. acu.

VICVS, pen. pro. Iuue. Sat. 2. Fronti nulla fides: quis enim nõ uicus abundat. Oui. Fast. 6. Vicus & æterna res ea pressa nota. Mar. 11. Nec nisi prima uelit de Thusco serica uico. Idem 10. Sed domus in unico lilia patritia. Idem 6. Et tua patritius culmina uicus habet. penulti. flecti.

VIDEO, penulti. cor. Stat. Thebaid. 9. Virginitate uides mediam se ferre Sirotũ. Ouid. Phil. Et quæcunque procul uenientia lintea uidi. Idem Metamorph. 1. Os homini sublime dedit, cœlumq; uidere. Idem. Contigit, ut quædam sic non manifesta uideri. Idem. Viderat adducto flectentem cornua neruo. Idẽ Syderibus similes oculos uidet oscula quæque. Idem 2. Videritis stellas illic, ubi circulus axem. Idem de tristib. 1. Tres procul obscura latitantes parte uidebis. Idem. Chara relegati quæ potes ora uides. Mart. 1. Esse uidebaris, fateor, Lucretia nobis. Vergil. Aeneid. 11. Vidimus ò ciues Diomede, Argiuaq; castra. Idem. Vidimus ingentes, & desolauimus agro. Idem Buc. Tum uerò innumerum, faunosq;, ferax uideres. Sta. Syl. 1. Templa super fulges, & prospectare uideris. Idem. Vidi & Abydeni iuuenis certantia remis. Idem Theb. 7. Viderat Inachias rapidũ glomerare cohortes. Idem. Vidit Amyclæo facinus concurrere fratres. Vergil. Aeneid. 6. Educet, uiden'ut geminæ stant uertice cristę. Ait Seruius. Den'naturaliter longa est, breuem tamen eam posuit secutus Enniũ: & adeo est eius immutata natura, ut iã ubique breuis inueniatur. Mantua. Visuri & calices iunctis ad pectora palmis. Luca. 1. Iamque dies primus belli uisura tumultus. Stat. Syl. 2. Nec Paris Oebalios talis uisurus amores. penult. flect. Cicero de Or. A porta Exquilina uideo uillam tuam. Idem de Natu. Vt eum oculum, quo me uideret, amitteret. Idem Att. sed hoc tu uideris. Idem Videre mihi uideor tantam dimicationem. Idem pro Milo. Vt ea cernimus, quæ uidemus. antepen. acu. uisurus. penult. flect.

VIDVO, pen. cor. Stat. Theb. 3. Pectoribus mens una subit uiduare penates. Idem Syl. 1. Et Dryadum uiduare choris Algemia possit. Vergil. Aeneid. 8. Funera tam multis uiduasset ciuibus urbẽ. Ait Seruius: Et propriè uiduasset dixit, quia urbs est generis fœminini: Horatius abusiuè, & satis incongruè in genere masculino posuit dicens uiduus pharetra risit Apollo. quasi præciperet Seruius uiduare, & uidua propriè & congruè mulieribus dicitur, sicut nubo. licet & uiduus legatur. Ouid. Ariad. Membraque sunt uiduo præcipitata toro. Stat. Syl. Meque dedi uiduos, ut transmittare

mittare per annos. Cicero in Thusc. Sic ipse uiduus pestes excipio anxias. Stat. Syl.1. Salmacis, ut uiduæ Crebrenidos arida luctu. Idem Thebaid.10. Ceu mare per tumidum uiduæ moderantibus alui. Ouid. Fast.1. Sustinet in uidua tristia signa domo. Idem Penelop. Lassaret uiduas pendula tela manus. Iuue. Sati. 6. Rescribat, vidua est locuples, quæ nupsit auaro. Flac. 2. Vrbe sedent læti Minyæ uiduisque uacantes. antepenultima acu. Vergilius Georg. 4. Aruaque Riphæis nunquam viduata pruinis. Idem Opusc. Cogor adire lacus uiduatos lumine Phœbi. Mart.11. Culcitra Leuconi co qua viduata suo. Sil. 12. Serpentum tellus puta, ac viduata uenenis. penultima flect.

VIENNA, penult. prod. Mant. Attoniti ciues prodire in rura Viennam. Idem. Vrbs sedet ad Rhodanum Galli dixere Vienna. Mart. septimo. Inter delitias pulchra Vienna suas. Auso. Inque duplex Atelas Alpinæ tecta Viennæ. pen. acuit.

VIGEO, penult. cor. Ouid. de Pont. 2. Sic igitur uestræ uigeant penetralia gentis. Idem Metamorpho.14. Clara fuit Sparte magnæ uignere Mycenæ. Vergil. Aeneid. 2. Dum stabat in regno incolumis, regnumque uigebat. Idem Opusc. Illi laude sua uigeant, ego ditis opacos. Cicero Tusc. Neque enim est ullum, quod non vigeat interiore quodam motu. Idem de D. Viget enim animus in somnis. Idem pro Sest. Animus post mortem sentit, & viget. Idem de Or. Athenis studia eloquentiæ uiguerunt. antepenulti. acuit.

VIGESIMA, penultima cor. Mant. Atque iter æternam dum lux uigesima Maij. Idem. Sub Decio Paulus cũ iam uigesimus esset. antepenultima acuit.

VIGIL, adiectiuum omnis generis, ablatiuum faciens uigile, & uigili, quanuis in plurali numero neutrum genus non habeat. Hæc Calepinus. Priscianus tamen libro 7. Hic & hæc uigil, huius vigilis declinat pe. cor. Oui. Medea. Ante meos oculos peruigil anguis erat. Idem Metamorpho. 2. Perspicit ecce vigil nitido patefecit abortu. Idem 7. Per uigilem superest herbis sopire draconem. Idem tertio. Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ. Idem Fast. Quod tepidum vigili, prouocat ore diem. Idem quarto. Et valeant vigiles prouida turba canes. Idem sexto. Vesta eadem est, & terra sub est vigil ignis vtrique. Idem de Tristib. primo. Inuigiles igitur nostris pro casibus oro. Stat. Syl. tertio. Syluarumque comas, uigiles te, animique sagacis. Flac. tertio. Dissona peruigili planctu vada, qualiter arces. Vergil. Aeneid. 9. Acceleremus, ait, uigiles simul excitat illi. Ait Seruius, uigiles qui vigilarum officium habeant. Idem secundo. Cæduntur uigiles, portisq; patentibus omnes. Ait Seruius. non actus nomen est, sed officij: vigiles autem Capitolij significat. penult. acuit.

VIGILO, penult. cor. Stat. Syl.1. Pulchrius an tacita vigilet face Troicus ignis. Hora. Serm.1. Nil erat in loculis noctes vigilabat ad ipsum. Iuue. Sat. 3. Plurimus hic æger moritur vigilando, sed illud. Catul. Nanque tuo aduentu uigilat custodia semper. Ouidius Ariad. Incertũ vigilans a somno languida moui. Idem Medea. Non mihi grata quies, noctes vigilantur amare. Idem Metamorpho. primo. Parte tamen vigilat quærit quoque nanque reperta. Idem Fast. secundo. Et vigilant nostra semper in ęde lares. Idem. Inueniunt posito peruigilare mero. Idem de Pont. primo. Sed vigilo, vigilantque mei sine fine dolores. Verg. Georg. primo. Quę vigilanda viris? uel cum ruit imbriferum ver. Idem Aenei. decimo. Tunc sic ignarum alloquitur, vigilasne Deum gens. Idem. Aenea? uigila, & velis immitte rudentes. antepenultima acuit. Cicero de Somn. Vigilare ad multam noctem. Idem in Anton. Quantum potero excubabo, Vigilaboque pro vobis. Idem pro Plan. Vigilandum est semper. Idem Quint. Fr. Quàm si de multa nocte uigilassent. Idem. Peruigilare unam noctem.

VIGINTI, penultima product. Mart. 12.

Viginti nummis non ego malo famem. Idem 2. Mutua uiginti milia sestertia forte. Iuuen. Sat. 9. A tegete, & baculo uiginti milia fœnus. pen. acu.

Vigor, penultima cor. Ouid. Fast. 4. Tantus cœlesti uenit ab ore uigor. Idem 1. Siquid & in nobis uiui fuit ante uigoris. Idem de Pont. 1. Iam uigor, & quassu languent in corpore uires. Idem de Tristibus 3. Spesque tui nobis causa uigoris erit. Vergil. Aeneid. 9. Debilitat uires animi, mutatque uigorem. Idem 6. Igneus est ollis uigor, & cœlestis origo. Idem Gog. 4. Atque habilis memoris uenit uigor, & specus ingens. penultima acuit.

Vilis, penultima product. Hora. Sermo. primo. Quod si conuiuas uilem redigatur ad assem. Oui. Brisi. Qua merui culpa fieri tibi uilis Achille. Idem Fast. 5. Ipsa suas dixit, dos mihi uilis erat. Ver. Aeneid. 12. Immisitque Aeneam astris quem uilia proles. Idem Geo. 1. Vilibus Aut onerat pomis, lapidemque reuertens Idem. Si uerò uiciamque feres uilemque faselum. Marc. 13. Amphora Niliaci non sit tibi uilis aceti. penultima flectitur.

Villaticus, pen. cor. Mant. Sæpius accensis pubes uillatica cæris. antepenult. acuit.

Villicus, penultima cor. Iuue. Satir. 3. Villicus & ueteris rimæ cum texit hiatum. Mart. 7. Nec dispensator, nec uillicus ulcere turpi. Idem. Custodem medio statuit quàm uillicus horto. Idem primo. Villica uel duri compressa est rupta coloni. Idem. Pinguis inæquales onerat cui uillica mensas. Verg. Opusc. Lætus Aristagoras natis bene uillicus uuis. Hor. Episto. 1. Nunc urbem & ludos, & balnea uillicus optas. antepenult. acuit.

Villosus, penultima product. Tibul. 1. Horrida uillosa corpora ueste tegant. Ouidius Metamorpho. 12. Fusus in Ossæ uillosis pellibus ursæ. Idem 13. Villosæ catulos in summis montibus ursæ. Marc. 14. Stragula purpureis lucent uillosa tapetis. Stat. Thebaid. 6. Prælia uillosis ineunt complexibus ursi. Vergil. Aeneid. 8. Præcipuumque toro, & uillosi pelle leonis. penultima flectitur.

Villula, penultima cor. Hora. Sermo. primo. Proxima Campano ponti, quæ uillula tectum. antepenultima acuit.

Vimen, penultima product. Ouidius Metamorpho. tertio. Et specus in medio uirgis, ac uimine densus. Verg. Geo. 4. Seu lento fuerint aluearia uimine texta. Idem primo. Vimineasque trahit crates, iuuat arua, neque illum. Idem Buc. Viminibus, mollique paras detexere iunco. Luca. 1. Primum cana salis madefacto uimine paruo. Martial. 7. Semodiusque fabæ cum uimine Picenarum. Propo. 3. Et iam non telum, Sed lenti uiminis arbor. penult. Flect.

Vinalis, penultima product. Oui. Fast. quarto. Cur igitur festum Veneris Vinalia dicant. Idem. Dicta Pales nobis idem, Vinalia dicam. penultima flectitur.

Vincio, penultima cor. Ouid. Aenone. Non sit appositis uincitur uitibus ulmus. Idem Metamorpho. decimoquinto. Vel si dignus erit, grauibus uincite cathenis. antepenultima acuit.

Vincentinus, penultima pro. Mantuan. Vincentinus idem, Patauique trifluminis ora. penultima flectitur.

Vinco, penultima product. Hor. Ser. secundo. Vnguentarius, ac Thusci turba impia uici. Ouid. Metamorpho. 1. Vicerat esculeæ, capiebat frondis honorem. Idem de Tristib. 2. In qua uicisset continuasse suos. Idem. Vtque tuus gaudet miles quod uicerit hostem. Mart. 1. uicerit antiquæ sceleratus crimina famæ. Idem nono. Phidia cum Latio marmore uicit ebur. Stat. Syl. secundo. Vinceret aspectu gelidi non Phasidis ales. Idem Thebaid. secundo. Legato, iustæque preces uicere sororis. Idem tertio. Vicit & ad comitum lacrymas expauit Agaue. Lucan. nono. Vincitur, & nudis auertitur armamentis. Martial. nono. Vincebant, nec quæ

turba

turba Serapin amat. Flac. tertio. Viceret & longas medius reuocauerat umbras. penultima acuit. Cicero in Or. Hos ille moderatione, non inuentione uicit. Idem de Or. Asclepiades eloquētia uincebat cæteros medicos. Idem de Somn. Stellarum globi terræ magnitudinem facile uincebat.

VINCVLVM, penultima cor. Ouid. Leander. Ascensurus eram, nisi quod dum uincula proræ. Idem Metamorph. 2. Vincula cingebant, adopartaque nubibus atris. Vergil. Geo. 4. Orando flectes, vim duram, & uincula capto. Idem 2. Eripui fateor, letho me, & uincula rupi. At in 4. synæresin facit uinclo, pro uinclo, ut, Ne cui me uinclo uellem sociare iugali. Sil. 14. Callidis à mento male fide uincula rupi. Stat. Syl. primo. Vincula & insigni geminat concordia tęda. Idem Thebai. 4. Vincula & angustam centeni Aegeonis umbram. antepenul. acuit.

VINDEMIA, penultima cor. Ouid. Fast. quarto. Mystica Tyrrheno uota est uindemia regi. Mart. primo. Continuis uexata madet uindemia nimbis. Idem. Non hæc Pelignis agitur uindemia prælis. Idem sexto. Cæcuba non solos vindemia nutriat orbos. Idem 13. Hoc de Cæsareis mitis uindemia cellis. Vergil. Geo. Floret ager, spumat plenis uindemia labris. Idem. Mitis & apricis coquitur uindemia saxis. Idem Opusc. Mox autumnali redolet uindemia fœtu. Ait Seruius ibi, Floret ager, cum uindemiā numero singulari dicimus, unius anni significamus: cum plurali, multorum, ut messem, messes: hyemem, hyemes: hæc enim semel tantum annis quibusque cōtingunt. multi tamen uolunt, uindemiā esse totius orbis generaliter, uindemias singularum partium: ut plus significet singularis, quàm pluralis numerus. sicut plus est, cum dicimus, per terram pluit, quàm per terras: tunc enim omne elementum per singularem numerum, non terras significamus. antepenultima acuit.

VINDELICVS, penultima corr. Martial. 9. Me tibi Vindelicis raptum narrabat in oris. antepenultima acuit.

VINDEX, penultima produ. Ouid. Metamorpho. primo. Aurea prima sata est ætas, quæ uindice nullo. Idem. Quos simul imposuit mensis, ego uindice flamma. Idem Fast. quinto. Vindicibus laudi publica cura fuit. penult. acuit.

VINDICO, penulti. cor. Vergil. Aeneid. quarto. Promisit, Graiumque ideo bis uindicat armis. Ouid. Cydippe. Vtque cupis credi memori te uindicat ira. Idem Phyll. Vindicet in pœnas non satis unus eris. Prop. 3. Parrhasius parua uindicat arte locum. antepenultima acuit.

VINEA, penultima cor. Lucan. secundo. Erigit & medijs subrepsit uinea muris. Vergilius Georg. secundo. Hinc omnis largo pubescit uinea fœtu. Hor. Ser mo. secundo. Vinea summittit capreas non semper edules. Martial. 14. Exercet melius uinea fossa uiros. antepenultim. acuit.

VINETVM, penultima. produ. Ouid. Metamorpho. 1. Aut subiecta tegunt curuæ uineta carinæ. Idem undecimo. Cum que choro meliore sui uineta Timoli. Idem sexto. Deseruere sui nymphæ uineta timoli. Hor. Epist. 1. Sulcos & uineta crepat mera præparat ulmos. Vergil. Georg. secundo. Neue tibi ad solem uergant uineta cadentem. Stat. Syl. secundo. Blāda Terapnæi placeant uineta Galesi. Mantuan. Quæ frumenta premunt, & quæ uineta trucidant. penulti. flecti. Vide Acetum.

VINITOR, penultima cor. Vergil. Georg. 2. Iam canit extremos effœtus uinitor ante. Hor. Epist. 1. Aut custos gregis, aut maturæ uinitor uuæ. antepenul. acuit.

VINVM, pen. prod. Ouid. Metamorph. 3. Fœmineæ uoces, & mota insania uino. Idem 15. Vina fugit, gaudetq; meris abstemius undis. Fast. 6. Nox erat, & uinis, oculique, animique notabant. Idem de Pont. primo. Nec iuuat in lucem nimio macrescere uino. Vergilius Georg. primo. Et passim riuis currentia uina repressit

pressit. Stat. Theb. 1. Fundite uina focis, seruatoremque parentum. Hor. Epist. I. In uidus, iracundus, iners, uinosus, amator. Iuue. Sat. 9. Nolentem, & miseram uino sus ebriat aurem. penul. flect. Ouid. Fast. 3. Cur auus hoc faciat, quæris, uinosior ætas. antepenulti. acu. Ait Seruius Geo. 1. ibi. Exercete uiri tauros, serite hordea campis. usurpatiuè Poeta dixit hordea pro singulari pluralem: & sciendum in his tres tantum casibus usurpari, hæc hordea, ò hordea. Sicut uina, uina, uina: mella, mella, mella. Idē 3. ait ibi. Indutæ cæduntque securibus humida uina. etiam uinum naturaliter calidum, illic gelatur: intelligimus peregrinum. nam illic non nascitur, sicut alias, Fermento atque acidis imitantur uitea sorbis. potionis genus est, quod ceruisia nuncupatur, & consequens est, ut uinum per naturam suam calidum in prouincia frigida non creari. sanè uolunt physici uinum non gelari. Idem in secundo ibi. Huc pater ô Lenæe ueni, nudataque musto. mustum, inquit, singulari dicimus, sicut & uinum: licet Ouidius abusiuè dixerit musta. sed hoc ille plus fecit, quod & mustis dixit. Idē ait in Buc. Ecl. quinta. Grandia sæpe quibus mandauimus horrea sulcis. Vsurpatiue metri causa dixit Poeta. Nam triticum hordeum. uinum numeri tantum singularis sunt. Vnde plurali in prosa uti non possumus: uina tantum possumus dicere Ciceronis exemplo, qui in prætura ait, uina, cæteraque, quæ in Asia facile comparantur: de quibus loquitur Fabius Inst. primo, capit. decimo. Absurdum forsan uideatur dicere barbarismum, quod unius uerbi uitium, fieri per numeros, aut genera, sicut solœcismum: scala tamen & scopa, contraque hordea, & musta: licet literarum, mutationem, detractionem, adiectionem non habeant: non alio uitiosa sunt, quàm quod pluralia singulariter, & singularia pluraliter efferuntur. & gladia, qui dixerunt, genere exciderunt.

VIOLA, penultima corr. Ouidius de Tristibus primo. Qui posset uiolas addere diues erat. Idem tertio. Et uiolas, plerique legunt, hilaresque puellæ. Idem Fast. quinto. Et uiolam, cytisos, & thyma cana uoco. Stat. Syl. primo. Tu modò fronte rosas uiolis modo lilia mista. Vergilius Buc. Pallentes uiolas, & summa papauera carpens. Idem Georg. quarto. Floreat irriguuntque bibant uiolaria fontem. Ouidius Fast. quarto. Ille legit calathos huic sunt uiolaria curæ. antepenultima acuit.

VIOLO, penultima corr. Vergilius Aeneid. quarto. Ante pudor quàm te uiolo, aut tua iura resoluam. Idem undecimo. Appetij, & Veneris uiolaui uulnere dexteram. Idem. Hac quicunque sacrum uiolarit uulnere corpus. Idem. Quicunque Iliacos ferro uiolauimus agros. Idem duodecimo. Indum sanguineo, ueluti uiolauerit ostro. Mart. octauo. Hunc nec cyniphius tonsor uiolauerit & tu. Ouidius Fast. secundo. Ne uiolent pueros exanimatà focos. Idem Metamorpho. tertio. Corpora serpentum baculi uiolauerat ictu. Idem Hyperm. Me pater igne licet, quem non uiolauimus, urat. Cicero Att. Prætereà te ipsum quodammodo hic uiolauit. Idem de Arte. Qui sacra bonæ deæ non solum aspectu uiri, sed etiam flagitio stuproque uiolauit. antepenultima acuit. Ouidius Dido. Exige sese pudor pœnas uiolate Sichæi. Lucre. secundo. Te quoque neglectum uiolatæ Sceuola dextræ. Idem tertio. Sparsa raptor opes certè uiolata potestas. Idem. Lucus erat longo nunquam uiolatus ab æuo. Ouidius Metamorpho. tertio. Sylua uetus stabat nulla uiolata securi. Idem de Pont. secundo. Confugit interdum templi uiolator ad aras. penulti. flect. Idem Sappho. Molle meum leuibus cor est uiolabile telis. Idem Metamorpho. 1. Et uiolenta fuit, scires è sanguine natam. Idem Penelop. In te fingebam uiolentos Troias ituros. pen. acu. Vergil. Aeneid. 12. Diuidit haud quanquam dictis uiolentia Turni. Oui. Met. 1. Canicies eadem est, eadem uiolentia uultus. antepen. acu.

VIPERA, penultima cor. Ouid. de Pont. 3. Vtque iacens ima uipera serpit humo. Luca. sexto. Aequoribus custos pretiosæ uipera conchæ. Vergil. Geog. 3. Vipera delituit cœlumque exterrita fugit. Mart. primo. Flentibus Heliadum ramis dum uipera serpit. Idem. Vipera si tumulo nobiliore iacet. Idem secundo. Vipera, sed cęco scelerata latebat in ore. Claud. Tu non uipereo defensus crine Medusę. Ouid. de Pont. quarto. Nec quę uipereo terra cruore madent. Idem Metamorpho. 2. Vipereas carnes uitiorum alimenta suorum. Idem de Pont. primo. Omnia uipereo spicula felle linunt. Mantuan. Vipereas tanquàm squammas, duplexque recepit. Ouidius Metamorpho. tertio. Vipereos dentes populi incrementa futuri. antepenultima acuit.

VIPSANVS, pen. prod. Mart. 1. At mea Vipsanas spectant cœnacula laurus, pen. flecti.

VIRAGO, penult. prod. Verg. Aeneid. 12. Hoc concussa metu mentem Iuturna uirago. Ouid. Meta. 2. Huc ubi peruenit bello metuenda uirago. Mant. Nam neque se pressa est uinci mœrore uirago. Stat. The. 11. Mars tapuit currus, & Gorgone cruda uirago. Auso. Odrylij, thressæque uiraginis arma retardet. penulti. flectitur.

VIRBIVS, pen. cor. Ouid. Metamorpho. 15. Hippolytus dixit, nūc idem Virbius esto. Verg. Aeneid 7. Virbius insignem quem mater Aritia misit. Idem. Exigeret, uersoque ubi nomine Virbius esset. Ait Seruius, sed quia nouercalia calumnia necatus beneficio Aesculapij Diana Hippolytum reuocatum ab inferis in Aritia nymphæ commēdauit Aegerię, & cum Virbium quasi bis uirum uocari iussit. antepen. acu.

VIREO, pen. cor. Oui. Met. 2. Pectora felle uirent lingua suffosa ueneno. Idem. de Pont. 1. Non salices ripa robora monte uirent. Stat. Syl. secundo. Ardua magnanimi reuirescit gloria blesi. Idem quarto. Cum segetes iterum, cum iam hæc deserta uirebunt. Mart. primo. Quæque uirent lacrymis humida prata meis. Idem. Martia laurigera cuspide pila uirent. Vergil. Aeneid. 6. Fronde uirere noua, quod non sua seminat arbos. Idem Opusc. Bumasthusque uirens, & semper florida pinus. Idem Georg. 1. Arborei fœtus albi, atque in iussa uirescunt. Oui. Metamorpho. 4. Resque fide maior cœpere uirescere relæ. antepenultima acu. Cicero Tusc. Itaque arbores, & nites, & alia semper uirent.

VIRGATVS, penultima product. Catul. Vellera uirgati custodiebant calathisci. Vergil. Aeneid. 8. Virgatis lucent sagulis tum lactea colla. Sil. 5. Caucaseam instratus uirgato corpore tigrim. pen. flect.

VIRETVM, pen. prod. Verg. Opus. Optima syluarum formosis densa uiretis. Idē. 6. Deuenere locos lætos, & amœna uireta. pen. flect. Vide Acetum.

VIRIDARIVM, pen. cor. Mant. Edere per uillas, & per uiridaria cantus. Idem. Diuidit, euadūt celsi uiridaria firmi. Sil. 5. Nec Sidicina cohors desit, uiridarius ac mat. antepen. acu.

VIRIDIS, pen. cor. Buc. Fronde super uiridi sunt nobis mitia poma. Idem. Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos. Idem. Hic uiridis tenera prætexit arundine ripas. Idem Aeneid. 6. Iam senior, sed cruda Deo, uiridisque seuectus. Idem 3. Linquimus Ortygiæ portus uiridemque Donysam. Ouid. Meta. 2. Et nunc alludit, uiridique exultat in herba Idem. Imperio ripas uirides, amnemque querelis. Idem 1. Flauaque de uiridi stillabant illice mella. Idem. Figitur in uiridi, sic sors tulit anchora prato. Mantua. Sexta ciet pompas, & uiriditatis oliuæ. Stat. Syl. primo. Ite deæ uirides, liquidosque auertite uultus. Idem Theb. 2. Fluminis extremi cineres, uiridumque draconum. Sil. quinto. Ille quidem cruda mente, & uiridissimus irę. antepenul. acuit.

VIRGINITAS, antepen. acu. Ouid. Phil. Cui mea uirginitas auibus libata sinistris. Idem Oenone. Ille meæ spoliū uirginitatis habet. Idem Paris. Vel tua uirginitas esset libata, uel illud. Idem Fasti 2. Este meæ testes uirginitatis, ait. Idem

de Tristibus 4. Perpetua seruant uirginitate focos. Vergil. Aeneid. 12. Iuppiter erepta pro uirginitate sacrauit. Idē 11. Aeternū telorū, & uirginitatis amorem. Stat. Thebai. Virginitatis amor, primæque modestia culpæ. Idem nono. Virginitate uidet mediam se ferre uirorū. Oui. Metamorph. 8. Virginitatis habet, ait, hæc Neptunus habebat. Mant. Tanta fuit cœlo reuerentia uirginitatis. antepen. acu.

VIRILIS, penultima produ&. Ouidius. Phedra. Fine coli modico forma uirilis amat. Idem Metamorpho. 3. Luseras hic nymphas sic cœtus ante uiriles. Idem Fast. quarto. Vt tegat hoc cæletque uiros, fortuna uirilis. Idem Metamorpho. 9. Intus & accessus prohibet, refugitque uiriles. Idem 12. Munere lætus abit, studijsque uirilibus æuum. Mart. 9. At tibi si dederit uultus coma tonsa uiriles. penulti. flect. Ouid. Fast. 1. Qui genitrix flenti fortuna uiriliter, inquit. antepen. acuit.

VIRIATVS, penult. produ&. Sil. 10. Cum Viriatus ager telis regnator Iberæ. Idē tertio. Extra&um lustris primo uiriatus in æuo. Idem. Hos uiriatus agit, Lusitanumque remotis. pen. flect.

VIRGO, penultima produ&. Ouid. Fast. quarto. Illa comes pueris uirginibusque uenit. Vergil. Aeneid. 1. Virginibus Tyrijs mos est gestare pharetram. Mart. tertio. A pueris debent, uirginibusque legi. de Natiui. Mariæ. Virgo uenit uirgo ante nurus uenerabilis omnes. Flac. secundo. Virginibus stygijs, nigramque simillima pallam. Idem quarto. Virginis Iasiæ blandos descendere ad ignes. penultima acuit. Martial. primo. Transibis uestem, uirgineamque domum Ouidius Medea. Cæsaque uirginea membra paterna manu. Verg. Geo. primo. At si uirgineum suffuderit ore ruborem. Lucan. quinto. Hoc ubi uirgineo conceptum est pectore numen. Ouidius Metamorpho. 14. Salue uirginei flos intemerata pudoris. Iuue. Satir. 13. Saturnus fugiens tunc, cum uirguncula Iuno. Idem decimo. Ipsa habuit, cuperet rutilæ Virginia gibbum. antepenultima acuit.

VIROSVS, penultima produ&. Vergil. Georg. 1. At chalibes nudi ferrum, uirosaque pontus. penultima flectitur. Mantua. Nilum etenim tulit hoc monstrum uirosius omni. antepenultima acuit.

VIRRO, penultima produ&. Iuuena. Sati. quinta. Virroni muræna datur, quæ maxima uenit. Idem. Ex nihilo fieres quantus Vyrronis amicus Idem. Virro sibi & reliquis Virronibus illa uidebit. penul. flecti.

VIRTVS, penultima produ&. Hora. Epist. 1. Virtus, est uitium fugere, & sapientia prima. Ouid. Fast. primo. Fraude perit uirtus in apertos undique campos. Mantua. Talis apud superos uirtus ac tanta Basili est. Sil. sexto. Virtutis sacram rabiem Leuinus ab alto. Ait Seruius Aeneid. secundo. Heu quæ nunc tellus. pauca sunt quæ us producunt, ut senectus, iuuentus, salus, uirtus, palus, seruitus, incus, rus, thus, pus, tunc scilicet cum genitiuus in tis, uel in ris exit: & habet penultimam longam. ideo autem in tis, & in ris diximus. quia palus licet paludis longa sit, breuis tamen nonnunquam inuenitur. penultima acuit.

VIRVLENTVS, penultima produ&. Mantua. Magnum immortalem quem uirulenta Megera. penult. acu.

VIRVS, penultima produ&. Ouidius Metamorpho. secundo. Inspiratque nocens uirus, piceumque per ossa. Idem Fast. quinto. Virus edax superabat opem penitusque recepta. Idem de Tristibus tertio. Non uulneri ferro tyncti le uirus inest. Idem quarto. Accipit aut telo uirus habente perit. Martial. primo. Quid quod olet grauius mistū diapasmate uirus. Vergilius Georg. primo. Ille malum virus serpentibus abdidit atris. Idem tertio. Pastores, lentum distillat ab inguine uirus. Stat. Syl. tertio. Reptat & Illiricas eiectat uirus in herbas. Stat. Syl. primo. Virus, odoriferis Arabum quod doctus in armis. Lucan. nono. Nil ibi virus agit, rapuit cum vulnere fatum. Ait Seruius Georg. primo.

mo. ibl, Ille malum virus: bene addidit malum ad discretionem epitheton: Nam virus & bonum, & malum est, sicut uenenum: nam idem est: venit autem a Græco, nam illi pharmacon medium habent, idest bonum, & malum: sane uirus hodie tres tantum habet casus: hoc uirus, hoc uirus, ô uirus: antiqui, hoc virus, huius uiri dicebant. Lucre. secundo. Linquit enim supra tetri primordia viri. penultima flectitur.

VIR, cor. Martial. tertio. Riualis fuerat qui tuus ille uir est. Idē primo. Ecce uir est nunquid Paula negare potest. Ouidius Fast. sexto. Sacra uir intrabo non adeunda uiro. Idem Metamorpho. tertio. Existant, crescitque seges clypeata uirorum. Vergil. Aeneid. primo. Arma, uirumque cano Troiæ, qui primus ab oris. Ouidius Penelop. Totque simul mactare uiros adiutus ab uno. Vide Ales.

VIS, produc. Ouidius Fast. quinto. Hic census uerbi uis ea uocis erat. Idem Metamorpho. primo. Ignea conuexi uis & sine pondere cœli. Vergil. Geo. primo. Degenerare tamen, niuis humana quot annis. Idem Aeneid. 11. At non Euandrum potis est uis ulla tenere. Idem 12. Patrarumque dies, & uis inimica propinquat. Idem. Viribus haud ullis ualuit discludere morsus. Luca. primo. Nec reparare nouas uires, multumque priori. Idem. Certatumque totis concussi uiribus orbis. claud. Nanque mihi magicæ uires, moeuiq; futuri. Ouid. Heroi. Vrimur igne pari, sed sum tibi uiribus impar. Idem de Tristibus primo. Nam modo purpureo uires capit eurus ab ortu. Mantuan. Viribus austrinæ radiēus a cardine terræ. flect.

VISCATVS, penultima product. Sil. octauo. Vt qui Viscatos populator arundine lucos. penultima flectitur. Ouid. Metamorpho. 15. Tollite, nec uolucres uiscata fallite uirga.

VISCERA, penultima cor. Sil. 14. Impactum pelagus laceratæ uiscera terræ. Ouid. Canace. Visceribus cresceus excuteretur onus. Idem Metamorpho. 1. Poscebatur humus, vel itum est in uiscera terræ. Mart. primo. Quem de uisceribus traxerat ipsa suis. Vergil. Aeneid. 1. Tergora diripiunt costis & uiscera nudant. Ait Seruius. Viscera non tantum intestina dicimus, sed quicquid sub corio est, ut in Albano Latinis uisceratio dabatur. Idest caro. est autem nominatiuus singularis. hoc uiscus, & huius uisceris. antepen. acuit.

VISELLVS, pen. pro. hor. Ser. 1. Est inter tenarim quidam socerumque uiselli. penult. acu.

VISO, penultima product. Ouid. Metamorpho. 1. Vox canet & longa uisent Capitolia pompas. Idem Art. Visite laurigero sacrata palatia Phœbo. Stat. Syl. tertio. Enthea fatidicæ seu visere tecta sibyllæ. Vergil. Aeneid. 2. Vndique visendi studio Troiana iuuentus. Idem octauo. Nam memini Hesiones uisentem regna sororis. Hoc verbum primitiui vtitur supino. Et visi in præterito penult. flect.

VISVS, penult. product. Stat. Syl. 4. Visibus, auratique putes laquearia cœli. Sil. 9. His oculis, & damnato, & uiolabile uisu. Ouid. Metamor. 15. Visibus humanis oculis ea pectoris hausit. Vergil. Aeneid. 5. Obstupuit uisu Aeneas, ille agmine longo. Luca. 3. Et quid ait. uani terrentur imagine uisus. Vergil. Aeneid. 3. Diriguit uisu in medio calor ossa reliquit. Idem. Ritè secundarent uisus, omnemque leuarent. Ait Seruius, uisus pro uisa posuit. tunc enim masculino utimur genere, cum de his loquimur, quibus uidemus: vt si dicas nubecula obest visibus meis, si autem neutro vtamur, ea quæ uidentur, significamus. vt si hoc loco diceret, ritè secundarent visa: similia sunt, nuntius, & nuntium: auditus, & auditum. Visus penultima flectitur.

VITA, penultima product. Ouid. Briss. At potius serues nostram tua munera vitam. Idem de Tristibus primo. Vita tamen tibi nota mea est, scis artibus illis. Vergil. Georg. secundo. At secura quies, & nescia fallere uita. Idem quarto. Quenque sibi tenuis

nascentem accrescere uitas. Idem Aeneid. 6. Conciliumque vocat, uitasque & crimina discit. Mantua. Assiduè ueniunt operis vitalia liba. Ouidius Metamorpho. 14. Venit & ut lumen iam mũc uitale relinquam. Lucan. nono. Pectus, & abstrusum fibris uitalibus omne. Idē sexto. Perditis hæsuros nunquàm uitalibus ictus. Idem tertio. Tradidit in lethum vacuos uitalibus artus. Stat. Syl. secundo. Inuidia infelix, animi vitalia uidit. penultima flectitur. Ouidius Metamorpho. 3. Addidit & tonitus, & ineuitabile fulmen. Lucre. quinto. Quandoquidem nequeunt uitaliter esse animata. antepenultima acuit. Vide Morior.

VITELLVS, penultima produ. Martial. 13. Candida si croceos circumfluit unda uitellos. Ouidius de Pont. quarto. Donec fluminea deuecta vitellus unda. Hora. Sermo. secundo. Quatenus ima petit uoluens aliena uitellus. Idem primo. Ponere nanq; marem cohibent callosa uitellus.

VITIATVS, penultima product. Hora. Serm. secundo. Sed mala tollat auum vitiato melle cicuta. Sil. tertio. Barbarico Paulum uitiato nomine lingua. Pers. Satir. secunda. Hæc Calabrum coxit vitiato murice vellus. Ouidius Canace. Iamque tumescebant uitiati pondere uentris. Idem Metamorpho. secundo. Serpere, & illæsas uitiatis addere partes. Idem tertio. Ore uiges stigio uitiatas inficit herbas. Mart. sexto. Amphora corrupto nec uitiata garo. penultima flectitur.

VITIO, penultima cor. Ouidius Metamorpho. 15. Dira lues quoniam Latias uitiauerat auras. Idem Fast. sexto. Et uitiant cunis corpora rapta suis. Idem tertio. Ista decens facies longis vitiabitur annis. Lucan. nono. In nullas uitiatur opes, non ære, neque auro. Stat. Syl. quinto. Illum nec Phrygius uitiasset raptor amore. Idem. Carpere nil æui potuerunt uitiare labores. Martial. duodecimo. Et nimium calidis non uitiantur aquis. antepenultima acuit.

VITIOSVS, penultima product. Hora. Sermo. primo. Nam fuit hoc uitiosus in hora sæpe ducentos. Idem secundo. Illusique pedes uitiosum ferre recusant. penult. flect.

VITIS, penultima product. Ouid. Oenone. Non sic appositis uincitur uitibus ulmus. Idem Fast. quarto. In spe uitis erat cœlum nigrescit ab austris. Marc. primo. Non quæ de tardis seruantur uitibus uuæ. Idem quarto. Nec melius teneris iunguntur uitibus ulmi. Vergil. Geo. 3. Sunt Thasiæ uites, sunt & Mareotides albæ. Idem Buc. Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine uites. Idē Atque mala uites incidere falce nouellas. Iuuen. Satir. 9. Te trifolinus ager fœcundis uitibus implet. Stat. Thebaid. 6. Alnus amica fretis, nec inhospita uitibus ulmis. Ouidius Metamorpho. 15. Non dabit absumptis per longum uitibus æuum. penultima flectitur. Vergil. Opusc. Dulci nanque tumet nondum uiticula Baccho. Idem Geo. 2. Fermento, atque acidis imitantur uitea sorbis. Idem. Aeneid. 7. Vitisator curuam seruans sub imagine falcem. Marc. 13. Hæc de uitifera uenisse picata Vienna. Stat. Syl. quarto. Triptolemi sic uitifero sub palmite nudos. Sil. tertio. Vitifera, & Latio tantum cessura Lyæo. Idem 15. Tū qua uitifero domitat Pecutia pubes. antepen. acu.

VITIVM, penultima cor. Ouid. Fast. quarto. Sed nos in uitium credula turba sumus. Idem de Pont. quarto. Da ueniam uitio mitis amice meo. Vergilius Georg. 1. Excoquitur uitium, atque exundat inutilis humor. antepen. acuit.

VITO, penultima product. Ouidius Metamorpho. secundo. Vitat Agenorides, Phœbique oracula supplex. Idem de Pont. secundo. Nunc tua pro rebus uitatur gratia lapsis. Martial. primo. Si uitare canum morsus lepus improbe quæris. Ouidius de Tristibus primo. Vitaret cœlum Phaeton si uiueret, & quos. Stat. Syl. secundo. Nunc hircos gressus, nunc improba cornua uitat. Sil. primo. Belides iuuenis

iuuenis uitauerat arma tyranni. Mart. 11. Balnea uita Blatata ne futuat. Cice. de Proui. Vitare uituperationem. Idem Oct. Quis non morte proprium periculum uiret? pen. flect.

VITREVS, penulti. cor. Stat. Syl. 1. Et uitreum teneris crinem redimite corymbis. Ouidius Ariad. Tempus erat uitrea quo primum terra pruina. Idem Sappho. Est nitidus, uitreosque magis pellucidus amne. antepenultima acuit. Mart. secundo. Condantur parco fusca falerna uitro. penul. acu.

VITVLVS, penultima cor. Ouid. Metamorpho. 2. Lactentis uituli dextra libratus ab aure. Idem 15. Impius humano uituli qui guttura cultro. Idem quarto. Alipedi uitulus, taurus tibi summe deorum. Idem Fast. quarto. At tibi uisceribus uitulos rapuere ministri. Vergil. Geo. 2. Sint armenta magis studium, uituloque tueri. Idem tertio. Post partum cura in uitulos traducitur omnis. Idem quarto. Tum uitulis bima curuatus cornua fronte. Stat. Thebaid. octauo. Cædibus imbelles uitulos, mollesque iuuencos. Vergil. Buc. Et uitula tu dignus, & hic, & quisquis amores. antepenult. acu.

VITVS, penultima corr. Mantuan. Festa Viti cui iuncta fuit crescentia nutrix. Idem. Post decimam tua quinta dies Vitæ sancte modestus. penultima acuit.

VIVARIVM, penultima corr. Iuuen. Sat. 4. Depastumque diu uiuaria Cæsaris inde. Idem tertio. Sit inde huc omnes tanquàm ad uiuaria currunt. Horat. Epist. 1. Excipiantque senes quos in uiuaria mittant. antepenult. acu.

VIVAX, penultima product. Ouid. Metamorpho. 1. Viuaci nutrita solo ceu Martis in aluo. Idem octauo. Viuacisque iecur cerui quibus insuper addit. Idem. Quæ quia nascuntur dura uiuacia cautè Vergil. Buc. Et ramosa Mycon uiuacis cornua cerui. Ouid. Fast. quarto. Carmina uiuacis Venus est translata sibyllæ. penult. acu.

VIVIDVS, penultima cor. Vergil. Buc. Viuidus Hyberna uenit de glande Menalca. Idem Aeneid. 11. Mille fugit, refugitque uias, at uiuidus Vmber. antepenult. acuit.

VIVIFICVS, penultima cor. Mantuan. Sub te uiuifico madefacta repulular imbre. antepenultima acuit.

VIVO, penultima product. Ouidius de Tristibus primo. Vitaret cœlum Phaeton, si uiueret, & quos. Idem primo. Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus. Idem. Altera pars uiuit, rudis est altera tellus. Idem Fast. tertio Quos sancta fouet ille manu bene uiuiris ignes. Hora. Epist. 1. Viue, uale si quid nouisti rectius istis. Martial. primo. Aut uiue, aut decies Scæuola redde dies. Iuuena. Satir. 2. Nec multos adhibet, liceat modo uiuere fient. Vergil. Aeneid. 3. Viuite felices, quibus est fortuna peracta. Ait Seruius. Viuite modo bene optantis est: non ut in Buc. maledicentis est. Omnia uel medium fiant mare, uiuite syluæ: exponit Seruius. uiuite, idest ualete, ut Terentius, Valeant, qui inter nos dissidium uolunt. Sunt autem hæc per contrarium inuenta maledicta, ut sit, quasi salua ueneratio: illud quæritur, utrum uiue, an uiuas, idest, utrum per Imperatiuum, an per Optatiuum dicere debeamus? & constat dici melius per Optatiuum: optari enim possunt, non imperari uel bona, uel aduersa: quod autem per Imperatiuum, usurpatum est. Hæc Seruius Aeneid. 3. Ouidius de Tristibus primo. Si quid & nobis uiui fuit ante uigoris. Vergil. Buc. O Licida uiui peruenimus aduena nostri. Stat. Syl. primo. Cui rigidis stant colla iubis, uiuusque per armos. Lucre. tertio. Denique corporis atque animi uiuata potestas. penultima flectitur. Mart. 11. Atquã uicturas poteramus spargere chartas. Tu lector uide, quæ Antonius Nebris. docet libro quarto de neutris uerbis ibi. præterea uerba neursa posse construi cum accusatiuo rem uerbi significante. eo iter, ambulo uiam, certo certamen, uiuo uitam. in comm. exponit ipse. uita uiuitur a me: haud credam hoc scripsisse Nebrissi. uiuo uitam si neutraliter

liter significat. Vnde nullus fit transitus passiuè, nisi impersonali. Cicero in Ant. Qui in horam uiuunt. Idem Tusc. Viuere uitam.

VLCISCOR, penultima produc. Catul. Nam quoties futuit, toties ulcisci-tur ambos. penultima acuit. Cicero pro Rab. Et similis uiri tu ulciscaris patris mortem. Idem Att. Sed illum ulciscantur mores sui. Teren. Haud de te ulcisci finit.

VLCVS, penulti. produc. Vergil. Geo.3. Vlceris os, alitur uitium, uiuitque tegendo.

VLIGO, penultima produc. Vergil. Geo.2. At quę pinguis humus, dulcique uligine læta. Ait Seruius, Vligo proprié est naturalis humor terræ, ex ea nũquam recedens: uliginosus ergo ager est semper uuidus: nam uuidus dicitur, qui aliquando siccatur. penultima flectitur.

VLYSSES, penultima produc. Iuuena. Sati.9. Læta acies per quam solers euasit Vlisses. Ouidius Penelop. Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysses. Idem Briseis. Plus ego, quam Phœnix plus quàm facundus Vlysses. Vergil. Aeneid. 11. Exuat Aetneos uidit Cyclopas Vlysses penult. acu.

VLLIVS, penultima produc. Luca. decimo. Vllius clangore tubæ, temere omnia sæui. penultima flectitur. Vide Vnus.

VLTIMVS, penultima cor. Lucan. primo. Vltima Pompeio dabitur prouincia cę sar. Ouidius Penelop. Vltimus accedit in tua damna pudor. Idem Phyll. Vltima præerupta cornua mole rigent. Idem Medea. Vltimus est aliqua decipere arte labor. Idem Metamorpho.1. Vltima possedit, solidumq; coercuit orbem. Idem. Non scelerata tamen, de duro est ultima ferro. Vergil. Aeneid. 11. Ante notos, zephyrumque uolant, gemit ultima pulsu. Idem 7. Te Saturne refert tu sanguinis ultimus autor. antepenultima acuit.

VLTRA, penultima produc. Luc. secundo. Vltra caudinas sperauit uulnera furcas. Hora. Sermo. primo. Quos ultra, citraque nequit consistere rectum. Ouid. Fast. primo. Vix ultra, quo iam progrediatur habet. Idem tertio. Non ultra lentæ posthumius esse uix. Idem Metamorpho.2. At puto, non ultrò nec quicquam tale rogantem. Vergil. Aeneid.9. Viderit irrumpentem, ultròque incluserit urbi. Idem Buc. Aut si ultra placitum laudarit baccare frontem. Stat. Syl. 1. Sit metus, has ultrò laudarit Iuppiter artes. Flac. quarto. Ille ultrò petit, & uacuis amplexibus instat. Luca. decimo. Distulit ulterius, sed qua non debuit ira. Flac.1. Vlterius, sed nube rigens, ac uestia regum. Ouid. Metamorpho.15. Vlterius passi, sestam imposuere coronam. antepenult. acu.

VLTRIX, penultima produc. Ouid. Oenone. Bella nec ultrices aduehit unda rates. Idem Metamorpho.3. Perfodit spatgenque comas ultricibus undis. Vergil. Aeneid. 11. Hæc cape, & ultricem pharetra deprome sagittam. Ait Seruius. Nomina in x terminata ablatiuum singulatem in e mittunt, genitiuum uero pluralem, num: exceptis his, quæ sunt omnis generis. Vide Felix. penult. acu.

VLVLO, penultima cor. Ouid. Phyll. Pronuba Tysiphone thalamis ululauit in illis. Idem Dido. Audieram uoces, nymphas ululasse putaui. Idem Fast.2. Perque uias urbis latosque ululasse per agros. Idem Metamorpho. 4. Falsaque sæuarum simulachra ululate ferarum. Vergilius Aeneid. quarto. Connubij, summoque ulularunt uertice nymphę. Stat. Syl. tertio. Donatur, testesque ululant per deuia nymphæ. Idem Thebaid. septimo. Et non assuetis pernox ululauit Eleusis. Cicero in Or. inclinata ululatiq; uoce more Asiatico canere. antepen. acu. Stat. Theb.7. Claustra aduersa ferit, tremulisque ululatibus oras. Idem 9. Mollibus ora comis, atque hęc ululatibus addit. Idẽ Syl.3. Posceremq; nouas tremulis ululatibus auras. Sil.7. Atq; imposita trucis ululatus turba luporum. Flac.1. Fœmineis tantũ illa furens ululatibus obstant. Oui. Oenone. Impleuit; sacram querulis ululatibus

latibus Idam. Idem Met. 3. Percussere uiros, subitisque ululatibus omne. Idem Fast. 4. Vt clamata silet, montes ululatibus implent. Ver. Aen. 9. Euolat infe'ix, & fœmineo ululatu. Idē 4. Nocturnisq; Hecate triuijs ululata per urbes. pe. acu.

VMBO, pen. pro. Matr. 5. In turbem incideris cunctos umbone repeller. Sil. 4. Sufficiunt, teritur iunctis umbonibus umbo. Stat. Achil. 1. Antilochus, septemq; Aiax umbone coruscet. pen. acu.

VMBRACVLVM, pen. cor. Clau. Aurea sū moueant rapidos umbracula soles. Mart. Stipes hic extenta facies umbracula fronde. Ouid. de Art. 3. Ipse tenet distincta tuis umbracula uirgis. Stat. Syl. 1. Hinc Lycij montes, gelidæ umbracula Tymbræ. Mart. 14. Accipe quæ nimios uincant umbracula soles. antepe. acu.

VMBRATVS, pen. prod. Claud. Vmbratus dux ipse rosis, & mercibus ibit. pen. flec.

VMBRIFER, pen. cor. Vergi. Aen. 6. In nemus umbriferum, coniux ubi pristinus illi. Iuue. Sat. 10. Quales umbriferos ubi pandit tabraca saltus. Stat. Theb. 1. Qui regitis, tuque umbrifero styx liuida fundo. Idem 8. Vmbriferq; fremit sulcator pallidus undæ. pen. acu.

VMBRITIVS, pen. cor. Iuu. Sat. 3. Hic tūc Vmbritius quando artibus inquit honestis. antepe. acu.

VMBRO, pen. produ. Stat. Syl. 4. Vmbrauit colles, & sobria rura Lyæus. pe. acu.

VMBROSVS, pen. pro. Oui. Phil. Qua patet umbrosus Rhodope glacialis ad Hemum. Idē Met. 1. Iuppiter umbrosa Parnasi constitit arce. Ver. Aen. 9. Carbasus, & crines umbrosa tegebat arūdo. pe. fle.

VNANIMIS, pen. cor. Clau. Doctus & unanimes odijs tu dare sodales. Flac. 1. Vnanimi freta curua ferunt nec sola tridentis. Idem 3. Vnanimum uidet æger Hylam nec longius arcem. Stat. Syl. 4. Tunc sic unanimum moriens solatur amantem. Verg. Aen. 12. Vela dabit, uos unanimi densate cateruas. Idem 4. Cum sit unanimem alloquitur male sane sororem. Ait Seruius. Dicimus autem & unanimus, & unanimis, sicut inermus, & inermis. antepe. acu.

VNCIOLA, pen. cor. Iuu. Sat. 1. Vnciolam Procnleus habet, sed Gillo deuncem. atq; tepen. acu.

VNDE, pen. pro. Oui. Met. 1. Occupet unde sedens partes speculatur in omnes. Idē 2. Vnde solet nubes latis inducere terris. Idem. Vnde mouet tonitrus, uibrataque fulmina iactat. Stat. Syl. 1. Vnde sacro Latij sonuerunt carmine mōtes. Idem. Lydius unde meos iterasset Tybris Iulos. pen. acu.

VNDA, pen. pro. Ouid. Met. 15. Vndarum sparsas symplegades elisarū. Flac. 2. Vndarum decus, & gentis Creteia uirgo. pen. acu. Vndarum flect.

VNDECIMVS, pen cor. Oui. Met. 11. Lucifer undecimus Lydos cùm lætus in agros. Mart. 9. Vndecima lapsus cum iam desideret hora. Idem 5. Vndecies una surresti Zoile cœna. Vergi. Buc. Alter ab undecimo tum me iam cœperat annus. Mant. Vndecies uixisse decem uicinia tota. antepe. acu.

VNDIQVE, pen. cor. Hor. Ser. 1. Ianua frāgatur, latret canis undeque magno. Iuu. Sat. 3. Pinguia crura luto planta mox undique magna. Oui. Met. 1. Est nemus Aemoniæ prærupta quod undiq; claudet. Ver. Aen. 2. Vndique uisendi studio Troiana iuuentus. antepen. acu.

VNDISONVS, penul. cor. Flac. 4. Fluctus ab undisonis ceu forte crepidine saxi. antepen. acu.

VNDO, pen. pro. Ver. Aen. 12. Ad cœlū undabat uertex, turrimque tenebat. Idem 4. Troia per undosum peteretur classibus æquor. pen. flect. Mant. Irruit undatim uulgus, puerique frequentes. pe. acu.

VNGVENTARIVS, pen. cor. Hor. Serm. 2. Vnguentarius ac Thrusci turba impiauici. antepe. acu.

VNGVIS, pen. pro. Oui. Met. 12. Hamatisq; uiri laniauerat unguibus ora. Luca. 7. Membraq; deiecit iam lassis unguibus ales. Vbi ait Sulpitius. Sunt enim propriè ungues omnium animalium habētium digitos: ungula uero eorum, qua habent aut solidos, aut bifidos pedes. Flac. 4. Polluerantque manu, quodque unguibus excidit atris. pen. acu.

VNGVLA, pen. cor. Stat. Syl. 5. Sudor equi aut putri sonitum daret ungula fossa.

Hor.

Hor.Ser.1. Vt cum carceribus missos ra pit ungula currus.Ouid.de Pont.4.Vngula Gorgonei quam caua fecit equi.Idem Fast.4.Nota quod obscuras ungula fecit aquas.Ver.Aen.12.Prouoluere rotæ, crebro super ungula pulsu. Idem 4. Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.Idem Geor.3.Tellurē & solido grauiter sonat ungula cornu. antepe. acu. Vide Vnguis.

VNGVEN,pen.pro.Luca.10. Expugnantis opus piceo iubet unguine tinctas. Vbi ait Beroaldus. Vnguen, dicitur unguen tum.pen.acu.

VNVS,pen.pro.Oui.Phil.Vindicet in pœnas non satis unus eris.Idem Met.1. Vnus erat toto naturę uultus in orbe.Idē 15. Mœnia quærenti sic est senioribus unus.Idem de Pont.1. At nunc quod superem fer opem, precor, eminus unam. Iuu.Sat.14.Semodio scrobis hæc emendat seruulus unus.Lucr.4. Nec retinere semel conuersum unius amarem.Luca.2. Vnius populum pereuntem tempore mortis.Oui.Met.1. Obsidis unius iugulum mucrone resoluit.Idem Met.12.Vnius sermone Midæ,nec Delius aures. Mart.10. Et non unius spectator lectulus unde.Ver.Aen.1.Nauibus,infandū, amissis,unius ob iram.Hor.Ser.1. Tarquinius regno pulsus fuit unius assis. Ver.Aen.1. Vnius in miseri exitiū con uersa tulere. Idem 1. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei. Ait Seruius, in istis sermonibus unius,illius, ipsius, istius naturaliter producitur i,media syl laba.sed cum opus est, corripitur hac ex cusatione,quòd quoties uocalem longā uocalis sequitur,superiori uires detrahit,ut est, Insulæ Ionio in magno:& ob hoc mutat accentum : in Latino enim sermone cum pen.corripitur, antepe.habet accentum. Vt hoc loco,unius ob noxam.idem admonet, ibi. Lenijt hic primum Aeneas sperare salutem:ait,quartæ coniugationis præteritum perfectū uel in ui, ium, ctum, xit;uel sublata diganimo in ii,pro nostro arbitrio, ut lenij,leniui:audij,audiui. fanè cum in ui exit,pen.longa est,& ipsa accentum retinet.cùm uerò in ij,pen.breuis,& perdit accentum.quia ut suprà diximus,unius ob noxam, quoties uocalis uocalem sequitur, detrahit longitudinem præcedēti, sed hoc in metro,ubi necessitas cogit:nam in prosa & naturam suam, & accentum retinet, ut Quintilianus admonet Inst.1.cap.10.ibi, præterea quæ fiunt spatio, siue cùm syllaba correpta producitur: ut, Italiam fato profugus. seu longa corripitur:ut, unius ob noxā, extra carmē non deprehēdas, sed nec in carmine uitia ducēda sunt. Vide lector, quòd mendosa est scriptura L. Christopho.in Anro.Nebr.lib.5.In ius penultimam habent indifferentem,in carmine tantùm indifferens est.Iuu.Sat.5.Vnà simus, ait, uotorum summa quid ultra. Ver.Aen.10. Vna toruus Abas, huic totum insignibus armis.Idem Geo.3.Nec mos bellantes unà stabulare, sed alter. aduerbium est.Idem Opus.Sola autem fessæ spes unica nota senectæ. Luca.1. Præcipiti lymphata gradu uelut unica rebus.Sil.4.Interea tibi prima demus,atque unica proles.Oui.Fast.5.Flos dabit est hortis unicus ille meis.Mart.1.Explicat, & cœnas unica mensa duas. Catul. Vnigenamque simul cultricem montibus Idæ.Idem.Vnigenam impellens nutantibus aera pennis.Lucr.3. Corporis, atque animæ consistimus uniter apti. Hor.Ser.1. Vnidius quidam non longa est fabula diues.Ouid.Met.11.Plumeus, unicolor,pullo uelamine tectus.antepe. acu. Mant. Cui deitas unita fuit regnator Olympi.pen.fle.

VOBIS,pen.pro.Oui.Met.2. Humano generi uobis quoque thura ministro.Martial.11.Nil mihi uobiscum est,iste liber meus est.

VOCABVLVM,pen.cor.Hor.de Art.Quæ nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus.Mant.Priscaque nominibus cessere uocabula nostris.Ouid.Met.14. Monte iacet positus, tribuique uocabula monti.Idem Fas.5.Hinc sua maiores tribuisse uocabula Maio.antepen.acu.

VOCABIS,penulti.produc. Iuu.Sat.7.Eloquium uocale modis, laurumque momordit.Stat. Syl.1. Et de Pieriis uocalē fontibus undam.Idem 5.incipiā nec Castalia

Italiæ uocalibus undis. Oui. Met. 3. Vocalis nymphe, quæ nec tacicere loquenti. Idem 13. Vocalemque sua terra Dodonica quercu. Idem 11. Carmine uocali clarus, cytharaque Philemon. Idem Fast. 2. Cyathia sæpe tuis fertur uocalis orion pen. fle.

VOCAMEN, pen. pro. Lucr. 2. Mauult quã latices proprium proferre uocamē. a uoce dicitur. pen. fle.

VOCIFERO, pen. cor. Lucr. 2. Aeraque quæ claustris restantia uociferantur. Vergil. Aen. 10. Talia uociferans sequitur, strictumq; coruscat. Idem 12. Vociferãs nũc ò nunquam frustrata uocatus. Idem 2. Talia uociferans gemitu tectum omne replebat. antepe. acu. Cic. in Ver. Si hoc uociferare uelim. Idem pro S. Rosc. Nec satis libere uociferari possum.

VOCO, pen. cor. Oui. Ariad. Et quoties ego te, toties locus ipse uocabat. Idē Laodomia. Me tibi uenturam comitem quocũque uocaris. Idē Met. 1. Naias una fuit, nymphe Syringa uocabant. Idem 2. Fluminis in rapidis ripis enixa uocauit. Idē. Rure senex Battum uicinia tota uocabat. Idē Fast. 2. Euocat & posita uenit uterq; mora. Mart. 1. Sic tibi Mistyllus coquus Aemiliane uocatur. Idē 2. Mica uocor, quid sim⁹ cernis? cœnatio parua. Idē 5. Et quis, iò reuocat? disce, deutemq; reducit. Idē 14. Spuma uocor nitri, dicor & Aphronitrum. Idē. Non uideo, quare sobria lana uocer. Stat. Syl. 2. Nexibus? Atq; ipso reuocabit ad oscula poste. Oui. Met. 15. Hæc quoq; nõ perstant, quæ nos elementa uocamus. Idē 11. Acta patris uincet, maiorq; uocabitur illo. Luca. 1. Acer, & indomitus quo spes quoq; ira uocasset. pen. acu. Oui. Met. 1. Conciliumq; uocat, tenuit mora nulla uocatos. Ver. Aen. 12. Vociferans nunc ò nunquam frustrata uocatus. i. Inuocationes, preces ait Seruius appellatio est a uerbo, quæ semper aut in io exit, aut in us: si in io exeant, tertiæ est formæ. si in us, quartæ; ut ab eo, quod est lego, aut lectio, aut lectus facit. ab eo quod est uoco, uocatus facit, nõ uocationes. uocatus pen. fle. Cice. Att. hunc ego patris causa uocaui ad cœnam. Idem. Quod me ad uitam uocas. idem, quod me ad mœstitiã uocas. Idem pro Sest. Qui claros uiros in inuidiam aliquam uocauerunt. Lucr. 2. Idæam uocitant matrem, Phrygiasq; cateruas. antepe. acu.

VOCVLA, pen. cor. Prop. 1. O utinam tra iecta caua mea uocula rima. antepe. acu.

VOGESVS, pen. cor. Luca. 1. Castraq; quæ Vogesi curuam super ardua rupem. ante pen. acu.

VOLANERIVS, pen. cor. Hor. Ser. 2. Scurra Volanerius post quam illi iusta chiragra. antepe acu.

VOLATILE, pen. cor. Oui. de Ar. 1. Saucius ingemuit, telumq; uolatile sensit. Verg. Aen. 4. Pastor agens telis, liquitque uolatile ferrum. Sil. 7. Mandat atrox hastę telumque uolatile nodo. Oui. Met. 7. Sũ ratus esse feram, telumque uolatile misi. antepe. acu.

VOLATVS, pen. pro. Luca. 4 Poturę te Nile, grues, primoque uolatu. Stat. Theba. 12. Candida turma timet, tandemq; ingressa uolatus. Idem 3 Nubila suspenso celerem temerasse uolatu. pen. flect.

VOLEMA, pen. pro. Ver. Georg. 2. Crustumijs, Syrijsque pyris, grauibusque uolemis. Ait Seruius. Nam & uolema ab eo, quod uolã impleat, dicta sunt. pen. flec.

VOLESVS, pen. cor. Iuu. Sat. 8. Turpia cerdoni uolesos, brutosque decebunt. ante pen. acu.

VOLITO, pen. cor. Sil. 1. Sistere erat, uolitabat ouans, aciesq; per ambas. Catul. 1. Et parte ex alia florēs uolitabat Iacchus. Tibul. 1. Hanc uolitent animæ circũ sua fata querentes. Verg. Aen. 5. Respiciunt atram in nimbo uolitare fauillam. Idē 10. Et circũfuso uolitabant milite Volsi. Idem 12. Ductores auro uolitãt, ostroque decori. Mart. 8. Exiguę uolitat suspēsa uapore lucernæ. Idē 14. Splendida cũ uolitent Spartani pondera disci. Mant. Visæ ēt linguæ ardentes uolitare per auras. antepe. acu. Cic. de Or. Aues passim, ac liberè uolitant. Idē contra Rul. Volitat. n. ante oculos istorũ regis filius. Idē pro Flac. Hõ uolitans glorię cupiditate.

VOLO, uis, penult. corre. Ouid. Ariadne. Ille

Ille locus misere ferre uolebat opem. Idem Met. 3. Scilicet alterno uoluis rudis illa uetustas. Idem 13. Occidit a ferti, sic dij uoluistis Achille. Idem Fast. 1. Ad quoscunque uoles, inquit habere deos. Idem de Tristib. 3. Ante uolebatis, gratique erat instar amoris. Ver. Buc. Eheu quid uolui misero mihi? floribus austrum. Oui. de Trist. 1. Mittere me stygias, si iam uoluisset ad undas. Idem de Pont. 3. Inuenies uerè si reperire noles. Iuu. Sat. 6. Hoc nolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. Clau. Vt uelit Eutropij fortunam & membra pacisci. Oui. Briss. Iuro, fallentem deseruisse uelis. Idē Phedra. Fama uelim, quæras, crimine nostra iacet. Mart. 1. Quòd fecisse uelim te Deciane facis. Horat. de Arte. Sunt delecta tamen quibus ignouisse uelimus. Iuue. Sat. 1. Si uis esse aliquid probitas laudatur, & alget. Mart. 1. Bellus homo, & magnus uis idem Cotta uideri. Volo pe nul. acu. Cicer. pro Dom. Quid sibi iste uult. Idem in Vat. Volo uti mihi respōdeas. Idem Atti. Qui rempublicam defensam uolunt.

oLo, as, pen. cor. Oui. Met. 1. Emittitque notum, madidis notus euolat alis. Idem 13. Atra fauilla uolat, glomeratque corpus in unum. Idem in Ibin. Denique quicquid agis ante os, oculosque uolabo. Stat. Theb. 6. Quæ bello sic tela uolant, quæ nubila cœlo. Hor. Epist. 1. Et semel emissum uolat irreuocabile uerbū. Ver. Aen. 7. Nec iam se capit unda, uolat uapor ater ad auras. Idem 6. Pascentes illæ tantum prodire uolando. Ait Seruius. Vola enim dicitur media pars pedis, siue manus. Ver. Geo. 1. Cum medio celeres reuolant ex æquore mergi. pen. acu. Oui. de Tristi. 3. Vt tenera nostris cedente uolatibus aura. Oui. Ibin. Nondum calfacti uelitis hasta solum. nomen est quasi uelocis antiquum. Cic. in Ant. Volasse eum, non iter fecisse diceres. Idem in Arat. Quæ uolat.

V oLVCAR, hæc uolucris, hoc uolucre; omne quod uolat. aues nō solum, sed apes, uespæ, tabani, & huiusmodi significat. reliqua pro celeri ponuntur. pen. cor. Luca. 5. Tellus, quam uolucer Genusus quā mollior Apsus. Oui. Met. 1. Terra feras cæpit, uolucres agitabilis aer. Idem. In mare lassatis uolucris uaga decidit alis. Idem 13. Pluma tegit uolucres, ouibus sua lana decori est. Idem de Tristib. 13. Non uolucri ferro tinctile uirus inest. Idem de Pont. 3. Hæc ego uisus erā puero dixisse uolucri. Ver. Geo. 1. In uarias pelagi uolucres, & quæ Asia circum. Ouid. Met. 15. Iunonis uolucrem quæ cauda sydera portat. Ait Fabius Inst. 1. cap. 10. Et pecudes, pictæque uolucres. nā uolucres media acuta legam, quia & si natura breuis, tamen positione longa est; ne faciat iambum, quem non recipit uersus heroicus. antepe. acu. in metro communis est. Stat. Syl. 1. Hic puer è turba uolucrum, cui plurimus ignis. Luca. 9. Et natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucres. Muta enim & liquida metrum iuuant, non accentum. Vide Peragro.

VoLVBILIS, pen. cor. Luca. 6. Quod non cura poli, cœlique uolubilis umquam. Stat. Theb. 3. Define multa metus, regnique uolubile pondus. Ouid. Cydippe. Post modo, nescio, quā uenisse uolubile malū. Idem 3. Ille uolubilibus spumosos nexibus orbes. Idem in Ibin. Sisyphe cui tradas reuolubile pondus habebis. Ver. Aen. 7. Impubesque manus mirata uolubile buxum. antepe. acu.

VoLVBILITAS, pen. cor. Oui. Fast. 6. Ipsa uolubilitas subiectum substinet orbem. Idem Met. 12. Fracta uolubilitas capitis latissima, perque os. antepe. acu.

VoLVMEN, pen. pro. Sil. 13. Exiguos format pro prima uolumina gyros. Prop. 2. Hoc totum coa ueste uolumen erit. Ver. Geo. 3. Compositis, sinuetque, alternaque uolumina crurum. Idem Aen. 2. Ponè legit, sinuatque immensa uolumine terga. Oui. de Tristi. 3. Sunt quoque mutatæ ter quinque uolumina formæ. Mart. 8. Perpetui nunquam moritura uolumina Sili. Ouid. Met. 15. Perque sinus crebros, & magna uolumina labens. Mant. Pollit in excrescens ullo sine fine uolumen. pen. flect.

VoLVNTAS, pen. pro. Iuue. Sat. 6. Hoc uolo,

lo, sic iubeo, stat pro ratione uoluntas. Luca. 4. Eripe consilium pugna cùm dira uoluntas. Idem 2. Subrepsit, partemq; tulit sibi nota uoluntas. pen. acu.

VOLVTABRA, pen. cor. Ver. Geo. 3. Sæpe uolutabris pulsos syluestribus apros. Ait Seruius, uolutabra, loca sunt, in quibus se apri uolunnt. antepe. acu.

VOLVPTAS, pen. pro. Ver. Buc. Te Corydon ô Alexi, trahit sua quenque uoluptas. Ouid. Helen. Prima mea est igitur Veneri placuisse uoluptas. pen. acu.

VOLVO, pen. pro. Oui. Met. 1. Effusus pinado spumosis uoluitur undis. pe. acu. Cice. de Som. Illi, qui uoluuntur stellarum cursus sempiterni. Idem de Clar. Facile, soluteque uerbis soluere sententias. pen. acu.

VOLVTO, pen. pro. Oui. Met. 1. uerba datæ sortis secum interque uolutant. Idem 12. Milia rumorum confusa uerba uolutant. Ver. Aen. 10. Hic magnus sedet Aeneas, secumque uolutat. Idem 6. Atque hæc ipse suo tristi cum corde uolutat. Idem Buc. Id quidem ego & tacitus Lycida mecum ipse uoluto. Luc. 1. Ventus ab extremo pelagus sic ante uolutat. pe. flec. Cicero. de Som. Eorum animi corporibus elapsis circum terram uolutantur. Idem ad Heren. Cùm pueri tibi ad pedes uolucaremur.

VOLVTVS, pen. pro. Ver. Aen. 12. Ecce autem flammis inter tabulata uolutus. Idem 10. Te fugiens fratremque Tyron, curruque uolutus. Idem Geor. 3. Lõgus, exultuque sinum trahit, utque uolutus. Claud. Sæpe sinus tenero, perque ardua colla uoluius. pen. flect.

VOMANVS, pen. pro. Sil. 8. Murice nec Lybyco, statq; humefacta Vomanus. pe. fle.

VOMER, pen. prod. Ouid. Medea. In solido promeres uomere colla boum. Idem. Te solidam iusso uomere scindis humum. Idem Meta. 1. Saucia uomeribus per se dabat omnia tellus. Idem Fast. 2. Et seu uomeribus, sed tu pulsabere rastris. Idẽ de Pont. 2. Nec magis assiduo uomer te nuatus ab usu. Ver. Geor. 1. Ingemere & sulco altritus splẽdescere uomer. Idem. Vomer & inflexi primum graue robur aratri. Sil. 3. Tum loca plena duo dites sine uomere glebas. Idem 8. Hernicaque impresso raduntur uomere saxa. pe. fle.

VOMO, pen. cor. Oui. Medea. Quæ uomuit totidem fluctus, totidemque resorbet. Idem de Pont. 4. Ter licet epotet ter uomet illa fretum. Idem 14. Ore dapes, & frusta mero glomerata uomentem. Martial. 2. Quod uomis Antoni, quod luxuriaris Apici. Idem 6. Vipereumque uomant nostro sub nomine uirus. Idẽ 10. Accius, & quicquid, Pacuuiusque uomunt. Ver. Aen. 11. Sanguinis ille uomẽ riuos cadit, atq; cruentam. Idem 10. Fũditur, & uastos umbo uomit aureus ignes. Ouid. Met. 15. Naribus, & patulo partem maris euomit ore. pen. acu. Cic. pro Deio. Cùm te uomere post cœnam velle dixisses. Idem de Fin. Asoti, qui in mensa vomant. Mant. Et uillæ uomicas vrbs est, iam tota lupanar. Idem. Irritare solent vomitum de cordibus imis. Corn. Gal. Nausear, & priscum vomitũ ceu fundat amorem. antepe. acu.

VORAX, pen. cor. Mant. Carnifici daris in prædam, uelut alba uoraci. Oui. Met. 8. Est data, plura petit, turbaque voracior ipsa. Luca. 1. Hic vsura vorax, auidumque in tempore fœnus. pen. acu.

VORAGO, pen. pro. Sil. 5. Atque umbras latè stygias immensa vorago. Ver. Aen. 10. Per pice torrentes vtraq; voragine ripas. Idem 7. Monstrantur, ruptoq; ingens Acheronte vorago. Luca. 4 Conditur vna palus, vastaq; voragine mersit. Stat. Syl. 1. Ipse loci custos, cuius sacrata vorago. Idem Theb. 6. Gaudia, iã Thebæ, iuxta tenebrosa vorago. Sil. 12. Pandere iter, cæcas stagnante voragine fauces. pen. fle.

VORANVS. pen. prod. Hor. Ser. 1. Iulius, & fragilis Pedacia, furque Voranus. pe fle.

VORAPTVS, pen. prod. Flac. 6. Sancte mihi Vorapte pater tua pectora nosco. pen. acuit.

VORO, pen. cor. Mart. 1. Pastillos Cosmi luxuriosa vorans. Idem 2. Ei semper miser hic esurit, ille vorat. Idem 13. De me tapis lauri, de petasone uorant. Vergil. Aen. 1. Torquet agens circum & rapidus uorat æquore uortex. Sil. 14. Scandit ouans, rapidisve uorat trepidantia flammis.

flammis.pen.acu. Cice.in Ant. Nos hic uoramus literas cum Dionisio.

Vortex,pen.pro.Oui.Fast.4. Et te uorticibus non adcunda gela.Idem 6.Vorticibus densis Tibridis ora tenent. pe.ac.

Votivvs,pen.pro.Tibul.1.Vt mea uotiuas persoluens Delia uoces.Iuu.Sat.12. Et quam uotiua testatur fana tabella. Hor.Ser.2. Votiua pateat ueluti descripta tabella.Idem Epi. 1. Pascitur in ue-strum reditum uotiua iuuenca. Ouid. Sappho.Siue redis, puppique tuæ uotiua parantur.Stat.Syl.3.O tum quantus ego,aut quanta uotiua mouebo. Mant. Sacrauere nurus illę uotiua ferentes.pe nul.flect.

Votvm,pen.pro.Stat.Syl.1.Vota paues pane,& dulcis suspiria uates.Ouid.Met.1. Cæperat,irridet primo pia uota Lycaō. Ver.Buc. Hæc tibi semper erunt,& cùm solennia uota.Idem Geo.1.Illa seges demum uotis respondet auari. Ait Serui. Aen.8.ibi.O mihi præteritos. Et notandum,uotum de præterito fieri.Idē Aen. 2. Votum pro reditu simulant, ea fama uagatur.Mart.9.Lætatur gemina uotorum forte Marinus. pen.fle.

Voveo,pen.cor.Oui.Fast.1.Vouerat & uoti soluerat ante fidem.Idem de Tristi.3. Quod pro te ut uoueam miti pietate mereris.Idem de Pont.1. Si te non nobis ista uouere liquet. Stat. Syl.5.Obruit, & prensa uouet expirare corona. Ver.Aen.11.Ipse pater famulam uoueo tua prima per auras.Mart.9.Vibius hác Marti pro duce uouit auem. Luca.3.Sæua tribunitiæ uouerunt funera diræ. Cice.de Claris.Ludi quo salinator Senensi prçlio uouerat. Idem de Nat.Voui decimam Herculi.Idem de Fin.Nostri imperatores pro salute sua capita uouerunt.antepe. acu.

Vox,pro. Oui.Fast.1.Vocibus Euāder firmata mente parentis. Idem 5. Hic sensus uerbi uis ea uocis erat. Verg.Aen.2. Composito rumpit uocem,& me destinat aræ.Idem 1.Ad quem tum Iuno supplex his uocibus usa est. Auso. Indicij uocem quæ sine mente gero.Luca.1.Nomini & uix est ueras expromere uoces. Flac.1.Vocibus his instare ducis, Dodonida quercum.

Vpilio,pen.cor. Ver. Buc. Venit & upilio, tardi uenere bubulci. Ait Seruius. propter metrum dicit, upilio: nam opilio dicimus.antepe.acu.

Vrania,pen.cor.Oui.Fast.5.Excitat Vranie,fecere silentia cunctæ.Stat. Theb. 8.Vraniæ cupit ille tamen, pugnasque, utrosque.Verg.de Musis. Vrania ipsa poli motus scrutatur & astra.antepe.acu.

Vrbs,pro.Ouid.Fast.4. An primis turres urbibus illa dedit.Iuu.Sat.10. Democritus quamquam non essent urbibus illis. Ouid Meta.15. Vrbis & inuicti genitor Gradive Quirini. Flac.1.Sicanium,dedi tusque fretum,cumque urbibus Aetnā. Ver.Aen. 11. Ille urbem Argiripam patriæ,cognomine gentis.Idem 5.Argolicone mari deprensus, & urbe Mycenæ. Ait Seruius.Græcè dixit:Vnde singularem numerum posuit,Mycenæ autem sicut Thebæ:Iuuenalis. Atque uetus Thebę centum iacet obruta portis.ut,sit Mycenæ,Mycenes,ut Agaue Agaues:& exinde potest uideri Latinam fecisse declinationem:ut sit hæc Mycena, huius Mycenæ:& est periphrasis, urbe Mycenæ.id est Mycenis. Vide Parauium.

Vrbanvs,pen.pro.Hor.Ser.1.Comis,& Vrbanus fuerit limatior idem.Martial. 10.Amnis ab urbano uenit ad mare cœna macello.Stat.Syl.1.Ergo alacres,quæ signa colunt urbana cohortes. pen.flec.

Vrbicvs,pen.cor.Mart.1.Vrbica lingonicus Tyrianthina bardocucullus. Iuu. Sat.6.Vrbicus ex odio risum mouet Atellana.antepe.acu.

Vrceolvs,pen.cor.Iuu.Sat.10.Fiunt urceoli,peluis,sartago,patellæ. Martial.4. Hæc tibi donatur panda, ruber urceus, ansa.antepe.acu.

Vrina,pen.pro.Iuu.Sat.10.Coniugis urinā magnos uisurus amicos. Idem 11. Auribus, atque oculis concepta urina mouetur.pen fle.

Vro,pen.pro.Oui.Briss.Nec miseram lenta ferreus ure mora.Idem Phedra.Venit amor grauius,quo serius urimur intus. Idem.Vrimur,& cęcum pectora uulnus habent. Idem Hero. Vrimur igne pari, sed sum tibi uiribus impar.Idem Met.1.

Vritur,

Vritur,& sterilem sperando nutrit amorem. Idem 2. Felicisque bonis aliter nō uritur Herses. Idem. Vror amore mei flammas moueoq; feroque. Idem. Mulciber urebat,perq; altum ad carbasa malum.Idem de Trist. 3. Protinus inclusū lentis carbonibus ure. Idem 5. Perque dies multos lateris cruciatibus uror.Vergi.Buc. Me tamen urit amor quis enim modus adsit amori. Idem Geo.1. Atque leuem stipulam crepitantibus urere flāmis Idem Aen. 4. Vritur infelix Dido, totaque uagatur.Stat.Syl. 1. Vreret ipsa faces uolucrum succendit amorum. Cicer. pro Dom. Duritia corporis, quod cum uritur,non sentit.pen. fle.

VRSIDIVS,pen.cor.Iuu.Sat.6.Sed placet Vrsidio lex Iulia tollere dulcem. antep. acuit.

VRSINVS,pen.pro.Mant.Romuleæ satus Vrsine de sanguine gentis. pen.fle.

VRSVLA,pen.cor.Mant.Vrsula uergineis igitur stipata cateruis.Idem. Mille puellarum cum talibus Vrsula castris. Idē. Vrsula processit Mauro generata parente.antepe.acu.

VRTICA,pen.pro.Iuu.Sat.2. Hæc tetigit G radiue tuos urtica nepotes. Idē 11. Di uitis urticæ maior tamen ista uoluptas. H or.Epi.1.Viuis & urtica sic uiues protinus ut te.pen. flec.

VSIPIVS,pen.cor. Mart.6. Sic leue flauorum ualeat genus Vsipiorum. antepen. acuit.

VSQVEADEO,pen.cor. Lucr.1.Vsqueadeo in rebus solidi nihil esse uidetur. Ver. Buc. Vsqueadeo turbatur agris en ipse capellas. Luca. 3. Vsqueadeo solus ferrum mortemque timere. Stat.Theb. 2.Vsqueadeone angusta dies,& triste parumper. Idem 9. Proh furor usqueadeo tela exaturauimus?artus. una est oratio nis pars.antepen.acu.

VSVRA,pen.pro. Auso. Fœnoris & uelox inopes usura trucidet. Iuu.Sat.9.Pollio qui triplicem usuram præstare paratus. Mart.5. Debitor usuram pariter,sortemque negabit.Idem 11.Sed lupus usuram, puerique diaria poscunt.pen.flect.

VSVRPO,pen.pro. Mãt.Inter mortales decus usurpare deorū. Cice.in An.Si quis usurpet illud Cassianum. Idem. Græcum etiam uersum usurpaui.Idem Att. Atq; ut Solonis dictum usurpem. Idem Att.Itaq; usurpaui uetus illud Bruti.penult.acu.

VSVS,pen.pro. Oui.Met.1.Non galeæ,nō ensis erat sine militis usu. Idē 14.Fleuit amās glaucus,nimiumq; hostiliter usæ. Ver.Geo.2. Sunt alij, quos ipse uia sibi reperit usus. Idē Buc. Quin tu aliquid saltem potius quorū indiget usus.pe fle.

VT,cor.Iuuen.Sat. 6. Et furere incipias,ut auunculus ille Neronis. Horat. Sermo. 1. Se se ferre senes ut in otia tuta recedant.Oui. Metamorph.1.Iuppiter è terra genitam mentitur ut autor. Idem 2. Credit ut iniuste missi memor ignis ab illo.acui.

VTERQVE,pen.pro.Luca.5. Consul uterque uagos belli per munia patres.Mantua. Maior erat Cosmas, alter Damianus uterque. Ouid. Phedra.In magnis læsi rebus uterque sumus. Idem Hyperme. Accipiat lachrymas utraque turba meas. Martial.4.Nec caret officio consul uterque tuo. Idem Metamorpho.1. Nix tegit alta duas,totidem inter utrãque locauit.Idem. Prodierat,prodit bellum quod pugnat utroque. Idem. Mota magis dicti sibi criminis utraq; cœlo. Idem 2. At cœli misere tui circumspice utrinque.Idem.Fumat uterque polus,quos si uiolauerit ignis. Idem Fast. 2. Euocat, & posita uenit uterque mora.pen.acu.

VTERVS,pen.cor.Stat.Theb.2.Hunc uterū quōdam Dryope Phenissa grauato. Idem Syl. 1.Parce puer ne molle uterū, ne stantia lædas.Luca.9.Ex utero fœtus in faustis urere flammis.Ver.Aen.2.Ingentes, uterumq; armato milite complent.Oui.Met.2.Perq; gradus uterum, pectusq;,humerosq;,manusq;.Idē.Attonitæ, manibusq; uterum celare uolēti. Idem Phedra.Enixa est utero crimen,onusq; suo.antepe.acu. Lucr.5. Et genus omne quod est uterino semine partum.

VTICA, penult. corre. Non Vticæ Libyæ clades Hyspania mundæ.Sil.3.Proxima Sidonijs Vtica est effusa maniplis. antepenult. acuit.

VTILIS,

VTILIS,pen.cor.Ouid.Penel.Vtilius starent etiam nunc mœnia Phœbi. Idem Phil.Quò magis accedunt,minus, & minus utilis asto.Verg.Georg.1.Excoquitur uirium, atque exudat inutilis humor.Ouid.Met.10. Et coryli fragiles,& fraxinus utilis hastis. Idem de Pont.2. Vtilibus quoties rigat imbribus agros. antepe.acu.

VTILITER,pen.cor.Oui. Fast.3.Vtiliter nobis perfidus ille fuit. Idem Meta.15. Vtiliter,populosque iuues tua sacra colentes. antepe.acu.

VTILITAS,pen. cor. Ouid. de Tristib.1. Vixque dedit uictas utilitate manus. Idem de Pont.1.Artibus hisque nihil utilitatis habet. antepen.acu.

VTINAM,pen.cor.Ouid.Penel.O utinam tunc, cum Lacedemona classe petebat. Idem de Tristib. 1. Atque utinam pro te posset mea uota ualere.Idem de Pōt. 1.Memnonis hanc utinam lenito Cæsare mater. Claud. Constitit incumbens utinam Neptune tridenti. antepe.acu.

VTOR,pen.pro.Oui.de Tristib.1. Difficile est tamen hic remis utaris, an aura.Idē de Pont. 1. Scilicet incipiam lima mordacius uti. Idem Meta. Vtitur in pecudes,& nunc quoque sanguine gaudet. Idem 2. Parce puer stimulis, & fortius utere loris.Iuue. Sat. 5.Ille sapit,qui te sic utitur,omnia ferre. Idem 8. Vtimur exemplis,ut non peiora supersint.Mart. 12.Dentibus atque comis,nec te pudet, uteris emptis.pen.flect. Cice.de Nat.Vtatur suis bonis oportet. Idem. Quibus rebus fruimur,atque utimur. Idem pro S.R.Commoda quibus utimur.

VVLCANVS,pe.pro. Ver.Aen.9.Tæda,& commistam Vulcanus ad astra fauillā. Idem 5.Conijciunt,furiis immissis Vulcanus habenis.Idem Georg.1.Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem. Tibul.1.Illa uelim rapida Vulcanus carmina flamma.Oui. in Ibin.Nec se Vulcanus, nec se tibi præbeat aer.pen. flect. Idem Meta.2. Deducit iuuenem Vulcania munera currus. Clau.Vis glomerat, quo fonte ruat Vulcanius ignis. antepe nult.acu.

VVIDVS,pen.cor.Verg. Buc.Vuidus Hyberna uenit de glande Menalcas. Idem Fast.3.Vuidaque in grauido palmite gēma tumet. Catul. Vuidulum a fletu cedentem ad templa deum,me. Ait Serui, ibi. Vuidus Hyberna. humidū est,quod extrinsecus habet aliquid humoris.Vuidum uerò quod intrinsecus. unde & uuæ dictæ sunt, quod tamen plerunque confundunt poetæ. antepe.acu.

VVLGARIS,pen.produ.Prop.1. Hæc tibi uulgares istos compescet amores.Ouid. Fast. 4. Numina uulgares ueneris celebrate puellæ.pen. flect.

VVLGVS,pen.pro.Verg.Aen.1.Cornibus arboreis sternit dum uulgus in omnē. Idē Aen. 6. Vlmus opaca ingens q̄ sedē somnia uulgo.Idem Georg.3.Hinc lætis uituli uulgo moriuntur in herbis. Oui.Fas.1.Vulgus & ipsa tuas Roma timebat opes. Idem 4. Pallorum gemino subduce uulgus erat. Idem de Pont. 2. Noxea uis aridam uulgo captata per aurem.Verg. Aen.1.Seditio, sæuitque animis ignobile uulgus.Ait Seruius.& masculini generis, & neutri lectum est:generis neutri hoc loco.alibi masculini generis.Ver.Aen.2.In uulgum ambiguas, & quærere conscius arma.Idem.Scinditur incertum studia in contraria uulgus.Ait Seruius, Vulgus magis masculini generis est,quàm neutri: quia in us, exeuntia,in ris, mittunt genitiuum:excepto pelagus,quod in hoc nomine creauit errorem,ut suprà,Seditio, sæuitque. & hoc est artis, ut masculino utamur, quia omnia nomina in us, exeuntia, si neutra fuerint, tertiæ sunt declinationis,ut pecus pecoris : si autem secundæ fuerint declinationis, masculina sunt, uulgi autem facit,non uulgeris, ut docti,clari: usurpatum tamen est, ut neutrum genus sit. propter unū Græcū nomen,quod est pelagus : cum enim pelagi facit,neutri tamen est generis. Cicer. pro S.Ro. Hoc exire,atq; in uulgus manare non poterit. Idem de Vn.Iudicare aliquid in uulgus.Idem Tusc.Commendatio in uulgus.penul.acu. Flac.6. Fama mouet, rate quæ sacra uulgabat Achiuos.pen.acu.

VVLNERO,pen.cor.Ouid. Heroi.Ah potius

ctus pereã, quàm crimine uulnerer isto. Idem de Pont. 2. Sic ego continuo fortunæ uulneror ictu. Idem de Art. 1. Hic amor & pax est, in qua male uulneror una. Idem Met. 1. Nec mora falcato nutantem uulnerat ense. antepen. acu. Stat. Syl. 2. Vulnus hiat, magnæque patet uia lubrica plagæ. Idem 3. Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Ilmon. Ouidius Met. 3. Iam loca uulneribus desunt, gemit ille sonumque. Cicer. pro Sest. Ferrum potest acie ipsa, uel ferri uiribus uulnerare. Idem in Ver. Serui nonnulli uulnerantur. antepen. acu.

VVA, pen. pro. Stat. Syl. 2. Nereis, & dulces rapuit de collibus uuas. Ver. Geor. 2. Et turpis auibus prædam fert una racemus. Iuue. Sat. 2. Vuaque contacta liuorem ducit ab uua. pen. fle.

VVLNIFICVS, pen. cor. Oui. Met. 2. Vulnifico fuerat fixurus pectora telo. Verg. Aen. 8. Vulnificusque chalybs uasta fornace liquescit. antepe. acu.

VVLPES, pen. pro. Hor. Epi. 1. Olim quod uulpes ægroto cauta leoni. pen. acu. Vulpes ait Fabius, quasi uolipes. pen. acu. Idem Forte per angustam tenuis uulpecula rimam. antepe. acu.

VVLTEIVS, pen. pro. Hor. Epi. 1. Durus, ait, uultei nimis, attentusque uideri. Idẽ It, redit, & narrat Vulteiũ nomine Menam. Luca. 4. Vulteius tacitas sensit sub gurgite fraudes. Idem. Rexit magnanima Vulteius uoce cohortem. penu. acu. Vide Caius.

VVLTVRIVS, pen. cor. Catul. Suscitat a cano Vulturius capite. antep. acu.

VVLTVS, pen. pro. Oui. Helen. In nostris oculos uultibus esse reor. Idem Met. 14. Vultibus, & lætis uidere rigescere puppem. Idem. Vultibus Alcionoi; saxumq; increscere ligno. pen. acu.

VXORIVS, pen. cor. Ver. Aen. 4. Fundamenta locas, pulchramque uxorius urbem. Hor. Carm. 1. Vxorius amnis. antepe. ac.

# X

XENIA, pen. cor. Mant. Et iã cũ xenijs aderãt ex urbe Sagunto. antepe. ac.

# Z


ZANCLEA, pen. prod. Sil. 14. Nec Zanclea gerũt obscuram mœnia famam. Oui. Fast. 4. Et fugit ad syrtes, & te Zanclea charibdis. pen. flect. Idem Met. 14. Oppositumque petens contra Zancleia saxa. antepe. acu.

ZACYNTHVS, pen. pro. Mant. Dumq; per id tempus sic sors tulit arua Zacynthi. Sil. 1. Conditus excelso sacrauit colle Zacynthus. Oui. Penel. Dulichij, Samijque, & quos tulit alta Zacynthos. Ver. Aen. 3. Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. pen. acu.

ZAMA, pen. cor. Sil. 3. Et Zama & uberior Rutulorum sanguine Tapsus. pen. acu.

ZEPHYRVS, pen. cor. Oui. de Trist. 3. Frigora iam Zephyri minuunt, annoq; peracto. Ver. Geo. 1. Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit. Idem 2. Parturit almus ager, Zephyrique tepentibus auris. Idem 3. Aut uerò Zephyris cum læta uocantibus æstas. Idem Buc. Siue sub incertas Zephyris motantibus umbras. Idem Aen. 4. Vade age nate, uoca Zephyros, & labere pennis. Idem. Demens? nec Zephyros audis spirare secundos. antepen. acu.

ZEBEDEVS, pen. pro. Mant. Huius erat genitor uerò Zebedæus in altum. Idem. Vnam Zebedeo memorant nupsisse secundæ. pen. flect.

ZELVS, pen. pro. Auso. Quin etiam cupio iunctus, quia zelus amori est. pen. flect.

ZELOTYPVS, pen. cor. Auso. Toxica zelotypo dedit uxor mœcha marito. Iu. Sat. 5. Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ. Mart. 1. Nec me zelotypum, nec dixeris esse malignum. antepe. acu.

ZEDORA, pen. prod. Mant. Brixia Zedoræ campestria rura Cremonæ. pen. flect.

ZEVGMA, pen. prod. Stat. Syl. 3. Antiquæ Babylonis opes, & Zeugma Latinæ. penul. acu.

ZETES, pen. pro. Ouid. Met. 6. Impluuies, Calisque puer, Zetesque fuerunt. pe. ac.

ZONA, pen. pro. Ouid. Met. 1. Parte secant zonæ, quinta est ardentior illis. Idem Phil.

Phyl. Castaq; fallaci zona recincta manu. Stat. Theb. 10. Et risere deæ, & zonis lucentibus ictu. Claud. Crescat zona rubens medius flagrantis olympi. Luca. 4. Sic mundi pars una iacet, quam zona niualis. Verg. Geor. 1. Quinque tenent cœlũ zonæ quarum una corusco. pe. fle.

ZENODOTVS, pen. cor. Auso. Censor Aristarchus normaque Zenodoti. antepen. acuit.

ZODIACVS, pen. cor. Auso. Quotque super terram sydera zodiaci. antepen. acu.

FINIS.

